





32,2 x

LODOVICI

CÆLII RHODIGINI

LECTIONVM ANTI-

QVARVM

LIBRI XXX.

Tam varia inexhaustaque abstrusarum ac reconditorum rerum & vocum explicatione referti, tantoque vsui Græci Latinique sermonis studiosis futuri, vt THESAURVS vtriusque linguæ publicus iure dici possit. Qui magno omnium commodo in tres Tomos sunt dispersiti.

Cum Indice duplici, vno capitum, altero vocum & rerum, lecupletissimo.



See Colli V G D V N I.
Apud Sebastianum Honoratum.

M. D. L X.



BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala N Estante 2 Plúteo 2



AD LECTOREM.

Sicuti Antiquarum Lectionum Commentarios concinnarat olim Vindex Celsus, ita nunc eosdem per incuriam interceptos reparauit Lodouicus Caelius Rhodiginus, in corporis vnam velut molem aggestis primum lingua vtriusque floribus, mox aduocato ad partes Platone item, ac Platonicis omnibus, necnon Aristotele, ac haereseos eiusdem viris aliis, sed & Theologorum plerisque, ac Iureconsultorum, vt Medicos taceam, Mathesin professos. ex qua velut lectionis farragine explicantur lingua Latinae loca, quingentis haud pauciora ferè, vel aliis intacta, vel pensiculatè parum excussa. Opto valeas, qui leges, liuoreposito:

Αδην δ' ἀποκαταφυσος ἰλαρί.



LODOVICI
CAELII RHODIGINI

IN ANTIQVAVRM LE

ctionum Libros ad Clariss. D. Ioannem

Grolierium Lugd. Christianissimi

Gallorum Regis à secretis,

necnon Insubriae prima-

rium quaestorem,


Præfatio.



VAE Splendor vitæ is est, eaque illustris fama: celebritas, vir clarissime, non inter Gallos modò, in quibus natus es & educatus, sed & Italia tantum non vniuersa, qua superum interpatet inferumque mare, ab Alpium radicibus ad Siculum fretum: quod doctissimus vt quisque est, ita in primis amicitia tuæ obseruanter insinuare se appropreat. Quippe à summis comprobatur authoribus nostri, benevolentiam à virtute duci in primis, conuenerique, ac inde coortam gratiam haud ferè conuenescere vnquam, nec arescere, vt quæ à virenti promanar it initio: quod & mèti suū adsciscit nitorem: & lætitiā cōparat præsignem. Id quod & vates nobilis sub pœtico (vti assolet) inuolucro, amplius perspicienti significat, sic canens propemodū

Solis intonsa est Phæbo Bacchòque inuentus.

Quo sanè factum, vt ipse quoque idem mihi petendum decus, constituerim, sed reuerenter tamen: & quod Parthorum regibus patrij moris est, non citra munus, quod est non absque literario



commercio. Sic enim concipio, Virtutem in-
 narrabili morum integritate constipatam, quæ re
 omnibus ingerit admirandum, & amabilem præ-
 cipue, vicissim me tibi parte saltem aliqua concili-
 aturam, quoniam hæc semper animo tuo, capaci
 omnium, numinis cuiusdam loco fuerit. Nec sanè
 frustratum iri me, aut voto profus excasurum, opi-
 ner, quâdo etiam si in illustri humanarum rerum
 fastigio constitutus, & (quod omnia exuperat) ma-
 ximi regis intimus, ac Insulorum quæstor, cuncto
 paulominus terrarum orbi conspicuum te præstas,
 enitescuntque mentis altissimæ germina præcla-
 ra, nihilominus præmiti esse ingenio diceris, ac in-
 ter Gallorum splendide nobilitatis viros clemen-
 tia & affabilitate tanta, vt nunquam non vel sortis
 postremæ hominibus pateas, renidens perpetuo:
 nec ferè hilarior, quàm vbi te adeat quispiam tua
 vsurus munificentia, & naturæ diuiniore largita-
 te incomparabili. Nec aquulam (quod dicitur) vi-
 no vnquam sic infundas, vt alicui ingratitude
 regeras, vel collatam gratiam commemoratione
 præstes dilutiorem. Quippe imbibisse altius vide-
 ris, esse hominem homini Deum, vel (vt Græcè di-
 cam) ἀνδρα πινον ἀνα αἰθέρων δαίμωνων, haberique hanc
 ad felicitatem viam ceteris omnibus munitiorem;
 quippe non aliam tenuere tot Galliarum viri prin-
 cipes, sed in primis tot, tantique tuæ gentis proce-
 res, longè clarissimi: quo argumèto illis gloriæ co-
 gnomè adoptatū, haud ambigam. Quod si reluere
 conatur aliquis, in aliena laude, quàm par est, in-
 geniosior, suppetit tamè ex eminentissimis animi
 tui, omnia supereminētis dotibus, nitidissimo
 quod

quodam splendore perfusis, coniectatio euidentis:
 Illud, quicquid est, in humanis rebus videri angu-
 stissimum, vnde tam omnibus absoluta numeris
 propagata virtus sit. Qua nunc & ipse compulsus,
 imò (vt syncerius agam) blandissimè allectus, ti-
 bi me non quidem amicum exhibeo (neque enim
 tua hoc patitur amplitudo) sed clientulum planè,
 & hunc quoque humilem. Quod verò in rerum fieri
 commerciis à negotiantibus solet, paratio vrimur,
 & eo vtique iusto, qui tibi me & doctissimo, & o-
 mnium ferè nobilissimo conciliatum pergat. Nec
 alius est omnino hic futurus, quàm vti præstruxi-
 mus, Musarum initiatus sacris, & ex sciētiae thesau-
 ris profluens. Etenim quum nuper Antiquarum Le-
 ctionum libellos, quod maturuisse iam videretur
 satis, vnguium incursum diu perpepsi, nec ubi im-
 politia obreperet labecula, stylo digna censorio, for-
 mis cufos publicam facere materiā staruissem, tu
 mihi Vir præcellēs, vnus ex omnibus selectus ma-
 ximè es, cui noui operis, arida modò (vt ait ille) pu-
 mice expoliti, munus oblatū vellem. Quod ea res
 in primis tibi nobilium sciētissimo, & scientiū no-
 bilissimo animi mei ardore in tui nominis propa-
 gationem, quod mihi infularū loco est, abundè vi-
 debatur explicatura. Equidè in sanctariis humanis
 animorum fœtura maius, ac indicaturæ grauioris
 censuerim cōprimi nihil, aut seruari. Simul & nun-
 cipatione istiusmodi profum animaduertebo
 fore: tum vt ex amplitudinis tuæ quadā maiestate
 nostris libellis quippiam accederet autoritatis &
 gratiæ, ac omnino eximeretur numero, siqui dem
 pleraque; ideo credi pretiosa, quoniam sint templis

Universitatis de D...
Bibli...

dicatur: etiam ut tanquam Deo quodam praeside ac
senatus literarum principis, gloria insigni, & in litera-
tos meritis, communiti adversus omnem virulentiam, re-
flatu, praesentia plurimum eidem gestuere tua, sibi; in
eo placent insignitius, quando, uti à Peripateticorum
principis traditum novimus, in humanis rebus nil ferè
cogitari gratius queat excellentioris amici ac patro-
ni fide praesentis. Quae quidem ratio, hanc mihi nuncu-
pationem velut necessariam, plane videtur expressisse.
Quamquam à Platonicis forsitan hic decretis aberra-
rim, quod necessitas nulla magis censeatur volunta-
ria, nec voluntas necessaria magis, quam amatoria.
Primus hic, & idem sumamus, ac perpetuus volunta-
tis affectus perficit omnino, ut non amare nolumus,
& nil sit prorsus amore magis necessarium. Te au-
tem vir clarissime, quis non amat impensius? quan-
do non inde modo agnosceris felix, quod tota se vi-
ingesserit tibi fortuna in hac opum & potentiae, ac
honorum amplitudine: quibus & decerior quidam
accedit corporis habitus, cui adesse plane advertitur
maiestas quadam tacita, ut interim Secusianorum,
seu Lugdunensium tuorum praesigne non attingam
nobilitatem: quando eminentissimis authoribus
Lugdunum dici provinciarum ornamentum, ab Plan-
co deductum, nosse videmur. Sed hinc gravius multo,
quod sapientiae praeditus singulari, sic vitam attēperas,
ut quicquid animo concipis, quicquid te obeū lū pro-
prie, ab optato haudquaquam excidas sine, quae de-
mum hinc inde absoluta, plenaeque & est, & censeatur
felicitas. Quippe illos denique beatos arbitramur,
quibus plurima adsint quidem bona, sed ita, ut inde ma-
nifesta profluat emolumenta, quod utique citra usum
haud

haudquaquam contigerit: hoc enim exuta possessio,
felicitem quam invenit parte? At hunc ex for-
mula, ut que dicat ratio, praeter sapientiam, quod va-
leat praestare, non ferè compereris. Hac porro ratio
nati naturae cum Deo eminens paratur similitudo,
qui esse sapientia ipsa creditur. In assimilatione au-
tem eiusmodi summum beatitudinis gradum vide-
ri dubio procul constitutum, semper diuinus & sen-
sit & docuit Plato. Sed & scientissimi ex nostris ani-
mi virtutem censuere longè clarissimam & hominis
peculiarem, de principe rerum Deo bene coniectare,
indeque inter compares de illius agere praescripto.
Qua ex re illud colligunt verissimè, Nisi à seipso,
lædi posse neminem: quando in id bonum ius nulli
superfit astito. Ceterum nec in tam superba tua
virtutis censura, subblandiri me, velim suspicetur
aliquis, aut ad tumulum nouerit (quod dicitur) fle-
re, vel esse Logodædalum aliquem, ac mutantem Pro-
tea formas: neque enim apud ingenij virum perspi-
caciissimi superest mendacio locus, ut qui verborum
phaleras, & pictae tectoria linguae callidè interno-
scat: quod si superfit maximè, seruiliter ad eum tibi il-
luisse, haud facillè concoquat animus. Sed vera sciunt
omnes, qui tantae indolis admiratione attoniti sub-
inde insufurrant sibi Graecanicum illud, *ἄριστος ὁ θεός*
ὁ βέλτιστος ὁ ἀγαθός. In tantum ab iis reuulsus agnosce-
ris, qui & Sophocles verbo Graeco, Latine autem di-
ci solent laodicæni, velut cæna oblata, laudibus ef-
ferri se paciscentes. Conductis apud te, ac redemptis
mancipibus esse locus potest nullus, in cuius mente
altioris praeflorescunt virtutis propagines, nil nisi
heroicum, nil nisi diuini redolentes. *Quamobrem saluè*
ã 4



clarissimum Lugduni tui decus, salve Galliarū specimen augustissimum, salve inquam virtutis assertor vnice, ac hominum in omni vsu summe. Quodque insigniter facis, patriæ virtutis, eminentissimo cuique celebrata, pomœria profer larius, iam hinc vt perdiscant omnes, non scientia belli modò, quod creditum quandoque scimus, Gallos præcelluisse: verum, vti nunc est, in omnem bene in tituti animi decuriam venire, deterso prorsus veritatis sordidæ omni squalore. Illud singulare ac nitidissimū fuerit eminentioris naturæ argumentū, nullius te in disciprando elogiū, nullius te faciē inspectare: sed Areopagitarū quodā veluti more noctu, ac in tenebris aduersum ea, quæ tui sunt fori, sententiā ferre, tanquā afflaru non quidē Delphico, quod Gēlitiū est, sed diuino instinctū. Sensit hęc animi tui capacissimā fertilitatē longē clarissimū Gallorū rex Franciscus, sensere Galliarū eminentissimi proceres: nā si quid ingerat se ambagiosum in iis, quæ functionis sunt tuæ, ac tu quid in ea re conseas, prompseris, quod insita præcellī tamē animi moderatione rarēter obringit, omnū mox approbatur calculus: vel citra sententiæ rationē quādo in vniuersorū mētib⁹ irroboraſſe ampl⁹ animaduertitur, summū esse integritatis examē, si insufur rasselcōtingat, αὐτὸς ἴσθι, ipse dixit. Quare & si eminentissima semper cōſectaris, nūquā nō celestia cælestis ipse suspectas: nihilominus nostra hęc minutula ne reieceris, ac prædiuites imitare, nā πῶλύ το ἔστι ἔχον τίθῃσι καὶ ἀναχέουσι, Verū nos præfari desinamus, tēque iterū suppliciter apprecemur, qua soles, frontis erugatione, hoc quicquid est libellorū excipias letus: vt te præſide, adcāt & cæteri, liuore posito.

Vale,
Natur

NATURÆ PRINCIPI
AC INTELLECTUALI SAPIEN-

tię, necnon amori Sacrum Spirituali afflatu, quorum trino & vno aspirante vberius, hæc publico studioforum bono condita nobis sunt: nam sicuti materiæ actum exhibet forma, corpori vitam anima & motum, itidem animæ virtutem intellectus, principium intellectui actum vitalem intellectualēque, ac lumen inenarrabile.

LODOVICI CAELII
RHODIGINI IN LIBROS ANTIQVAVM LECTIIONVM

Ad bonarum literarum studiosos omneis.

PRAEFATIO.



PICVRV In philosophum vno voluptatis nomine plerisque infamem, saepe verò etiam grauiſſimum, dicere solitum accepimus, Collatum beneficium accepto non pulchrius modo & speciosius videri, sed incundius quoque, ac mirā quadam ratione suauis: quando χαρὰς ἔστι πῶλύ το ἔχον τίθῃσι καὶ ἀναχέουσι, ὅς χαρὰς, gaudij illeque ferax est, ac gratia. Proinde prudentiæ multæ ac ingenij perspicacis censerī potest & debet, qui omnium princeps eam Gratiarum excogitasse nomenclaturam videtur, vt vnā diceret Aglaiam, Euphrosyem alteram, postremam denique Thaliam, velut in benefica natura purius ampliusq; fecunditate præsigni progeminet gaudium, exuberetq;. Nam & in Oedipode tyranno Sophocles ἀνδρα ἄ ὀφθαλμοῦ ἀπ' αὐτοῦ ἔχον τίθῃσι καὶ ἀναχέουσι, καὶ ἀλλῶσθε πῶλύσι. Quibus de causis quum vitæ pro innato captu solertie curriculum (nam, quod dicitur, nec puero quidem ferie nedum a iurnalibus) ad procinctum remis velisq; dum tendimus, in literarum, & interiorum vtique, studijs transmiserimus, nulla subijctam pridem grauior cura, nullum eminentius ingessit se propositum, quàm vt maturius, quantum hoc nomine principi nature primura

P R A E F A T I O

(hoc est, diuine) debeamus, testatissimum toto terrarum orbe faceremus: quippe ab inenarrabili, ac infinita semoti abiunctiq; clementia vnum modo, & vix id quoque sumus, Nihil nos scire profum, aut posse mox: vero vt quicquid tot noctium enigilati emensiq; labores, & haust & lucernarum fulgines, dierumq; sudor nobis peperissent, in al-
 bum publico captantium ingenij cultum bene promere pergeremus: eo quidem procliuus, quod elegans est *Tit.* Catonis oraculum, Nihil agendo, homines male agere discunt. In hunc etenim vsu durissima sumus perpepsi: vt, quod diuino ex fonte in nos est perductum, benigne in alios itidem cerni aremus, reieclis omnino inanspicatis nescio quibus, in arcana protinus, quicquid est illis paulo acriore studio comparatum, intrudentibus, imo etiam contumulantibus. Quod in se-
 natu consultis, quae tacita vocant, quandoque factitatum nouimus. In huius sanctarium exquisitis nullum fuerit, quam artium bonarum ingenia candidata: quibus summa hilaritate, velut in Platonis diuini rempublicam transcriptus, quod mihi est, imperitor. Argumentum huius stomachi mei habebunt erudit omnes, quod eos, quibus exploratus comperta haec meditataq; sunt, peculiaris appellare operis initio, non ab re est vsu: non vt fluentis largissimus aridus ipse aquas ingeram, sed in idem potius vt deriuem, quo retorrida rigentur inuen-
 ra, imo vero, ne si forte (vt assolent) praesidibus nullis in aciem prodie-
 rint, tanquam *αὐτοῦ ἀπαρῶν*, vt Aristotelica vt amur dicendi more, id est, rudia impolitaeq; nec vnguib; impetita diu, protinus impres-
 sionem faciente male feriatarum sciola manu, allisa vel dissalata pereant. Quamobrem parte hac Euripidion illud facile reiecero, quo is
Archelaum fertur alloquitur, ὁ βδοραε παρδρῖν δαγαδῶν πῶν, ἢ πῦ ἀγορῶν λῆγῶν, ἢ δῖδῶν ἀρτῶν δολῶν. Siquidem vobis doctissi-
 mi viri, quibus & rerum innumerabilium, & luculentissimae orationis suppetunt diuitie, nostrum hoc qualecunque, fort eiq; etiam simpla-
 rium offero munusculum, non auri vim a quoquam, non id genus alia vicissim repetiturus: scitum enim est Graecanicum illud, *πῖ γέγονε δὲ ἡ λέξις πῶν ἢ πῶν ἀγῶν ὁπῶν*: sed animum precipue in legeudo mi-
 tem, benignumq;: qui esse doctis omnibus germanus debet, nullo liuo-
 ris furo, nulla festinantius lacerandi labeccula maculosum obscuratq;
 vero & aduersum nocturnos oculos & frontes obduratas: ac ne-
 scio quos in *ἄ τῶν δῶν* edentulos, semper rescentibus virulentis quip-
 piam allinentes, ingenium propugnationem: nec precarium, sed iustum
 auxilium: vt toto standum putetis pede, ne quid tetra profum rubi-
 ginis affricent inanspicatissimi tritagoniste: vt Demosthenis in A-
 schinem protinus verbo vtat. Quos sat scie, si valeant, nulla non hora

Philo

A D L E C T O R E S.

Philoxenum nobis, & Gnathonem Siculum gule proceres, ac cup-
 dioras infames exhibituros: quibus id fuit perfamiliaie genui-
 numque, vt vocati in pultaria narium mucosam excuterent super-
 fluitatem, vt rei feditate auersantibus ceteris, soli vel ultra vota
 saburrati epulis abunde distenderentur. Quauquam in male conce-
 ptas voculas, apalestrorum (vt sic dicam) ad venena natas, nec
 conatu ita multo video esse opus, toto praesertim organo instructis.
 Nunquam (mibi credite) intra teli iactum progredi, permittent si-
 bi: satis illis superque est terroris ac tumultus omnia implere, ostenta-
 re magis quam bellum gerere: vt quibus amatoria Bucolicorum ver-
 sum verba modo recinere, sit frequentissimum. Sed nec clauum re-
 ctum tenentibus, regiaque incedentibus via, magnopere Theoninus
 dens videtur reformidandus, *ἀ δὲ ἀδὸ φῶν τῶν βῶπας δὲ τὰ ἰδῶν* sibi
 Diras aues, ac velut Scironis praerupta letalia, nil moror, doctissi-
 mo cuique conuersu semper, silentio demum prudentibus eluctan-
 da. Nam vt protinus de me iam ordiar dicere, id est, in opere hoc
 condendo adhibitum temperamentum, vt temporis spatium longius
 ab exorso eo decursum, vice iudicum plane perfunctum videatur:
 quibus noua factura prodituros mox in publicam materiam libros
 subici, virgula Aristarchi perpendendos, in praclara legum illa
 concinnatione diuinus sanxit Plato: vt communiti hinc decoris huius
 studiosi conformatos acrius, iterumque ac sapius recoctos proferrent.
 Pictorum certe institutum memorabile narratur, vt per interualla
 subinde tabulas peruierent: credo, vt partus amore quadamtenus re-
 frigerato, perinde ac spectatores, perpersione acri vel minuta dispi-
 cerent, in quibus perpeti assiduitate hebescit plerumque generantis
 acies. Id nos in hisce libellis, non tam in nostrum enigilatis nomen,
 ac vt fame publice tympana pulsaremus, quam vt ad prociunctum
 tendentibus praesidio forent, omnino pro virili sequenti sumus: vt re-
 cognitione interuallata identidem pensitati concoctique, ac velut ca-
 nescentem suamque indepti maturitatem, in manus hominum citra
 insuetie labem prodrent. Nam & Agatharcho sibi nimium pla-
 cente, quod tabulis depingeret celerius: *ἔγῳ δὲ ἠὲ ἠὲ ἠὲ*, Zeuxis
 inquit. Et Cumae Smyrniam nouem annis scriptam, proditum est: Ho-
 cratis Panegyricum, etiam decem. Qua tamen in re, vt obiter
 toniano caueam supercilio tumentes, & histiculos nescio quos, ac
 liuidos, quorum semper in obelo mens, & Fescenninum virus: non
 ita iis quae promuntur nobis omnium requirimus, aut pacificur as-
 sensum, perinde ac loquatur quercus: sicq; dicamus, taquam ambrosia

PRAEFATIO

nos ali deceat. Nostra non adeo amamus, ut si resus ferat, vel cum fama dispendio non allisuri videamur. Maius est in publico bono momentum, cui à divini cultus observantia mancipati obstrictique, interdum nocturne allaboravimus. At e autore primum in spongiam incumbet, ac vna circumducetur litera, quicquid parum integra fide, aut sententia minus doctaque in literas proptum, fuerit animadversum: etiamsi cum passim adhibuimus modum, ut quae traduntur, omnia fere classicis ac maiorum gentium obfirmata suffultaque authoribus, veluti statuminibus quibusdam rigidioribus, circa vitij aut ruinae metum stent validius, restatum paulo etiam vehementiorem facile contemptura. Et sciant philologi omnes, mancipio nos permittere, ac evulsionem praestatueros, si quis litem intendat. Proinde si quid exierit, quod genium habeat, nec sit quarta natum luna, seligat id lector accuratus, quo auctior fiat, & cultior literaria supellex: si quid tamen excitatam opinionem, quae adversaria ingens plerumque proponitur nobis, implere potuerit minus, ac si spem videbimur quadoque, & sentietur alicubi Lacratide frigus, aut (quod Galenus inquit) ἀσφοδιῶν magis, quam veritatem animadverteremur captantes, meminere unusquisque, homines esse nos, quibus commuere in pluribus, insitum est: nam & veterum sapientissimi multa quidem scisse dicuntur, omnia verò haud quaquà. Alius alio plura invenire potest, nemo vnus omnia. Quamobrem desinant acutis naribus, subdultisque supercilij, & caperata fronte, strictaque scioli, quibus putet sepe vnguenti plena alabastrus, nostra quocumque concepta sydere sunt, immitius conuellerè: memores, nemini vnquam vitio datum, divinam bonitatem, quo melius valeat, coluisse. Bene sentienti non erit partus hic Hypenemios omnino, aut quod Plato inquit, ὄρνυξ ἀειδαῖς, vel ἰπὸς ἐοικὸς ὄρνυξ: quando ad quingenta plus minus ex authoribus electissimis opinatissimisque, perpensione accurata, repastinantur loca parum aliis animadversa: ne quis claudi more nos pile arbitretur inherere, alienisque cernere oculis, nec ex ingenio quicquam promere. Verum in hoc eum servamus modum, ut omnium fere parcamus fame, neque enim infectum cruore gloriosum captamus, aut satyram condimus. Ad si quis proficissum se traductumque ac digito monstratum suspicabitur, velim expendat acrius iniunctam promendi veri necessitatem: neque enim parietem linere propositum est, aut palvillum cubito iacentium subdere. Porro & animi candorem ab omni profusus amulatione, & figurati praeconis morsu, ac virulentia secretum. Ego magnis

AD LECTORES.

magnis nominibus, quando proferunt se (ut nunc est) mira fertilitate disciplinarum omnium studia, libenter assurgo, inuenta, & in scribendo curam approbo, ex oculorūque: sic enim exolecet quam primum barbaries, cuius (ut sic dicam) vitiliginibus sordescens Latinae linguae claritas diu, velut mucore, iacuit adobruta. Quod si vestra insequutus vestigia doctissimi viri, ceu in eandem harenam vocatus pugnatum, dolium ipse quoque, sicuti ille fecit apud Lucianum, versare sum adortus, nihil est quod isto nomine cuiquam frontem contraham: quippe notissimum est, delicatam esse doctrinam, ictus pugnantis dictare de muro. Obscurior quidem mea forsam fama est, feticilibus tamen prolibatum simpulis commemorimus: ac inter vina & epulas, non spretum sepe aquae potum. Notum & illud est, summa persequentes, honestè vel in secundo conspici fastigio. Quae immensis laboribus sunt comparata mihi, quauquam summe distributo variis curis, ea nec fere praetrita, vel oblita pridem in album promuntur, & scientissimorum decurie adnumerantur, ne velut in κατὰ θεῶν diutius adblandiamur nobis. Quod si fallimur, nec plausum expectare nostra valent, succinam illud ipse mihi, κενύδρα οὐ πῖδος ἢ κραιῖν. Ceterum quo certiore cubito hosce libellos metiri, etiam in vestibulo, valeat unusquisque, velut per tesseram edicto itinere, iam operis rationem exequi pergam. In quo sane commonites harum Lectionum studiosos velim omnes, non intra grammatices pomæria contineri, quae bonorum iuuenum emolumentis elucubrauerimus: neque ἀτρεῖας, quod aiunt, ἢ ἄλλοις μὲν ἄγειν: siquidem omne studiorum fere attentatur genus, praecipuè verò Platonis, ac Platonicorum rimamur arcana: ut quum ab illis amentatas hastas acceperimus, eas nostris euibremus lacertis: quod ad illorum aliquandiu lucernam perurzilauimus, propter rerū nobilium eminentissimam in philosophia sublimitatem: quae vetus illud Pythagoreorum symbolum, ex diuinitate profuens recipit fertilissimè. Ex quo inter legendum, si modo assequare quae dicantur: nec transierunt, ut Nilum canis, quod ait Galenus, delibes: mirè animos afficit, ac in summum à terrena sequestratos humilitate prouelut, inenarrabilem diuinorum amorem ingenerans. Et ab Aristotele traditum scimus, praestare paucula ex nobilioris scientia gustasse, quam de ignobiliore multa. Nec tamen negliguntur inter Peripateticorum placita, subtilitate immensa naturalium arcana extra omnem aleam perscrutantia. Quin, ut nostris nil cessatum horis, sciant omnes, nec velle nos, quod dicitur, ἢ ναδῖνος



PRAEFATIO

in artem, in odium, Medicorum ingressu scholas, & vitia praecipue
 incunda, quae interiusim accurate, ut Christianae veritatis theo-
 logos taceamus: quos utique vigilare solos rectè dixeris, somniantibus
 ceteris, ac profunde omnino: versuram inde facimus, & excel-
 lens praestamus argumentum, quoniam sortem usus pariat, etiam
 si raptim, & velut per transennam praeereunt. Quo factum est, ut
 a naturae principe initia ducentes, quo ab intelligibilium profundi-
 tate inenarrabili ad sensibilem mox declinarem certitudinem, si-
 quid tamen certi scire licet, aut habere, quum vera hic haudqua-
 quam sint, sed verorum imagines & umbrae in mundi contempla-
 tionem, nullo unquam satis eloquio explicitam, vela fecerimus pro-
 pansa, consequente demonum natura, in qua multiplex retegitur
 subtilitas rerum, alioqui poetici adumbrata figmentis. Statimque
 ingreente se nobis humanae excellentia potestatis, quam esse miracu-
 lum ingens, & diuinum quoque, vetus comprobat Theologia, mul-
 tum parte hac stylo indulsumus, lateque animalium principi, & in
 universi meditullio planè regnanti proprias & animi & corporis do-
 tes extra omnem admirationis captum, regressimus: ut rationale ani-
 mal infinita bonitatis esse delicias se, animadvertens, illi rebellem mi-
 nus agere, tande condiscat: si Tyaei aures non spreuerit, quibus ille ab
 sensu interim secretus, inenarrabili concentu Apolline diuinum mirè
 universa contemperantem audiebat: quando cum nobis peccati pesti-
 fera vis inusit labem, ut homine nil fere comprobetur fragilius: quod
 atrocissimi belli interista historia, manifestum facimus. Ab hac ve-
 rò argumenti altitudine, multis forte caliginosa, in varios digredi-
 mur lingua utriusque flores: subinde tamen, quae philosophiam resi-
 piant, interserimus. Quae in parte ab Academicorum vestigiis non
 reuellimur, & Socraticorum: quibus frequentissimi fuit moris, quae stio-
 ne digesta, diuersas ad id quod agitur, sententias asserre ac ra-
 tiones: ut pluribus propositis, inuicemque collatis, inde scerni facilius
 posset, quod rationi consonum magis videretur. In aliis vero Graecos
 plurimum auctores sequimur, non quidem ut interpretes, sed ex eorum
 perenni velut fonte iudicio nostro, utique est visum, haurientes:
 sapius etiam vel in luto quarentes aurum, ut dicitur, quod esse pri-
 uae multa creditur. Nec nostros tamen retundimus insigniter cul-
 tos, ac luminibus multis nitescentes: velut quae emblematis quibusdam
 mirè gratos, aut spatiosa, eruditaeque Iureconsultorum volumina, quan-
 do & hi aduocantur ad partes: quorum est anima Dei cultus, at spi-
 ritus patrie legis cura, cor voluntas recta, manus recte voluntatis
 effectus.

AD LECTORES.

effectus, totum aequitas & gravitas. Atque, ut paucis rem comple-
 ctar, quicquid lectione collectum est, stylo in vnum rediget corpus. &
 inde ANTIQVAVM LECTIOMVM titulus hisce libellis est
 adoptatus: nam & Pomponium libros Variarum lectionum, concin-
 nasse legimus, sed & Commentaria Lectionum Antiquarum, à Ce-
 selio Vindice composita, Gellius aduocat. Siquidem adhibita ingenij
 nostri aura, quaecunque ea est, in saporem vnum, imagine quadam
 aptum, mirè diuersa confundimus libamenta, uti ex succis odoraminum
 variis, reliquum tamen fiat spiramentum vnum: adseruato, quantum
 euolumus, breuitatis modulo, ne prorsum nimio plus excrescens fieret
 inaequalitas, & inaequalitas. Indicem porò praeposimus, sed tripli-
 cem, primò quid singulis opere toto capitibus contineatur, paucis expli-
 camus: mox, quae in diuersis auctoribus exaltiore lima perpendantur,
 expoliantur: postremo, vocabula, & scitu digna complectimur fere
 omnia: ut indulgenter, ac beneuolè cum posteris actum à nobis, iam
 hinc perdiscant omnes. Id quod, velut principem addecer, commo-
 nuisse obscurius Caesarem accepimus, qui peregrinos quos-
 dam, & fortuna opulentiore contemplatus canum,
 simiarumque catulos sinu circumferentes,
 ac mirè consonentes, amantèrque, qua-
 rere perrexit, & παυχὰ πρὸς
 αὐτοῖς ἔτι πρὸς αὐτὸν
 γινώσκουσιν.

FINIS.



ELENCHVS

SIVE INDEX BRE-

VIS EORVM, QVAE CAPI-

tibus singulis toto continen-
tur volumine.

CAPITA LIBRI PRIMI.

AN Deo congruat nomen aliquod, obseruata ex Theolo-
gumenon libris. Caput I

Quo pacto mundus sit congeries malorum, & terra im-
probitatis prouincia, quum multi Deū esse mūdum dicant, &
Moyſes quoque ac sanctæ literæ miris efferant laudibus. c. II

Humana natura astruitur non vilis, nec contemnenda. Ho-
minis causa omnia esse à Deo quodammodo producta. Ho-
nem futurum fuisse immortalem, si non peccasset. Ante pec-
catum, an noxium quippiam produxerit terra. Incorrūptibile
quod dicatur modis. cap. III

Terram esse mundi chorū medium, quæ sit Musarū cho-
rea, quid Apollo. Terram esse stellam vnā ex Pythagora. Cur
dea à Platone dicta. Terræ nomen nō esse vile. Cur firmamen-
tum dicatur. Item cælum quomodo vnitas omniū. Aquarum
cœlestium ratio. Terræ præconia plura, & quæ sit eiusdem for-
ma. Chersos quid, item chersæa. Zedoros terra cur. cap. IIII

Mūdus quid sit. Natura cōtinens mundum quibus censea-
tur nominibus. Inibi de sphæro breuiter. Quid sit illud Tri-
mæi, Mundum constare ex mente ac necessitate. Mūdi prin-
cipia tria. De Anaxagora, cur diceretur vs. cap. V

Mundus, siue cosmos vnde dicatur. Quid cosmius & cos-
metor. Cur pulchra fiant in mundo. Vnde colligatur mundi
pulchritudo. Cælum esse picturatum, & cur dictum sit ouum.
Eris quid. Interim animam esse organum Dei. Fossæ quæ di-
cebatur mundus. Seueri historia. cap. VI

Vacuum in mundo esse nequit. Vtrum visus sine aëre in-
termedio possit perfici. An extra mundū esse possit vacuum.
Mundus an sit vnus. cap. VII

Vtrum esse possit corpus extra mundum. Quod si conce-
datur,

CAPITVM.

datur, vtrum possit à nobis videri. Cur pede affecto affician-
tur inguina. cap. VIII

Quo tempore anni creatus sit mundus. Cur Aries signo-
rum primus. An demonstrari queant mundi primordia. IX

Quæ sint in mundo antica & postica, dextra & sinistra, sur-
sum & deorsum, declaratur Lucani locus, & Ouidij alter. Sa-
crificandi mos. Cur in Oriente nascantur gemmæ, & aroma-
ta, leones, elephanti. Papinij locus illustratur. Cryſtalli ratio.
Item pauonum, psittacorum, meleagridum. cap. X

Quam rationem in animalibus dextra, vel sinistra pars, nec-
non antica & postica item superna, infernaque habeant. Plan-
tarum radices esse oris vice. Sensuum alios dici naturales, ani-
males alios. Cur virorum superiora crassiora sint, in fœminis
contraria eueniant. Cur in lateribus sint crura, alæ, pedes. Am-
bulandi ratio. cap. XI

Cælum an sit animatum, ex Peripateticorū doctrina. Rur-
sum quæ sint in eo dextra & sinistra, antica, postica, superna,
inferna. Item quæ orbis longitudo. Expenduntur Virgilij lo-
ca duo. Cur cælum moueatur ab Oriente in Occasum. Tem-
pla cur Orientem spectent. Quintum corpus nec grauitatem
habere, nec leuitatem. Cælum esse absque materia. Cyttarus
quid. cap. XII

Mundi figura. An cœlestia nutriantur. Cardinum cœli di-
stinctio ac potestas. cap. XIII

Quorū sint omnino sphæra. De Manichæis obiter & Gnosticis
ac Agnoris & Chiliaſtis. Recondita de Parcis tribus. C. XIII

An quæ visuntur, sint planè syderum corpora. Item an stel-
læ suo luceant lumine. Quid ætheris nomine intelligendum.
Cur in planetis varij cernantur colores. Cur luna maculosa.
Asteriscus quid, diacodion, asteriace, syderatio. Stichiomatici
qui sint. cap. XIV

An planetæ afficiantur vaporibus terræ. Prius, qualis cen-
seatur in literis Prolemaus, in *ix* quid. De trigono, quadrato,
hexagono, diametro. Hæreticus planeta. cap. XV

Elementorum colores, saporésque. Item an planetæ cole-
res habeant: vnde colligi eorum possit natura. Elementa cur
dicantur *συχῶα*. De Proteo scitu digna: item Idothea, Terra
aphoratos quæ. cap. XVI

Planetarum potestas maior sit, an fixarum stellarum. Quæ
in vtrifque nominum, & in motu diuersitatis ratio. Chaldaeo-
rum



I N D E X

rum placita de planetis, item diis cōsiliariis. Hesperides quæ sint. Planeta pisces, item in re militari. Sol & luna an inter planetas. De planetis quoque plura. An cælum initialis sit generationis causa.

Cap. xvi i i

Mundum, sphaeras, stellas sentire, ac preces exaudire. Sphaeram maximam esse mundi oculum, terrâ item anima & sensu præditam, ex Platoniorum doctrina. Origenis placita de stellarum animis. Quas intelligi oporteat Neptuni stellas, vel Iouis. Cælorum concentus. Mundus an finitus. Græcorum in motu terræ superstitione.

Cap. x i x

Dignitas cæli ex historia, itē ex physicis rationibus. In cælo esse trinitatis mysteriū. Cur dicatur *spæris*. Si staret cælum, nihil moueretur. Si calor cælestis deficiat, nullibi erit calor, vel frigus. Creatis omnibus inesse trinitatis vestigiū.

Cap. xx

Mundi colores tres. An sint in cælo colores, ex Peripatetica schola, an item calor. In quota signorum parte cōringant dierum mutationes. Astra vnde dicantur. Cælum quot modis dicatur.

Cap. x x i

Regio apud Platonem terrestri paradiso aśsimilis. Item vbi sit paradus is. Paradus quid. Arriani historia ad id mirabiliter facies. De habitatione sub æquinoctiali. Item an ibi sit mare. Antiscij qui. De hemisphaeriis duobus, non ingrata. Item de Olympi vertice.

Cap. x x i i

CAPITA LIBRI SECVNDI.

Simulacra duo nobis esse proposita, mūdum & Christum: mundum esse tanquam rempublicam, & Dei templum. Angelos à Deo præfectos humanis rebus, qui mox euaserint dæmones, & immundi spiritus. Angelorum numerus, Platonis & Aristotelis ad id sententia.

Caput i

Dæmonis nomen fuisse veteribus honestum, nobis nō ita. Cur Aristoteles dicatur dæmonios, & Plato diuinus. Qui à veteribus dæmonij dicantur.

Cap. i i

Rationalis naturæ gradus esse tres, deorum, dæmonū, hominum. Dæmones cur. Item eosdem dici lares, ac genios. Dæmonum descriptio. Qui medioxumi, patellarij, semones, herodes, manes, Pluto sumanus, sangus, popi, diopi, stenopos, stenoparchæ. An angeli omnes sint speciei vnius. De Dionysio Ariopagita carptim.

Cap. i i i

Esse item in sphaeris quorundam sententia dæmonum ordines.

C A P I T V M.

dines. Prouidentia triplex. Quomodo à dæmonibus afficiamur. Qui dæmones naturales, qui que aduentitij. Dæmonum præfecturæ. Item dæmones esse tanquam pastores.

Cap. i i i i

Dæmones an habeant corpus, item angeli. Corporum genera quinque. Nereides quæ sint. Qui, & vbi visibiles dæmones. De Glauco interim.

Cap. v

Dæmones esse semine fecundos, & coire, angelos bonos minimē. An angelus dicatur de homine. De gigantibus interim. Dæmones qua ratione varias exhibeant figuras. Quæ sint Naiades, dryades, onoscæli. Cur quidam dæmones ingerant se puerperis. Mirum pestilentia genus Constantinopoli. C. vi

Dæmones mali, dæmonum è cælo lapsus. Quem Ates nomine intelligat Homerus. Trygodæmones qui sint, & sorodæmones. Couali. Sorodios dæmon. An dæmones sint naturaliter mali.

Cap. vi i i

Dæmones an sentire doloris vim possint. Spiritum esse, qui sensum efficiat. Cur enses offerantur dæmonibus. Virgilij locus explicatur. Theologica sententia de supplicio dæmonum. An corruptioni subiiciantur angeli. Exorcistæ qui sint. C. vi i i i

Dæmonem pluribus modis dici. Animum nostrum etiam dæmonem nuncupari. Locus Virgilij declaratur. Genitura loca in cælo.

Cap. i x

Dæmonem esse vnicuique proprium, custodem, testemque. Quæ sint ab eo emolumenta. Quando fiat dæmonis ab anima electio. Dæmonium Socratis quale foret, & cur diceretur Deus. Dæmonius vir. Item de Augusti & M. Antonij dæmonio. Zabulus. Malleus terræ. Dæmonum bonorum & malorum nomina.

Cap. x

An mutato loco mutetur & dæmon. Cur quis alibi fortunatior. Dæmone illustrante, mira sæpe à nobis fieri. Theologorum de angelis bonis placita. Parangeliarchus.

Cap. x i

Oracula fuisse à multis cōprobata, à multis item damnata. Oraculorum origo. Theologia genera tria. De Taciti & Floriani statuis. Annum millesimum expectare quid sit. Thulis rex. Thule vnde. Statuæ dæmonicæ. Vnde habeant vaticinium dæmones.

Cap. x i i

Dæmonum bonorum malorumque distinctio ex Porphyrio. Dæmonum descriptio ex Augustino. An dæmones sint hominibus præstantiores. An illis fomenta suggerentibus semper peccatis obretiantur. *εἰς ἑσπέρην* qui dicantur. De Serapi.



I N D E X

Quos facile arripiant demones. Cerberus qui. Dæmonas non posse diuinitas dare. Animas defunctorū à demonibus effingi. De Arreptitiis plura. An humanis animis illabi possit immūdiōr spiritus. Ternistratores q̄ sint. Itē paredrus, exhedrus. **cap. xii**
 Afferuntur ex Augustino rationes aliæ, quibus possint demones futura prænocere. Cæci historia. Futura noscēdi modos esse duos. Cordis arcana modis cognosci duobus. **cap. xiii**
 Origenis opinio de corpusculis æthereis atq; æreis: Item de restituendis demonibus. Origenis excellentia. **cap. xv**
 Euchararum & Gnosticorum impia sacra demonibus concipiendis, curque Eucharæ dicantur, & Gnostici. **cap. xvi**
 Anacephalæosis superiorum. Hominem esse miraculū magnum: ac quodammodo omnia, & Dei simulacrum emulum. Item quid sit homo, quomodo miraculum, Trinitatis vestigium animæ impressum. Homo cur rerum mēsurā, & secundus Deus. Anima cur dicatur *ψυχή* ex Origene. **cap. xvii**
 Mundos esse tres, Hominem dici quartum mundū, in quo simulacra sint reliquorum trium: item esse veluti Proteum. Pyramis, Aether quid: & æthra. mundos esse innumerales ex Origene. **cap. xviii**
 An ex terra fortuito generari homo queat. Mira de animalium quorūdam spontali generatione, Venenatorum & mortuū obludentium origo. An esse possit vniuersale diluuium ex Auerroē. **cap. xix**
 Homo duobus modis ab Hebræis dicitur, Enos & Adam: sed Adam, idem est simpliciter quod homo. Vnde sit coniectatio, hominem rectē ab humo dici. Animantium interstitia compositionis ratione. **cap. xx**
 Quibus item probetur, Homo similis mūdo. Apocatastasis quid. De stellis in quatuor mūdi cardinibus. Hominis laus ex Cicerone. **cap. xxi**
 Omnis nostra dignitas ab anima est, quæ vehiculum est ad Deum, & imago mentis. Spiritus corpora preparat ad animæ susceptionem. Augustini, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis opinio de anima. De enteuchia quæpiam. An per accidens corpori insinuetur anima. Item an fuerit ante corpus. **cap. xxii**
 Animæ distributio secundum potentias. Mentem esse vice luminis, & instrumenti, & visus. Qui sit Ianus bifrons. De mentis capite, siue flore. Animæ officia tria. Quid sit animam ē corpore segregare. Animus & anima quo discernantur. Plinij

C A P I T V M.

nij locus declaratur. **Cap. xxiii**
 Quod sit animæ idolum. Item quæ imago, & umbra. Ex quibus fiat animal. Adā & Eux mystica interpretatio. **cap. xxiiii**
 Vegetatricis animæ munus triplex. Altricis facultatis organa duo, item munia quatuor. Epeleustice motio, quid. **cap. xxv**
 De animali virtute, item naturali & vitali, ex Auicenna. De synteresi, ac conscientia. Virtus in iis quid. **cap. xxvi**
 Sensuum commoditas, & necessitas. Quatuor esse, quibus rerum apprehenditur cognitio. Quibus insit sensus. Origo eiusdem. Neruorum paria septem. Spinalis medulla. Cur anima vires suas magis in parte ista promat, quàm illa. **cap. xxvii**
 Aristotelis sententia de sensuum origine. De medio duplici, quo sensus producitur in actum. Olfactum esse minus aliis necessarium, & quæ utilitas eius. **cap. xxviii**
 Sensus cur tantum quinque. Quatuor necessaria vt sentiamus. Animæ progressus nouem ad scientiæ plenitudinē. **cap. xxix**
 Sensus interiores quatuor. De sensu communi præcipue. Inibi locus Plinij declaratur. Sensati qui intelligantur. Sensituum dici non Latine. **cap. xxx**
 Qui præstantioribus sit sensibus præditus, habere item inferiores, sed non ediuerso. Sensibus abuti omnibus hominem tantum. **cap. xxxi**
 Sensum non esse idem cum intellectu. An Homerus animam putarit corpoream. Item an scierit esse præditam ratione. Spiritus & anima an differant. **cap. xxxii**
 C A P I T A L I B R I T E R T I I.
 Intellectus agens, & possibilis. Illū dici à Platonis mentem, hūc verò rationem. Mens cur dicitur. Scansilis ad Deum ratio ex Theologumenon libris. **Caput i**
 Auerrois de intellectu agente sententia. Quid Auerroem, quandoque in Aristotele interpretando sefellerit. Quam esse opinentur eruditiores Aristotelis in ea re sententiam. **cap. ii**
 Humanæ speciei laus exquisita ab ingenij, memorię, vaticiniorum, loquutionis potestate. Animam esse Dei ciuitatē, Christi sponsam, Spiritus sancti templum. Interim cur homines dicantur alphestæ. **cap. iiii**
 Inesse animis humanis scientiarum thesauros latentes iuxta Platonem. Cur Musæ Iouis & Memorix dicantur filie. Quomodo ab quibusdam reluat Platonis opinio. **cap. v**
 Hominem vnum nescire imperiū pati. Item affectare, vt sit

I N D E X

Deus. Qui cōquisuerint honores diuinos. Quid ita humana species eratur, tum solaris, tū Mercurialis. M. Antonij historia, item Caligulae, ac Pōpeij Magni. Spudarchæ qui. Cap. v
Animæ humanæ potentia mira. Corpus nostrum posse ab anima fieri luminosum. Animam esse ad totius sapientiæ imaginem factam

Cap. vi

Connumerantur, quibus excellentia rationalis naturæ posse leprimi videtur. Mox refellūtur. Plinij locus restitutus illustratur. Debere vnumquemque ipsum se cognoscere. Animam à Deo pingi. Morborum causæ. Senectutis laus. Cap. vii

Homium genera tria pro vitæ institutis. Terræ filij qui dicantur, item cœli, aut Dei. Actiuos & voluptarios haberi tanquam exules, quia contemplantes iam sint in patria. De voluptate.

Cap. viii

Felicitatē esse duplicē, naturālē, supernaturalē inque. Quo calle hāc cōsequamur. Corporis descriptio grata. Cap. ix

Humanis corporibus nil deesse ad perfectiōē. An corpora nostra sint cœlestibus nobiliora. De simia iucundum scitu. Corporis humani nuditatem non esse probrosam, contra Plinij sententiam. Quid responderi possit præponentibus homini bruta. Cur infantia quadrupedibus nos similes faciat. Curque virorum cadauera fluitent supina, feminarum prona. Pumilionum ratio.

Cap. x

Cur sit ere. Et statura homo. Cur plāte cōtrario nobis modo se habeant. Piscis qui dicitur cœli inspector.

Cap. xi

Quam multa sint in corpore humano admiratione digna. Quæ sit in corporibus pulchritudo. De humoribus quatuor humani corporis. Quid ita functos factō dicamus Alibantæ. Segniciei in motu ratio, item animositatis & contentiosæ naturæ, Idiosyncrasiā quid. Medicina vera cur diis attributa. Cur ingeniosi aliqui, aut obliuiosi. Cur tristes, aut hilares. Item de sanguine, ac bile atra. Plinij locus restituitur libro secundo, Cacoehymia & Plethora quo differant. Ichores quid, & Euhæmum. Cur sanguis dicatur ær. Lac quid

xii

Virū plura significare. Brachus quid. De animali spiritu, vitali, naturali. Ingeniorū diuersitas vnde sit. Cap. xiii
Quid arteria, & quid vena, origo vtriusque. Vena an dicatur de arteria, cōtra Gelliū Hæmorrhagia quid. Anastomosis. Diapedesis. Parocheteus. Antispasus. Ischæmon. Arteriæ tunica an

coeat

C A P I T V M.

coeat soluta. Colletica. Epuletica. Cirfos. Varices. Cap. xiiii

Pulsus quid. Item de ratione pulsuum digna scitu. Qui sit formiculans percussus, & vermiculans. Plinius declarat. Microsphycti qui intelligantur.

Cap. xv

Quæ sunt partes in animalibus similes & dissimiles: item de neruis. Quæ membra organica. Quoque ab iis differant, quæ animalium dicuntur partes.

Cap. xvi

Ossium ratio. Cornei cur dicantur, quibus sunt ossa cōcreta. Quot in humano corpore. Interim quæ ossa dicuntur simenia, vel cynolopha: item sesamina, lambda, hyodea, catagma, helcos, regma, spasma, apospasma, teredon, lygysimos. Poros quid.

Cap. xvii

Charthilaginis natura quo ab ossibus differat. Chondros, chondracantha, medulla notia, spondyliōn, moschion, medulla lana, medulla auium.

Cap. xviii

Neruorum ratio, & vnde oriuntur nerui. An sentiendi organum sit caro. Anthrope quid: item epidermis, rachodes, lacernosa cutis.

Cap. xix

Carnis ratio ex Platonis doctrina. Carnis species duæ. Qui sint ines, & qui villi apud medicinæ peritos. Pulpa, in Plinio quid. Parèchymata, adenes, inion, inis, inulus, hinni. Sarcotica pharmaca, cephalica, catheterica, hyperfarcosis, eularcon, cixx

Humanū corpus summa partiū proportione constructum. Phya quid vocēt Græci. Rotundū & quadratū schema reperiri in corporib⁹ nostris. Mēsurarū indiē esse depropta nomina: itē denariū numerū. Quibus constet corpus. Retrimeta quot excernantur modis. Vlcerū superfuitates haberi generū duorū ichora, & rhypos. Corpora perittomatica & plethorica. c. xxi

Humani corporis partes. Membrum quid. Monocola quæ. Nouem haberi per pensione digna in quolibet membro. Motus actiui & passiui. Cur naturam dixerit iustam Hippocrates. Membri cuiusque ratio triplex.

Cap. xxii

Capitis ratio: cur ibi sedes animæ. Codia quid, & vnde. Crebra, hemierara, sincipita. Cur magnis viris caput aperire, institutum. Cerebri item ratio. Encar quid sit. An cerebro abstinuerint veteres. Obiter iurandi mos per caput salutē, genitum. Adriani historia, engissomata, camaromata, ostagra, encopci, aulisci, phacota, xysters, trypana, abaptista. Cardis expiatio. Cauere capite. Epidij historia. Diploa quid. An capite præciso possit quis progredi aut loqui. De craneo, & futuris: itē de ca-



I N D E X

pillis. Interim adnotabis quæ dicatur Thria. Qui dicatur Phoxi: & quid phoxa, & phoxichili. Item cymbe, cymbachus, cymbæum, xylocymba, corymba. Capitis refectio honorifica veteribus. cap. xxii

Capillorū ratio. Cur defunctorū capilli durent, aut etiā augetur. De Tulliola Ciceronis. Lophos quid, & lopheum, lophiumque, Lyfoma. Polylopa quæ. Interim cur aquatica inobsepta pilis. Cur collum minime pilosum. cap. xxiii

Barbitij ratio. Mystax. Hyporrhinion, propogonion quid. Pogon. tragopogon. Cur mulier barba sit exuta: curque in nõnullis visatur. Pappos, hypene, arucus, cryngus. Adrianus Cæsarum primus barbam nutrire est exorsus: cur quibusdā barba nunquā subnascatur. Mastaces locusta. cap. xxv

Frõtis ratio. Metoposcopi qui sint. Itē quæ stellæ secūdæ. Cur quādoque nequeat aperiri oculus. Sudoris in frõte ratio. Scardamytici. Atenes. Osculum frontis. Tetanos frons. cap. xxvi

Supercilia quam habeant rationem: item Cilia. Giffa quid, & giffomata, giffipus, giffipodifma, fuggrūdia, vel fuggrunda. Supercilia hostiorum. Anaphalanthiasis, siue salitium. Palpebrā quid, & gena. cap. xxvii

Oculorū constitutio mira. Cæcitatē malū. Oculi faciles, & Virgilio cur dicantur. Glaucoptis Minerua vnde appellata. Videndi ratio breuis. De speculis erudita nõnulla: curque ab menstruis inficiantur. Plinianus soluitur nodus. Quæ dicatur *τοῦ ἰσχυροῦ*, & *τοῦ ἰσχυροῦ* item *τοῦ ἰσχυροῦ*, & *τοῦ ἰσχυροῦ* qui, & *τοῦ ἰσχυροῦ* item ἰλλῶ, & inde corruata verba. Visores, Passiuz oculorum cupiditates. Hypopyon. Vnguis oculi. Procopij historia. Optili, monopodij, lucinij. cap. xxviii

Aurium, & audiēdi ratio. Scaphus quid. Amara, & samara. Aërem istum moueri in orbē. Adriani historia. Cochliæ. De aurium humoribus. Itē de sordibus. Cypselides. Lobus quid. De Fanetiis. Amphorides quæ sint. Eporides, & Anterides. De auribus ex historiis nonnihl. Qui dicantur Oti. Auribus an spirent capræ. Aurium vermes, eulæ. cap. xxix

Denarib⁹, & earūde muniis. Sanguinis è narib⁹ profluuiū vnde. Mirū de elephāti nare, quæ dicatur promucis. Rhinocollura. De coluris, ac mitylo, & colo, & ficis coluris, ac colyridibus, coluriisque: item colophuris, & colobotis. Quid cothuri, mutica. Quid collyrisfare: item myllare, myxa, myxus. Item quid nares in architectura: & quid æstuaria, & mygme, mytotos,

C A P I T V M.

totos, simon, plagion, loxon. cap. xxx

Laborū & lingue, munus duplex. Philtrō. Typos, vel nympha. Prochilō. Prostomion. Itē de ore. Microstomus, chelyne, chelynade, chelya, chelysma. Stoma vnde. Astoma quæ: item eustoma, stomatica. Mirones, miracula. cap. xxxi

Linguz, & orationis laus præcipua. De imitatione nonnihl. Saporum sensus vbi percipiatur. Saliuz fontes. De gustu, & pstitaco mirum. Meropes qui, & vnde dicantur. Thryllare quid. Trygon cur. Ancyloglossum, ancylostomon. Siculi cur trilingues. cap. xxxii

CAPITA LIEBRI QVARTI.

Dentes cur attributi animatibus. Dentibus an insit sentiendi vis, atque item ossibus. Dentium distributio, & vocabula. Quid gelasinus. Gingiuarū nomina. De Pyrrho, & Hercule, suis Calidoniz dentibus, & Zenobiz. Odontiasis quid, & odaxymus. Gomphiasis, gomphiasmus, pladara, epulides, parulides, chaudioonta, carcharodonta. cap. i

Propon, id est facies, quid. Coros quid. Cōmodi historia, & Fuluz. Colli ratio. De sphondylis. Ancteres quid: item anthereon. Corræ, corfæ, corfoteriū, corfoteus, dire, byssauchen. De ossibus humerorum. De iugulis. Clides, clidia, guttur. gula, pharinx. larinx, asparagus, & aspharagus. Gylus, & gyliauchen quid. Gyrinni, ginni, gygenij. Isthmus, vnde paristhmia. Orthostade. Orthostadia vestimenta. Stragulationū ratio. Cynanche, paracynanche, parasynanche, angina, synache, metaphrenum, Antiades quæ, & cur. Tonillæ, cion, decollare, murenula. fuca, capitium, struma, pappia, prolobū, proboli. cap. ii

Manuum laus præcipua. Scribendi bonū. Dextra cur in fide porrigatur. Tendines, toni, dactyli idæi vnde. Ambidextri, & ambilæui ratio: gyia, gyalas, cyllas. Pygmaei vnde: ancon, maschalæ, seu alæ in harundinibus: carpus, carpæa: Carpiæ ciuitates. Brachij partes, & vocabula. Manuū, digitorū partes, ac partium nomina. Chirurgia. Osculandi mos. Spithame, lithas, vlna, thenar, cotyle, condylus, condylion, gronthus, scytalides, phalages. Brachium calefacere. De Martio, & Claudio. cap. iii

Agrorum nomina diuersa. Xanaon. cap. iii

Pectoris ratio, & vocabula partium. De costarum numero. De vberibus, & partium nominibus. Rhox. Thorax. De osse sacro, & sphondylorū meatu. Itē costarū vocabula. Quid pleuritis, arthritus, nephritis. Pectus vincendi mos. Terentij locus expli-




I N D E X

atur. Cardia, cyamos, chondros, spathea, platea, copia, orrhopygium, coccyx, solen, fistula sacra. Cap. xiiii
 Vētris partes, & vocabula. Cœliacus morbus. De vmbilico, & partiu circūiectarū vocabulis. Etrō, abdomē, peritonaiū, syringotoma, echinus, cecryphalus, apocriticus. Strophidolores. Gangamon, græa. Prasagium ex vmbilici nodis. Cholera quid. Alia, ceneon, lagon, lapara. Qui sint versus Procellij, sphaodes, lagari, myuri, acephali, phrycocœlium. Cap. v
 Pubes, epifisū, ephebeū, hebe, phalouitroboli, acylos, orrhō, taur^o, pipinna, lipodermi: peos, ac pcos. Itē penis, eius vocabula plura. Fascinū cur. Pudēdorū iiberi patris cultus. Taurus, & dactylios. Cōgylia. Capros, caprea. De nanis. Nonos quid: & vepene. Onos, onobelus, monobeles. Tentum quid. Cap. vi
 Testiū ratio pręstātissima. Mēbra dominātia quę sint. Didymus pāniculus. Muliebris pudendorū partes, ac vocabula. Sacandrus, Ianuini, clitorini. Pessus, & pessulus. Porta, & hostiū, pro genitali. Dupōdius. Locus ex proœmio Digestorū restituitur. Itē Propertius explicatur. Cremasteres. Lyte qui dicatur, & prolyta. Dipondiū. Chlunē entomiā quid vocēt Gręci. Monij sues qui: itē mellina, vidulus, vidularia, mesofcelos, apocopi, cocchone, detestatio, cremor, cremiū, superamenta, erimnon. Crimnodes vtiā. Monolia. Heliogabali historia. Phimosi, periphimosi. Lumbi, & vmbilici, pro genitalibus. Cap. vii
 Nates, apogluti, glutos, ephedrana, pyga. Hypolispæ quid: item lispæ, lispæ. Cur Athenienses Depyges. Thefei petra. Virgilij locus. Cur cędantur nates potissimū. Callipygos, catapygon, pygostolus, anorrhopygia, vrrhopygiū. Syracusanarum puellarum historia. Venus callipygos cur. Pygargi notiones aliquot. Melempygos, leucopygos. Cap. viii
Quo argumento astrui valeat, Lucanum non videri poë-
 tam. cap. iiii
 A. Gellij locus expeditur ex vltimo Noctium Actiarum,
 vbi In historico legitur, pro In logistorico. cap. vi
 Italice mensæ apud Platonem quæ intelligi debeant, extrà
 quam opinentur multi. cap. ix
 Cur mollem Ioniam dixerit Propertius, & Horatius Ioni-
 cos motus. cap. x
 Trapezophorus quoniam intelligi apud Ciceronem debeat
 in epistolis familiaribus cap. xiii
 De trapezophoro intellexisse Iuuenalem illo versiculo,
 Et recubans sub eodem marmore Chiron. cap. xiv
 Quid sit illud Platonicum, Narthecophori multi, Bacchi
 verò pauci. cap. xiii
 Arrianus à vitio defenditur, subnotata interpretis incuria
 super Dionysij matre Cora. cap. xv
 Neurospasta quæ sunt apud Lucianum, Athenæum, Ari-
 stotelem. cap. xvi
 Gellij codex emaculatur super verbo neurospasta, quod
 modò scribitur neurobapha. cap. xvi
 Quid sit apud Columellam ichtyphallus. cap. xvi
 Phelli qui intelligantur apud Plutarchum in Memora-
 libus. cap. xvi
 Legendum videri apud Virgilium Georgicon secundo,
 Terrea progenies duris caput extulit aruis. cap. xix
 Propertij locus explicatur ex libro secundo,
 Lecta Prometheis diuidit herba iugis. cap. xxi
 Quæ nam, aut qualis sit apud Quintilianum libro septimo,
 aquitas, item apud alios æquum & bonum. cap. xxii
 Plutarchi codex emaculatur in Themistocle, ac alibi de
 pnyce. cap. xxiii
 Quid sibi velit Plinianum illud ex quartodecimo libro,
 Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in
 ceno, ac pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. cap. xxvi
 Exponitur & capite eodem illud quoque, Alius quantum
 alea quaerit, tantum bibit.
 Item illud, Vulgòque veritas attributa vino est.
 Horatij locus explicatur ab interpretum plerisque præ-
 teritus,
 Et mero tinget pavimentum superbo. cap. xxvi



INDEX EXPLICATORVM

Quo sensu, quãve ratione dictum antiquis bracteatum illud. In lente vnguentum, extrã quã peruiderint literatores. cap. xxvii
An Seneca omnino vera scripserit, esse in Macedonia tantum actionem ingrati. cap. xxviii
Explicatur locus Ciceronis in epistola ad Lentulum, Ne quid saluis legibus & auspiciis agi cum populo possit. xxix
Cur M. Tullius in Deorum natura, eruditum dixerit geometriæ puluerem. cap. xxx
Enarratur illustrius Persianum illud, Nec qui abaco numeros, & secto in puluere metas Scit risisse vaser. cap. xxxi

EX LIBRO OCTAVO.

Annotatur lapsus interpretis Plutarchi super Diopo. Cap. i
Ciceronis sententia obscurior ad Q. Fratrem illustratur, vnus ex annalium memoria. cap. ii
Plutarchi locus in Alcibiade restituitur de Isangelia. iiii
Senecæ locus explicatur de canterio, præter quorundam opinionem: Inibi refellitur Apuleiani interpretis enarratio, quid canterino ritu somniare. cap. ii
Cuiusmodi sit illud Plinianum ex libro octauo, cantharus sub bouis lingua, quem vocant Apin. Tollitur ex Aufonio obscuritas, vbi Marcum pullariam emigraturum mox in scarabeum fingit. cap. v
Cur Plinius lasciuientes delphinos tempestatis statuat præfagium. cap. vi
Vitruuij locus aperitur de thymelicis. Quo sensu dixerit Plautus in Amphitryone, Siue ambissent qui palmam histrionibus, siue cuiquã artificii. Item cur poëta idem inferat mox, Quive quo placeret alter, fecissent minus.
Quid significauit illis versibus Martialis, Raptus ab it media, quod ad æthera taurus harena, Non fuit hoc artis, sed pieratis opus. cap. vii
Proscenium meretrix, quam habuerit nominis rationem, præterquam opi nentur alij. cap. viii
Plutarchi ex causis, locus explicatur de theoria, interpretis inscitia adnotata. Palintocia verbum libro eodem præmissum negligenter, reponitur. cap. ix
Plut

IN AVTHORIBVS.

Plutarchi tralatio in Pericle locis duobus emendatur de theoricis, & nauibus, quæ stratiotides vocantur. cap. ix
Item Plutarchi locus restituitur ex Alcibiade de Salaminiã naue. cap. ix
Engastromantes vel engastrimythi qui sint, extrã quã opinatus sit Hermolaus. Tollitur mendum ex Canonicis decretis, de pythionibus: & qui pythones. cap. x
Babylon, cur purpurata meretrix apud Hieronymum. xi
Quo intellectu de rerum natura, libro quarto Lucretius dixerit, Babylonia sunt. Aureus Babylonis calix apud eundem Hieronymum qui intelligi debeat. cap. xi
Græcus Theophrasti codex emaculatur, crocum habens pro crico: in cuius expositione vocabuli pleraque aperiuntur in nostris, & Græcis authoribus. cap. xiii
Cuiusmodi fuerit Delphicus tripos, præter quorũdam recentiorum sententiam. cap. xv
Cur monogrammos deos dixerit Epicurus apud Ciceronem De natura deorum secundo. cap. xix

EX LIBRO NONO.

Quintiliani locus de tibicine incinente Phrygium sacrificanti, in materia, declamantium, copiosius explicatur. Quo intellectu pronuntiatum Horatio sit, Quis tamen exiguos elegos emisit author, Grammatici certant. Cap. iiii
Qui sint apud Quintilianum spadices. cap. ii
Quid significarit Quintilianus libro primo in ratione legendorum Carminum, vbi Cæsarem dixisse refert, Si cantas, malè cantas, si legis, cantas. cap. v
Ciceronis locus ex secundo De oratore, de spondaliis, quæ sint ea, & cur dicantur. cap. vi
Papini locus ex Thebaidos sexto explicatur aptè: Quum signum luctus cornu graue mugit adunco Tibia, cui teneros suetum producere manes, Lege Phrygum mœsta. cap. vii
Penstatatur Augustini sententia, qua is super Iani castitate falli videtur. cap. viii
Quid ita in Bucolico ludicro Virgilius, Arcadam in musicis peritiam subinde laudibus efferat. cap. ix



INDEX EXPLICATORVM

Male percipi Tranquilli sensum in Nerone, se aliquid sus-
ferri canaturum, & quæ sit eius verbi notio remotior. Ser-
uius in Bucolici ludici enarratione explicatur de Tiris co-
lumbis. Cap. x
Plutarchi locus restituitur in Alcibiade de cirii. cap. xi
Græcorum error super Apicio refellitur. cap. xi
Quo sensu enuntiarum veteribus sit, Amazonum *ἀγοα*, id
est cantilena: quod ex doctis aliqui ingenue fatentur, à se mi-
nus percipi. cap. xii
Ciceronis obscuritas illustratur ex epistolis ad Atticum de
Cononis patre. cap. xvii
Lucretij locus ex primo libro explicatur in Religionis men-
tione, quæ (vt ipse ait) caput à cali regionibus ostende-
bat. cap. xix
An ex vero dictum Maroni sit Aeneidos quarto:
Hæc se carminibus promittit solue e mentes,
Quas velit, ast aliis duras immittere curas. cap. xxii
Martialis dictio restituitur ex veteri lectione,
Inter quadrupes matrya prima lepus. cap. xxiii
Galenii verbum interpellatione reponitur de monte Vesu-
nio, Therapeutices quinto. cap. xxxi
Lapsus interpretis Plutarchi scædior ex Pelopidæ vita su-
per Iolai historia. cap. xli
Martialis nodus explicatur:
Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri.
Sed qui bellus homo est, Cotta, puillus homo est. cap. xxxiii

EX LIBRO DECIMO.

Cuiusmodi sit Ciceronis illud ad Q. fratrem, Operas à Græ-
costasi, & gradibus clamorem sustulisse. Cap. vi
Quæ facta in veteribus monumentis conciliari dicantur
per lancem & licium. cap. vi
Restituitur dictio apud Vlpianum Digestis de furtis, vbi
si sit fur manifestarius, explicatur. cap. vi
Legendum apud T. Liuium ab Vrbe condita primo libro,
Lex erat horreni carminis: non criminis, vti mendosiores
præferunt codices. cap. vii
Tollitur ex Plinio nodosa difficultas in Præfatione, Suspen-
dio arborem eligendam. Cap. viii
Quæ

IN AVTHORIBVS.

Quæ sit apud Plautum litera longa, quam suspensiosi fa-
ciant. cap. vii
Cur Aeneidos sexto Virgilius, in inferorū vestibulo som-
nia statuerit vana. cap. ix
Cur ab eodem dictum: Quæ gratia currum, Armorūque
fuit viuus, quæ cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur
tellure repostos. Cap. ix
Explicatur copiosè Quintiliani illud, Et natura tenacio-
res eorum sumus, quæ à teneris annis imbibimus. cap. ix
Plutarchi locus restituitur ex vita iunioris Catonis, de me-
moria & reminiscencia. cap. xiiii
Maronianum perpenditur carmen scitissime:
Oblitus ue sui est Ithacus discrimine tanto. Cap. xv
Puteal quid sit apud Persium, & Horatium. cap. xvii
Declaratur Senecæ verticulus ex Thyeste:
Timētque veterem nobiles Argi sitim. cap. xvii
Ageilaum rectè legi apud Lactantium inter Plutonis co-
gnomenta. cap. xviii
Quid sit apud Varronem postulio, seu postulatio. cap. xix



AD REVEREND.
ET ILLUSTRISS. DOMI

num D. Ioannem Dominicum de Cuppis, Dei &
apostolicę sedis gratia episcopum Ostiensem, S.R.E.
cardinalem Tranensem, sacrique collegij de-
canum, in Lodouici Cęlij Rhodigini
Antiquarum lectionum libros
Camilli Richerij fra-
tris filij Prę-
fatio.

Honestum nę fallor, & egregium co-
rum est institutum reuerendissime
Pręsul, qui nil preciosius, nil ha-
bens antiquius, quęm ut quacunque
valeant ratione, posteritati cōsulant,
vel noua promēdo in lucem, ac scru-
ra quantum ipse censeo, preciosissima complures inuan-
do: aut quod æque fere magnum est, vetera quę ingenio-
rum fecunditas, ingentium animorum perennes ima-
gines post se reliquere, impressoribus tradendo. Quis
enim proficit opus eruditum, varium, acutum superin-
ducto situ in obscuro desordescere, & propę deperit.
Vtinam id comperiretur in paucioribus, longe minus ne-
gotij summo ingenio viri, quorum munus est in gymna-
siorum claritate profiteri, persentirent, quum in tene-
bras Ciramærius atriores precipitati, vix inde sudantes



RICHERII EPISTOLA

explicantur. Sed malum hoc latius serpsit, sita demum
 cariosa quadam putredine cuncta repleuit, ut sapenu-
 mero volumina non pauca, quae iure meo rationalis natu-
 ra partus legitimos esse contenderim: iaceant inutilia
 profus, nec intellectum ullo modo recipiant. Heu des-
 titia, quot praecleara veterum monumenta conciderunt, quibus
 res Latina illustrari poterat, & militarium rerum
 cognitio nobis afferri? Luiana decades, Salustiana his-
 toria, & alia multa perierunt. Noli id patrum mei erudi-
 to operi accidere, quod iure hereditario ad nos deuolu-
 tum fuit. Idcirco imprimendum curavi, quando ipse fu-
 nere praeventus acerbo non potuit. Haec tamen lucubrati-
 ones heroum magnum, studiorum fautorem, literato-
 rumque ducem exposcunt, sub cuius clypeo & praesidio
 à caninis rictibus tutae in manus studiosorum prodeant.
 Caterum dispicienti acrius, & omnem (quod aiunt) la-
 pidem mouenti, non ferè aptior aut excellentior occur-
 rebat, qui non angusta modo & veluti diuina maiorum
 amplitudine latius per vniuersam Italiã & prouincias
 aliquot enitescis, sed ingenij quoque facibus fulguranti
 adeo summouere ceteros videris, ut in vnius labijs pre-
 potens illa Pitheplanè sedisse videatur. Hic agminatim
 virtutes tuae occurrunt, quibus adeo sum allectus ad te
 diligendum, ut nil magis cogitem quàm me in cliente-
 lam tuam exhibere. Egregius parens tuus Bernardinus
 à Cuppis, qui quum bonitate singulari, & summa in re-
 publica administranda integritate, tum verò te filio
 bundè illustris fuit & magnificus: siquidem ut erat in
 omni usu prudens & sagax, etiam si summo loco natum
 te intueretur, nunquam tamen adduci potuit, ut eum
 arbitrareretur nobilem, cui fumosis imaginibus atrium
 esset plenum: quod nemo in nostram (ut Seneca ait) glo-
 riam

DEDICATORIA.

riam vixerit: neque quod ante nos fuit, nostrum sit: ce-
 terum eum verè generosum, & esse & dici opinatus,
 qui ad virtutem bene esset a natura compositus, quum
 perspexisset paruulos, quos natura eadem nobis dedit,
 ignuculos diuimore quodam modo tibi illuxisse, quaz
 ingenijs nostris semina sunt innata virtutum, indies ma-
 gis magisque in te enitescere, summa cura, summisque
 laboribus tibi curandum censuit, ne ignuculos eoradem
 celeriter malis moribus opinionibusque deprauatis sic
 extingueres, ut nusquam naturae lumen elisceret, quo
 sanè adolescente, ipsa nos ad vitam beatam natura per-
 ducit. Igitur peritus intelligens duo esse reliqua, quibus
 animal hoc prouidum & sagax, quem vocamus homi-
 nem, ad perfectionem valeat perducì, rationem siue di-
 sciplinam, & consuetudinem, confestim tibi à sanctissi-
 mis vberibus matris amoto, qua te veluti Gracchorum
 mater Cornelia optimis & sermone & moribus imbuis-
 set, grammaticum doctorem adhibendum curauit, qui
 tibi perinde ac Homericus ille Phoenix, dicendi pariter
 ac faciendi ductor foret, atque magister: qua in re pra-
 cellsa quaedam & inenarrabilis naturae benignitas efful-
 sit. Quum haec mihi narrata sunt, Aristotelicum illud
 ex Politicorum tertio, verum esse cognoui, Ex melioribus
 ortos meliores esse consentaneum est. Tibi pleno (ut aiunt)
 cornu humana sese felicitas infudit: quae tria sint omni-
 no bonorum genera, sine quis (ut Politicorum septimo
 Aristoteles ait) nemo utique felix fuerit, externa cor-
 poris & animi, non video in quo vno omnia ea gloriosius
 laudabiliusque efflorescant. Nam quum se tibi ad fatie-
 tatem eximia quaedam numinis benignitas à primis an-
 nis ingereret, nihil omnino deesse voluit, quo praecellens
 & diuina animi tui magnitudo promi posset largius, &
 rebus


RICHERII EPISTOLA

veluti saluberrimis scaturiens aquis fons uberius funde-
retur. Diuitias igitur amplissimas, etiam infanti elargi-
tus est optimus maximus Deus. Tu verò ut es in omni
vju prudens & summus, nò bracteata & personatam
ac suppuratam (ut Seneca verbis utar) quorundam felici-
tatem sequutus, summum in eis tibi bonum collocasti:
verum ad liberalitatis & beneficentia opus eis perpetuo
es usus, scitum illud Caesaris Augusti subinde tecum re-
petens, Benignitas mea me ad caelestem gloriam effert.
nam (ut Plinius ait) Deus est mortali inuare mortalem.
Et hac ad eternam gloriam via, hac proceres iere Ro-
mani. Fuit ergo magnitudinis tuae proprium, calcasse
mortalia: & qua ceteri mirantur, vel nulla duxisse, vel
ut mactipia ad virtutis rede gisse ministerium. Paupe-
riores eatenus contemnendos & abiiciendos nonnulli exi-
stimant, perinde ac hominum loco planè non essent. Tu
verò sub palliolo sordido latere posse sapientiam putasti,
& pauperes fouere ac amplexari perpetuo voluisti, di-
cere consueuisti, Homines hominum causa esse genera-
tos, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possent. Corporis etiã
bona, in te minimè desiderantur, ea praesertim quae M.
Varro primigenia natura appellat: Gracitã *ἡ πρῶτη φύσις*,
qualia sunt incolumitas, valetudo, sensuum integritas,
vires, pulchritudo: certè sine pulchritudine absoluta felici-
tatis non est. Nam forma, Dei munus est, & (ut Iliados
tertio Homerus inquit) *ὄμοιοι πῶλον δὲ καὶ δῶρον*. Sed hac licet
admirabilia videri possint, ut equidem sunt: horum tamen
in nihil est, sed circa te corporea haec (ut grauisimè &
sentit & docuit Platonius Plotinus) imagines sunt, &
vestigia, ac umbra potius. Ille demum felix, cui bonum
omne in animo est erectum & excisum, qui que mirabi-
lia calcat, & natura utitur magistra, ad illius leges
composit

DEDICATORIA.

compositus. Igitur quum officia omnia ab natura profi-
ciscantur principis, atque ut membra nobis ita data
sunt, ut ad quandam ratione viuendi data esse videan-
tur: sic appetitio animi quam Graeci *ἔπιθυμιαν* vocant, non
ad quoduis genus vitae, sed ad quandã formam viuendi
videtur data. Hac tibi diuinitus infixã perspexisti, vi-
rum illum verè ciuilem, & publicarum priuatarumq;
rerum administrationi accommodatũ, qui regere consilijs
urbes, fundare legibus, emẽdare iudicijs possit, nò alium
profectio esse quàm oratorẽ: nec hũc apud veteres sapientia
antistites viros à philosopho fuisse diuersum. Ob id sum-
ma cura, studio incredibile, nò quidẽ citra pulueris tactũ
aut sudorem, non rhetorices modo elementa, sed latius
oratorios campos ita esse penetrandos olim tibi propo-
situm fuit, perinde ac vnicum id, & praecellens opus esse
obeundũ. Nec tu hac implicitus cura, ut miles ignauus
& infrequens alia circumspectare destitisti. Nam &
dialectica gyris ac Meandris ita te insinuasti, ut ex-
quisitas ambiguitates illas nequaquam tibi per igna-
uiam duxeris prateriundas: imò quo in humanis nihil
animo tuo praestanti absolutius foret, quum hominis pro-
pria sit veri inquisitio, mox & philosophia sacra ingres-
sus pomeria, verũ naturam, quæq; supra naturam sunt,
scrutatũs fuisisti: ei quoque parti qua mores constant, ita
sitienter incubuisti, ut manifestum prorsus faceres: sicut
ad sanandas corporum agrotationes malagnata excogi-
tata sunt, & coliria ac catapotia, & id genus alia ita ad
sanandos animi morbos intrinsecus grassantes inuẽta esse
philosophorum praecepta, ac medelas. Hac tu quidem
omnia ingenij acumine incredibile, memoria omnium
capaci, tanta es adeptus celeritate, ut quum duo sint
prima in animis nostris genera virtutum, utra in te
pralucent

RICHERII EPISTOLA


 præluceant magis, non pullati fermè, nec satis excusculpti
 in dicitur sit, siquidem unum earum genus est, quæ suapte
 ingenerantur natura, appellanturque non voluntaria.
 alterum earum genus est magnarum verarumque vir-
 tutum, quas appellamus voluntarias, ut est prudentia,
 temperantia, fortitudo, iustitia: quæ utique in te omnes
 ita demum præcellunt, ita clarissimi cuiusdam syderis
 instar præ cæteris fulgescunt mortalibus, ut ad earum
 intuitum sapiētissimus quisque perinde ac diuino ictus
 fulgore, reuerētèr admodum mentis summūtat aciem.
 O virum incomparabilem, tu fortune terriculamentis
 & circumstrepentes minas letissima semper excerpisti
 fronte in sacro illo collegio (ut fama est) Dei honorem
 & ecclesia Romana commodum præ oculis habens, in tre-
 pide tuam aperis sententiam quum legatus Picenam
 petiisti, ita tumultus statim sedasti, & ad tranquillita-
 tem omnia reuocasti, ut te homines illi tanquam Deum
 venerarentur. Quid hic innocentiam laudem, aut cle-
 mentiam singularem, qua cūctos mortales vel vsque ad
 pœnitentiam superasti? Quid morum dexteritatem re-
 petam? & quod in magna fortuna per arum est, affabi-
 litatem? Clariora sunt opera tua, quàm humana lingua
 illustrari possint. Quis ergo ad te amandum non alluce-
 retur? Ego blandissimè allectus me clientulum exhibeo:
 neque ipsa hæc ad blandiendi studio à me perscribitur
 nūc amplitudo tua interpretetur: sed eo nomine potius
 ut Camillum scires, & quicquid in Camillo est, tibi iam
 nunc esse mæcipatissimū. Quare patris mei LECTIO-
 NVM ANTIQVAVVM libros tibi nunc dedico,
 qui grauiore supercilio recogniti, & tertia plus parte
 aucti, publica iterum fiunt materia. Notissimum est
 enim qua clementia, quæque frontis hilaritate & bene-
 fica

DEDICATORIA.

fica natura excipias literatos omnes, & ipsa literarum
 studia. Accedit item hac nuncupatione quedam operi
 authoritas. Verus enim est, Multa ideo preciosa videri,
 quòd sint templis dicata. Porò visa res est tanto vno
 digna, ut qui diuina scientia apicem nullo refragante
 calculo summi beneficio ingenij solus ferè attigisse cogno-
 scitur, illi maxime hoc opus dicaretur. Nostrum igitur
 munusculum qualecunque dignissime Præsul (ut soles
 omnia) benignè suscipias: ac irrefragabili tua
 authoritate, paterno amore, velut numen
 presentissimum, protegas. Vale, ac
 diu viue Augusto fe-
 licior, Traiano
 melior.

FINIS.



L O D O V I C I
C A E L I I R H O D I G I
N I L E C T I O N V M A N T I
Q V A R V M L I B E R V N V S,
Q V I P R I M V S.
E X O R D I E N D I R A T I O

*Ex Deo esse omnia, de trinitate carptim, religiosa
mox, & reuerens apprecatio.*



L A T O philosophiæ pater, & diuinioris
scientiæ author longè clarissimus, in libro
De mundi constitutione, scriptum reliquit,
Omnes, qui modo mente cõsent, in rei cu-
iussibet exordio ad numinis opem decur-
rere consueuisse. Necnon & alibi epistola
quadam, In omnibus inquit, quæ vel dici-
mus, vel cogitamus, à Deo ducenda initia sunt. Et rectissimè
id quidem, quoniam vt tragici cothurni princeps Sophocles
prodit, Principium rectum compar item consequitur finis.
Propterea feliciter auspiciariis argumentum, mox futurum
publico bono, inuocandus est omnium pater: quo prætermis-
so, sicuti comprobatur in Philosophica cõsolatione etiam Boe-
thius, nullum ritè fundatur exordium. Siquidem est vita
quædam vna, regina vnius mundani corporis, potentia, sa-
pientia, bonitate præcellens, mundi magnitudinem singulari
providentiæ munere ab initio, & serie nusquam interpellata
perducens ad optimum. Hanc esse summum, & principem
Deum, constanter asserimus, de quo diuinè cecinit Orpheus,
πᾶτων γένεθ' ἀρχὴ πάντων, πᾶσιν τε τίλειται, hunc esse vniuer-
sorum patrem confessus originemque, ac denique finem. Ad
hunc in arcto constituti, tanquam in harenam defugimus:
huic inuisum nihil, nihil inauditum. Omnia summa sapien-
tia, & inenarrabili consilio distributa librantur, regunturq-
Quod ipsum nec Orpheus idem ignorasse videtur eo versu-
culo, qui augustissimam naturam omnia introspicere, atque



LECTIONVM ANTIQVARVM

audire, ac dispensare profatur, πὰρ τὸ ἰσχυρὸν, ἢ πὰρ τὸ ἐπὶ αὐτῷ ἔχει πᾶν τὸ ἰσχυρὸν. Nec me fallit, videri eundem tribus illis nominibus, consilio, luce, vita, trinitatem etiam pramonstrasse quodammodo. Nam quod in libris Antiquitatum Minar Sissenios scribit, vnitatem adorasse in primis, vir suae aetate autoritatis inconcussa: Pythagoras, vnitatem illam esse trinam astruebat, adorandam, colendamque praecipue. Est siquidem vnitatis omnium prima, mox aequalitas, inde connexionio. Haec verò Christianae veritatis doctores ex imagine quadam ad haec nostra patrem dixerunt, ac filium, & sanctum spiritum, siue amorem. Nam in patre & filio quadam agnoscentur naturae communio, quae vna est, ita quod natura ipsa aequalis patri demonstratur filius, & inter eos certa concipitur conexio: quippe naturalis amor alteri alterum conciliat, connectitque: vt verò ad simplicissimam hanc, & abstrictissimam descendamus intelligentiam, quae sensu, vel imaginatione, aut ratione cum naturalibus pertinguntur appendicibus, necessariò seiungenda abiciendaque. Propterea doctus Martianus philosophiam refert: ad trinitatis cognitionem scandere affectantè circulos euouisse, ac sphaeras. Equidem ita sentio, vt se habet visus ad solis lumē, ita prorsum habere hominis ingenium ac rationē ad diuinā bonitatis radiū. Proinde absque illius illustriore lumine nil facile à nobis animaduerti, aut cognosci. ipsa verò gratia diuina illuminatio est, & dona gratiae lumina sunt, eos illuminantia qui in eius vocantur participatum. Quin gratia omnis ab vno profluit fonte, & illuminatio omnis ab lumine vno. Multi vtiq; radii sunt, sed lumen vnū. Spargit se quoque lumen vnum, vt multos illuminet. Lucent illuminati multi, nec tamen videtur nisi lumen vnum, & fiunt lumē vnū in lumine vno. Ita vnum se bonum multis praeberet participandum: vt cum illo coalescentes vnum sint, qui vnam ducūt ex illo similitudinē. Propterea theologorum veterum plerisque, scimus ingenio peracacissimo, bonitatem in centro, pulchritudinem in circulo collocatam tradidisse. Nam centri nomine Deum esse intelligendum, prudentioribus insinuarunt. Circulos verò in ambitu assidue circumactos, mentē significare, animā item ac naturam & materiam. Id quod Plotino placuit in primis. Siquidē Deus potenter omnibus inest vnus penitus simplex ac immobilis. Omnia verò indidem emanantia aliquo modo compo

LIBER PRIMVS.

composita, ac motus non inscia: Imò verò sicuti profluunt ab eo, ita refluunt in eundem, vt in circulo linea. Deus itaq; centrum omnium, vnitatis simplicissima, actus purissimus, sese inferit vniuersis, nec praesens modo est, verum & omnibus a se creatis potentiam intimam, simplicissimam, praestantissimam indidit, quam rerum vocant vnitatem, à qua propendēt omnia, & ad eandem redeunt, caligantq; prius, quam suo inhaerint creatori. Igitur bonitas quidem rerū omnium ipse Deus, per quem cuncta sunt bona: pulchritudo autem est Dei radius, à quo rerum omnium species effinguntur, rursusq; ab eo, vt luminum patre, descendit datum omne optinuit, & omne donum perfectum: proinde qua possumus mentis partate, imò verò illa ipsa vnitatis, quam vocant mentis caput, & florem quoq; sicuti Zoroaster, qua sola super animā, mētisque proprietatem extante, putat Iamblichus inter Academicos cognomento diuinus & sacerdos magnus, vnitatis posse attingi, integrè, sinceriter, sanctè, suppliciter ipsum hunc omnia supereminentem, infinitum, inenarrabilem maiestate augustissimum, splendore micantissimum, virtute incomprehensibilem, tantae rei exordio, cui sumus genuina impares debilitate, sic apprecemur venerabundi: quando & clarissimus medicae scientiae scriptor Auicenna etiam si falsis obancillus sacris, maximi operis, & conquistari exordio diuinitati gratias agendo, auspiciatus se tantarum rerum initia ducturum est opinatus. Qui cuncta inenarrabili bonitate producis, totius rerum naturae causa, & origo initialis, qui sapientia infinita, & prouidentia perspicacissima regis, roboras, viuificas, lenis, mules, excitasque. Summe animorum pater, animantium sospitator, iustitiae fons perennis, super omnem constituta: mentis captū, tibi soli cognita, & cui se largius vastissima tuae clementiae flumina infudere: vitam totum quod est in me, salua lux totum illumina: vt bñ tuum me regat: sapientia emendet: spiritus, creator repleat, accedat amoris ignem, sensus collustret, infirma nostri corporis virtute firmans perpeti. Tu qui solus trinus, vnus es Deus, benedictionem à me non seuocaris, adiua benigne, miserere ampliter: da tuae maiestatis idolo, quonia in nullo falli diuinitum est, primum quidem in voluntate acquiescat tua: deinde, vt quae mox dicentur, tibi placeant omnia, sintq; (quod dicitur) sacra teclaq; laudes tuas recinant: quādo es author omnium



LECTIONVM ANTIQVARVM

& sine te Cimmeriis offusi tenebris caligamus altius. Studio forum deferuiant emolumentis; qui & facile assequantur, quae varia nobis, te illustrate, lectio suggererit. Ipse vero, qui diu iam hoc voluto saxum, & incudem eandem interdum nocturno rundo, ex mentis proposito torum opus transfigam, mihi que ipsi constem perpetuo, ex umbratili nunc primu meditatione in puluerem instructu meo, & ornatu prodiens, & forensis (vt sic dixerim) acie, nostris iuuenibus modo sint φιλανθρωπία, Latinae rei velut seminarium comparaturus. In quo diuersissimorum generum de partibus feminibus, inde sibi in agellos suos succretas viui radices transferat, qui hisce legendis otium ac subsecundarias impartiri horas non censuerit inane, ac citra operepretiu. Quando in iis, quod olim in templo Pacis factitatum Herodianus scribit, quicquid est nobis opulenciae ad hanc horam, reconditum volumus, vt thesauri fierent, non libri, ac ne intus modo caneremus, quod factitabat citharistes Aspendius, sed & foris, quonia in sudata veste durasse abudē videtur. Caterum legentes vniuersim hic commonuerit, quod in Moralibus est ab Aristotele traditu, esse quidem eruditum, exactum ipsum eatenus in vno quoque genere flagitare, quatenus ferat ipsius natura rei, simile namque censentur, mathematicum suadentem probare, & ab oratore demonstraciones exigere.

An Deo congruat nomen aliquod, obseruata ex Theologumenon libris. CAP. I.

Sivero parte hac studiosius querat aliquis, ecquid de principis, ac rerum parentis Dei nomine monumentis prodendum se ingerat ex veteribus memoriis, respondere breuiter apteque ambiguitati propositae sic propemodu posse videor. Maximum illud, & maximu quidem simpliciter, cui opponatur nihil: sic demum nostrae mentis captum supergredi, vt nomenclaturae ratione exsuperet prorsus omne: quippe ab huiusmodi ingenij solertia rationis quadam singulari vi indita sunt nomina, vt vnus ab alio euidenter fiat discretio, vbi vero vnus sunt omnia, obsecro te, quodnam inibi nomen excogitaris proprium. Mercurij vtique profundior nos sententia latere haud potest: Quia, inquit, reru vniuersitas est Deus, proprium eius esse nomen haud vllum potest, quoniam aut omni nomi

ne

LIBER PRIMVS.

ne Deum, aut omnia eius nuncupari nomine, foret necessarium: quando is simplicitate sua reru omnium coplicat vniuersitatem: at quod ineffabile nos dicimus, tetragrammaton Graeci, id est, literarum quatuor, ioth, he, vau, he: proprietatis tamen subire vim creditur, quia Deo non coarctetur creatorum ratione aliqua, verum essentiae vi propria. Id vero tralatum dici vnus valet, ac omnia, seu omnia vniter (sic enim mihi nunc dicere permittat Latinae rei studiosi) vel proprie adhuc magis vnitas. Nec tamen sic vnitate hic inaudias velim, vt loqui homines assueuerit: nam sicuti intellectum omne supereminet Deus, ita & nomen omne. Siquidem per rationis motum, qui intellectu longe inferior est, rebus induntur discernendis nomina. Verum quia contradictoria reclinare nequit ratio, hinc nullu dare nomen colligas, cui non opponatur aliud eiusdem rationis motu: quippe vnitati pluralitas opponitur, ac multitudo. Haec autem Deo haudquaquam congruat, sed ea verius, cui pluralitas sese nulla obiecit, vel (vt sic dicam) alteritas. Hoc vtique intellectus mensum excedit: quis enim infinitu intelligat vnitate, per infinitum oppositionem quae omnem excedat? Inibi omnia citra compositionem sunt in vnitatis coplicata simplicitate: nec aliud ibi agnoscitur, vel diuersum. Quod si quis eam coeipere vnitate queat, quae etiam si vnitas est, nihilosecius omnia est, Deum nomen is attingat plane. Et ipsa tamen vnitas, quauis propinquius ceseatur nomen maximi, ab vero tamen maximi nomine, quod est ipsum maximu, per infinitum disparatur, reuelliturque. Liqueat igitur hinc, Deo haud quadrare, nisi diminutissimae, particularia, discreta oppositu habetia. Quare Arcopagita Dionysius affirmationes esse incompactas pronunciat, quippe si Deu esse autumas Veritatem, obiecit sese falsitas: si virtute, occurrit vitium: si substantiam, obiecitur accidens: quod & in reliquis fit. Attribuuntur Deo tamen ista per tralationem ab creatis quandam ex perfectione, quam praefert nomina ipsa. Quod ipsum & in trinitatis augustissimae nuncupationibus dilucet: nam quia vnitas est Deus, gignens dicitur, ac pater. Ex eo autem quod vnitatis equalitas est, genitus, siue filius: ex eo quod vtriusque connexio est, sanctus spiritus. Quod si perpendis exactius, a patre filium gigni, hoc fuit omnia in verbo creare: quo argumento verbu & artem, ac ideam, creatoru respectu, affirmat Aurelius Augustinus. Nam creatura, quia Deus pater est, esse incipit: ex eo quod



LECTIONVM ANTIQVAVM

filias perficitur: quod verò sanctus est spiritus, vniuersali con-
gruit ordini, coaptaturque. Quae sunt in re qualibet trinitate
eis vestigia, quod Aurelius idem comprobat sanè. Genesios ca-
patenarrans primum. Illud porro nec omiserò, cuius mihi
author est magnus Baülus in Hexaemero, sancti spiritus ab
Mosaica dici sapientia, Dei spiritus: ut quum scribitur. Et spi-
ritus domini ferebatur super aquas. Quod si amplius quaerere
ris, quonam hic pacto super aquas ferebatur: respõdebimus
ex sapientis Syri doctrina, quando Hebraica veritati propior
sit Ceterum illarum lingua, Ferebatur, exponendum pro fo-
uebat, vitale aquis fecunditatem exhibens. Ex quibus di-
lucet illud quoque, de quo indagine nõ incuriosa quaeretur
multis est, nec ab creandi actu sanctum abiungi spiritum.

*Quo pacto mundus sit congeries malorum, & terra im-
probitatis prouincia, quum multi Deum esse mun-
dum dicant, & Moyses quoque, ac sancti & literati in-
uis efferant laudibus.* CAP. II.

Quoniam verò ab Dei maiestate immensa, & inenarrabi-
bili rectè, sicuti decuit, auspicati sumus, quando & in
re omnibus veteres praefari solitos, Pausanias scribit, capta-
di gratia ominis boni, *Deis, Deis*, quod Aelius quoque comprobat
Dionysius, & principium omne Plato scribit, ac repetit. Pro-
elus, esse diuinum nõ in seite opinor, nec improspere, aut, quod
ille, ait, in subide secundũ operis instituti caput mundo dica-
bitur. Què in libro de vniuersi natura Plato Deum beatũ ap-
pellare nõ dubitauit: animã quoque, vt Plotinus interpreta-
tur, ab opifice bono ideo esse traditã, prodens, vt mundus pos-
set intellectualis euadere, quod quidem necessariũ fuerat: sed
citra animã, inquit, id verò effici nõ poterat. Verũ ante hoc
longe in sermone, qui Pimander inscribitur, Mercurius nihil
inquit, eorũ quae in mundo sunt, interit: si enim secundus est
Deus ipse mundus, nec nõ immortalis viuens: impossibile est
immortalis animantis partem aliquã interire. Quaecunque
quando insunt, mudi sunt membra: homo praesertim, animal
rationale. Primus omnium verè sempiternus, immortalis, inge-
nitus est Deus, omnium author. Secundus verò deinde ad illius
imaginem mudi, semper viuens, nõ sempiternus: nam quod
sempiternũ est, ab altero factum nõ est. Quinimò in Natu-
rali historie initio Plinius, Mundum credi numen, par esse
putat.

LIBER PRIMVS.

putat, sed aeternum, immensum, ingenitũ, nec interiturũ
vnquam. Caterum quod fatendũ sit, ego quidem non vtique
mundum, vt Deũ contenderim esse venerandum: at verò tan-
quã inenarrabile summi Dei opus suspiciendũ, facile censue-
rim, etiam si somniantis hoc putat Epicurus, non philoso-
phantis, qui que ne primoribus quidem labiis physiologiam
gustarit, id est, naturã rationem. Quando & Astronomicon
primo M. Manilius sic scribit.

At manet incolumis mundus, suaque omnia seruat;

Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.

Bonum item, multiformi imaginũ varietate distinctũ, con-
cinnatumque, nec nõ circumflexũ complectentem, quicquid
venerationem, laudem, amorem, pulchritudinis excellentia,
aut dignitatis amplitudine cumulatũ parere potest. Nec
enim frustra in libro veritatis & vitæ Moyses ait, nunc singu-
la in mundo bona, nũc cuncta valde bona ex artifice summo
propagata. Nam nec aliorum pronũtiatũ & illud, Celi enar-
rant gloria Dei, & opera manuum eius annũtiat sit mamen-
tum. Deprehensum certè ab peritioribus est, in mundi crea-
tione principè Deum arithmetica esse vsum, geometria item
ac musica: siquidem arithmetica ratione cõpacta, cõnexãque
creduntur elementa: geometria verò figuras effinxit, vt inde
firmitatè consequerentur, stabilitatè, ac pro naturæ vi mobi-
litate. Proportiones adnexuit musica, ne terræ plus in ter-
reno sentiretur elemento, quã aqua in aqueo, & in aereo
aeris, & ignis in ignea natura: nec elemetorũ vllum omnino
in aliud resoluũ vlla quiret ratione. Vnde colligi posse, mudi
molè haud perire. Proinde quum audis, a Deo esse vniuersa
in numero creata, & pondere ac mensura: intellige, ad arith-
meticam numerũ referri, pondus ad musicã, ad geometriã
verò mensuræ adiectũ nomen: quippe astringetè grauitatem
leuitate, confouentur omnia, fulciunturque: in medicullio
nãque ignea potestate cohibetur terra, sed & huic ignis inni-
titur. Ita profecto est magnitudo exquisitissimi, nec laudati
vnquã pro dignitate operis, nec nõ late patès vis, & motus mi-
rabilem opificis præ se fert potentia. Dispositio verò excul-
sima mirificã ostentat sapientia. Vtus verò ad optimũ vbi que
conducens latius exuberantem nobis ingerit bonitatè. Proin-
de summi Platonici vniuersum hoc, ceu augustissimam Dei
statuã eximie venerati sunt: & quae in eo ceteris maiestate na-



LECTIONVM ANTIQVARVM

rura praeſtare videntur, tanquam idearum (vt ipſi volunt) certiora ſimulacra. Ceterum in tanta rerum gloria, quoniam pacto id diſſimulauerim, quod in veteris Theologiae libris videor legiſſe: Ipſum hunc, quem tantopere admiramur, mundum malorum appellari congeriem: terram vero, eadem inſectatione, improbitatis prouinciã dici. Quod & vulgo ita ſubinde tractatur, vt plane adagij vicem obtineat. Nam ab Platone quoque dictum eſt in libro de ſcientia, Mala omnino deleri non poſſe, verum ea neceſſario euenire, nec tamẽ apud Deos eſſe, ſed apud mortalem naturam, inferiorẽmque huic locum aſidue circumuolui. Hiſce qui item Ambroſij ſententia concinit bracteata, Mala in eſſe mundo, quos omnino ſapiens aut deat inſiciari, frequẽti adeo ad mortẽ in hoc ſeculo lapſit. Hoc tam diſſentaneum, tamque pugnant, ſic tamen antiquorum rationibus coſouere, atque tueri poſſumus. Bonum, inquit Mercurius, in vno tantum Deo eſt, imò ipſum bonum Deus ipſe ſemper: nã & in Euãgelio Matthæi CHRISTVS, & dicitur ayalos, eipm o dno. Quum bonum dicimus, bonũ id, quod omnia continet bona, & quod bonum ſemper, intellige. Hoc vero vni aedeſt Deo, nullius vnquam inopi, iniuriã non obnoxio, qua in iram præcipitur, numen eius late dominatur, nil eo ſapientius. Sicuti verò malorum nullum in eſt illi, ita nuſquam alibi reperias bonum, ne in ipſo quidem mũdo, qui vtique paſſionibus genita replet, vt pertrito ſcholis verbo interim citra ſciolorum morſum vtamur: nam & generatio ab paſſione non ſequeſtratur: vbi autem paſſio, nullo modo bonum: vbi bonum, non habet ibi locum paſſio. Sicuti verò materiã omnium conſeſſa eſt participatio, ita & boni participatione mundus bonus: bonus, inquam, quatenus & ipſe omnium effector: at minimẽ in aliis bonus, paſſibilitatis, & motus ratione. Nuſquam in eo pulchrum compereris, nuſquam bonum. Siquidem que modo titillant ſenſus, ſimulacra ſunt & miraculorum vanitas. Ipſa quippe natura, vitãque mundi, vt placuit Plotino, quaſi maga, imagines ipſius boni, veri, pulchri ubique ſingit, velut eſcas, quibus animas huic mundo per auaritiã, voluptatem, inanem gloriam mancipatas fallit. Deum cogita, circa pulchritudinem demum verſaberis. Certẽ libro octauo Enneadis quartã de animã deſcenſu in corpora, Plotinus idem conſtanter aſſeruit, ſenſibile torum à Platone contemni, & commercium animã cum corpore

dama

LIBER PRIMVS.

damnari, qui & arcanum illud veneratur oraculum, quo traditur, Animam hic in custodia quadam, & carcere diſtineri. Quin, inquit, ſpelunca apud Platonem, ſicut & antrum in Empedocle, apud quem *ἡ ψυχή* poteſtates inquit, *ἡ δὲ ψυχή* τὸ δὲ τῶν ἀδύτων τῶν ἐν ἡμῶν. vniuerſum hoc nobis ſignificat ſolutionem e vinculis, & ex ſpelunca aſcenſum, ipſam accipi puto animã ad intelligibile progreſſionem. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, inquit Eccleſiaſtes. Sed ait Hieronymus, ſi creatura omnis bona eſt, vt quã ex boni creatoris fontibus profluxerit, quo nam pacto vniuerſa vanitas? Si terra vanitas, nunquid & celi, & angeli, throni, dominationes, poteſtates, ceterarãque virtutes? Sed quã per ſe bona ſunt, melioribus collata vanitatis aſciſcunt nomen. Stellam Lunã confer, cæca eſt: Lunã Soli iunge, non rutilat: Solem CHRISTO ſi componas, tenebrã ſunt. Adde quod vbi Platon ait, Mala in mortali natura verſari: id exponens Plotinus, eſſe inquit neceſſario aliquid ſubcontrarium bono, id eſt, ſub boni imperio collocari aliquid, ab eo maxime diſtans, ac penitus diſſimillimum, id eſt, inſimã mundi materiã. Hoc autem loco monendi ſumus, contrarietatem ab hoc philoſopho, vt eius doctrinã ſtudioſis placere animaduerto, accipi, non repugnantiam duarum in eodem genere qualitatum, ſed diſtantiã rerum vndique maximã, oppoſita facientem, ſerentẽmque, quomodo eſt materiã ſubcontraria Deo: hæc namque eſſentia non eſt, ille verò eſſentiã principium: hæc malorum origo, ille bonorum. Salus vna, via item vna, pietas cognitioni adnexa. Tunc humana mens recta concipit, & meditat: vbi ab principe natura inſuſum exceperit radium. Quod ſi immundorum ſpirituum aſſata prauitate, ſubdiderit colla iugo, ſucereſcunt inde, progerminantque adulteria, ſupra, homicidia, id genus alia complura. Quo forſan argumento Luciferiani vniuerſum mundum eſſe diaboli aſtuebant, & factum de eccleſia lupanar. Illud neutique ſilentio inuoluẽdum, vbi ex ſacra pagina hoc aduocauimus, Celi enarrant gloriam Dei: ſic ab eruditis intelligi, vt calorum appellatione, ſpiritualia ſignificentur entia: quia Hebraicẽ articulus adiciatur, hævelut in Genẽſi, In principio creauit Deus hafaim: quod ſi dematur, tunc calos accipi viſibiles.

a s



LECTIONVM ANTIQVARVM

Humana natura astringitur non vilis, nec contemnenda. Hominis causa omnia esse à Deo quodammodo predestinata. Hominem futurum fuisse immortalem, si non peccasset. Ante peccatum, an noxium quippiam produxerit terra. Incorruptibile quot dicitur mori.

CAP. III.

Ceterum posteaquam huc prouecti sumus, ut rationalis naturæ gradum ostendere aliquo modo videri possumus humilem, infantum, & nullo ferè cum caelestibus communicatu, quum illic viuacitas sit æterna, & indefecta, hic caduca, & subiecta ingenia, præstò sit & mira sublimitas, tantum fastigij intercapedine interualata ab infimis: Putemur interitum oratorio more, hominis patrocinium suscepisse, aut certe Academicorum scholas ingressi opinionationes illorum interdum amplectari, qui verisimilitudine captantes, & inderecti sceptici nuncupati, nil omnino astruebant. Enitamus ergo iam hinc promere, quæ hominem, & illius terrenum locum faciant angustiorè, suo metiètes omnia modulo: & ut Pindarus inquit, *ut à cæcis*, ut simul Plinio occurramus tradenti, Hominem nõ ideo esse proximũ Deo genitũ, ut uilitate iuxta belluas esset, velut suilla nari aureũ planè insertarit annũ Deus. Simul etiã Platonicis satisfaciamus, salamãdra quæ quædam frigidiorebus, à quibus proditũ scimus. Mũdi partem quæ supra lunã sit cõstituta, esse mutatiõis nesciã, genuinã se esse perspicuã, perpetua tranquillitate beatã, dicique ageremur quoniã quæ hic sunt, cæli uulnibus (ut sic dicam) sint obnoxia. At infra lunã diuersa omnia, ubi sit uitæ mortisque collimitatiũ, tumuluetur elemẽta, cõoriãtur procella, omnia quodammodo præcipitũtur in interitũ: ideoque rectè patiens mũdi portio cõsuetur, imò verò inferorũ locus: quoniã anime malũ sit ad materiam se desistere, quam in Theæteto nominat Plato dissimilitudinis regionem, hoc est diuinitati vndique dissimillimam: dicitur & Lethæus, sed profundus: & terræ tartarum, in quæ anima deiecta, in cœnum creditur corruisse tenet brosum, Mors, inquit, animæ est, dũ corpore mergitur, in materiã labi, ipsaque repleti, quod si suspicet nusquã, sed in cœnũ identidè reuoluatur, etiã inde fieri, ut apud inferos dicitur dormire. At si ueritate, reiecta omni uelica, & ambiguitationis

LIBER PRIMVS. II

tionis tumore paulũ compresso, amplius liceat perpendere, comperiemus primum, quicquid est naturæ corporeæ, hominis causa esse productũ. Nam quis nesciat, elementorum illuc rationem spectare, ut inde cõposita consingantur? Cõposita uerò inanima nõnne propter animata, ut imperfecta propter perfecta? Placere utique animalibus deseruiuit: at hæc, immo uerò omnia simul, humanis uisibus sunt destinata. Sed quid in humili uersatur: ut nõ sarrigimur? & quæ tam miranda uidentur, nobis itè obsequiũ præstare cõprobamus? Expende radiantis deos, ut inquit Apuleius, quibus cæli chorum cõpiti, & coronatũ suda tẽpestate uisum, pietis noctibus, seuera gratia, torio decore. Sulpice, inquã, in hoc perfectissimo mũdi, ut ait Ennius, clypeo miris fulgoribus uariata cælamina: quorum ex assuetudine speciẽ quandoque mirari desinimus, nõnne nostris emolumentis ista destinatur? Mihi certe ita cõpertsũ, quantum illa inenarrabili sint ordine distincta, quantum uis dignitate humanũ captum excedit, tamen quodãmodo propter hominẽ uideri creata. Nam & in Phisicis pronuntiat Aristoteles, hominẽ esse aliquo modo finem: etenim secũdo De generatione & corruptione idem scribit à Deo uersum esse repletum, quia generationẽ fecerit cõtinentiam. Hæc uerò non est, nisi ex calorũ motu: unde cõsequẽtionẽ quadam colligi, motus esse generationis causa factos, quin & mobilia, & motores quoque modo quodã: quippe motuum finalis causa generatio est, & caelestium quoque corporũ, ut mobilium, non ut corporum, & substantiarũ. Porro generatione cessante, cessabit motus quoque. Quæ si ceruicofior aliquis etiamnum putã irridẽda, apio (quod dicitur) uix satis inspecto, uelut Palladi felem coaptare connitamur, audiat (quæso) patienter, quæ in sanctis literis obseruata, subnotanda censuimus, sic uerò Deuteronomij capite quarto, legimus: Ne fortè oculis eleuatis in cælum, solem uideas, & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas: quæ creauit Deus tuus in ministerium cunctis gentibus. Homo itaque in mundi meditullio constitutus, ueluti rex pũne, dominusque cunctorum, huc illuc porrectis, expansisque potestatis suæ uiribus, fruitur omnibus, omnibus imperat. Id non sacris modo literis celeberrimum est, sed dicit ratio, & rerum ordo mirus. Id uerò imperium ac regimẽ ex prudentia est, quæ propria censeretur hominis, in quo uirtus ea generalis



LECTIONVM ANTIQVAVVM

ralis est, quum in brutis per partes videatur, sicuti in aranea ad contexamdam telam, quam obré iure homini subiiciuntur. Confirmat hæc, vt de Plinio interim sileã, Mercurij authoritas, qui diuinissimè multa quidè, sed & illud peruidit, Pater, inquit, omnium intellectus, hominem sibi similé procreauit, atque ei, tanquam filio suo, congratulatus est, propterea forma delectatus propria, opera sua omnia vsui concessit humano. Amplius & in literis nostris M. Tullius aptissimè colligit, Mundum videri effectum eorú animantiú causa, quæ ratione vtantur, qui sunt dij & homines, quibus, inquit, profecto nihil est melius, ratio namque omnibus excellentior. Iam vt alia missa faciã, quis non videt tum magni sacerdotis sententia, tum summi oratoris propheticú illud cõfirmari ferè. Dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Quod si inferat aliquis, male à me ita colligi: & inanes stari gloriolas, quoniã nusquã nõ imperiũ hominis pernoscatur proscissum, cõuulsam extritũq;: ac rē omnino ad maticã, qd dicitur, & incitas relapsam. Respondebunt Christiani patres, supplicium esse ex admissa noxa, non rerum ordinē, quippe quo sibi iure potestate vèdicet, qui vix dum in vitalem productus lucē, protinus se Deo rebellem præstitit: vt penè cum nutricis lacte, vt sic dicã, flagitiorum ac superbix semina hauissè videri possit? Quod adeo verum est, vt author nobis sit Beda, Ante hominis peccatum nil noxiũ ab terra progerminasse, non herbam veneno pestilentē, non arborē sterilitatis inutilem vitio, sequestrata item natricũ virulentia, & viperarum. Quanquam quo ad hoc pertinet, etiam si vel antea pullulatu succreuisse ista, non inficiemur, minimè tamen super sit querelis locus. Nam tum perinde sit, ac si terram insimules, quod non omnes homines boni. Amplius, quod vel in cælo nõ omnes angeli boni. Equidem solis ardor præualidus spicas torrendo concoquit: idem tamen gignentiu exordia perurit. Ita profecto est, eorú quæ de terra se se promunt, specificam singula rationem præferunt, ac pro virili creaturæ complent yniuersæ pulchritudinē: alia fidem esui adnascuntur, vsibus aliis alia. Quod tibi inuicè censet, quibusdam confert insigniter. Quod gulam minus proleat, nec in mensam admiseris, medendi salutarē suggerit vim: conio libidinum furores compressi emarcuerunt plerunque: helleboro affectiones corporũ inueteratæ interdum solutæ comperiuntur. Quare ex iis suggillatio creantis Dei nulla,

LIBER PRIMVS.

nulla, sed gratiæ incrementum potius. Quod cū magno Basilio in Hexæmeri libellis comprobatur Ambrosius. Verum, vt video, moriendi necessitate vrgemur præcipuè. hæc nobis in festos maximè facit, qui hominis statum hostiliter insectantur: astruentes id etiamnum vsu venire, vt optimum quæque & statim & præcipuè pigneretur Deus: nam & Calsius Hemina, Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt. Nec vident primum illum nostri generis patrem, tanquam Caciã quendam, ipsum sibi calamitatum adsciuisse nubila: etenim si non peccasset is, quodnam foret nobis cum mortē commercium? An Apostolum non audimus dicentem, Corpus esse mortuum propter peccatum? non dixit, Mortale corpus ex peccato: sed mortuum. Id quippe ante peccatum mortale fuerat, & immortale, quia poterat mori, & nõ mori. Aliud est autem non posse mori, aliud posse non mori. Mortalis erat homo conditione corporis animalis: at conditoris beneficio immortalis. Cõfirmat doctrinam hanc Nicolaus theologus, comprobatur in Ciuitate diuina Aurelius Augustinus, docens propter peccatum naturæ principem intonuisse: Terra es, in terram ibis. Sed & Gregorius amplissimè astipulatur, quum asserit, Ita fuisse conditum hominem, vt manente illo, decederent tempora, nec cum temporibus transiret. stabat enim in momentis decurrentibus: nec ad vitæ terminum per dierum incrementa tendebat. Posteaquam verò conditor est offensus, ire cœpit cum tempore, & tabernaculum mortis esse humanum corpus. Ac vt scienter prodidit Pindarus, *ἡρώδης, ἡ ἰσθμὸς, ἡ δὲ θάλασσα, οὐκ ἔστιν ἀθάνατος*. Et apostolus Paulus ad Romanos: Per peccatum intrauit mors in mundũ. Beatus item Thomas incorruptibile modis dici tribus astruit: Primo materiæ absentiæ ratione, vt in angelis: vel quia non sit materia in potentia, nisi ad formam vnã, vt in cælesti corpore. A ltero modo ex parte formæ, vbi rebus ex se corruptibilibus adnexa dispositio est, qua prorsum ab corruptione vendicetur, quod quidem secundum gloriã incorruptibile asseritur: nã in epistola ad Dioscurũ Augustinus ait, Tã potenti natura animam à Deo factã, vt ex eius habitudine reddet in corpus sanitatis plenitudo, & vigor corruptionis necessus. Tertio dicitur modo incorruptibile causa efficiētis ratioe, sicq; in innocētie statu incorruptibilis fuisset homo & immortalis. Quod in libro quæstionum Noui & Veteris testa



LECTIONVM ANTIQVARVM

testamenti asseruit Augustinus. Nam quia natura corporum
 proportionē rationalis anima supereminet, congruenter vi-
 tus ei est initio contributa, per quam ab interitu corporis
 asseri possit materia. At huius theologiae ignarus Plotinus
 etiam si est inter Platonicos tanquam maiorum gentium, de
 humanis agēs animis: Pater, inquit, misericors mortalia illis
 vincula impegit, ne semper huius vitæ miseris teneantur.
 Quod si autoribus nostris non præstandam fidem, contem-
 dant Platonici: veluti ad paruulam Cynosuram, qua fidunt
 duce nocturna Phœnices in alto, uti est ab Arato profuturum
 non ad Helicem, & Septentrionum claritatem aciem inten-
 derimus: respondeo, ex ipsorum doctrina, esse in primis ere-
 dendum, Quoniam mentes diuinas illa præ cæteris præla-
 gia indicant, ut in Phœdro scribit Plato, quæ arte nulla, &
 consilio fiant: qualia sunt, quæ de Diorima vate, & Socrate, &
 Epimenide, idē Plato refert: quæ de Sibyllis Varro vnā cum
 Platone: quæ de diuinis philosophis Hebræi tradunt. Horū
 omnium mentes tum orbis remotissima obibant, secretiora
 pandebant, quum à corpore seiunctæ, in vnitate quæ futu-
 ra collecta Deo maxime inhærebant: quod Mercurius non in-
 gabit: sed Augustinum, Gregoriū, & antea multo apostolum
 Paulum, quem, & Barnabam mirati adeo Lycaones sunt, ut
 Iouem putarent, ac Mercurium: quis in eo statu constituen-
 dos audeat inficiari, qui diuinum sentirent afflatum, & præ-
 ter doctrinæ profunditatem, quæ illis affulit amplissimam
 etiam stupenda præcineret mysteria: Vitæ sanctitas, mira cu-
 lorum numerosa series efficacius me in fidem pertraxerunt
 quam Platonem Socrates, aut Epimenides, quos veluti quæ-
 ritæ classis, in hac præsertim censura ne dignos quidem arbitror
 qui nominentur, ne quis hosce adeo Coryphaeos ducat, ut
 iusto cum eis sacramento conderere non sit, ac interdici
 certare. Addamus hoc amplius, ut peruicacium impudētiam
 reuincamus, Hominem primum, si non peccasset, fuisse im-
 mortalem futurum, nō Christiana modo astruit veritas, sed
 & Magi vnā cum Platone carminibus suis parari immortali-
 tatem posse asseuerabant. Zoroastris magiam nil aliud in
 Alcibiade putat Plato, quam Dei cultum. Et alibi, idem Pla-
 to, non carminibus modo sancit: verum philosophicis irem
 rationibus & temperari animum, & corpus vel semper, vel
 diu saltem à morte procul posse seruari. Hoc nec Auicenna
 nega-

LIBER PRIMVS.

negauerit, qui animo in seipsum restituto in corpora quæuis
 mirandam concessit potestatem. Zoroastris porro, & Hosta-
 nis sectatores non inficiantur, ob veterem quandam humanæ
 mentis infirmitatem omnia nobis infirma, difficultaque con-
 tigisse. Quod si quis animæ temperamentum restituerit, com-
 positiora mox futura omnia. Ex Pythagoreorum arcanis &
 illud est, animam idcirco in sensibili mundo tot occurrentē
 malis cōstitari, quia sensibilibus bonorum auiditate illecta
 intelligibilis mundi bonis fuerit exuta. Sed in re cōfessa ni-
 mis multa. Quod si laboriosa item obiiciatur vita, refelli id
 ratione potest eadem. Nam ut ait Nicolaus theologus, Ante
 peccatum, & superbam hominis designationem, terra sponte
 alimenta suggerebat accommodata: propterea post offensam
 apud Moysen Deus, In sudore vultus tui vesceris panem.
*Terram esse mundi chorum medium. Quæ sit Musarum
 chorea, Quid Apollo. Terram esse stellam vnā,
 ex Pythagora. Cur dea ab Platone dicta. Terra non
 esse vile. Cur firmamentum dicatur, item
 celum quomodo vnitas omnium. Aquarum cele-
 stium ratio. Terræ præconia plura, set quæ sit eiusdem
 forma. Chersos quid, itē chersæa. Zedoros terra cur.*

C A P.

III.

PORRO num tibi vilior homo est, quod sit quasi in imum,
 hoc est in mundi cardinem, centrumque relegatus, abie-
 ctusque? Ego quidem fateor, quod ex Aristotelis sententia
 Auerois primo cæli confirmat, Terram inter elemēta igno-
 biliorem haberi, ignem verò nobilitate præstare. Quæ rerū
 series non modo, inquit, in iis visitur inferioribus, sed in cor-
 poribus item cælestibus: nam in libro de animalibus dixit
 Aristoteles, Lunæ naturam per similem videri terrestri natu-
 ræ. Scribit in libro de veritate Thomas etiā, cæli corpus esse
 humano corpore nobilius, quia cælestia quidem agant, nos-
 tra verò corpora patiantur: nam & ignis ut actu calidus
 nostrum agit corpus, potētia modo calidum. Cæterum sicuti
 ignis naturæ suæ mobilitate, raritate, luciditate in mundi ra-
 tione, qui ambiret, maxime contulit, ita & terra soliditate
 insita ad media mundi compingenda perutilis ac necessaria
 fuisse videtur: vnde & ἰσχυρῶς, id est æquiuocantem, appel-
 lant



LECTIÖNVM ANTIQVARVM

lant Græci. Eam verò optimum maximum Deum, tanquam
chorum aliqueum diuini templi medium constituisse, am-
plius animaduertenti patet: vt prætereamus quod Astrono-
micon primo Manilius scribit.

Quod nisi librato penderet pondere tellus,

Non ageret cursus mundi subeuntibus astris

Thæbus ad occasum, & nunquam remearet ad ortus,

Lunæve submersos ageret per inania cursus.

- Nam quum mundum, vt Platonici volunt, vbique construe-
ret rationis plenissimum, quo clarius suum referret autho-
rem: in sphaera qualibet viuientia pleraque collocauit, quæ nõ
templum modo redderet excultissimum: sed summi opifi-
cis laudes assidue concinerent: quod ipsum humanas itidem
mentes in meditullio positas facere voluit. Hæc verò est illa
veteribus celebrata Musarum chorea, quæ ad Apollinis ipsius
imperium recinit perpetuo, saltatq;. Ipse verò, vt ait Orpheus,
• *πῶτα & πῶτα νῆδ' ἄγχι πῶλον ἠγύρω*, id est cælum vniuersum ci-
thara temperat canora. Apollo verò hic non alius est, quàm
Deus, quem vniuersalem vocat Pythagoras, dictumque vult
quasi *ἁπλῶς*, id est simplicem, ac vnum, vel *ἅ π' ἄλλω*, id est
ab aliis sequestratum, & multitudinis nescium: quo argumen-
to in Palatini Apollinis templo pependisse lychnos instar ar-
boris mala ferentis, planè contenderim. Et quoniã Pythago-
ræ incidit mentio, quem Plato eximie veneratur, in quoque
ingenium effuluisse diuinum, grauissimi authores prodide-
re: succurrit, quod ex doctrina promitur eiusdè, pertinèrque
ad nostri huius elementi præconiũ. Hic enim, sicuti accep-
imus, & meminit in libris de cælo & mundo Aristoteles, Ter-
ram è stellis vnam esse prædicabat: quod in cõmentatione de
Platonis doctrina comprobatur Alcinous, & fortè significauit
Plotinus, vbi ait, Terram, si vniuerso comparetur, esse veluti
punctum, vel quasi stellam quandam, minimam reliquarum.
• Propterea si concipias, esse te in sublimi quopiam mundi lo-
co, vnde oculis subiciatur terræ moles, aquis circumfusa, &
• is, syderumque radiis illustrata, non aliam profecto visum
iri probabile est, quã qualis modo visatur lunaris globi spe-
cies. Verum hoc quæso, cuiusmodi putas, quod in spatii me-
dio æquilibrata, per ambitum tanta calorum maiestate ob-
uallatur, quorũ rotata vertigo motu, vt Varro dixit, orbito,
• immensam illi cõfert salubritatè, dũ noctis dieique custos ita
annum

LIBER PRIMVS.

17

annum attemperat, vt alimentorum omnis generis nec co-
pia desit, nec bonitas? Illa verò cælestium radiorum in vnam:
eam coniectio, ac veluti dissectorũ aggregatio qualem non
modo splendoris excitat micantissimam claritatè, sed com-
parat inde virtutem? quanquam nõ me fallit, Plotinus scri-
bere, eam radiis contemperationem non posse obuenire, vt
coalitu, cumuloque nouã sibi cõciliant virtutem, aut mira-
bilis aliqua inde forma dissulter. Illud inficiari potest nemo:
cælestia maris functionè quodam modo subire, infima verò
hæc fœminæ. Nam sicuti & caloris, & vitæ fons, ac propago
est cor, ita & cæleste cor, ipse sol, nostra hæc pro caloris pote-
state mouet, afficit, adq; vitã prolucit, adnuente stellarũ item
errantiũ vi: adeo vt mundi vterus videri terra queat, in quem
coeant in generationem prodeuntia, cælesti fermentata vir-
tute. Principes Dei, inquit Varro, cælum & terra; hos Aegy-
ptus Serapin dicit, & Isin. Terra & cælum, vt Samothracũ ini-
tia docent, Dei sunt magni. Quid verò ibi asserendum, quum
Plato terram vocat Deam antiquissimam Deorũ omnium,
qui cæli ambitu cludatur? Putat Plotinus hoc loco, terrã ab
Platone animã esse contributam: quæ quũ animantia progri-
brat innumera, sitque animalis maximi, id est, mundi mem-
brum, tum in primis nõ absque necessitate, tum nec asper-
nabile, censendum est, inquit, animal esse, sed intellectuale
atque diuinum, & sensu quoque pollens: nam quum anima
vim iudiciariã habeat, habet & facultatè, per quam dum spe-
ctat in corpus, de passionibus illius valeat iudicare. Sed hæc
ille viderit, Chalcidius in Platonis Timæum, antiquissimam
Deorum opinatur dici, vel quia est animalium capax locus,
qui præcõgitetur iis quæ in loco sunt, necesse est: vel quia pũ-
cti rationè habet terra, quod sanè omni est magnitudine an-
tiquius, atque omni quãtitate, naturali quadã mentis conce-
ptione: vel etiã quod quæ stãt, iis quæ mouëtur, mète præeũt,
quãdo motus omnis post statum sumit initia. Nobis certè ex
• is quæ hæctenus deprõpta sunt, iamã minus videtur mirũ
cælestè patrè rationales animas cõditoris lumine obsignatas,
vbi latè dominètur, hic occludere, rursũque præscripto am-
bitu peracto, canere receptui. Quod si quẽ perniciosius terræ
nomẽ, vt vile offendit, is mihi haud ita multa videret lecti-
tasse, quũ & sciētissimi philosophi lunã æthereã terrã appel-
lare nõ dubitarint, nã & Mercurio aquã attribuerunt, ærem;

b



LECTIONVM ANTIQVARVM

Veneri, ignē soli. Sed amplius ordine submutato, ignē item
ascripserunt Marti, aërem Ioui, Saturno aquā: sphaeram verō
quā procul ab errore cōstituta, aplanēs dicitur, dixerunt esse
terrā, in qua celeberrimi apud poetas Elysi cogitentur cāpi.
Quod ne quis risu explodere pergat, nō ab simile est quod in
sanctis habetur literis: Beati mites, quoniā ipsi possidebūt ter-
ram. & in thesauris eisdem, nōnne terrā legimus viuētium
Nōnne Moyses & Dauid aquas per caelestia fundunt? Et Ni-
colaus theologus, Aquā dicuntur, inquit, a quiuocē: nam quae
sunt super firmamentū, caelestis sunt naturā, quae sub firma-
mento, elementaris Augustinus in Geneseos enarratione, Sa-
turni stellam esse frigidā cōtendit, ex aquarū supercaelestium
vicina. Quod quia mirū accidit, audi ex libro Hexaemeron
secundo doctissimi Ambrosij sententiā: Nōnne, inquit, di-
na prouidentia prospexit necessariō, vt intra orbē cali & su-
pra orbem redundaret aqua, quae illa feruentis axis incendia
temperaret? Quin & mox paulō, Quis igitur ambigat, quā
ather ignitus, & magno feruēs vapore, omnia fuerit exusta-
rus, ni lege quadam sui prohiberetur authoris, vt nec flumi-
na, nec lacus, vel ipsa maria vim eius valeant restinguere?
Proinde desuper impetu quodā descendens aqua in tantos
plerunque imbres exundat, vt flumina & lacus repente op-
pleantur, & redundant maria. Quo nōmine solem subinde
madidū videmus, ac rorantē: ex quo euidentē promitur in-
ditiūm, ex aquis illum sibi alimentū ad sui temperiēm hau-
rire. Verū quibusdam tantū inest veritatis impugnādā
studium, vt solem ipsum naturā esse calidioris insipienter
quod albus sit, non rubicundus, aut rutilans ignis specie. Re-
denda verō parte hac Origenis doctrina tradentis, Aquas su-
per firmamentū non esse aquas, sed fortitudines, quasdam po-
restatis angelicæ: rursumque, sub firmamento, id est, quae su-
per terram sunt, esse virtutes cōtrarias, id est, demones. Soli-
ditatem verō quasi terrenā adesse caelo, ratione cōiectari. Pla-
nus putat: nam terrē naturā opacam, proindeque luci aduer-
sam, & densitate immobilem, brutāque ab caelo abesse lo-
gē arbitratur, micantissimo, & ad motum maximē pernici-
ferus, quod esse cōstat calidū primū. Nostri, vt Solomon He-
braeus interpres innuit, Firmamentū ab firmitate dictum au-
tumat: quoniā vt in Iob legimus, Cali quasi aere, solidissimi
fund

LIBER PRIMVS.

19

fundati sunt. Hinc & apud Homerū, ἔρανος ποδὶ χαλκῷ dicitur, id est, aris multi caeli: quod ad soliditatem refert Eusta-
thius: proinde, inquit, alicubi αἰθήρων, id est ferreū nuncupa-
tur: aut quia mythicorū est, esse inibi χαλκοβασιλίδα, id est
aeneas domos, ab artifice substructas Vulcano. Et Seneca scri-
bit, In quaestione esse, solidūmne sit caelum, ac firmā concre-
tū: natura, an subtili tenuique nexu, agatur, an agat. Cate-
rū scribit in Physiogonia Heliodus, Tartaro circūiectū esse
aëreū septū, id est, χαλκῶν ἑπτὰ: quo nomine putant eruditio-
res, aëreū intelligēdum αἰθερὰ τὸ δυνάστη, ἢ δυνάστη, quod per ipsum
feruntur sonitus, benēque sonet. Scribit tamē Hesaias, firmatū
esse à Deo caelum, sicut fumū: quod, inquit cū Basilio Ambro-
sius, extulit propheta, subtilem caeli naturā, nec solidā, cupiēs:
declarare. Sciendū & illud, Calorū nomenclaturā cōmunem:
censeri, quādo calos plures sanctior cōprobat scriptura, spe-
ciei verō appellationē esse firmamentū: quippe ita legimus,
Et vocauit Deus firmamentū caelum. Illud enim ex genere
profertur, vbi in principio caelum enuntiat factū, omnis noc-
que caelestis creaturā fabrica cōprehenditur. Addamus hoc
amplius, quo nostri loci nobilitas insignitior fiat & plausibili-
or, Caelum eminentissimi authores vnitatē esse dicit omniū:
corporū: id ita intelligi volunt, tanquā caeli pars qualibet to-
tus sit mundus inferior, quia sit in stella cuiuslibet virtute
omnis caducorū corporū virtus. Id quod symbolicē Pytha-
goras ille sapientissimus significasse videtur, vbi in Luna, re-
liquisque syderibus elemēta quatuor, montiū supercilia, val-
lum constituit humilitatem, quiniō stirpes quoque, & quae
apud nos visuntur omnia: neque enim stellarū in caelo vlla
est, quae non ambiat torum, quod sublunaris complectitur
mundus. Ex iis opinor, constare iam benē sentientibus posse,
terrē elementum haudquaquam videri cōtemnendū. Sed
adhuc Platonis Timaeum: Diuini, inquit, decoris ratio po-
stulabat, talem fieri mundum, qui & visum pateretur &
tactum: Constabat autem, neque videri aliquid posse absque
ignis beneficio, neque tangi sine solido, & solidum nihil esse
sine terra: vnde mundi omne corpus, igni & terra instrue-
re fabricator incipiens vidit, duo conuenire sine medio col-
ligante non posse: inde aërem & aquam inter ignem ter-
ramque contexit. Qualem igitur esse mundi, cardinem re-
turn hunc, tanta prouidentiae maiestate constitutū: nōnne re-



LECTIONVM ANTIQVAVRM

gum verè: nōne animalium principe dignum? Vtinā tam grate beneficā in nos, ac propensissimam conditoris bonitatem recognoscamus omnes, quā non pigebit aqua modo lance expendent, in sede media tam augusti, tā diuini templi, veluti sacerdotes locatos, qui iugiter tanti artificis laudibus personemus. An nō & illud miraculum auget insigniter, quod propheticum est? Terram fundauit super firmamētum eius, nō inclinabitur in seculum seculi. Qua sanè in parte, nō tanquam artifex efferrī animaduertitur Deus, sed omnipotens verius: qui nō centro quodam terrā, sed præcepti sui firmamento suspenderit: neque enim hic artis mensura est, sed potestatis. Propterea quū ex nube alloqueretur Iob inenarrabilis maiestas, Vbi eras, inquit, quum terrā fundarem? Indica mihi, si scientiā tenes; Quis posuit mensurā eius, si nosti? Aut quis est, qui superinduxit mensuras super eā? Aut super quibus confixi sunt circuli eius? Quibus ostenditur liquidō, diuinae amplitudinis potentia ineffabili in numero, pondere, atque mensura, vt diximus, cōsistere omnia: nec quod in medio terra, quasi aqua lance suspendi, sed quia Dei maiestas suae uoluntatis lege ampliter illam cōstringit arcūatque robustius: vt quamuis inani obseptā, stabilis tamen perseueret. Hāc Hesiodiū carmen Ἰσθμῶν appellat ἀσφαλῆς caelestium deorū & subterraneorum, quoniā caeli est firmamentum, & partium eiusdem, hoc est syderum, quae superna tenent, quaeq; in ferna, ἡ ἀσφαλῆς, id est omne quod mouetur, circa immobile obsitatur. Iam erā coronidem huic parti impasturus, quum illa ipsa veluti munificentissima parens, terra lacinia retractum commonuisse est uisa, ac ornamenta sua ingerere perrexisset: Satis, inquit, me in mūdi sede media constitutam, solidam, & vndique in me nutibus meis aut diuinis verius, conglobatam contemplatus es. Cæterum quae species rerū est, quae varietatis maiestas, sic me inenarrabili herbarum, florum, fructuum, arborū, frugum copia cōstitam, & vt Apuleius tuus inquit, caesariatā cōspici? Quid Arabum odoramenta recenseam? quid nata Deo thura? quid Orientis aromata, & medicamina numerosa, sine quibus (vt nunc est) vix vita cōstitit? quid tot, tantorūque animantium & mitium, & ferorum, ac cicurum agmina subiiciant? quid tantorum marium vastitatem, quid gelidorum fluminum ac fontium perennem iucunditatem, lauacris abundans

LIBER PRIMVS.

& collucentibus mire gratam? quid pisciū portentosam molem, temperatā, modicam, pusillam, ac penè magnitudinem nullam memorem? An nō cernis hic me speluncis vsque ad delicias excauatam? illic accliuem, ac superba montiū proceritate surrectam, & quodammodo scanfili supercilio calum affectantem, ac humano generi distantem vitæ leges? Alibi sum depressa vallibus & campestri planicie spaciōsa, culta, inculcāque dulcissima vobis suggero alimenta. In visceribus nec homini quidem sterilis: ubi verò recondita seruatur, auri, argenti, aris, ferri, aliorūque metalla. Nec satis, marmorā produco omnifaria, mollibus fulciendis, cōuestiendis, incrustandisque parietibus excidenda, & in statuas tantū non spirantes conformanda. Nec gemmarum defuerit supellex pretiosa, quibus vestri niteant articuli. Sed & maris cōchyliā margaritas foeminis suggerunt. Nec lanificæ Serum syluæ luxui vestro mollissimam abnegarint vestem: Taceo auicularum musicos cātus, Quid substrūctiones magnifico impendio nobiles repetam? quid vibium tantarū splendidissimam claritatem? Sed quod omnem excesserit admirationis captū, Ego te animal prouidum, sagax, memor, plenum rationis & consilij natum sustineo: vagientis stetum excipio prima, adultum educo etiam deliciose, opibus te cōtego meis: quicquid mihi est, summa hilaritate condonatur tibi, quia magni conditoris lumen in animorum claritate signatum animaduerto. Vnde à poētis tuis Homero, Hesiodoque, Ἰσθμῶν nuncupor, vt Ioannes Grammaticus suspicatur, quoniā ἰσθμῶν ἡ ἀσφαλῆς, id est, dum sole inferuesco ac incalesco, vobis omnia condonantur: nec zea tantum, quod multi opinantur, & non prateriit Plinius. Iam iam ab reliquis naturae partibus abdicatos in sinus vos admitto meos, plura etiam nuni, & largius impertitura, ni principem naturae Deum rebellī animo atque instabili nulla non hora conuelleretis: vt itē vos poēticum illud de Helena regeri queat, vel in matris funere nimis quā delicatē comis suis parcente, Ἰσθμῶν ἡ ἀσφαλῆς, hoc est, mulier est quae semper fuit. Illud verò huiusmodi subiiciendū protinus, terram ab Homero dici apirona, siue ἀπείρονα, id est, infinitā, quia sit ἀπερὸς ὁδῶν, ac ἀπὸ γένεως, id est, orbicularis: quanquā nec latet, philosophū Posidoniu ac Dionysiu, terrā dicere ἀπείρονα, id est, fundā simile, id est, cōcauā: quādo descendere imbrem dixere telluris in gremium: quod



LECTIONVM ANTIQVARVM

astruunt & Callæi, vt scribit Diodorus. At Democritus obli-
gam statuit, *spax isos*; verò Hipparchus, & disci diffusoris
positioni assimilem. Aristoteles Meteororū secundo, tympani
forma terrā esse prodit, quādo habitabilis portio in latum
definita extendatur, nec sit in orbem globata. Illud grauius
multo ad ignē ita se habere terrā, vt mundus ad Deū: quippe
multis insigniter ignis similitudinibus ad Deum in terrā re-
spectu: nam potentia illius finis non ferē est, omnia operātis
in terra, penetrantis, illustrantis, distinguētis, formantisque
per aëris & aquæ media, vt quicquid ex terra succrescit, pro-
gigniturque, nō magnopere aliud sit, quā alia & alia ignis
operatio, vt rerum forma multiplex ex ignei splendoris
confurgat varietate multiplici. Immergitur tamē rebus ipsis
igneā potentia, Deum verò absolutum intelligimus, & clari-
tatem quoque absolutam: in cuius participatum nitātur cun-
cta, quod in astris perspicuum sit. Hoc verò nec prateramus,
quod aliud agentibus se ingessit, incultiorem terram Grecis
vocari cherison ferē, quo argumento quē illi cherisæa, nos syl-
uestria dicimus.

*Mundus quid sit. Natura continens mundum, quibus
censeatur nominibus. Inibi de sphæro breuiter. Quid
sit illud Timæi. Mundum constare ex mente, ac ne-
cessitate. Mundi principia tria. De Anaxagora, cur
dicatur vs.*

CAP. V.

Verum quia multa diu iam de mundo verba facimus,
persequamur & flores rerum ex summis authoribus: il-
lud præfati, nos ipsum hoc toto opere præstaturos, vt si nil al-
liud, varietatis iucunditas, & inde genius aliquis non absit. Id
igitur huic potissimū inferatur loco, quænam ab doctissimis
mundi definitio afferri soleat, quod initio statim fuerat effi-
ciendum. Igitur in libro de orbū celestium contemplatione
Cleomedes ita finit: Mundus est constitutio cæli & terræ, &
iuræ rerum, quæ intra cluduntur: hic omnia continet cor-
pora, nullo penitus relicto extra, haud infinitus quidē, sed ter-
minatus, argumēto, quod à natura gubernatur: nullius enim
infiniti natura esse potest, quum id continere, & ei dominari
naturam oporteat, cuius sit natura. Quod verò administran-
tem habeat naturam, liquet: primò quidem ex ordine par-
tium:

LIBER PRIMVS.

23

tium: deinde earum rerum, quæ oriuntur inde: tertio ex par-
tium inter sese consensu. mox & ex miro, quod hinc profluit,
emolumento. Naturā esse Aristoteles ceter, principium mo-
tus, & quietis, in quo primo est, & non per accidens. At naturā
efficientem, gubernantē, continentēque Plato *Δευροπύριον* vo-
cauit, hoc est opificem. Sunt tamē Achæorū magistratus, item
Demurgi, Empedocles Sphæarū, vt primo Phisicorū Themis-
tius scribit, & meminit de generatione & interitu priore li-
bro Aristoteles: quamquam & Sphærus quidam de Lacedæmo-
niorum republica libros condidit, quorū vtatur testimonio
Athenæus. Aristoteles verò *ἄσπετος* etiam, id est speciem: qui &
in libro de mundo, postea quā eum finē quē posuimus est
complexus, infert, *ἄστρα δὲ ἡγεῖται σφῆρα νεοκωσ, ἢ τὸ δεινὸν τὰς ἐ-
νεῖ διὰ τὸ μακρῶν, τὰ δὲ βῆσι τὴν ἡγεῖται δὲ τὴν πύρρον τὸ πῦρ.* hoc est, dicitur
& aliter mundus vniuersitatis ordo ac exornatio, à Deo
& per Deum custodita. Christiana veritas à Deo mundū de-
pendere sancit, nec id natura, sed voluntate, à quo dogmate
haud aberrare Aristotelem, ex eruditis sunt qui probare admi-
tātur. Finis verò ipsa est bonitas: etenim quia bonus est Deus,
imò verò ipsum bonū, creata producit ac conferuat. Quē au-
tem lateat, quæcunque agat quis, quoniā sit bonus, ea, volūate
feri, non natura? Bonum siquidem voluntatem mouet, vt vi-
sum color. Publica ferē philosophorū omnium sententia est,
vti ab Algazele proditū scimus, summo etiam Auerrois asti-
pulatione philosopho, Mundū ab æterno Deo tempore nouum
esse productū, absolute censi impossibile: siquidem cur non
prius? an quia inclināte carebat ad esse productū? An affuit
liuor aliquis? an nō potuit? Quæ si absurdè ascribuntur Deo,
liquet ab æterno fuisse mundū. Sed, inquit, hic nec in agente
possibilitatem comperias, neque item in patiente: quamquam
in naturalibus & artificialibus effectum agēs præcedat, & pa-
tiens: mundi productio est omnino alia. Nanque patiētis ex-
cogitari nequit possibilitas, quando subiectum est nullū: mi-
nus etiam multo in agente, quod enim hic sit agens præter
Deum? Quum verò possibilitas, potentia sit quædam: Deus
autem essentia omnino actualis & simplicissima, locū in
non habet possibilitatis. Proinde astruendum, mundi pro-
ductionem non præferre in Deo mutationem vllam, ne-
que exitum de potentia in actum, sed diuinæ potentia pot-
tius incognitum nobis modum: propterea haudquaquam
b 4



LECTIONVM ANTIQVARVM

diuinis naturalia videri conferenda. Putat Origenes in libro
: *πρὸς ῥωμ.* non ideo factum mundum, vt producerentur bo-
na, sed vt reprimerentur mala: nam initio creatas à Deo ani-
mas peccati labe ab eius præscripto recessisse: quo nomine
ad inferiora detrusas, diuersis pro delictorum ratione corpo-
ribus insinuat, tanquã vinculis: hunc verò esse mundum, &
mundi causam. Mundũ duobus constare dixit in libro de vni-
uersitatis natura Timæus Locrus, mēte, & necessitate. Tu in-
tellige, ex actu formali: qui sanè est in diuinę mētis voto præ-
cipuus, mentis que imago. Item ex necessitate, id est materia:
quæ nõ tam intentione propria, quam necessaria quadã con-
ditione ad hoc opus accipitur. Mundi principia tria ab Pla-
tonicis colliguntur: ipsum scilicet *τὸ ἀγανθον*, id est bonũ, siue
Deus: intellectus, eiusdẽ filius, ex paterna luce luminis motu
manans: atque insuper mundi anima, ex intellectu diuino
velut spiritus per omnia profluens. Sed ea conditione infe-
rioribus prouidens, vt interim ab diuinis nulla ex parte de-
clinet. Quod de intellectu diximus, quia admirationẽ habet
sententia Plotini est & Ammonij eiusdẽ præceptoris. Sed &
Iamblichus inter Aegyptiorũ dogmata contineri scribit. In
Academicis quaestionibus Cicero sentientẽ naturã, qua conti-
neantur omnia, nunc mũdi animũ appellari scribit, nõc men-
tem sapientiãque perfectã, quẽ Deũ vocant: sed & necessita-
tem quãdoque, quia nil secus effici possit, quam ab ea sit cõsti-
tutum: nõnunquam etiã fortunã, quod multa efficit impro-
sa nobis, nec opinata, causarũ obscuritate atque ignoracione.
At nostrę religionis author summẽ grauis Ambrosius illuc
prouectam quorundã hominũ audaciam miratur, vt assertio-
ne parũ perspiciaci astruere veriti haud sint, esse tria omnino
principia, Deum, exemplar, materiã, & hanc vtique incorrup-
tibilem, & increatã, initii que prorsus nesciã: vt intelligatur
Deus non creator, sed artifex planẽ: qui in exemplar, hoc est
ideam, intendẽs ex materia mundũ cõpegerit, quã dicitur hy-
lem, quæ vniuersis gignẽdi causas cõtribuerit. Quod, inquit,
in affectatoribus sensisse animaduertitur Plato. Quod quã-
uidisset diuiniore afflatus spiritu Moyses, vt retunderet,
in sacri operis exordio sibi ita præfundum censuit, In princi-
pio fecit Deus cælum & terram: rerũ initia, mundi authorẽ,
creationem materiæ mira breuitate complexus. Quę omnia
Propheta nobilis approbans, quum de cælo, terra, marique
loque

LIBER PRIMVS

25

loqueretur: Omnia, inquit, in sapientia fecisti. Pythagoras
symbolicè tria indicatiui rerum principia, infinitum, vnum,
& duo: id est Deum, formam, & materiã: quæ alterationis
(vt sic dicam) creditur mater, sicuti Deo congruit infinitas,
formæ verò vnitas. At Orpheus Iouis nomine formã voluit
intelligi, vnde dicitur *ἀρχὴ πᾶντων*: Iunonis autẽ materiã,
quam nuncupat *θεὸς ἐὼς ἄλλων*, *πᾶσι γὰρ ἐστὶν ἰσὺς*, id est Iouis cõto-
ralem, omnipotentẽ. Tertium porrò principium adiicit, le-
gem naturæ, id est *φύσις βιβίων*, in Hymnis ab eodem nunc-
cupatam, *ἐργάσιον νόμον, ὁμοειδὲς ἀνθρώπων*, id est cælestem legem,
figillum iustum. Dignum verò quod parte hac non prærea-
tur, Anaxagoram philosophũ nobilem fuisse appellatũ *νοῦν*,
id est mentem, vel ob prudentiã in iis quæ ad physiologiam
spectant, magnitudinem, quam insigniter sint admirati prio-
res: vel quod rerũ exordiis non fortunam apposuerit, non ne-
cessitatem, sed mentem omnium princeps adiecerit, *λεξὶς χρισ-
τὸς ἀνθρώπων*, id est synceram impromixtamque miscellaneis
omnibus homœomerias dispersientem.

*Mundus, siue cosmos, vnde dicatur. Quid cosmus, &
cosmetor: diacosmus. Cur pulchra fiant in mun-
do. Vnde colligatur mundi pulchritudo. Calum
esse picturatum: & cur dictum sit ouum. Belus
quid. Interim animam esse organũ Dei. Fossa que
dicebatur mundus. Seueri historia. CAP. VI.*

Quem verò Latine ex absoluta perfectãque elegantiã, vt
ait Plinius, mundum nuncupamus, ratione Græci ea-
dem *κόσμος* videntur appellasse, nam & Mercurius, quod om-
nia varietate generationis exornet, ita quoque dictum refert,
aut quod in diuinæ maiestatis ornãmẽtũ initio sit expressus,
vti Florens Septimius inquit. At in Gorgia Plato: Tradunt,
inquit, sapiẽtes cælũ & terrã, Deos & homines societate qua-
dam & amicitia, modestoque ornatu & tẽperantia & iustitia
contineri. Atque id vniuersum propterea mũdũ ornatũque
nominant, nõ immũditia atque intemperantiam. Ab ordinis
verò præstantia dici mauult Eustathius: quem illi contribue-
rit prouidentia. Omnino inesse dictioni laudis multũ appa-
ret, quando virum rationis tũ honestæ, tum moderatę *κόσμος*
appellare Græci solent: comem dici Latine, arbitrantur eru-
b s



diti. Duces autem Homerus etiam *νομάρχους*, velut militum
 dini ordinem praefigentes. Author in libro de philosophi-
 storia Galenus est, & Plutarchus non omisit, Pythagorā pri-
 mum *νομάρχου τῶν ἡρώων πρῶτον νόμον, ἐν τῷ ἡρώων τῶν ἡρώων*,
 quod Latine sic est, Ob absolutissimam quae in ipso est serie
 vniuersi continentiam *νόμον*, id est mundum appellasse. Nam
 & mundi ordinatam constitutionem *διανόμον* vocant. Dia-
 cosmum, Strabo accipit pro instructione, aut etiam catalogo
 ut quum Homerum prodit, meminisse in Paphlagonico dia-
 cosmo: Demetrii Troicis diacosmus, ab Atheneo aduocatur.
 Cosmophthora, Varronis lucubratio intercidit, argumento
 (vt videtur) *ἡρώων πρῶτος νόμος*. Nec sane mirandum magnope-
 re, inquit Anacharis in septem sapientum conuiuio, ex diui-
 na voluntate decentissima & pulcherrima perfici in mundo
 si in maximis quibusque partibus eius, vt Thaleti placuisse
 animaduertitur, & praecipuis anima inest: siquidē animae ori-
 ganū corpus est, Dei autem anima ipsa. Et sicuti ex se motus
 plerosque corpus habet, plurimos verō & pulcherrimos ex a-
 nimae viciidē anima partim quidem ex se agit, partim ve-
 rō versandam dirigendamque, vt collibuerit, se Deo exhibet
 quum sit omniū instrumentorum aptissima. Mundū verō esse
 pulcherrimū, ex quattuor maxime colligimus, vt putat ex ve-
 teribus nonnulli: ex orbiculari figura, quae omnium prima est
 ac maxime capax, ex colore item, qui *cyanus* est: ex magni-
 tudine: postremo, ex totātorūque syderū varietate. Quip-
 pe argumentis facile comprobatur, caelum non esse (vt multis
 ferē placuit) leue, nullis que picturatū imaginibus, atque dis-
 stinctum, vt in voluerū cernimus ouis: quo nomine etiam in-
 offensum, lubricū, & tenerū vocabant. Democritus & Pytha-
 goras primi videntur ovi nomine caelum appellasse. Sed & Pla-
 to ex Ciceronis interpretamento: Deus, inquit, caelum ita torna-
 uit, vt vel nihil vel parū asperitatis haberet, nihil offensiuum.
 Quin hominē quoque caelum esse dictum, comperimus: quia sic
 caeli simulacrū quoddā, etsi paruū. Sunt ex prioribus, qui Belus
 est *βελός*, esse astrorum, ac aetheris ambitum prodant: alij
 tupremum, omniāque circumplectentē aera: nonnulli secun-
 dum Dryopas etiam olympum: Chaldaei, caelum prorsus eo
 nomine intelligunt. Signat & Belus pauimentum, *ἡρώων τῶν ἡρώων*,
 id est ab incessu, sicuti placuit Eustathio. Inueni & pro-
 ianuae limine dici Belum, quem etiam *βελόν* vocant. Sunt qui
 Pho-

Phoenicum lingua solem dici opinentur Hel, vnde ducatur:
 helios: qui mox & Belus. Colebatur, inquit Dion, apud Syriae
 Apameam Iupiter cognomento Belus, qui Seuero adhuc in-
 tra priuatum se habitū continēti Homericē ita responderit,

ἑμὴν ἀνεξέλεγκτος εἶμι, δὴ καὶ πῶς ἀποκρίνω,

ἀπὸ τοῦ ἡρώων τῶν ἡρώων ἢ ἡρώων.

Mox vero iam imperium adeptus, ita.

Εὐς ἂν εἴλω τῶν ἡρώων διὰ δευτέρου.

Author & libro tertio Diodorus, Iouem à Babyloniis Belum
 dici. Ardorem denique caelestem alicubi legisse videmur, qui
 aether nominetur, vel celum: sed & Subiices, pro aere alto, qui
 caelo subiectus est. Fuit & in Comitio fossa, quam mundū vo-
 cant, in quam orbicularem, Vrbe cōdita, omnium primitias,
 quibus lege vt honestis, natura vt necessariis vrebantur, con-
 fici iussit Romulus. Mox item terrae portiunculā, vnde quis
 esset profectus, confert: credo vt sic in ciuitatis vnus, ac pa-
 triae populum facilius coalescerent animi.

*Vacuum in mundo esse nequit. Vtrum visus sine aere in-
 termedio perfici possit. An extra mundum esse pos-
 sit vacuum. Mundus an sit vnus. CAP. VII.*

Illud verō scitu dignum est, in mundo ratione nulla esse
 posse vacuum, quod ferē cōprobatur ex iis, quae sensibus ma-
 nifesta sunt: etenim nisi nexibus mutuis colligaretur vniuersi-
 tas, nec mundū natura contineret, nec regeret, nec partium
 inuicem vlla foret societas. Porro ni vno loco sit mundus, ac
 nusquam interpellatus profuatur spiritus, probabile Cleomedes
 habet, tunc nec visui, nec auditui locum omnino fore. Qua
 in parte operepretiū arbitror Plotini inferere placita, astruen-
 tis, corpus per se necessarium minimē esse ad emicantem ex
 oculo radium sustinendum, atque perferendum: qui nullo sul-
 tus tibicine, aut substrato in rectum suapte natura fertur, nec
 metuendum, ne radius ipse decidat, qui naturam habet lumi-
 nis. Inter visum, & visibile mediū per se necessariū est lumen
 vel externū, vel propriū oculi, seu obiecti valde lucentis. Ari-
 stoteles verō, & eum secuti omnes, ne extra mundū quidem
 vacuum relinquunt. Neque locus, inquit, primo cali, ne-
 que vacuum, neque tempus est extra caelum, quo argumento
 nec consensunt ibi existētia. Plato itē, vt inquit Plutarchus,
 neque



LECTIONVM ANTIQVARVM

neque intra mundum, neque extra, vacuum concessit. Pythagorici extra mundū esse vacuum autumant, in quod inquit, & ex quo respirat mundus. Hos secutus Cleomedes in contemplatione orbium caelestium, ita esse, argumentis nititur pervincere: putatque, negare vacuum perinde absurdum videri, ac si quis ita colligat, quia in humore carentibus locis aqua esse non possit, nec vas, quod eam suscipiat, esse posse. Sciendū verò est, vas corporis dupliciter dici: alterum, quod corpus tenet, ab eoque impletur: alterum, quod capere potest corpus. Quod autē dicunt, si vacuum extra mundū foret, per ipsum mundum ferretur, nihil habens vbi consistere atque in-
niti posset: Scire oportet, inquit, impossibile id videri: vergit enim ad mediū, & id sibi tenet in unum quo nuit. Nam nisi in medium, atque idem in unum mundus teneret, profecto per vacuum ageretur mundus. Dicitur hoc quoque ab illis, si extra mundum vacuum esset, profusa per ipsum substantia in infinitum iam dissipata foret: sed hoc fieri nequit, habitum enim quemdam habet, ipsam tenentē, & cōseruantem. In epe quoque afferunt, si extra mundum vacuum esset, id infinitum esse oporteret: quod si infinitum esset vacuum, corpus quoque infinitum esse oporteret: non enim sequitur, vt si infinitas sit vacui, sit etiam corpus infinitum: nam infiniti notio nullibi definit, at corpus continuo terminis includitur: quare qui extra mundum nihil esse cōtendunt, nugantur. Id enim ipsum, quod nihil vocant, haud quidem profuse substantiæ obistere potest, quo minus rapiat aliqua expansa, & quod subinde naturaliter ab ea apprehendetur, ab eadem implebitur, locūque fiet ipsius, quare oportet esse substantiam aliquam vacui: est enim simplicissima ipsius vacui notio, quippe incorporei, & tactum negantis, nec figuram habentis, nec recipientis, nec quicquā agentis, aut patientis, sed absolute ad corpus suscipiendum idonei, & apti: siquidē quod impleri, deserique a corpore potest, vacuum est. Stoici, Plutarcho referente, & Galeno, extra mundi ambitum constituebant infinitum: in quo, i. conflagratione, quam vocant *κατακλιση*, obueniente, posset resolui, Posidonius non infinitum, sed quantum resolutioni sufficeret. Aristotelem Plutarchus idem & doctissimus vir & prudentissimus, prodit, quod mirum est, extra mundū constituisse inane, vt cælū respiret. Sed vbi hoc astruat philosophus is, parum comperi. Etenim in omni vita pretiosissimum est, intel

LIBER PRIMVS 29

intelligere, & nescire quod nescias. Mūdum verò esse vnum, euidens dicitur ratio: nanque ordine vno, & ad vnum instrui debent omnia. Proinde secūdo Metaphysices ait Aristoteles, ex ordinis vnitate in rebus existentis vnitate colligi gubernantis Dei. Sed & exemplaris vnitate mundi vnitate probat Plato, velut ad exemplum producti. Porro ex sua cōstat, & tota materia mūdus. Neque enim fieri queat, vt terra sit alia: ab hac: quia quæcūque cogitetur ea natura suæ nutu ad hoc delabatur mediū: quæ ratio & de aliis pronūtiari itidē valet.

Virum esse possit corpus extra mundum. Quod si concedatur, vtrum possit à nobis videri. Cur pede affecto afficiantur inguina. CAP. VIII.

SI corpus sit extra cælum, & mundo huic ad illud oculus dirigatur, nihilo prohibente discernere, dubiū est inquit Plotinus libro quinto Enneadis quartæ de dubiis animæ: vtrum illud videre possit. Et re vera quum mundi ambitu omne, quod sub sensum cadere potest, apprehendatur, concipere nequit animus, sensibile quippiam astitui extra mundū. Si tamen eminis caris esse ibi corpus aliquod, sed quod nihil habeat cum nostris corporibus cōmune, nō sentietur vtrique mundano sensu. Si verò corpus id nostris *ἀνθρώπων* effingas: iam vt internum censebitur, haud quaquam externū. Si causatio sese ostenderit in pede, confestim afficiūtur & inguina: cur non genua potius, tanto præsertim propiora? Nempe: quia illa inter se sympathiam habent maiorem, & natura in animali eodem similitudinem. Consimiliter sensibilia longe: sequestrata, etiam si leuissimè moueantur, nec patiatur mediū: præsentiantur tamen, id efficiente mundi continuata natura inter hæc, sicuti si summam partem intenti funis agitare perrexeris, mox & infima sentit motum: hinc etiam fieri putant, vt venturos ad nos sensu occulto, sed non sine admiratione præsentiamus.

Quo tempore anni creatus sit mundus. Cur aries signorum primus. An demonstrari queant mundi primordia. CAP. IX.

FORTE verò vacantis operæ non fuerit, breuibus hac parte explicuisse, quo anni tempore prima effullerit genitalis mundi hora, ac (vt Lucretius inquit, primigena: quando certum



LECTIONVM ANTIQVARVM

tum temporis principatum non diffitemur habere hunc, qui cernitur & tangitur, & est corporatus vndique. In quo multo disceptant Habratorum interpretes: nam Iosue cum plerisque sectatoribus, mundum Martio factum mense nititur probare, tum quia succrescant e terra tunc pubentes herbar: tum quia Exodi duodecimo, mensis hic dicatur anni primus. Eliezer autem, ac nonnulli, malunt Septebri mundi initia cōtribuere, quoniā tunc maturefcentibus fructibus cum inclinata maximē prastitisse videtur, vt probabilior: quia & in Deuteronomij capite tricesimo secundo, scriptū legimus: De opera perfecta sunt. Proinde in eam item sententiā pedibus eunt omnes, Homine primum in statu atatis perfecto productum, quo posset generationem perficere: tunc enim vultum quodque videri perfectum, quum simile sibi valet progignere. Quod ipsum & in fructu ratione astuendū est, qui sunt feminibus grauidi. Quod verō Martius dicatur mensis, sed ratione solemnitatū celebrandarū dici volunt, simul propter singulare Dei beneficium, quo de Aegypto seuocati Hebraei fuerant. Quod & innuere scriptura videtur, quum ait primus erit in mensibus anni, taquam insinuet, antea non fuisse primum. Priorē tamen opinionem etiā tueri videtur Strabus. Sed & Ambrosius: Inde, inquit, mundi oportebat exordium capi, vbi erat oportuna omnibus verna temperies, vnde & nascentis mundi imaginē annus exprimit, vt post hybernas glacies, & caligines hyemales serenior solitō verna temporis splendor eluceat. Sed & illud afferitur cōmodē, calorem genitalem requiri omnino temperatū, quo argumento reicitur cum capricorno canceri: quin & libra, quod in frigidum ab sicco deurgens, mortis esse videtur praeagium potius, quā generationis aptū exordium. Propterea poēta nobilis;

Non alios prima crescentis origine mundi

Illuxisse dies, alium ve habuisse tenorem

Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat Orbis.

Aliunt porro quum primum in ordinē hunc, & nitidissimam claritatem facta, expurgata, cōpositaque elemēta sunt: quem diem mundum esse natalem pradicant, arietis signū mediā cæli tenuisse: qui locus ceu quidā mundi vertex intelligitur. Proindeque factum vt principem in signorum duodecim limbo locum

LIBER PRIMVS.

locum aries habere credatur: quippe in genituris omnibus: cælum mediū, principem habet locū: nam & ex hoc totius genitura fundamēta colligunt. Inde concipne admodū ex hoc signo reliquis omnib' initiū factū, presertim quū stellarū pars maxima, sed & lumina vtraque sol ac luna radios suos in hoc collimarint. Astipulatur & Manilius Astronomico primo. *Vt sit idem mundi primum, quod continet arcem.* Et mox,

Aurato princeps aries in vellere fulgens.

Author tamē est Theon, ab ariete ordiri Aegyptios, q̄ signa omnia cū mēbris respōsum habeāt, ac analogon: quippe esse caput arietē, cōiectat, quoniā in capite sit animę principatus, & ouis dux sit aries. Porro, quia in eo signo acquinoctiū cōtingat. Quo argumento mūdāz originis coniectant plerique, astrologos ab solis in arietē introitu de totius anni fato pronuntiare. Mūdū denique esse natū factūque, de Platonis sacrario promi, author in Apologetico Septimius Florens. Quamobrē Aesculapiū sequuti in libro qui *supra* vocatur appellatur, mundi thema sic cōcipiunt, vt eo exoriēte, solē leonis pars gestarit decima & quinta: cācri verō eadē lunam: capricorni Saturnū, Iouē sagittarij, Martē virginis. Venerē librā, Mercuriū, virginis: Horoscopi canceri itē decima quinta: tūc quoque Saturnū lunā cōiunctū intelligunt, quia sit luna secutus naturam, quādo in signo cōstitutus fœminino, lunā in fœminino itē positā per diametrū radios exceperit. Verū presto sunt qui nullā esse mundi geniturā tradāt, qui nec certū habuerit ortus sui diē. Quin mūdū originē facili haud posse cōcipi ratione, presertim quum trecentorū milliū annorū maior apocatastasis, hoc est redintegratio per epyrosin, aut per cataclysmum, spatio perficiatur. Cōmentos verō esse hęc præcellis ingenij viros, vt esset quod in hominū genituris exemplū mathematici sequerentur. Lunam itaque Saturno iunxerunt primum, quā & temporū traderet principatum, quod prima origo mūdū inculta fuerit, & horrida: cuius habitum demutarit Iupiter, qui post temporum acceperit principatum, nam huic secundo loco coniungi lunam. Aduertendā verō parte hac de horis eminentissimi Thomæ sententiā. Non necesse, inquit, est, Deum velle mūdū semper fuisse: neque enim necessario quippiam vult Deus, ni scipsum, absolute si loqui mur. Eatenus verō est mundus, quatenus illū esse, inter Dei placita est, quando inde suspensus est, vt ex causa. Quamobrē per demon



LECTIONVM ANTIQVAVRM

monstrationem probari nequit: nec quas ad hoc promit Aristoteles, sunt simpliciter demonstratiue rationes: verum secundum quid, vt veteri retundantur argumenta, quibus inefficacius mundi exordia nitebatur comprobare. Quid quod liquido Topicorum primo traditur, Quaedam esse problema dialectica, quorum rationes minus teneamus, sicuti aternus ne sit mundus. Adde quod Homilia Ezechielis prima Gregorius: Prophetavit Moyses, inquit, de praterito, dum ait, In principio creauit Deus caelum & terram, in quo mundi traditur nouitas, quam reuelatione tantum cognoscimus, proindeque demonstrari nequit, nec sciri. Quod quidem perpendisse, perutile fuerit, ne quispiam forte fidei propria demonstrare adortus, rationes inducat non necessarias, vnde irridendi nos infidelioribus anfa porrigatur.

Quae sint in mundo antica & postica, dextra & sinistra sursum & deorsum. Declaratur Lucani locus, & Ouidij alter. Sacrificandi mos. Cur in Oriente nascantur gemmae, & aromata, leones, elephanti. Papij locus illustratur. Crystalliratio. Item pavonum psittacorum, meleagridum. CAP. X.

Quaestio autem de mundi partibus ac declinationibus aliquid & ipsa contemplationis habet, praesertim in tanta opinionum diuersitate, mire dissidentibus etiam prima notae authoribus. Aduocabitur ergo ad partes, cuius etiam supra commemorimus, Cleomedes, quo veluti antesignano, poeticae tortuositates rectitudini suae restituatur, ac nitore. Igitur quia, inquit, mundum esse corporeum liquet, in eo superna concedamus, propemodum necesse est, atque item inferna: sed antica quoque, & postica, necnon dextra & sinistra. In globoso mundo locus imus intelligitur, qui medius, in quem nutu suo vergant omnia. Supernus vero, qui vndique medio incumbit. Antica mundi dicimus, quae ad occiduas orbis partes proclinant: quoniam illuc adnuit motus. Posteriora Orienti relinquuntur, quia inde feratur ad Occasum. Ex iis porro confectur liquidum, vt dextras habeat Septentrio, sinistras meridies. Ex hac Cleomedis distributione, quam ab Aegyptiis videtur accepisse, sicuti in libro de fide discimus ab Plutarcho, tollitur plane ex Lucani carminibus nubilum, quod etiam

LIBER PRIMVS.

33

si author Sphaerae illustrare conatus est, nihilominus auribus acri lotis aceto parum satisfecit, mihi certe ad hanc diem haest interpretatio. Agitur ergo de felici Arabia, cuius pleraque portio inter aequinoctialem circulum, & tropicum cancri statuitur ab cosmographis. In quibus regionibus solem gestante cancro, umbra planae in meridiem, hoc est in sinistras mundi partes nutat. Poetae versus hi sunt:

*Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.*

Ceterum ex hac obseruatione expandant eruditi locum item Ouidij ex Metamorphoseon primo,

*Vix duae dextra caelum, totidemque sinistra,
Parte secant zona, quinta est ardentior illa.*

Quod eo impensius commouisse volumus, vt sciant iam nunc bonarum literarum studiosi, interpretum fiducia nunquam esse in vtraque aurem dormiendum. Sed redeo vnde sum digressus. M. Varro sexto linguae Latinae fragmento diuersimode orbis haec constituit partes: Quocirca, inquit, caelum qua tuimur, dictum templum, eius templi partes quatuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Eandem sententiam amplexatur & Plinius, quum ait: Errantia sydera contrarium mundo agere cursum, id est, laeuum, semper illo in dextram praecipiti. Haec vero obseruatio ab disciplina profuxit Thuscorum: sed quam etiam comprobatur Alcino in libro de Platonis doctrina, quod mirum est. In Graecorum monumentis adnotatum nobis est, morem sacrificandi seruatum diu, vt circumcurrerent aras, cursum auspiciati ab laeuo dextrorsum, zodiaci quadam imagine, cuius motio sit mundo diuersa ad exortum vergens: mox vero ab dextris leuorsum procurrerent, quo motu caelum rotari, manifestum. Hanc autem scientissimorum esse haeresim, astipulatur magnus author Galenus, apud quem ita legimus, *πυθαγόρας, ἢ πλάτων, ἢ Αἰγύπτου ἢ Ἀφίκα τοῦ λέγους ἰσχυρῶν ἔνα ταῖς ἰσῶν, ἀφ' ὧν ἀπὸ τοῦ ἑνωμένου τῶν ἰσῶν, ἀπὸ τῆς ἡ τῶν ἰσῶν. Εμπέδοκους ἢ Ἀφίκα ἔνα ταῖς ἰσῶν τῶν ἰσῶν, ἀπὸ τῆς ἡ τῶν ἰσῶν. Εμπέδοκους ἢ Ἀφίκα ἔνα ταῖς ἰσῶν τῶν ἰσῶν, ἀπὸ τῆς ἡ τῶν ἰσῶν.* quae vt Latine potius loquamur, plerisque fortasse Graece nescientibus: Pythagoras, inquit, & Plato, necnon Aristoteles mundi dextras ad ortum partes esse dixerunt, a quibus sit principium motus, sinistras vero occiduas: Empedocles autem dextras quidem in aequinoctium, sinistras in hybernium reiecit. Et T. Lilius ab Vrbe



LECTIONVM ANTIQVARVM

condita primo: Augurum scientia dextras ad meridiem partes statuit, ad septentrionem sinistras. Quod si dextra caeli pars Oriens est, significat verò ipsum hoc grammaticorum rationem. Scias portas astruentium dici, quod occidentales forent, id est Austrum: nam scias intelligi sinistra, occidentaliaque, patet (opinor) inde efficaciorum quoque esse ibi solis virtutes, quam in occidente, propterea multa quoque inibi provenire, quae in aliis orbis partibus nusquam cõperiatur: cuiusmodi sunt gemmae, aromata, & id genus plura, quae amplior expetunt caloris copiam, ut sunt leones, tigrides, elephanti, quae omnia in his locis, quaeq; ad Austrum innuunt, affatim succrescunt. Quin et crystallum esse quidem lapidem Diodorus scribit, ex aqua concretum pura, non tamen frigore, sed diuini caloris vi. Cuius item potestate rerum euariant colores, saporisque, constipant siquidem calor, cõprimit siccitas, splendor illuminat. Hinc pavorum in Babylonia distinctior picturatis pennis grata diuersitas. In Syria parte psittaci, porphyrones, meleagrides. Ex iis verò quae astruximus, liquere arbitror boui etiã septimo, cur Papinius Thebaidos primo, orientales domos dixerit primas:

*Primaq; occiduaq; domus, effusa sub omni
Terra, atque vnda die.*

Quam rationem in animalibus dextra vel sinistra pars, nec non antica & postica, item superna, infernaque habeant. Plantarum radices esse oris vice. Sensuum alios dici naturales, animales alios. Cur virorum superiora crassiora sint, in foeminis contraria ententiant. Cur in lateribus sint crura, alae, pedes. Ambulandi ratio.

CAP. XI.

Quoniam paulò antè Aristotelis facta mentio est in ratione mundi partium explicanda, nunc operae pretium facturum me sum ratus, si Alberti cognomento Magni, placita ex eadem schola huc trãposuero, sed comptiora multò, & magis Latina, quando authoris, quod fatendum sit, in dicendo Goricum sapit, & Barbarum: oratione squarosa prorsum, & illepidã, inter peripateticos tamen nominis celeberrimi. Igitur in secundo librorum, quos de caelo ad Aristotelis lucernam concinnauit: Omnino, inquit, Pythagorici videntur omnium

LIBER PRIMVS.

37

omnium primi caelum scrutando tradidisse in eo dextrum & sinistrum: quod esse animatum putarint, corpusque animatum, & ad locum mobile, haec habere partium discrimina, animaduertent. Equidem in contemplantum animalium motu, dextrum utique perperamus & sinistrum: sed illa prius summum & infimum, ante, ponent, quippe in pluribus ista cõperiuntur: nam in quibuscunque dextrum fuerit & sinistrum, in eisdem necessariò summum erit ac infimum, nec tamè diuerso. Igitur illa, dictate natura, prima erunt: secundo loco, ante, ac ponent: postmodum quae dextra dicimus, & sinistra. Probatur verò ista, inductione ac sensu: nec enim animantibus cunctis omnia haec insunt discrimina, sed iis tantum: quae perfecta visuntur, quaeq; sensibus praedita sunt omnibus, praeterque locali motu. Pluribus verò inest ante ac ponent, sursum & deorsum, nec tamè dextrum aut sinistrum, ut quae gustum modo habent & tactum, & motu priuatur locali, quoniam non moueantur, nisi cõstrictionis motu & ampliacionis, sicut ostrea, spongia, id genus alia pleraque: in quibus, quod saepe iam repetimus, summum est ac infimum, aut (quod quidã sibi dicere permittunt) sursum & deorsum, quae mihi tamen exauthorata solent videri verba, propter nutrimentum motum. Antè verò & retrò existensum item morione: qui tamè in illis non sunt valde perspicui, quod nulla sint sentiendi organa expressa. Quo argumento traditum forte ab Aristotele est, in eiusmodi esse, quod retrò dicitur: de eo autè, quod ante, tacuit. Nullo autem pacto in iis dextrum est aut sinistrum, quando nec localis motus: & natura non inducit vana, redundantiaque. In platis id modo est, quod vocant summum & infimum: est enim ibi cremeti motus. In tractatu de comuni animalium gressu Aristoteles inquit: Summa pars omnibus vita praedita est, per quam cibus recipitur: infima, ad quam postremo accedit. In stirpibus tamen modo contrario habere se res videtur: sed quaquam similitudine vniuersi idem minimè respondeat, munere tamen quo funguntur, idem omnino responderent: radices enim stirpibus pro summa parte sunt, quia succus iis, quae è terra oriuntur, inde dispensentur, & illi ipsum radicibus perinde trahant, ut animalia ipsu hiatu oris. Scribit porro Philosophus Isaac in libro de elementis, Plantas duobus esse praeditas sensibus, gustu, & tactu. Sed tunc dicendum, alios esse sensus qui dicantur animales, alios qui naturales. Sensus naturales vocauit virtutes congruas ad alimentum suscipiendum: animales autem



LECTIONVM ANTIQVARVM

eos, qui cum alimento etiam sensibilibus intentiones percipiunt, iuxta animæ quodcumque iudiciū. Caterum ex iis quæ hæcenus astruximus, & illud cōsecutione quadā nosse debemus. Summū esse principium longitudinis in corpore animato, per hoc quod est crementi exordiu. Id verò est ab calore cordis intimo: proinde tamdiu longitudinis durat extensio, quousque calor is potest perungere, radicale humidū extendendo. In quo illud obiter cōmonendi sumus, Nutrimētum animatorū omniū esse commixtū, propterea grauiores partes, magisque terrestres ad inferiorū delabuntur alimentum: tenuissima verò queque intimi caloris virtute ad superna cōfouenda surriguntur. Argumento est, virorū portiones supernas caloris redundantia cōnutri amplius, & crasse lecte re magis: quod in mulieribus cōtrā fit. Ideoque mares feruntur in caput ex alto, at scēmina inferiorib⁹ excipitur. Dextrū verò latitudinis est principiu, nō quidem mathematicæ sed informatæ potius latitudinis virtute mouente per locū. Motus namque is, licet oriatur à corde prius, mox verò à posteriore parte cerebri, vel ab eius vicario, quam modò vocāt nūcam, per sphōdylia dorsi descēdens: tamen nō effunditur, nec explicatur per motuū organa, nisi in latere, quod est latitudinis initiū, quod dextrū est: propterea in lateribus instrumenta motus producta ab natura sunt, crura, alæ, pedes. Et ad eum quidem motū per se refertur caloris copia dextrū latus, tum etiā ob cordis ad eam partē ventriculi reuerentiam maioris. Proinde omne perfectū animal dextrū prius profert pedem iuter ambulandum. Sinistrum verò latus nō refertur ad motum, nisi per accidēs: trahitur enim pes sinister ad corpus sustinendum, ne decadat. Ante verò esse dicitur profunditatis principium. Nam motus sensiliū virtutū ab anterioribus orditur: vbi sunt sensuū organa, pertingitque vsq; ad primū rangendi organū, quod est cor. Atque ita fiet motus, ab eo quod ante, in profundū. Si quidem hæc in corporibus profunditas intelligitur, ab anterioribus in posteriora. At in iis, quæ inanimata sunt, hæc differentias nō comperimus, vt in elementis & lapidibus. Dicimus tamen dextrū terræ latus, quod sit nobis à dextris, quod idem in captandis dicimus auguriis, aspiciūve. Cōsimiliter & stauas, imagine quadam rerum, hæc habere discrimina pronuntiamus. In libro de communi animalium gressu Aristoteles animalium vocat dimensiones,

LIBER PRIMVS.

37

nes, quibus distinguantur, quæ sex quidem numerentur, sed tria conficiant paria.

Cælum an sit animatum ex Peripateticorum doctrina. Rursum quæ sint in eo dextra & sinistra, antica, postica, superna, inferna. itē quæ orbis longitudo expenduntur Virgilij loca duo. Cur cælū moueatur ab oriente in occasum. Tempora cur orientē spectent. Quintum corpus nec gravitatem habere, nec leuitatem. Cælum esse absque materia. Cytarus quid. CAP. XII.

Sed quorsum hæc tam multa, tamque cōquisitè de animalium partibus ex Peripatetica schola? nempe vt latius exsequamur susceptam quæstionē ex eiusdem decretis. Neque enim tibiis minutoribus hic saltē inspirabimus. Si sit animatum cælum, cuius materiā Dionysius Areopagita primam vocat, id est optimā, purissimāque: tūc dubio procul principia motuū animæ in eo concedenda, ea verò sunt, summū, infimum, dextrum, sinistrum. Quum verò cælum habere animam dicimus, & terrestre animal item habere animā, sumetur æqui uocē anima: nā quæ dicitur in cælo anima, substantia: intelligitur separata, quæ non sit alicuius actus corporis, nec actum habeat in corpus aliquē, nisi localis motus, quem infundit. Proinde ab eminentissimis traditū sci mus, cælum nullatenus habere animā: quando substantia separata rationem animæ nullam habeat: neque enim est obligata corpori sic, vt actio eius sit nō libera. Sed nec Plato, quantum ex decimo legū colligimus, globis ita animas includit, perinde ac corporibus humanis alligantur animæ: sed tanta insigniri potestate scribit, vt diuina cōtemplatione perfrui valeat, interim iniunctum sibi cælestium orbium mouendorū obeuntes munus. Quam ob rem Plato, Dionysiusque non tam sententia discrepant, quā verbis: quando hic Angelos vocat, animas ille. Ptolemæi verò sententia est, & mathematicorū aliorum, Cæleste corpus non moueri, nisi voluntate ac nutu causā primæ. Verum tamen nec ideo dextrum, sinistrūque negare in cælo debemus, quod orbiculare, globosūque sit, ac vniforme: neque enim illa figuris modo distinguuntur, sed & virtutibus. Igitur dextrum erit in cælo, vnde est motus eius: quia sit in omni animato motus ab dextra. Quod approbat



LECTIONVM ANTIQVARVM

in Timæam Platonis Chalcidius, & in libro de cōmuni animalium gressu Aristoteles: Argumento, inquit, sunt omnes qui sinistra solēt onera baiulare: ita enim gerulus soluto motore, ac disuncto facile moueri potest: quare sinistra se sustinentes facilius vinctos superiliunt vtrēs, quoniā dextra mouere, sinistra moueri apta est, hinc onera nō parti moueri, sed mobili imponi debent. Sed ad cælū redeo. Etenim quū motus reuolutionis vnus nō sit tempore infinitus, nā nec circūferentia est ambitus infiniti: necessarium est, inter cæli partes esse aliquā, vnde fiat vertiginis exordiu: omne enim, cuius vna reuolutio incipit post aliā moueri, habet procul dubio initij locum. Omnis verò motus ordiens à parte, & constitutus locis habeat oportet principiu aliquod naturale, quod causa sit, cur initium sumatur à parte illa. Hoc verò esse nō potest, nisi dextrum. Proinde eludamus, dextrū sinistrūque in cælo concedi necessariò. Longitudo autē orbis, cuius principia sunt summum & infimū, est spatium in quo disponuntur orbis secundum motum diurnū ab polo in polum super axem æquinoctialiū circuli. Quo modo colligendū relinquitur, antarcticū polū esse mundi partem superiorē, arcticū verò inferiorē. Hæc autem ita distinguiamus, quo ad habitabile nostram, quæ quarta est septentrionalis hemisphærij superioris. Qua ratione cæloris fons est dubio procul ab meridie, & meridianis stellis, imò que ea portio superior recte statuitur: sicut esse in animalibus iam dictum est. Nec tamen dissimulandum parte hac, Pythagoram philosophum nobilē putasse, septentrionalia, siue æquilentana (vnde neotericorum verbo vtamur) esse mundi partem superiorem: forte, quia inibi stellæ visuntur plures, & stellarū imagines, & proinde virtus quoque eodem loco maior concipi debeat. Id verò refelli hoc modo potest. Sunt certē planetæ septem, quorum virtutem stellæ omnes cōsequuntur: quoniam ita demum se illi habeant ad stellæ alias, vt se habet ad corpus anima, ceu comprobant mathematici: at planetæ solem sequuntur maxime, ad cuius interualla nūc directi sunt, vnde stationarij, aut retrocedentes: quandoque etiam radii eiusdem occulti, rursūque emergentes. Igitur & stellæ omnes solem sequi, astruendum est. At sol meridianæ propior terræ sine dubio est, ergo & portio illa merito iudicari superior debet. Sed nec illud ignorandū, dici quā loque alio item modo supremum vel infimum in cælo ex stellarū cursu: nam

c 4

LIBER PRIMVS.

39

cæli medium in meridie vocatur supremum, & medium in hemisphærio inferiori vocatur infimum. Atque ita ab metaphisicis capi, sciunt eruditiores. Hæc scrupulosius paulò confectari collibuit, tum quia mira hominum naturæ capacium subtilitas arrisit plurimū, tum vt interioris doctrine candidatos amplius cōmonerem, quid astrui possit super illis doctissimi poetæ carminibus ex libro Aeneidos primò:

Et iam finis erat, quum Iuppiter æthere summo

Despiciens mare veliuolum, terræque iacentes,

Litoraq; & latos populos, sic vertice cali

Constitit, & Lilyæ defixit lumina regni.


Sed quis non videt illud quoque, quid ad ea quæ attulit Aurelius Macrobius, author excellentissimus addi possit in carminum illorū expositione, quæ primo Georgico leguntur,

Hic vertex nobis semper sublimis: at illum

Sub pedibus Styx atra videt, manesq; profundi.

Platonis tamen sententia fuisse videtur, in mundo ex se non dici supernum, orbicularitatis ratione, quoniam sit hæc vndique vniformis: dici tamen in eo sursum deorsūque, quo ad nos qui superna nuncupamus supra caput surrecta: ediuerso autem inferna, quæ pedibus subiciuntur. Quin & ex communi formula loquendi hisce vitur appellationibus Aristoteles, sicuti multis placet. Nam vt secundo Topicorum ipse ait, Vtendum nominibus secundum plures: proinde consensu vniuerso, mundi superna dicit, ac inferna. Quæ tamen non solū quo ad nos distingui, palam est, sed (vt diximus) & naturæ vi. Vt enim in nobis dextrum distinguitur & sinistrum, ex habitudine ad animalem motum, qui localis est: consimiliter superna, infernaque, ex habitudine in mundo constituuntur ad simplicium item corporum motus, quæ mundi sunt velut præcipua membra: proinde supernum sancitur, quò feruntur leuia. Infernum, quò nutu suo tendunt grauiā. Et leuia vtiq; nobiliora, quia formaliōra. Non tempero mihi parte hac, quin multo rifu excipia tyrunculi cuiusdam vanitatem, qui patris emendatione ac (vt subolet) annotamenta in suos in Catullum commentarios, vt ipse ineptis videri vult, regerens, omnium se principem de cæli partibus hisce in literas aliquid prompsisse, leuissimè gloriatur: quū tamen nostra aditio prior multis annis illius præcurrat nugæ. argumento esse possunt Catulli à

c 4



nobis explicatae difficultates, quas imprudentissimè, auctore dissimulato, plagiaris sibi vèdicat: nil aliud, quàm aliena la-sciiens plumula. Sed hic querat fortè aliquis, cur cælû vertilabundum (nam & verrillantem rotam legimus apud priores) ab oriente moueatur in occasum, nec ediuerso. Hic verò sciendû, naturâ, quatenus fieri potest quod agat, nobilissimè semper ac præstantissimè agere. Quæ quû ita sint, nouimus equidem in animalium ratione superiora inferioribus nobiliora censerisic antica posticis, & sinistris dextra. Ergo cæli motus debuit vertiginis inde initia ducere, vbi portio est excellentior: & motoris primi virtus, temporû etiâ argumentato, quæ omnia ferè exortû spectant. Cælo item motus cõgruit præcipuè simplex, perpetuus, id est circularis & vniformis. Hic verò, vt diximus, ab loco qui in eo præstâtissimus est, incipere debuit: non alius verò est is, quàm dexter. Hic obiter commonuero perpetuû rebus accommodari fluëtibus, cuius est modi tempus & motus, æternû verò stantibus: Græci adidion, pro ratione vtrisque apponunt. Quintû verò corpus nec gratitatem habet vllâ, aut leuitatè, quando nec à medio mouetur, nec ad mediû: quod inde si abscindatur quippiam, nec superna omnino petet, vel inferna, quoniâ eadè sit partiû ratio quæ totius. Proinde colligendû, corpori huic, & partibus vel ex natura, vel præter naturâ motû non congruere alium, quàm orbicularè. Postremò id quoque norint studiosi, necessarium videri duplex concedere dextrû. Alterum sphaeræ superioris, & inferiorum alterum. Illud verò Aristotelicû hic attendendum magnopere, materia omni carere cælum, quoniâ ex Auerrois calculo, Materia quû sit natura sua in formis, & proinde æquè se ad quamlibet habeat, & vniuersas queat capere, à formis iugiter in formas fluit: vnde cooritur id, vt quod materia constat, formâ quandoque amittere suâ valeat. Cælum autem non amittere, quod illi nusquâ contraria comperitur qualitas, veluti motui orbiculari diuersus non reperitur, sed & quia motu potitur citra digressionem perpetuo æquali, infatigabilique. Propterea colligi ex iis, cælum esse formam per se à materia seiunctam, existentem. Hinc Platonis quoque spiritale quiddam esse videtur cælum. Quid erit ergo? circularis lux, orbisque lucidus sine materia: sicut eius oppositum terra ima dicitur sine luce materia. Quod si inferatur, cæli partes densiores lucis amplius profundere, præstò

præstò erunt Platonici, portiones raras astruentes lucere quidem vberius, sed tenuitate nimia & luce videri minus. Respondebunt & Periparetici, Aliud esse ex se, aliud ex alio coruscare. Quippe elementa, quia aliunde fulgorè asciscunt, quò riora sunt, eo concipere facilius, Cælestia verò ex se splendescunt: re: proinde quo densiora sunt, eo micare largius. Sed de hoc plura mox: nam parte hac vix sibi auctores constant. Interim nos ad alia non iniucundiora hinc iam digrediamur: si leuiculum illud ex grammatica supellectile inferuerimus, sublimem cæli partem dici Cyttarum, quanquam & eo verbo cauitates signentur in fauis, & quibus insidēt glandes. Sed & in piceis pani, seu panicula, aut nucamenta, callo squammatim compactili eodè censentur nomine. Nam in pinu strobilia primum florentia, Theophrastus cyttara nuncupat propriè

Mundi figura. An caelestia nutriantur. Cardinum cæli distinctio, & potestas. CAP. XIII.

Expetit fortè aliquis, afferam hoc potissimû loco, quid de mundi figura sentiendum: quando Stoici, vt author est Galenus, globosum esse mundum prodidere. Quia vt ab scitissimis proditur:

Hæc æterna manet, diuinâq; simillima forma,

Cui neque principium est vsquam, nec finis in ipsa,

Sed similitudo toto remanet, perq; omnia par est.

Alij conicæ figura: alij etiam oui. Epicurus verò, qui dum palato quid sit optimû, iudicat, cæli palatium (vt Ennius ait) nõ suspexit satis: nil prorsum affirmat, contingere nãque omnia. Etenim globosum esse, & aliis cõtineri figuris. Nos verò cõsensum in eo mortalium sequamur, orbem appellatium: credamus & argumentis rerum, quibus reuincitur abundè incertiarum perspecte, parûmque exploratè sacris philosophiæ initiatorum: quibus rectissimè illud extritum insufurraris, quandoquidem ab Syris longe disditus es, vt obesse, ne Syri agas: ne planè fias, vt in vnguento asellus. Sed & scite admodum in Adrianum, necdum imperatorem, architectus Apollodorus, quum is per imperitiam de operibus differeret: Abi, obsecro te, ac cucurbitas depingem: nihil enim horum rectè nosti. Nam is tunc ex maxime placebat artificio. Id fortè hac parte expendisse præstiterit, An villo modo caelestia nutriantur: quod magnos auctores sensisse, vel h i c



LECTIONVM ANTIQVARVM

liquebit. Sed vt pugnam tutius in dispiscamur conspiratu magno nitibundi, ab Peripateticorū coryphæo instruere aciem ordiemur: quo procliuus hostiū procinctæ classes moueantur gradu, & mox terræ ac dispalatæ proterantur, veluti effuse immisso equitatu. Ergo Aristoteles inquit, si pascitur mūdus, etiam corrumpetur: verū nullo eget alimento, propterea æternus est. Plinius verò Naturalis historię libro secūdo: Sydera, inquit, haud dubie humore terreo pascuntur, quia orbe dimidio nonnunquam maculosa cernatur Luna, nondum suppetente ad hauriendū vltra iusta vi: maculas enim non aliud esse, quā raptas terræ cū humore sordes. Et alibi, in dubio aquis esse alimētum Lunæ prodit: sicut in marinis fossis. Ab hac sententię vanitate non ita ferè abest Prolemaeus in *ἰστορικῶν* libris, quos nunc quadripartitos vocant: vbi in primam nam ideo humectiorem credit, quia humidus vapor à terra ad eam, syderibus aliis terræ propinquiorem, affatim cōscendat. Quę ratio Saturni efficiat siccitorem, quod ab hisce vaporibus longius abierit, de qua re mox plura. Manilius Astronomicon primo:

Ignem flatus alit vicinis subditus astris.
Ambrosij sententiam iam antè paulò memorauimus. Ceterum cui non sit venia post M. Tullium De Deorum natura libro secundo, quanquam sub aliena persona instruit disertationem, nō me fallit, id est opinor Stoica. Sunt, inquit, stellæ natura flammæ, quocirca terrę, maris, aquarum vaporibus aluntur his, qui à sole ex agris tepesactis, & ex aquis excitantur, quibus alre, renouatęq; stellæ, atque omnis ather refundat eadem, & rursus trahat in idē, nihil vt ferè intereat, aut paululum. Ex quo euenturū putant, vt ad extremū totus mundus ignescat. Idem porrò & Naturaliū sexto Seneca tradidit. Sed & Stoici reliqui, vt cōprobat in libro de Iside Plutarchus. Verū distincte agunt, siquidē ex Porphyrij thesauris solem maris euaporationibus alit: fontium autem ac fluminū, lunam astra verò ex terræ anathymias alimētū sibi adsciscere. Iā poë omnes ferè in eā sententiā pedibus eēt. Sed quantū ex mutuo (quod dicitur) magistris, cōpertū nobis est, ab Aegyptiis sacerdotibus opinio hæc orta primū, mox propagata in multos est. Ab illis enim traditū, Oceani humore calū ali, stellæque, vbi humore cōceperint, descendere, ac retrogradas fieri, donec humore iterum percocto, digesto que, ascēdāt, exalten-

tūq;

LIBER PRIMVS.

43

tūque, ac dirigantur. Quę sententia ne profluat longius, & serpat in plures, circumscrip̄ta reprimatur tum rationibus, tum magni nominis auctoritatum obicibus: atque Auicennæ in primis, apud quem in libris De celo & mūdo legimus, nullo id pacto physicam pati rationem, siue nutrientis proprium expendas, siue connutriti: nec non crementi notionem, quod ex alimento recipit corpus dimensionibus tribus, ita vt æqualitas insit portioni cuiuslibet diametrorum trium: quibus corpus metimur, nec amplius sit parte vna, quā reliqua, siue intima sit ea, seu extima, citra vllam corporis permutationem ab propria dispositione, ac figura. Si enim dicamus augescere digitum, & incidantur diametri eius, factum reperietur augmentum parte qualibet ex æquilibrio inter duo puncta. Proinde si ratione hac celum augeri contenderimus, fieri nequit id, nisi omnino concipiatur, adici quippiam. Id verò aut intimum erit, aut extimum: si extra, tunc moueatur, necesse est: ac motus is vel proprius erit, vel peregrinus: si proprio motu agitatio fiet, ad celum, vt ad locum sibi cognatum feretur: & inde colliges esse leue: si ima petierit graue. Quo modo necesse erit, calū quoque vel esse graue, vel leue: quod ipsum peripatetica non admiserit schola. Si verò attrahatur ab alio, vt ab igni, aut eiusmodi quopiam, tunc profecto hæc fiet attractio, vt celo infundatur: sicuti ingeritur animalibus cibis, vt quod perierat, restituatur. id quod si dederis, conficiens erit, celum esse corporale, quod eruditorū schola plurimo risu excipiet. Quod si intimū dicatur, veluti est in animali sanguis: tunc necessario sequitur, vt digeratur nutrimentum, muteturque ex eo quod celo dissimile est, in id quod simile sit: quo posito, celo videbitur aliquid esse contrarium, quod esse absurdum liquet. Adiciamus aliquid ex Platonicis item scholis. Plotinus in libro de celo, sic ferè scribit, Alimonia celestia non requirūt, neque enim ex inopia nostra affectione ad eādem libram sublimia seuocare debemus: neque animæ ratio ibi compar, nec regio, nec ibi causa vlla, ex qua infima hæc profuentia continē nutrimentū appetit necessario. Absit ergo permutatio ab illis, quæ nostris corporibus donantur: nam ex habitu naturæ deturbat. Adde gentium consensum, quando celestem locum Deo, & substantiis diuinis attribunt omnes, veluti immortalē locū immortalibus, & diuinis rebus coaptantes, vt Dei habitatio sic intelligatur in celo

ex



ex similitudine ac coaptatione: quoniam inter corpora reliqua caeleste corpus ad similitudinē amplius accedit spirituum substantiarum: neque enim fieri queat, vt alia ratione caeli habitaculum Deo contribuatur. namque corporalis loci haudquaquam indigus est. Proinde colligi debet, mundi partem illam nil proflum pati: quippe in tam numerosa annorum serie quippiam in ea commutatum, non est qui obseruaret. Suffragatur & ipsum aetheris nomen, quod supremo congruit loco, ab rotatae vertiginis perpetuitate. Sunt porro in caelo cardines quatuor ab mathematicis insigniter enotati: eos verò Manilij verbis exponemus potissimum, Si commouerimus, hocce à nonnullis angulos dici, ac cuspides caeli: nam & Graeci, centra vocant: loca verò his succedentia, epanaphoras. Igitur sic Manilius.

Vnus ab exortu caeli nascentis in orbem,

Qua primum terras equalis limite cernit,

Alter ab aduersa respondens aetheris ora.

Tertius excelsi signat vestigia caeli,

Quo defessus equis Phaeus subsistit habens,

Declinatq; diem, mediasq; examinat vndas.

Ima tenet quartus fundato nobilis orbe,

In quo principium est reditus, sinuq; cadendi Syderibus.

Ex iis autem primum statuunt, qui summum caeli culmen tenent, à quo gloria & honores profluunt, ac rerum fastigia. Proximus est qui imam tenet stationem, ab eo rerum fundamenta sunt, ac census ratio. Tertio concinnatur loco cardinis potestas orientalis, è quo manat horoscopi adnotatio, vitæ arbitrium, morum moderamenta. Occidentali quartum contribuant calculum: hic autē, vti ferunt, pertinet ad rerum summas & finem laborum.

Quæ sint omnino sphaera. De Manichæis obiter, & Gnosticis, ac Agnoitis, & Chiliastris. Recondita de Parcis tribus.

CAP. XIII.

Constataneum fortè studiosi celsuerint, vt hic vellicarim cattingamus globorum caelestium, siue orbium historiam aliquam, vt ne omnino videantur a symboli nostro beneficio. Ista quidē diuini consecrari, non est omnino nostri instituti: quo tamen pleniori obsequio demereamur bonarum literarum

tum candidatos, quæ varia nobis lectione comperta sunt, non grauiamur figura quadam & typo, ac breuissimi me superioriibus assuere. In primis verò Peripatetica obseruanda est sententia: Sunt, inquit, corpora circularia plura, quia generationem esse, necesse est. Si est caelum corpus diuinum, motū esse illius perpetuum, & circularē oportet: si eius talis est motus, necesse est terram esse: si terra est, ergo & ignis. si duo hæc conceduntur, oportebit aliqua item esse intermedia. quod si est, generationem esse, necessarium est: si generatio est, motus in caelo haberi dissimiles oportet, ac quod consequens est, mobilia plura. Proinde sciendū, super octauam sphaerā, quæ verius firmiter mentum dicatur, locari calorum globos duos ab Christianis doctoribus, Strabo & Beda: & vnum quidem empyreum vocant, id est igneum, vel intellectualem, gloriæ cōtemplationi aptum, & quietum. Nominis verò rationem duci non ab ardore, sed ab splendoris exuberantia potius. Quod ipsum syderibus suis, hoc est angelis, sit insigne, proinde in Iob legimus, Vbi tu eras, quum me laudarent astra matutina? Et hunc immobilem intelligūt, quoniā si moueretur, eius motus per motum apparentis corporis deprehenderetur. Quum verò Porphyrius discerneret ab dæmonibus angelos, statuens in aëre dæmonas, per loca empyrea angelos, non vti que caelum hoc intellexit, vt author est Thomas, sed sydereū potius globum, quem more Platonis igneū arbitrabatur, & ideo empyreum nuncupabat. Quod ideo dictum velim, ne quis Porphyrij sententiam legens apud Augustinum decimo Ciuitatis diuinæ, incidat in errorem. Basiliius, quod scitu dignum est, induxit empyrei caeli constitutionem, ne videatur simpliciter Deus opus suum à tenebris inchoasse, quod Manichæi calumniantes, Deum Veteris testamenti, Deum tenebrarum nominant. Sunt verò inter hæreticos Manichæi, ab Persa quodam appellatione ducta, cui nomen Manes, vel Manichæus, vt habent alij, qui duas intro duxit naturas & substantias duas, bonā, & malam. At Gnostici itidem hæretici ab scientiæ magnitudine ita videntur nuncupati, sicut Agnoiti ab ignorantia, quod esse nouissimam horam Christo ignotam, opinentur. Chiliastras appellarunt se nonnulli, propter illud ex sacra pagina, Vna dies apud dominum, vt mille anni, & mille anni, vt vna dies: hocce miliaris interpretatur Augustinus. Sed ad rem: Orbem verò alterum crystallinum cēsent appellandū, atque item



LECTIONVM ANTIQVARVM

item aqueum, ex similitudine quam cum elemento habeat in diaphani ratione, nomen aucupati. Post quem subsequatur firmamentum. Hinc est illud Hieronymi ad Oceanum: Inter cælum & terram medium extruitur firmamentum: & iuxta Hebraici sermonis etymologiam, cælum, id est samaim, ex aquis sortitur vocabulit: & aquæ, que super cælos sunt, in laudes Dei separantur: vnde & in Ezechiele propheta, Chrystum super Cherubim videtur extensum: id est compactæ, & densiores aquæ. illud verò singulari dignum obseruatione, ab sanctissimis proditum viris: Triplicè videri lucis substantiam, & esse primam vtique cæli, quod firmamentum diximus, cuius beneficio & singulari virtute plantis inseratur vegetatrix potentia. Sequentem verò chrySTALLINI esse cæli, præstantioris etiam potestatis, vnde sit anima brutorum sensilis. Tertiam porro haberi eminentissimam empyrei cæli, à qua non sit quidem rationalis anima cuius artificè solum agnoscimus, Deum verum animales vitalesque spiritus, quibus velut præcurrentibus, intellectualem anima tanquam proprio congruoque domicilio excipitur. Aegyptiorum schola & Chaldeorum super octauum globum nihil agnoscit. Quorum scita Plato item, necnon Aristoteles, & Hipparchus amplexi sunt. Et, quod mirum videri potest, Ptolemæus quoque. Apud eum quippe ne verbum quidem vllum fieri comperies de sphaera nona, quam Iuniores cælestium rerum studiosi, aut deprehenderint, aut effinxerint: sicuti item alij, occasione hinc sumpta, decimam committi sint. Hæc verò orbis noni sententia inde potissimum agnoscitur profuxisse, quod eius authores opinati sunt, omnes qui octauam sphaeram ad orientem ab occasu moueri non inscientur, etiam nonam sphaeram necessariò admittere. Quod quum profiteatur Ptolemæus, dubiosum non sit illis, quin hic quoque orbem eundem concedat. Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine effecisse creditur, & *σφαιρα* appellans: continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum, quem Deum dicit. Sed non prætereamus reconditam illud parte hac: Morum, per quem est formæ cõnexio & materia, spiritum quendam inter formam medium ferè ac materiam dici à quibusdam. Quæ in aplanè intelligunt profusum, & planetis ac terrenis rebus. Primum quidem Atropo nuncupant, velut citra conuersionem: quoniam aplanè motu simplici ab ortu ad occasum moueri cõiectarunt. Secundum

Clo

LIBER PRIMVS.

47

Clotho, id est conuersionem: quoniam planetæ aduersus aplanem ab occasu in orientem ferantur. Tertium Lachesin, id est sortè: quia terrenis rebus dominetur casus. Et motus quidem planetarum euolutio, est motus primi: at temporalium motus, & terrenorum euolutio, est planetarij motus. Porro in terrenis rebus latere quasdam euentuum causas produnt, vt in semine lateat seges. Propterea colliguntur item, quæ in mundi anima, velut in glomo agnoscuntur cõplicata, eiusmodi explicari motu, atque extendi. Etenim sunt arbitrati, mentem: siue mundi animam, rerum in se exemplaria gestare, perque motum eadè in materia explicare. Hunc autè motum esse in aplanè, ac planetis, & terrenis rebus, quasi fatum descendens, & in substantia fati explanatione. Spiritum porro huiusmodi per omnia propansum, & diffusum, esse naturam interpretantur: quæ dicatur omnium cõplicatio, quæ per motum fiunt: verum motus hic, siue spiritus, à spiritu profuit diuino, à quo per motum ipsum mouentur cuncta.

An qua visuntur, sint planè syderum corpora. Item an stella suo luceant lumine. Quid ætheris nomine intelligendum. Cur in planetis varij cernantur colores. Cur luna maculosa. Asteriscus quid: diacodion: asteris: syderatio. Stichiomatici qui sint.

CAP. XV.

Superest de stellis aliquid carptim quoque conscribere, vt smox ad alia trãseamus. Occurrebat autè hac parte in Phædone Platonis opinio: Non esse quæ videamus, syderum corpora, sed radiorum quasdam reflexiones in aère, similè syderi speciem referentes: sicut in profundo agentes pisces videant in aquæ suprema facie non sydera, sed imagines syderum, & (vt sic dicam) radiosas vmbas. Verum illud grauioris operæ ingerit sese amplius, luceant suo ac genuino stellæ lumine, an sicuti luna, id ab sole mutuentur. Mira siquidem inter authores disceptatio est. Macrobius vir reconditissimæ scientiæ primo Rerum naturalium stellas omnes suo propterea lucere lumine prodidit, quod supra solem locatæ in purissimo sint æthere, in quo quicquid est, lux naturalis sit, & sua. Lunam verò, quia infra solem sola



LECTIONVM ANTIQVAVRM

sola sit, & caducorum iam regioni luce sua carenti proxima lucem, nisi desuper posito sole, nō habere. Denique quia mundi pars ima, terra est: vtheri autem ima pars, luna est: lunam quoque terrā, sed atherā dixerunt. Idē ferē Cleomedes approbasse videtur, quū lunā scribat, corpus esse nactam cum aetheri permixtū, atque tenebricosum, quia in puro aethere nō versatur, vt astra cetera. Aetheris autē appellatione, inquit ex Aristotele Apuleius, cælū ipsum, stellāque, omnisque sydera comprehenso: pago intelligitur, nō vt quidam putāt quod igneus sit, & incensus: sed quod curibus rapidis semper roteretur. In Platone Timaeū Chalcidius: Summatem, inquit, locū ignis habere tenens, proximum aetherius, cuius corpus aequē ignis est, & crassior. Nicolaus verō Theologus, ab solis luce illustratā stellam scribit: & propterea secundo De anima, solem dici partem virorum ac deorum, quoniam ab eo sydera, quae antiqui Deos putabant, sapientiaque, & aeterna cæli inquilina animantia, lucē mutuuntur. Idem & Metrodorus sensit apud Platonem. Succinere videtur & Plinius, quum in laudibus solis inquit, Hic suum lumen cæteris quoque syderibus scenerat. Sed alibi ait, Suprà lunā pura omnia, ac diurnae lucis plena. Albertus secundo cæli, Aristotelis sententiā secutus, stellāque liber eiusdem esse naturā scribit, cuius sit corpus, in quo est. Eavērō est, inquit, essentia quinta, ab quatuor simplicibus corporibus, hoc est ab quatuor distincta elementis. At primo Astronomicon Manilius:

*Ignis in ethereas volucres se sustulit auras,
Summaque complexus stellantis culmina cæli
Flammæ vallo natura membra fecit.*

Aristoteles ipse (si tamen Aristoteles est) de proprietatibus elementorum & planetarū, apertius perdocet, stellam omnes ab sole illuminari, sicuti lunā. Cuius stipulatur in libris compositionis magnæ Tolemaeus: quin & eiusdem interpretis: sed & Aristoteli. Albertus quoque secundo Cæli: Cū illustribus, inquit, viris stellam quae libet astruimus ab sole illuminari: sed aliam plenius, aliam in parte nature nobilitate: siquidem purissimas esse quasdam, manifestum est: proinde lumine excepto, perfunduntur protinus ab superficie soli aduersa vsque ad auersam, vt stellae corpus interegrum illustret omnino claritas, nihil ab cædore degenerans intimo. Quod in loue visimus, & plerisque aliis. Ille verō ipsa candor in ruborē vergere incipit, sicuti in Marte, si ab corporis nobis

LIBER PRIMVS.

49

ris nobilitate quippiam fuerit declinatum. In quibusdam etiam pallefcit, vt in Venere. In Saturno obscurior est. At in lactei circuli stellis albescit. Luna verō, quae terrestris est natura, vt docuit Aristoteles, nō est adeo pura: quam obrem mutatum ab sole lumen nō quit admodū intima penetrare, quae ratio illius reddit maculosam faciē. At fabulosus scriptor Diodorus, in Hyperboreorum insula lunā haud ita à terra distantem videri, palam tradit, terrestribus velut tumulis superciliosam. Orbis substantiā, vt nonnullis placet, esse à stellarū & solis substantia diuersam, illud esse argumēto videtur, quoniam splendore solis nō illustratur, vt stellae. Triplex igitur ibi substantia, orbis, stellarū, solis. Verū parte hac profum absurdē fecero, si nobilem Hippocratis sententiā prateriero, cuius in libro De iudiciis, author mihi Albumasar est, Nisi noctu stellarum luce aëris crassitudo ac densitas rarefceret, dissecta animantia cuncta fuisset peritura. Illud ex grāmatica fuerit ratione, stellam signare plerūque claritatem, cōgruentiamque, quod asterisci cōprobat appellatio. Id verō est stellae signum, in angulis quatuor interpunctum, hoc modo X apponi iis consuevit, quae optimē se habēt in carmine, quaeque cuiusdam stellae imagine colliceat, quoniam appositae omnia & opportune promantur. Asteriscos item Graecis, sicut codia, est papaueris caput: vnde insigne medicamentū vocari diacodion coepit, ac asteriace. Syderationem Firmicus appellat syderum in genitura coaptationem, quippiam inuentem euenturum. Hæc tamen (inquit) omnia, licet à malo signata fuerint talis syderationis influxu, beneuolarum stellarum vt plurimum testimoniiis minuuntur. At quinto De causis, Theophrastus syderationem sphacelismum dicit. Verū de hoc alibi plura. Celestes imagines, siue signa vocat Astrologi, ἰσχυρὰ σημαίω, vnde ἰσχυρὰ σημαίω, qui caelesti ratione imagunculas concinant, euentu saepe mirabili.

*An planeta afficiantur vaporibus terrae. Prius, qualis
censeatur in literis Ptolemaeus. in quibus quid. De tri-
gono, quadrato, hexagono, diametro. Hereticus
planeta.*

CAP. XVI.

Ptolemaeum astrologorum principē, & in mathematicis ingenij eminentissimi, incessere plerique non desinunt,
d



LECTIONVM ANTIQVAVRM

tanquam parum philosophię peritum, vt qui sæpè tor admittat errata, quot super re aliqua enuntiet verba. Sed nos huius rei censuram ad alios reiciimus: & tanquam parum liqueat controuersia, amplius pronuntiamus. Interim placita eius viri de planetis, siue dici erroneas debet, vt Nigidio placuit, apponam. De quibus is, veluti ex elementis consent, aut elementorum passionibus, ac inuicem calore, vel frigore se permuet, quin terræ quoque vaporibus afficiantur, ita scriptum reliquit: Luna, inquit, humectior est: quoniam quū sit extrema celo, citima terris, illarum vicinia ascendentis humoris concipit copiam. Saturni sydus frigidum est in primis, sicquē vērō modicē: frigoris ratio est, quia sit ab sole remotius, ariditatem parit longius ab terra interuallum. Martem solis propinquitas torret, ac arefcere facit. Iouem temperatum reddithinc Saturni frigus, illinc Martis incendiū, præcipuē tamen calefacere, quia Martis & solis incumbat globis. Venus, vt luena, humecta est, quod & ipsa luminis copia terræ asciscat vapores, recipit tamen ex propinquo caloris vim. Mercurius semper soli adnexus arefaciendi potestatem inde comparat, humoris autem copiā, tum ab luna, tum ab terra. Hactenus ex primo ἀπὸ τοῦ ἀστρονόμου Ptolemæi. Quæ omnia, vt parū pensitate, imò per inscitiam maximam ab homine ex mandragora (quod dicitur) cōsopito pronuntiat, Peripatetici exhibebunt: inter quorum decreta illud est, Cælum ab hisce affectionibus esse penitus abiunctum. Sed nec vltra mensum stardiorum sexdecim, vapores surrigi, physica docet ratio: quoniam nomine altior deprehenditur luna, vt de Venere ac Mercurio taceam, tanto sublimioribus, quàm vt illuc ex terra vapores posse pertingere, cōcipiamus. Adde, quod potentius marmaro in Venere solaris aget propinquitas, quàm terrestris humectatio, tanto sequestrata interuallo, vt hac ratione nullo pacto intelligi possit humida. Illud verò nec relatu indignū: ἐπιχρῆσι, dici gradus, in quibus deprehendantur planetæ in zodiaco, cuius vnaquæque pars in triginta distribuitur gradibus, quos ἡμέρας dicunt ἡμέρας, id est prima minuta: deinde & minutum primum in sexaginta ἡμέρας, id est secunda minuta. Mœram quoque Aratus zodiaci partem accipit duodecimam. ἐπιχρῆσι tamen inter equi instrumenta legi videor alicubi. Quin & cæli statum in thematibus, pōsitūmque

LIBER PRIMVS. 51

tūnique syderum epochas dicunt eruditiores. Quia verò in planetarum ratione trigonum, & quadratum nuncupat Plinius: Sciendum, Diametrum in cælo nuncupari signum, ad aliud quod fuerit septimum, quæ maligna semper radiatio est, ac minax. Trigonum est à signo, à quo incipimus signum: quintum. Nam ab ariete vsque ad leonem trigonū est. Scire autem conuenit, dextrum appellari trigonum, quod ab eo signo à quo incipimus retro est: sinistrum verò, quod ante: vt puta arietis dextrum est trigonum sagittarius, sinistrum verò leo. Quadratum est, ab eo signo à quo inchoamus, quod quartum fuerit signum: & in hoc dextrum intelligimus, & sinistrum, vt in trigono. Hexagona, idē sunt quod trigona: sed minoris potestatis: est autem ab eo signo, à quo sumptum initium est, tertium. Sed & in hoc dextrum concipe, ac sinistrum: vt supra. Triangulum recentiores triplicitatē vocant: Trigonocrator bellē à nonnullis triangulator pronuntiat. Hæreticum planetam conditionarium intelligunt: liqui: dem quam Græci cælestium indagatores, hæresim dicūt, conditionem appellat Iulius Maternus.

Elementorum colores, saporēque. Item an planeta colores habeant, vnde colligi eorum possit natura. Elementa cur dicantur στοιχεῖα. De Protoco scitu digna: item Idothea. Terra aphoratos que.

CAP. XVII.

ET quia cum astrorum peritis negotiari cœpimus, pergamus porrò breuibus quædam illorum scita contexere: qui in philosophos aciem dirigentes, coarguere illos enuntiant, qui sanciant, Elementa nec coloris, neque item saporis partem habere vllam. Aqua verò ipsi colorem attribuant album, saporem dulcem, terræ fuscum esse colorem, amarum saporem. Quod tamen elidunt alij, dulcem intelligendum potius astruentes: quoniam si amarum contendas, ex terra nil admodum egerminaturum sit. Ignis vti que nullum consistitur esse saporem, cæterum rubro infici colore. Aëris apud eos nullus est color, nullus itē sapor, multos tamen peregrinos aduentitiosque colores excipere. In commentatione tamen de coloribus scriptum comperias, d 2

INDOL... I...



LECTIIONVM ANTIQVAVVM

æris & aquæ naturam per se albam censerit: at igne cum sole
rubrum: terrâ quoque natura esse albâ, cineris argumêto, qui
alber, humido exulto. Lixiuu tamen rubere flammæ vi ac
mi, qui & aliquo modo cinerê inficit. At in planetis, etiam
exactissimi sint palati, nullos etiamnum sapores prægustâ
animaduertere valuerunt. Varios tamen inesse colorum mo-
dos, nō diffitentur, vnde etiâ natura queat indicari. In Saturno,
inquiunt, præmōstrat fuscêdo terrestrem proprietatem, &
bili atræ cōgruam. Mars rubens igneæ qualitatis argumen-
tum est, & rubræ bilis testimoniū dicitur. Venerem croceæ
albo radiantē, tum calidam intelligunt tum humectâ, & natu-
ræ indicare temperamentū. In Ioue cōiectant modo ferē op-
dem. Lunam albicantē, esse humiditatis indicium: quod ven-
ansit nigricantis quippiâ, frigoris signum habet. Mercurij
vnam esse faciem, vt qui virore quandoque præ ferat, nunc
scedinem, nunc aliud quid, sapius tamen nigroris ostentat:
quiddam proinde cum terrena siccitate analogū habere. Hec
dici quidem, sed præter omnē prorsus rationē, non nesciunt
paulum modo philosophia imbuti. Nam prout elemēta in
cem promixta fuerint, ita colorū enascitur varietas: sed ea in
caelo esse permixtio nulla potest, propterea ibi esse colorem
planē inficiabitur Aristoteles: nisi quia lumen, color quidam
est, quod tamen luminosi corporis naturam haudquaquā
dicarit. Quin, si maximē ibi veros cōcesseris colores, ad ex-
men syncerum in tanta spatij vastitate, non vsquequaque
cōsimili, reuocari, excutique haudquaquam poterit. Elemē-
ta verò prima fuisse in libro De philosophi historia Galemi
scribit, vt à caelo digrediamur parum, obscurâ informēque
substantiam, quam dicant nonnulli, ἀκίνητον ἕν, Entelechiam
alij nuncupent, ac ἐργον, id est, priuationem. Vocantur autē
à Græcis στοιχία, vt interpretatur in nostris literis Ambro-
sius, quod inuicem conueniant, & cōcinnât ambitu quodam
& concordia societasque choro. Nam quum sit arida ter-
ra & frigentis natura, aquæ connectitur frigoris qualitate
reri congruit aqua humoris ratione: sic, vt brachiis velut
duobus, frigentis ac humectæ vis, altero terram, aërem alie-
ro sibi conciscat. Rursum aër inter duo compugnantis me-
dius, aquam, ignemque, mirè vtrunque conciliat, aquis hu-
more connexus, igni autem calore. Porro ignis calens, aëre
scēnsque, hinc aëri, illinc terræ sese adoptat, inque natura
illius

LIBER PRIMVS.

53

illius participatum venit. Nō prætereundum verò quod Pon-
ticus scribit Heraclitus, informem rerum materiâ dici pot-
est Proteum symbolicè, oportetque. Nam πρῶτος αὐτὸν γένε-
σις γένεσις αὐτῶν ἐπιπέλα ἀράκων ἡγεῖται ἀέρος, ἡ δὲ μίγξις οὗτος γένεσις
αὐτῶν ἡ δὲ μίγξις ἀέρος ἡ δὲ μίγξις ἀέρος. Et leo quidem ἡμῶν ἡμῶν
atherem indicat planē terram draco, quia fit αὐτῶν δρῶν, ἡ γυ-
ρῶν: arbor omnia quæ ex terra augetur. Idorthea verò Pro-
tei filia dici, prouidētiâ arbitratur ἐκ δὲ ἀπολλωνίου καὶ αὐτοῦ καὶ α. In
insula Pharo traditur fuisse Proteus, quia φέρου signat τὸ
ῥῶνον: nā & terram ἀφάρου, sterilem accipit Callimachus.

*Planetarum potestas maior sit, an fixarum stellarum,
que in vtrisque nominum, & in motu diuersitatis
ratio. Chaldaeorum placita de planetis. Item diis con-
siliariis. Hesperides qua sint. Planetae pisces: item in-
re militari. Sol & Luna an inter planetas. De pla-
netis quoque plura. An calum initalis sit genera-
tionis causa.*

CAP. XVIII.

STudiofi porro caelestium rerum, præsciētiam futurorum
sex natura positūque syderum pro viribus confarcinantes,
dum in disquisitionem vocant quodammodo fixas stellas &
planetās, nō satis sibi constare animaduertunt, nunc enim
stellis non errantibus vim ascribunt cæteris eminentiorem,
nunc autem ediuerso. Et plurimū quidem cōmunem felici-
tate pro nascētis modo mēsurāq; ab prosperiore planetarum
statu cōtribui sancit: ab fixis verò ἀράκων quādὰ ἀντοχίαν,
hoc est incōparabilē, & extra quā opinetur aliquis, fortune
benignitatē. Quæ sententiâ vel Ptolemæo authore cōproba-
tur. Alij omnino planetas vi effectūq; præpotēiores ostēdere
conātur, tū Procli sentētiâ, tū rationibus id euidenter mōstran-
tibus, accēdere itē veterū testimoniis, qui planetas λογισμῶν
dicebāt, velut quosdam mūdi principes intelligerēt. Quo
autē discerniculo certiore ista teneat bonarū literarū studio-
si. Astra, inquit secūdo Cæli Aristoteles, nequeūt per se & pro-
priis moueri motibus, aut locū mutare: sed orbi infigitur, ve-
lut in tabula nodus. Itaq; orbis motu ferūtur, cui inherēt. Hec
scribit Alga zeles disertationis tertiæ ambiguitate vicefima-
secta, ni erratū in numeris est, duodecies mille, ducēta vigin-
tiduo ferē cēseri. Ceterum planetas deprehensum est, diuerso



LECTIONVM ANTIQVARVM

ferrī in celsu, ac tum velocitate, tum tarditate plurimū discē-
pante, atque situ etiā. Quosdā nanque exortum petere, in occi-
sum alios remeare: porro in austrū deiici hos, in septentrionē
protolli aliquos: idēque ex motus inaequalitate nomen quo-
que indeptos. Ex qua item certius coniectatum, orbibus eos
distinctis ferri. Eixas verò globi octauī stellas dicimus, non
quod non moueantur, nam duplici saltem circummagi motu
animaduersum iunioribus est: quibus & globus in quo sunt
motibus rotatur: altero ab ortu in occasum, reliquo ab occi-
su in exortum super zodiaci poli; tantā tamen tarditatis, ut
ut percipi vel annis centū queat: Nec item fixas dixeris, quod
orbis modo circumferantur ambitu, nam est hoc illis cōmū-
ne cum planetis, quod secundo caeli (ut dixi) astruitur: sed ita
dicuntur, quia eandem perpetuò seruant figuram, situm, pro-
pinq̄uitatem, distantia. Diuersitas planetarum in motu, dum
vel propiores nobis sūt, vel remotiores, causa est (sicuti Philo-
sopho complacitum est) præpotēs, ut varij producantur ef-
fectus. Vniformis autē & constans motus mobilis primi id a-
git, ut diuersitas hoc genus perpetua sit, ac vniformi perpe-
tuo. Ego porro in literis inuenio, Chaldaeos caeli seruitutes
res eximios censuisse, Planetas quandoque dici ἑρμῆος, hoc
est interpretes, quoniam ex aliis astris que tū minime errantia
tunc certum seruant & statutum meatū: sola hæc in celsu pro-
prio suōque nitentia res futuras insignitius ostendant, ac ve-
luti Deorum mentem interpretentur. Ecce autem hosce, Sa-
turnum, Martem, Venerem, Mercurium, Ionem. Mox sub
horum cursum eadem Chaldaeorum obseruatio sydera con-
stituit triginta, quos esse dicit consiliarios Deos: quorū quin-
decim ea tueantur loca, quæ nostro continētur hemisphaeribus
reliqui, res simul humanas, & quæ in caelo sunt. Deos autem
quibus vis principatūque sit, duodecim numero esse dicunt
quorum singulis singulos attribuant menses; per hos autem
quorum ex animalibus nomenclatura est, meare solem ac lu-
nam, & quinque errantia sydera. Post zodiacū, stellas quatuordecim
& viginti numerat: ex quibus duodecim ad meridiē locata
tradunt. Et harū quæ apparent, duodecim viuis ascribunt: reli-
quas quæ nō videntur, mortuis. Has præterea rerū vniuersarū
iudices appellant. Obseruatū id quoque in Græcorum monu-
mentis, Aegyptios appellasse quidē zodiaci signa, ἑρμῆος, ἰου-
διδος, ἰου-διδος, ἰου-διδος, veluti
id est consiliarios Deos: planetas verò ἑρμῆος, veluti

LIBER PRIMVS.

prigeros quosdam intelligi voluerint. Vbi verò poetarum;
princeps, Deorum cuique ab Vulcano substructam domū ca-
nit, intelligendas planetarum domos interpretantur eruditi,
quas induxerint recentiores, in quibusque illos *οὐρανοσκόποι*;
id est dominari astruant, veluti nouitio inuento ansam vetu-
stissimus poetarum præbuerit. Illud ex doctorū calculo, præ-
ter quæ diximus, adiiciendum: falso videri errantes dici, quā-
do errare potest nihil, quod in omni perpetuitate progressus
conseruat & regressus, reliquosque motus cōstantes & ratos.
Etiam si apud Hippocratem planetæ vocantur pisces, & cy-
matopleges saxatilibus diuersi, tanquam erroneas ac fluctua-
gi. Dignum relatu, quod Græci explicant interpretes. Hesper-
idas *ἠγροφῶντες*, id est canoras, altra signare velut *ἠγροφῶντες*
καὶ ἠγροφῶντες, ἠγροφῶντες, id est vesperi visitationem facien-
tia, ac velut nascētia. Sunt qui nocturnas horas Hesperidum
nomine malint intelligere, mala verò aurea stellas ipsas. Di-
ci verò *ἠγροφῶντες*, quia enharmonius sese inde promat sonus,
quoniam probabile non fiat, dum agitetur, minima quidem
insonare corpora, maxima verò & præstātissima, cuius pro-
sum modi caelestia sunt, tacita omnino rapi vertigine. Musica
verò indidē suauissimam edi simile veri habet ἀρμονικῶν ter-
tio Ptolemæus. Sed & alij, de quīs mox paulo. Nos autē præ-
terit ea, quod auditus noster eius non videatur capax. Illud
porro non habendum insuper, Solem lunāque in erratium
albo non ceteri Ptolemæo, ac Theoni, ut Chaldaeis: quam he-
resin sequatur Plinius quandoque. Sed nec inter caelo haren-
tes recensueris, quod inuicem interualla non seruent, neque
item figuras. Inter errantes verò nō sunt, inquit Theon; quia
stationes non faciant, nec recurrant quidem. In planetaria
quoque potestate ab eminentissimis proditum authoribus
est, vbi se mortalium corporibus diuinæ mentis spiritus infu-
dit, eorundem formā pro cursus ratione ab luna confoueri.
Quando ad eius luminis aucta, vel damna corporibus affici-
mur, in crescentibus præsertim medullis augeſcente luna, rur-
sumque lumine destituta, tenuati corporis fatigatione elan-
guescentibus. Singulis porro planetarū ab prisca ingenijs
tallorū dicantur singula, velut soli quidē aurū, lunæ argētum,
Marti ferrū, Saturno plumbū, Ioui electrum, Mercurio stan-
num, Veneri æs. Chronocratorem dicūt Græci temporū do-
minū: eorū autē initū in diurnis genituris sol accipit, ac cæ-

LIBER PRIMVS



teris diuidit. in nocturnis luna. Quum itaque sol temporum dominus fuerit, annos decem, principatū obtinet, menses nouem. Modo eodem & luna quum temporis domina fuerit, annos tenebit decem, menses nouem. Vitæ datorem intelligunt *οἰλοῦσθαι τὸν ἥλιον*, & genituræ dominum, cuius & paulò antè commemorauimus. Hunc verò esse tradunt eruditiores, cuiuscūque signum post natum hominem luna, relicto signo, in quo esset fuerit ingressa: tenim si quis prima natalis hora lunam in arietate habuerit, quia post arietem ad taurum secūdo loco transitum facit, Venus genituræ dominium possidebit, eo quod taurus Venere signum est. Id quod in cæteris consimiliter intelligendum. Ex grammatica penu id nec praterendū: planetas item dici Græcis in re militari hac illac temere abeuntes: quos quandoque *λεπτοταξίς*, id est desertoris affectos pecunia inter legendum subnotauimus. Nam Heraclius imperator *λεπτοταξίς πῶνός τις πλάνητος ἢ ἰσομαλῶς δυνάμειος εἰς ἀποτάξιν ἡγεῖσθαι τὸ πῶνός χρίσθαι ἀπὸ τῆς πλάνης διὰ τὸ λαλεῖσθαι περὶ τῆς βασιλείας ἰδίᾳ σφραγιστὸν μετῴντων*. Planetæ porrò *ἀντιξίως*, id est pro hospite positum quandoque inuenias. Planen verò, id est *ἠρόντων*, dicunt *τὸν σκοπὸν ἀπὸ τῆς ξίως*, id est ab proposito, & scopo frustrationem.

Mundum, sphaeras, stellas sentire, ac preces exaudire. Sphaeram maximā esse mundi oculum. Terrā item animā, & sensu præditam, ex Platoniorum doctrina. Origenis placita de stellarum animis. Quas intelligi oporteat Neptuni stellas, vel Iouis. Calorum contentus. Mundus an finitus. Græcorum in motu terræ superstitio.

CAP. XIX.

Libet parte hac cum Platoniciis confabulari: in quorum fæderariis quum alia pleraque non absque admiratione sæpius lectitamus, tum id quod subnotabo statim, Mundum quum sit animatus, sentire, ac per amplissimā sphaeram præcipue, veluti per oculum intus omnia contueri: nā si nos per oculum nostrum, quoniam sit animatus, & diaphanus, & lucidus, multa perspiciamus, & radio etiamnum in sublimi surrecto, cælestia apprehendimus: Cur non, inquiunt, mundi cælestis oculus, viuus, perspicuus, lucidus, radiisque suos in omnia propagans, itidem sensibilem concipiat modū? Amplius

plius mundi globos, stellas sensu itē non carere, asserunt constantissimi: quoniā, vt Plotinus astruit, vota cognoscant nostra, exaudiant quoque. Cælestibus inest quidem visus, specie: tamen ab nostro diuersus, verū in eo non diuersus, quia videtur, perspicuus item est atque lucidus. Auditū item prædita sunt, sed nostro dissimili. Inter omnia, quæ ambitu cæli clusa continentur, viget communio quædam, & veluti nexus: cuius quinque videntur rationes. Prima est, omnium materia vna: inde, qualitatum concordia: mox, spiritus vbique vnus: nam sicuti cælum vnus est spiritus in excelsis, pariter intra cælum vnus itidē spiritus, vel cælestis omnino, vel cælo simillimus, omnibus est infusus, nostro consimilis. Quartū habet locum natura genialis vna, fouens omnia per spiritū mutuo copulata. Quintū postremò mundi anima, omnibus connexa. Sed cur non & terram, inquit Plotinus, sentire dicamus? Obstat verò nihil, terrā esse sensu præditā, vt humana cōmodius reficiatque dispense, quæ eius sunt muneris. Certè nil admodū impedito esse potest, quin preces audiat aduātque, nec tamen ea qua solemus ipsi, ratione. Neque enim cuncta animantia sensoriiis sunt eisdem cōmunita: nam & quædam aures habere nō nouimus, nouimus autē sonos ab iis cōcipi. Omnino sciendū, Terræ animā non censerī abiecti cuiuscūque esse corporis animam, proindēque intelligere, atque insuper esse Deam. Cæterum in hoc eminentissimarū rerū tractatu, quo nam pacto doctissimi Origeni placita pratereamus? Putare nanque se primò *περὶ ἀρχῶν* scribit, Cælestia prorsum corpora esse animata, quoniā ab Deo mādata dicuntur accipere, quod rationali tantū naturæ contingere, consentaneū est. Scriptum enim legimus, Mandatū ego stellis iniūxi omnibus. At quænam sunt, inquit, mandata hæc? nempe vt astrorū singula suo ordine, suisque meatibus indultæ sibi quantitatis mūdo splendorem præbeant. Qua in re id omnino colligi videtur liquido, Corporum illorum motum absque animæ functione posse haudquaquam effici. Nec rursus citra motum futura vnam, quæ animantia sint. In tanta verò ordinis ac motus ratione atque constantia, nōnne stolidissimum fuerit, ratione auserre potestatem? Apud Hieremiam sanè, regina item cæli luna memoratur. Quinimo ab peccati labe non se iungi stellas omnino, cōsensisse aduertitur Iob. Ita enim scribitur, *Stellæ quoque in conspectu eius, munda non sunt. Id quod ad*

LIBER PRIMVS



LECTIONVM ANTIQVARVM

corporis fulgorem non utique referri potest. Verum hæc ille viderit. Ex theologorum museo sunt qui astruant, etiã si curanter, stellas, sicuti calorum quoque globos, suapte vi, hoc est substantiæ suæ natura moueri, velut elemēta. Nō ignorandum & illud, veteribus Neptuni stellas dici consueisse, quibus hyems indicaretur, vel serenitas: Iouis autem, quæ agricultatori cōferentia premonstrarent: ex quo eleganter Aratus,

Οἱ τὴν ἀστρονομίαν ὁρῶντες, ἡμῶν τὴν οὐρανὸν ἀστρονομία, καὶ ἀστρονομία τὴν οὐρανὸν ἀστρονομία.

At inulto id grauius, mundum necessariò esse finitum: nam omne quod duabus clauditur extremitatibus, finitū est: rursum, cui extremitas vna est, necessariò adest item secūda. Celeste autem corpus medio non carere, in cuius ambitu vertigine rapiatur assidua super polis duobus, palàm est: quod propter Plinij caput primum libens atroxui. Sphærarum autem rotatam vertiginem, quum ambiens ac circumiectus æthere motibus scindatur diuersis, iunctū, qualēque exactior perficit musica, inenarrabili suauitate sonum ædere, interualis iunctum imparibus, sed pro rata partium ratione distinctum. Pythagoricis & Platoni præcipue proditum est, approbavit Boethius quoque irrisit cum Aristotele in Hexaemero magnus Basilus. Quod verò de terra multum, ac dur, facta nobis verba sunt, ad rem forsàn & illud spectarit, vbi terrā mouisse foret nunciatum, Græcis fuisse antiquissimi moris, conclamare vasa, ceu ingruens malum inde coniectantibus.

Dignitas celi ex historia, item ex physicis rationibus. In celo esse Trinitatis mysterium. Cur dicatur spiritus. Si staret celum, nihil moueretur. Si calor celestis deficiat, nullibi erit calor vel frigus. Creatis omnibus in esse Trinitatis vestigium. CAP. XX.

Cæli dignitatem eximiam, vel inenarrabilem potius, contemplantur mihi subit quandoque: quod de Arabibus scriptū reliquit Arrianus, colū ab illis duos modò Deos, celum, & Liberum patrem: ac celum quidem, quia cernatur, & syderum collucentibus oculis præcellenter cōretum, solem præferat vtilitatis immense authorem incomparabilem. Neque item excidit quod de Anaxagora philosopho

LIBER PRIMVS.

Philosopho proditum scimus, qui interrogatus, Curnam se naturam arbitraretur: respondit, Cæli ac solis videndi causa. Quã quidem vocem ab philosophis summa exceptam admiratione, risu prosequitur Lactantius, putans, nescientem quid responderet, in hæc protupisse. Ego verò, ni me quid secretius fallit, facile contenderim, non temere id omnino effusum: sed vt ab sapientiæ studio, pensiculate admodum & excussè. Nam qui exactius pensitarit rem totam, comperiet liquidò, caelestem claritatem adeò præcellere naturæ quadam præsigni maiestate, vt in perenni ac vitali luce illa augustissimum diuinitatis mysterium sic facile deprehensurus. Siquidem vertiginosus ille motus amplior nobis indicat potestatem, lux niditissima sapientiam, calor suauissimus amorem. Quibus ab principe rerum Deo mouentur, illustrantur, perficiuntur omnia atque seruantur, primò, inquam, inter separatas atque spirituales formas, sicut inter corpora longe clarissimo calum principatu censetur. Extra hæc, qui plura in clarissimo putat globo requirenda, is planè quæ sit corporea naturæ perfectio, parum perspexisse deprehenditur. Quicquid alia partiario ac diuissim possident, in vnum, id est amplissimè congestum. Sine hoc nec inferius generabitur quippiam, nec genitum suas exercebit operationes. Et quidem sicuti intimus, & vitalis noster calor corpora confouet ac seruat, eiusque fomento quæ agunt in nos, non frustra agunt: ita si non adsit caelestis ille calor, corporum virtus omnis, præsertimque ille ipse tam vitalis tamque familiaris nobis calor, proflictu depercat necesse esse. Cælum utique naturale corpus est, omnium corporum naturalium perfectissimum. Corpus naturale tam motus, quam sensilis qualitas consequuntur: perfectissimo igitur corporum naturalium perfectissimus quoque motus, & sensilium perfectissima congruunt. Nullus motus perfectior orbiculari, nulla qualitas sensu perceptibilis luce perfectior: quare hæc caelestis corporis propria sint, necesse est. Quoniam verò perfectissimum corpus est, comparem quoque locum, id est supremum habere, ex rerum dignitate consequens fuit. Propterea Apuleius cum Chalcidio dici spiritum Græce interpretatur quia sit altitudinis finis: & vt in Deorum natura scribit Phurnutus, ἡ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ αὐτ

Handwritten marginal note: LVDOLPHUS



LECTIIONVM ANTIQVARVM

aut ab ἰσχυρῶν, quod est *ποτασει τὰ νεύρα*, quia cuncta seruet
custodiaturque. In libro De mūdo scribit Aristoteles, siue is fue-
rit Theophrastus, Vranon dici, quoniam supra *ἄρα*, id est
montes, existat. Etiam si in Hexaemero Ambrosius sic appel-
latum opinetur, quia sit visui peruius. Scitum illud Aristote-
lis est ex libro octauo auscultationis physica, Motum primi
caeli vitam esse omnibus, quandoquidem euidentissima est
& communis operatio vitæ intus motus. Cessante autem
caelo, nec caetera mouebuntur. Sicut in minore item mundo,
si cesset motus cordis, omnes animalis motus perire necesse
est. Nec lapis itaque deorsum moueretur, neque ascenderet
ignis, quod mirum utique est, sed verum rationibus ostendi-
tur, si motus quiesceret primus. Est autem quod primum in
vno quoque genere, causa reliquorum quæ sub ea continen-
tur ferie, licet non omnia eandem causæ habeant rationem.
Porro quod de motu astruimus, patet in caloris item ratio-
ne. Nam si caelestis intereat calor, nec ab frigore profuerit fri-
giditas nec ab caliditate calor. Si quidem non est frigori con-
trarius calor ille sydereus, sicuti calor igneus: sed omnes con-
tiner elementares qualitates eminentia simplici, sicut lux om-
nes colores. Quæ vniuersa disertissime colligit Picus Mi-
randula, vir omnifariam doctissimus. Verum quia de Trini-
tatis vestigio in caelestibus facta mentio est, amplius scien-
dum, quod equidem memoratu non indignum est: In omni-
bus creatis extare trinitatis vestigium, quod sexto De trini-
tate comprobatur Augustinus. Quippe in vnoquoque est, quod
ad diuinas refertur personas, ceu ad causam, necesse est. Inest
siquidem substantia, necnon forma speciesque, item ordo. Et
patrem utique indicat substantia: verbum autem forma, ut
quæ ex artificis conceptione proueniat: spiritum item san-
ctum nobis ordo præfert, quoniam amor est, ac ordo effectus
ad aliud quippiam ex creatantis profuit voluntate. Ad hæc
porro tria reuocantur illa, numerus, mensura, & pondus: de
quibus mentio fit sapientia undecimo. Nanque substantiam
indicat mensura, speciem numerus, ordinem denique pon-
dus. Hæc item ab Augustino significantur in libro Quæstio-
num octogintatium, ubi ait: Quod constat, quod discer-
nitur, quod congruit: constat enim aliquid per substantiam, per
formam discernitur, congruit per ordinem.

Mun

LIBER PRIMVS.

61

*Mundi colores tres. An sint in calo colores ex Peripate-
tica schola. An item calor. In quota signorum parte
contingant dierum mutationes. Astra unde dicantur.
Calum quot modis dicatur.* CAP. XXI.

SVnt ex Platonice non ignobiles, qui tres esse vniuersales
præcipuosque mundi colores arbitrentur, viridem, aureū,
saphyrium, tribus caeli Gratiis dedicatos. Et viridem utique
Veneris esse volunt, atque item lunæ: aureum solis, ab Ioue ta-
men, Venerisque non alienum: saphyrium verò Ioui maxi-
mè accommodatum prædicant, cui & saphyrus dicatur con-
secratus. Hinc formulam mundi cōpingentibus præcipiunt,
expedire ad Gratiarum caelestium munera capessenda tris po-
tissimum hos contueri colores frequentissimè. Atque saphy-
rium quidem mundi sphaeris inserere: aurea verò sphaeris:
ad ipsam caeli similitudinem addere sydera. Ipsam porro Ve-
stam siue Cererem, id est terram viridi prorsum excolere in-
dumento. Quanquam in planetarum mentione paulò antè,
non esse in caelestibus colorem vllum astruere, visū abundè su-
mus, nec grauabimur Peripateticorum fusius hic argumenta
explicare, ne quis ipsum hunc, cuius modo commemoramus,
oculis deceptus saphyrium esse caeli putet colorem, quāuis
ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν Græcis vocare mos sit, quæ caelesti colore tincta
conuulsumus. Cælum igitur, inquit, coloratum non est, quia
conspurgat ex elementorum qualitatibus color. Cælum autē,
nec elementum est, neque item ex elementis compactum: nō
elementum quidem, quoniam sit elementi proprium, habere
in se contrarietatem, agereque in contrarium: si ei coniunga-
tur, id ipsum corrumpendo: si peruincat, speciem quoque suā
in materia generādo. Proinde, si cælum esset elementum: quom-
modum elementa omnia se ad cælum habeant, sicuti ad vniuersam
terre molem punctus: diu iam deperissent vniuersa, essentque
omnia cælum, quod nō fit. Itidē non esse ex elementis concin-
natum, asseueramus, inquit. Nam quod huiusmodi est, mi-
nus est suis elementis, ex quibus consurgit, connectiturque.
At maius est elementis omnibus cælum: igitur non ex ele-
mentis reclusus est. Nam vel ad inum feruntur, vel euolant hinc ad
superna, Sed cælum eiusmodi motum nescit: verum conuer-
titur assidue in ambitum: igitur consecutio manifesta. Ad-
dunt



LECTIONVM ANTIQVAVVM

dunt porrò illud quoque, non esse ibi elementarias qualitates, caliditatem, frigiditatem, siccitatem, humectandi vim, & propterea non consensere. Quod si dicat aliquis, solem dici vtrique calidum, & lunam humectam, Saturnum frigidum, respondent, ex effectibus prodiisse nomenclaturam hanc. Quamobrem Aristotelem scribere in libro De elementorum proprietatibus: vbi planetæ coierint in piscium signum, contingere mox, vt aquis diluantur omnia. Quod si in geminis fiat coitus is: futuram vniuersi conflagrationem. Sed iis addunt parvum nostrorum scita diuine voluntatis iudicium: quod tam fallere, quam falli nescit. Quod verò ad calorem attinet, vt de aliis interim taceam, non omnes idem sentiunt. Platonici cælum esse igneum fatentur omnes, & lucere quidem propriè, sed & consecutione quadam calere, sed non vrere. Calor certe lucis proprietates quedam videtur, sicut est lux cæli qualitas propria. Ceterum super hac re fusius alibi. At prius quam inde digrediamur, illa velut corollaria adiecerò, Mirâ fuisse veteribus varietatem, in quibus signorum partibus contingant dierum mutationes. Hanc verò M. Manilij carminibus exprimemus, potissimum ex Astronomico tertio:

Has quidam vites octaua in parte reponunt;

Sunt quibus esse placet decimas; nec desuit author

Qui prime momenta daret, frenosq; dierum.

Cælum ex poetis nonnulli Acmonis, id est *ἄκμων*, filium tradidere: circumlatæ vertiginis *ἄκμωνος* inuentes, vel quia sit corruptionis nescium. Nam sanctos fato *ἄκμωνος* pronuntiamus. Altra verò ex lationis, ac motus assiduitate dici coniectant, velut *ἀστὴρ ἄκμωνος ἀλλ' ἀδ' ἰσὶς ἰσὶς*. Proditum quoque à memorabilibus est authoribus, Multos per suum habere, longo aui situ cæli qualitatem mutari & statum. Quin credidit Hipparchus quoque futurum quandoque, vt mundi cardines emoueretur loco. Quod inter nostros approbauerat agricolationis author Salserna, & ab Columella relatum scio: Cælum denique vno modo substantiâ dicimus extremæ circulationis, aut naturale corpus, quod in extrema est totius circumferentia, & in quo diuina omnia locata credimus. Alio modo dicitur cælum extremæ circumferentiæ continuum corpus, in quo sol & luna, hæc namque in cælo esse predicamus. Tertio modo vocatur cælum, ab circumferentia extrema contentum corpus: propterea vbi vnum esse cælum

LIBER PRIMVS.

69

cælum pronuntiatur, de mundo intelligendum.

Regio apud Platonē terrestri paradiso assimilis. Item Iust. 23
vbi sit paradysus is. Paradysus quid. Arriani historia ad id mirabiliter faciens. De habitatione sub æquinoctiali. Item an ibi sit mare, Antiscij qui. De hemisphæris duobus non ingrata. Item de Olympi vertice.

CAP. XXII.

Mundi rationes quidem omnes, quas lectione varia auspicati sumus, in vnum hunc locum, veluti in molem vnam corporis congerere, non fuit consilij, neque item operis instituti, in quo congestitiam quandam rerum dignarum cura sylvam pollicemur, potius quam naturæ ordinem. Ita subnotantur omnia ferè, veluti inter legendum sese obtulerent, nisi quatenus libro hoc, qui omnium prodibit primus, & deinceps aliquandiu delectum quandam habuimus, vt sic auspicio prosperiore reliqua imperu quodam miscello consequeretur. In quibus pleraque recognoscentur hunc ipsum respectantia locum. Interim ingerit sese mihi Plaro sua illa philosophi, aut theologi potius maiestate venerabili, atque autem peruellens: in Phedone suo ait se quiddam mandasse literis, quod huic loco congruat vel maximè. Esse videlicet terrarum regionem quandam prominentem, aded vt imbres nesciat, neque item flammium vllos persentiat impetum. Summa, præsignisque sit aëris temperies, proindeque ibi perfectissima queque vberius enascantur; nec desit excellentissimum genus hominum, quorum æuum sit longe nostro diuturnius. Eorum corpora sunt qui opinentur, ex æthere plurimum compacta, & aëre, aque, & terre vtrique habere minimum, necnon compari fructuum modo vesci, atque aliadeo vti more Pelix velut recocti, iuuenili gaudeant flore perpetuo. Hæc eo exseripsi libentius, quod non ita magnam cum deliciarum horto in sanctis literis celebrato diuersitatem habent, vt intelligamus verè dici, ac predicari, Platonem demutatis paucis fore Christianum. Sed occurrit hæc parte aliud, nec minus admiratione dignum. Legimus Geneleos caput tertium, in quo excusso Adam ab delictis ob peccati atrocitatem scribit Moyses, collocatum à Deo ante paradysum voluptatis Cherubin, & flammæum gla



gladium atque versatile ad custodiendam viam ligni vite. Vbi astruit interpret, esse qui opinetur, paradysum huc videri sub æquinoctiali circulo sitū: abs quo decussari cælum, ac terram nouimus: proindeque flāmei gladij nomine zonā reddi torridā, quæ propter solis cōuersiones versatilis nuncupetur. Quæ verò ad hoc maximè pertinētia, aut certè mira, & relatū digna in primis obseruauimus, ab nullo (quod equidem sciā) antehac animaduersa, per g̃i in literas promere: vt si nil aliud, vti que sint post difficultates auocamenta, quibus lassescēs forsan lectoris animus relaxetur molliaturq;. Arrianus inter Græcos historicos tantæ est in scribēdo integritatis, vt *παράδεισος*, id est veritatis cōsectator, studiosusque sit vulgò cognominatus, atque ita etiā nū honestetur in libris. Hic in parte postrema Indici cōmentarij, veluti ipse quoque Moyses succineret, ita scribit: Hanno Carthaginiēsis prouectus clausē ab columnis Herculeis in Oceanum, relicta ad lauam Libya, diebus triginta enauigauit occidua petens, mox vbi in meridiem diuertisset, plurima sese illi obieccere impedimenta. nam præter ardores feruidi syderis, vt in perusta regione mundi, aqua potabili deficiebatur: audiebatur porrò crebre de cælo fragor, interim latè promicantia in sublimi fulgura oculos perfringebant. Viscebanturque veluti flammaram riuū è cælo præcipitantes, quanquam Cyrene ad extrema Libya in tanta camporum vastitate herbis nuda non sit, neque item aquarum inops. Quid, quod Auicenna tanquam Platonem, Moysēmque interpretaretur, primo canōnis in craseon, id est temperaturarum ratione, temperatiorem sub æquinoctiali, commodioremque esse scribit habitationem, quā sit vsquē terrarum. Quod Eratosthenem quoque, & Polybiū sensisset, Straboni credimus. Nec ignoro tamen quæ sit in ea re inreductissimos disceptatio. Et Damascenus scribit in paradiso fuisse regionem diuinam, & prorsus eo dignam, qui Dei officis gestaret imaginem. Illud animaduertēdū quod & Thomas adnotauit, & Cōciliator non omisit differentia sexagesimæ septimæ. Quosdam tradidisse, Paradysum hunc videri sitū oriente, quæ portio mundi nobilior est, quia dextra sicuti secundo Cæli comprobatur Aristoteles. Sed cum tamen locum itidem sub æquinoctiali Cōciliator intelligit. Et rei ambiguitatē reteggit in primis idem beatus Thomas articuli secundi in fine, quæstionis eiusdem. Quicquid autem sit, credendum

dum (inquit) paradysum in loco cōstitutum temperatissimo, siue is sub æquinoctiali sit, seu alibi. Quid, quod in libro Herbariarum traditionum in Genesim, scribit Hieronymus, Prius quā cælum & terram faceret Deus, paradysum antecōdidisse. Nam in Hebræo legitur, Plantauerat autē Deus paradysum in Eden à principio: signat verò Eden delicias. Pro quo Symmachus transtulit paradysum florentem. *παράδεισος* Græcè hortum intelligunt: sed primo *ἀναπαύσις* Xenophon, prope Celanæ Cyri fuisse regiam scribit, & agrestibus: feris differtum paradysum. Obiter illud hac in parte subnotarim, ab erudito (quod aiunt) puluere non ita disparatum, Macrobiū secundo Naturalium, Oceani legitimum, veterēque alueum sub perusta collocasse, abs quo profuenter sinus, qui ambitu suæ flexionis orizontem imitentur, omnem ait terram quadrifidam diuidere, & habitationes singulas efficere insulas: ac propterea Ciceronem scripsisse, Omnem quæ incolatur à nobis terram, esse paruam quādam insulā. Quod ipsum Eratosthenes, Polybius, & Strabo quæque approbasse videntur. Sed hos Ptolemæi ratio refellit, & meminit Cōciliator. Quod de sublimi terrarum parte plurius inconcussa scribit Plato, id ipsum & de Olympi vertice antiquioribus proditum, & repetit Eustathius. Sed liquidius in Odyssea Homerus quoque, etiam si recentiorum obseruatio secus deprehendisse videtur, elusa veterum ingeniorum sedulitate in pensandis naturæ arcanis, & (quod dicitur) cornicum oculis confossis. Apud Meroen Aethiopiæ partem, æquinoctiali proximam circulo illud dicitur euenire, vt per nonaginta dies vmbra nostræ in contrarium cadant, vnde Anticiclos eius incolæ tractus nuncupant. Nec illud ignorandum, ab rerum peritis duo statui hemisphæria, ab æquinoctiali vnum ad Septentrionem, ab eodem æquinoctiali alterum in meridiem. Quorum permeer quidem vtrunque sol, verum dispari ratione, etiam si sectionis vtriusque signorum hand dissulter numerus: nam solstitiale obit diebus centum octogintaquinque, adnexo diei noctisque quadrante: quod verò brumale est, centum modò & octoginta diebus absoluitur. Quod eo fieri argumento periuincitur, quoniam orbi solis eccentricon statuunt terram cælestium non incuriosi.

L. D. O. V. L. I. V. S. T. I. C. I.



CAMILLI RHIDERII RHODIGINI IN
antiquarum lectionum libros Lodouici Caelij patris
ad reuerendissimum Episcopum Philip. Roue-
rellam Praefatio secunda.

Solebant, qui apud antiquissimos Parthorū reges, gratiore gra-
tiam aucupabantur, nō nisi aliquo suffulti munere, eorum atria
spatiari, rem quidē essi Barbaricā mītiaturā, ad nostrorum tamē
temporū presentīā nō illaudabiliter delapsam: vt quā de selectis
benignioris frontis animo, submissa interioris suae mentis delectatione,
vadamoniū aucuparetur: quo ductus impulsu, ad te reuerēdissimū
praesul accessurus, diu multūque dubitauī, quo praesulo munusculū
te veneratus obseruarem: quā defatigatus mentis ambitione, graui-
peragratus, in Lolouici Caelij mibi olim patris meritisimi labori-
sissimas Antiquarum lectionum lucubrations incidit, opus esse ab
ipso antea editum, nouissimē tamen ab ipso tanta castigatiōe elab-
matum, tantisque additiōibus suffultum, vt non quidem doctissi-
elaboratum, aut elatius expolitum, sed altius reformatum, nō
operis nomē claturam adipisci merito censeatur. Quod cum plurimum
ipse iam impartitū destinasset, mortisque suae praeventus sen-
tia, sua frustratus opinione, aliquas eius partiunculas gratiorū pa-
troni tuēte frustratas reliquerit: earum vnicuique patrocinium
destinandum mibi iniunctum cognoscens, tibi eiusdem operis libe-
lum hunc ordine quidem, expolitione autem primum dicandum de-
creui. Quod iure quidem, non minus quā debito, faciendum mihi
uisum fuit, vt qui amplissimam Rouerellam familiam, tot, tam-
tisq; magni culmiuis decoratā insignibus tanto affectus vinculo ob-
seruatā habuerim, vt in ipsius famulitium a descriptione mirē oblecta-
tus, congāudeā, rōque maxime quod nobilissimi tui fratris, viri non
minus ingenij solertia, quā doctissime eruditionis cultura expoli-
tissimi, magnū in me collatis meritis, talis euaserim, vt de tāta fami-
lia praecōnia promulgare pro virili semper tensar. Eoque magis, quā
mutua inter nos dilectionis talem nouerim obseruantia, vt mei in
solo affectus nutu gratiore eius intuitus benignitate mibi satis vi-
lear vendicare. Hoc igitur ad te destinatus munusculum, hilariter
quā eius tenuior exigat genitura, alacri illa tua ingenij prompti-
tudine, mentis perspicacia, animi magnitudine, eo gratis accipiet,
quō libentius ad te id destinatum adseribo, meque magnifice tua
familia perpetuo affectum a quo respicere oculis non dedignetur
beris. Vale.

LECTIO NUM ANTI-
LODOVICI
CAELII RHODIGI-
NI LECTIO NUM ANTI-
QVARVM LIBER VNVS,
QVI SECVNDVS.

Simulacra duo nobis esse proposita, mundum, & Chri-
stum. Mundum esse tāquam rem publicam & Dei
templum. Angelos a Deo praefectus humanis rebus.
Qui mox euaserint daemones, & immundi spiritus.
Angolorum numerus. Platonis & Aristotelis ad
id sententia.

CAP. I.

AETERVM ne quis nostra haec putet, veluti
hirundinum masea, & Archytræ crepitaculum,
si diutius iis immoremur, re in immensum quo-
dammodo recasura, palastra utemur ea, quam
nobis praescriptum in hoc velut praefloramen-
to, ac mox huic parti coronidem impingemus, si prius in hac
mundi historia, quae Christiana veritas obseruarit, conte-
xerimus. Duo scilicet fuisse proposita mortalibus simula-
cra, quibus ad inuisibilia mirē prorsum surrigeremur, atcol-
leremurque: vnum quidem naturā, alterum verō gratia. Et
naturae quidem simulacrum, esse mundi huius speciem: at
gratia, humanitatem verbi. In vtroque praemonstrari utique
Deum, sed non intelligi in vtroque. Siquidem naturā specie
vrae sua, velut digito praeferebat artificem, sed contem-
plantium oculos illuminare non poterat. At praepotentis &
inaenarrabilis saluatoris humanitas, lux vnica, vera, bona, &
vnico, vero, bono manans lumine, medicina fuit, vt caeci lu-
men reciperent, & doctrina quoque, vt videntes agnoscerent
veritatem. Haec singularis profecto est mundi excellentia,
hoc praecōnium eximium: quod & veterum scientissimi non
omnino videntur ignorasse, quando etiam Senecam scimus
nono epistolarum ad Lucilium dixisse, Mundum sapientia



LECTIONVM ANTIQVAVM

esse rempublicam. Quamobrem nō videri illum extra rempublicam, etiam si recesserit, imō fortasse, vnum si reliquerit angulum, in maiora atque ampliora transiturū, ac cælo impositum tunc demum intellegendum, quum sellam aut tribunal ascenderet, quā humili sederit loco. Nunquam, inquit, plus agit sapiens, quā vbi in conspectū eius diuina humanaque venerunt. Idem alibi, ingens Dei templum mundum vocat. Id ipsum & M. Tullius facit: quod interpretatus vir doctissimus, Bene, inquit, vniuersus mundus Dei templum vocatur, propter illos qui existimant nil aliud esse Deum, nisi cælum ipsum & cælestia ista quæ cernimus. Ideo vt summam omnipotentiam Dei ostenderet, posse vix intelligi, nūquam videri; quicquid humano subiicitur aspectui, templum eius vocauit, qui sola mente concipitur, vt qui hæc veneratur vt templum, cultum tamen maximum debeat conditori: sciatque quisquis in vsum templi huius inducitur, ritu sibi viuendum sacerdotis. Scribunt porro theologorum nonnulli. Ab initio Deum quum fecisset mundum præposuisse illi quasdam celestium virtutum potestates, quibus regeretur ac dispensaretur mortalium genus. Quod etiam indicare videtur Moyses in Deuteronomij cantico, vbi legimus: Quum diuideret excelsus gentes, statuit earum terminos secundum numerum Angelorum Dei. Sed horū nonnulli, sicut & ipse, qui princeps appellatus est mundi, datam sibi à Deo potestatem, non in quibus acceperant legibus temperarunt: nec humanū genus diuinis obedire, sed suis parero prauaricationibus docuerunt, vnde aduersum nos peccatorum chirographa cōposita: nam vt Propheta testatur, peccatis nostris vānundati sumus, siquidem anima suæ pretiū capit vnusquisque, vt voluptarū vitia rationes expleuerit. Hosce verò tum immundos spiritus, tum Christianis detestando nomine, dæmonas nuncupamus. De quibus lubricatione sequenti in mediū promere pergemus: quæ de iis veterū ingenia prodidere, additis & nostrorū placitis, vt sese ostētarit occasio. Sed interim illud minus hic prætereundum, Angelorū numerosam videri à Deo ferre productam: quia Danielis septimo ita dicatur, Milia milium ministrabant ei, & decies cetera milia assiscebāt ei. Verū hic amplius attendendū, In Angelis non dici numerū, vt est discretæ quantitas, ex cōtinui diuisione producta, sed ex formarum distinctione potius, quādo inter transcendentia censeretur multitud.

titudo. Sed enim & parte hac cum antiquioribus aliquandiu confabulari, haud operæ fuerit vacantis. Substantias quidem separatas censuit Plato, esse rerū sensibilibium species, veluti si naturā concipias humanam esse disparatā. Quo posito, consequens est, substantias vtique separatas rerū sensibilibium esse qui numerum. Id quod Aristoteli improbabile sit, quoniam sit materia de sensibilibium specierū, vt sic interim loquar, ratione. Proinde non posse substantias separatas censeris sensibilibium exemplares species, verū esse eminentioris cuiusdam naturæ. Idem tamen Aristoteles, naturas hæc perfectiores ordinem statuit sensibilibium respicere, mouētis ratione, ac finis. Propterea ex numero motuum primorū substantias coaptat separatas. Quod nostrorum patrum decretis, & veritati inconcussa fidei dissentaneum sancimus omnino.

Dæmonis nomen fuisse veteribus honestum, nobis non ita. Cur Aristoteles dicatur dæmonios, & Plato diuinus. Qui à veteribus dæmonij dicantur.

CAP. II.

Dæmonis nomen in Christiana religione odiosum sanè, infestūque est, nō ita veteribus: quippe quod postea patebit amplius, eiusmodi nomenclatura Deus quandoque significatur, & pro admirabili & immenso dæmonij vrsupat Græcorū natio: sed quibusdam quoque, vt Aristoteli, adhæsit dæmonij cognomentum: nam quod non insuper habendum vtique est, Platonem singulari sapientia philosophum omnibus ferè calculis ab veterum scientissimis ita approbatum, summis que elatū præconiis legimus, vt diuinum virū appellare nō desinant, præsertim in ea philosophiæ parte, quæ diuinorum rationes cōplectitur. In qua & operæ multū, nec olei minus ab eo impensum, cōpertius est quā vt demonstrari res debeat. Quin in iis quæ ad naturæ modum spectāt, plures quoque in eius sententiam procliuus feruntur, quā Aristoteli. Et vt arbitri honorarij, quanquam nostrum non sit onus, vice fungamur. Omnino in philosophia prima, & in iis quæ mathematicas requirunt demonstrationes: in oratoria item facultate, ac in morū disciplina plerique omnes veluti omnium principem suspiciunt Platonem, veneranturque, etiam si summe orationis aureum fundi ab Aristotele, author M. Tullius est. Proinde institutū, vt ab vtriusque cōsecratoribus



LECTIONVM ANTIQVARVM

diuini symbolū Platoni, demonij verò Aristoteli affigeretur... cen inuenerit opere, tanto Platonem videri Aristotele præstantiorem, quanto naturalibus diuina censentur augustiora, amplioraque. Ut præteream quod Græci scribunt, & repetit Seneca, Athenis raptim Aristotelem profugisse, veritum ne impietatis nomine in vincula coniectus, vltimo afficeretur supplicio. Appellationis autem ratio profluxisse videtur inde, quod naturalium sciētiam in primis complexus Aristoteles est, quorum ratio sublunari ferè cōtinetur mūdo, qua in parte (sicuti mox liquebit) demonibus præscripta putabant loca. Plato verò altius sese surrigens intelligibilium contemplationi addictus comparem vitæ, morūque normam eximia integritate consecutus est: spreitūque, quæ ceteri vsque ad infamiam demiratur, quod in nobis diuinum est, ad id diuinum, quod solum verèque est, redigere omnibus (vt dicitur) remis velisque adnrebat. Hinc diuini cognomentum longè clarissimum, vulgò celebratum illuxit. Author allegoriarū Hesiodi Aristotelem nuncupat *Αριστοτελῆν*. Plutarchus tamen in libro De liberorū institutione, Platonē quoque dixit *Αριστοτελῆν*, sed in artibus item Dionysius Homerum *Αριστοτελῆν* appellare sibi permisit. Adnotatū ab rhetore sciētissimo, demoniū à diuino apud oratores differre nihil, sed dici *ἡ ἀπαράστατος*, sicut Olythiaca secunda apud Demosthenē. Sciendum verò demonij appellationem *ἡ ἀποδαιμόνιος*, id est capi nunc in bonum, nunc in malum, præcipuè apud Homerum, abs quo reges dici dæmonios nouimus, velut eudæmonas. Plebeios itè priuatosque: sed vt *ἀποδαιμόνιος*, infelicisque, quoniam mediæ potestatis sint dæmon, & fortuna. Sed iā de dæmonibus plura.

Rationalis natura gradus esse tres, Deorum, demoniū, hominum. Dæmones cur. Item eisdem dici Lares, ac Genios. Dæmonum descriptio. Qui Medioximi, Patellarij, Semones, Heroes, Manes, Pluto Summanus, Sanguis, Popi, Diopi, Stenopes, Stenoparchæ. Angeli omnes sint speciei vnus. De Dionysio Areopagita captum.

CAP. III.

Illud verò in primis testatum volumus, in negotiatione (vt sic dicam) ista Platonem ipsum Platonicisque plures nos esse amplexuros, quoniam inter ceteros hi maxima curæ indagine

LIBER II.

agine dæmonum rationē scrutari sunt, non disclusis tamen aut reiectis, quæ apud alios comperta legendi appetentiam, conciliare, aut lassescentem stomachum excitare ac reficere poterunt. Igitur Platonem animaduerto rationalis naturæ gradūs fecisse tres, non dignitatis tantū maiestate interpunctos abiunctosque, sed etiam locorū intercapedine. Ergo immortalibus diis summam attribuit sedem, id est caelestem. Sed horum alios dici, & esse intelligibiles, ab omni materie contubernio semotos: quorum parens princepsque is sit, quem rerum conditorem opificemque veneramur, maiestatis amplitudine vltamūdana, sanctum & humano sermone inenarrabilem, ac ne mente quidem facile apprehensibilem. Quisquis est is, aut quantuscunque, vnus est: verus, bonus: veritas vna, bona: bonitas vna, vera. Ceteri non tam dii, quàm ministri. Visibiles Deos intelligit caelestia corpora. Atque hic gradus vtique vnus, qui & primus. Imum verò tenet, numifima præcellæ diuinitatis eximium, homo. Cuius eminentissimam naturam, caelitibus ferè comparem paulò post latius explicare ingrediemur. Medium verò inter hosce extremos gradum, ab lunæ collimitio ad nos vsque expansum iam habent quos ab scientiæ magnitudine prisca dæmonas vocarunt. Sed M. Tullius Lares, etiam si in eo satisfacere vix sibi videtur. Apuleius nunc Lares nunc Genios nūcupat. Hos itaque interpretes quosdam, & salutigerulos arbitrati sunt priores: qui concepta à nobis vota ad Deos deferrent, & illine ad nos diuina munera, veluti *μύθραι* quidam, & parati. Ad hos item magica exantatio, & præfagiorum species referēbantur: quod in Symposio docuit Plato. Romæ vicus fuit larium ruralium, quod docuit P. Victor. Verum & L. Aemilius Regillus Antiochi classe profligata, laribus permarinis ædem vouit, quæ annis quadraginta post dedicata est. Plutarchus in libro de philosophorum decretis, nimis præcisè, cuiusmodi forent dæmones, descripsit, quū ait: Thales, Pythagoras, Plato, Stoici dæmonas esse sanxerūt: substatias animales: sicuti heroas ab corporibus amotas animas. Floridius multò Apuleius: Dæmones, inquit, animalia sui ingenio rationabilia, animo passiuā, corpore aëria, tempore æterna. Mox adiicit, Passiuos dici, quoniam iisdem quibus nos, perturbationibus sint obnoxij. Hosce Romani veteres Medioximos item nūcuparunt, quod intersiti ex sui ra-

LIBER II. DE DÆMONIBUS



LECTIÖNVM ANTIQVAVVM

tionem, ac loco, & potestate diis summis sint minores, hominum natura, velut complacitum antiquis est, utique maiore Propere Plautus in Cistellaria:

Ita me dii, deaq; superi atque inferi & medioximi.

Apud eundem quin etiam Patellarios dici comperias Deos qui patellis, sacrificio vasis accommodis, placarentur. Propter ea in Fastis Ovidius:

Fert missos Veste pura patella cibos.

Plautus:

Dü me omnes magni, minutiq; & patellarü.

Vt salinum, inquit Liuius, & patellam Deorum causa habere possint. Semones dici putant, eos qui ab aeris meditullio quicquid interpatet ad terram vsque, habent. Quos credit Marcellinus, *heroas* dici, hoc est semideos: heroas quoque, sicut Iamblichus item significat: quoniam, inquit, *heroi* veteres dicebant terram. Ibi que manes, id est corpori humano praesules attributi, qui parentum seminibus manarunt. Heroas fuisse iracundos, & occurrentibus infestos, cuiusmodi *κακότηρας* vocant Graeci, Menander signat, proinde praetereuntes heroa silentium mire seruabant. Hosce tamen *λεπείτορας* dicebant, id est meliores: forte diritatem sic molituri. Scribit Ioannes grammaticus, heroas illos credi patre Deo natos, mortali vero matre, qui theoretica & rationali sint virtute praediti. At qui optice actiuaque pollent vita, hosce Dea prognatos volunt. Porro nuncupari item heroas, *ἀπὸ τοῦ ἀήρτος*, quando ita canit Orpheus: *μὲν ἦρα δὲ ἠρώων ἀήρτιοι καὶ δέσις*. Porro quicquid ab luna ad terram interstitij est, Plutonis imperio ascribitur: qui inde Sumanus dicitur, quasi summus Deorum manium. Sed lunam in vicinia constitutam, Proserpinam appellarunt. Semones Fulgentius non omnino malus auctor, esse Deos opinatur, qui caelo digni non censerentur ob meritum paupertatem: cuiusmodi esset Priapus, Hippo, Vertumnus. Nec terrenos tamen putarent per gratiae venerationem, sicuti in Mytagora scribit Varro, Semonéque inferius derelicto, Deum depinnato attollam eloquio. In ciuitate diuina Augustinus Semonem dici Ianum sentit, quod seminio est, dum concipitur infans. Semonis Iani meminit ab Urbe condita libro octauo Liuius, quanquam alij expuncta lectio ne ista, substituunt Sabino Sangi, ex Dionysio, qui Antiquitatum secundo, Sabino *gēti* inditum nomē scribit ex Sabino Sangi diui gentilis, quē Sangum quidam Pistiū vocent. Sangi facellū Urbis

LIBER II.

73

Urbis regione septima statuit P. Victor. Sunt qui Dryopum lingua Popos dici daemonas arbitrentur. Omnino qui Homero posteriores sunt, etiam Deos ea voce significari putant, ut sint Popi quasi Ipopi, ex veterum doctrina *ἀστρα ὠπρὰ δυνήσων* est, id est omnia despicientes. Sicuti indidem corruatur & Diopos, quae dictio apud Aeschylum ducis est peculiaris, id est *ἀστρονομία*. Stenopos autem angiportum signat, vnde Stenoparchos dici, auctor est Dion, qui aduersus incendia constituebantur ex plebe, quibus veste uti permissum est principali, & duos habere listores in locis sui iuris. factum hoc imperij stationem tenente Augusto. Apud Graecos *ὠπρὸι παρὰ*, commiserationis censetur vox. Sed Appion daemonas intelligit. Hinc sane admonet Varronis lucubratione titulo addita *ὠπρὸι παρὰ*. Etiam si in Nonij codicibus passim legitur, papia papa. Nec Obstrepit hic argutior aliquis, rideatque ineptius veterem hanc daemorum diuersitatem, quando & in angelis peruenire eandem possumus. Siquidem in iis quae speciei censentur vnius, haud prius inuenias & posterius: quod ex Metaphysice tertio amplius dilucet. In angelis autem vel decuriae vnius, & primos comperias & medios & postremos: quod ex Areopagita Dionysio est, Angelicae hierarchiae capite decimo. Proinde colligendum, non esse speciei vnius omnes angelos. Quod Dionysium aduocauimus, sciendum amplius, doctis ambagiosum fieri, ecquid ex Areopagitae officina prodierit lucubratio ea, quando tres leguntur Dionysij.

Esse item in sphaeris quorundam sententia daemorum ordinis. Providentia triplex. Quomodo ab daemonebus afficiamur. Qui daemones naturales, quique aduentitij. Daemorum praefectura. Item daemones esse tanquam pastores.

CAP. IIII.

Sed in hac daemorum distinctione id utique minus ignorandum, Ex veteribus plerisque, praeter quae haecenus collecta nobis sunt, etiam singulis planetarum globis peculiare ascripsisse daemones, veluti stellas, ita planetae illi famulantes, in cuius orbe sunt, ut in firmamento stellae minores ab illustrioribus gubernantur. Inde Saturnij leguntur daemones, aut Iouij, & deinceps. Imò verò inter Saturnios esse, qui praesentat aliis in globo eodem. Quod & in ceteris intelligunt,



LECTIIONVM ANTIQVARVM

quemadmodum inter homines nō omnium eadem ratio agere
scitur fortuna. Orphici terrestres etiam dederunt dæmones
sicuti etiam aquei dicuntur, & ignei. Tradunt porro qui hæc
curiosius peruestigant, esse ab summis ad infima veluti cæcæ
quasdam extensas. Nam stellarum quælibet dæmones sunt
tanquam asseclas certis afficit modis. Sed eadem item ratio
ne ab dæmonibus animæ afficiuntur, ab suis utique suis. Id
facilius percipiatur, prouidentiam Platonicæ schola in tria
distribuit, Vniuersalem, minus vniuersalem, & demum parti-
ticularem. Et vniuersalem quidem ad tria refert principia, quæ
rum & superius facta nobis mentio est, Bonum, intellectum
animam mundæque omnibus, & omnia prouideant. Minus
vniuersalem ad spherarum, stellarumque animas: quando ha-
rum vnaqueque omnium quidem rationem habet, sed non
in omnibus tamen. Particularem verò dæmonum esse voluit
qui quædam non omnibus, sed quibusdā gratificentur. Quæ-
quam & in humanis animis prouidentia particularis est ad
inferiora. Igitur pro loci ratione nobis nō vno modo forme
ta adiciunt: siquidem ignei dæmones contemplandi excelsæ
potentiam, ærei vitæ fauent actiua, aquei voluptuose. Hoc
Plato scribit ad primordio, malorum plurimis voluptatem
immiscuisse. Porro dæmones quidem omnes esse affectu pati-
suos: superiores verò, mediòsque etiam immortales: infimos
duntaxat longeuos, qui ex terræ vicinia terrena etiā titillat
libidine, nimiamque habeant cum sylvæ communionem
quam sanè malignam animam veteres dictabant. Asseritur
& illud, Dæmonum alios esse (vt sic dixerim) indigenas, ad-
uentitios alios: & indigenas quidem volunt, qui sint ini-
tio sic producti: aduentitios autem, qui ex humana ratione
mox inter dæmones sint centuriati, ac nihilominus humana
curent. Quod verò ad dæmonicas attinet prefecturas, alij la-
tissima procurant terrarum spatia, alios detinent angustio-
ra quidam vrbibus modò præponuntur, aut ex hominibus sin-
gulos tantum amplexantur. Atque hinc Saturnium alius, ille
Iouium, hic quemuis alium dicitur dæmonem fortitus: sicuti
omnes vniuersalesque nostrum credunt suo (vt sic dixerim) syderi
mancipari: que utique demonica ratio atque celestis, non in
homine tantum efficax putatur, sed & in cæteris nature parti-
bus. Nam sepe animal hoc vel illud solare dicimus, aut Iouium
sic & in plantis, lapidibusque. Certè Plato dæmonicam potestatem

LIBER II. CITREI 75

tem, vt conciliatricem in Symposio, & Legibus admiratur.
Propterea in Protagora & Politico, dæmonas vt pastores re-
cognoscitur in Critia, etiam gubernatores. Quibus nos diuina
prouidentia commendandos celsuerit, veluti moderatoribus,
qui nos tum diuinationibus plurifariam, tum oraculis adiu-
uarent.

*Dæmones an habeant corpus: item angeli. Corporum ge-
nera quinque. Nereides qua sint. Qui, & vbi visibil-
es dæmones. De Glaucō interim.* CAP. V.

AN verò dæmones huiusmodi, siue bonos intelligas, siue
malos, habeant corpus, potest videri quaestione non in-
dignum: ac si Apuleium audimus, non omnes habent, siquid-
em in Socratis dæmonio ita scribit, Genus aliud augustius
animo dæmonum, qui semper à corporeis cõpedibus, & nexi-
bus liberi procurantur certis precatibus: quorum è numero
Somnus atque Amor. Vbi verò statuit Hesiodus dæmonas, ho-
minum custodes, *ἄσπετος καὶ ἀκαταρακτός*, id est aere conuestitos: inquit
Proclus ideo dictum, quia nos lateant, sintque inuisibiles, sicuti
aer vel quoniam aerea sint eorum corpora, sicut deorum *ἄσπετος*
& id est ignea, hominum autem terrena. Mellus dæmonum
naturam non putat esse sine corpore, quando (inquit) sunt qui
fateantur dæmones, ab se cum corporibus visos. Quia & ma-
gnus Basilius non dæmonibus modò, sed puris etiam angelis
corpora tribuit, veluti spiritus quosdā tenues & aereos atque
puros. Cui David astipulari videtur, quum ait, Qui facit an-
gelos suos spiritus, ac ministros suos flammeos. Sed in Cui-
tate Dei Augustinus ait, Qui facit angelos suos spiritus: id est
eos qui spiritus sunt natura, facit esse angelos. Eandem quoque
asserit Psellus idem apostoli Pauli fuisse sententiam, quoniã sic
comodius locum permutent, quiescunt, ite sine fallacia sensibus
se offerant. Sicubi verò in scriptura legatur incorporci, respon-
dendum, esse moris, corpora quidem crassiora corporea nomina-
re: que verò pretenuia sunt, queque aspectum tactumque effugiunt,
incorporea dicere. Nō idem tamè videtur angelicum, & demoni-
cum corpus. Illud enim radiat, & nequit oculis sustineri: demoni-
cus videtur aliquando fuisse eiusmodi, quoniã Esaias angelum nomi-
nat Luciferum, qui lapsus est. Nunc certè obscurum tenebricosum
que est. Angelicum quod corpus, omnis expers est materie. Etiam si
in libro Fõris vitæ Auicebron angelos prædit ex materia cõcin-
natos



76
natos & forma: quoniam vbiunque proprietates inueniuntur materia, ibi insit & materia. Proprietates autem materiae sunt, recipere, ac substare. Propterea in libro De trinitate Beati Hieronymi, Forma simplex, subiectum esse nequit. Sed in angelis compertum hoc est, quare consecutio manifesta. Nisi quod modus idem non est, quo recipit intellectus, & quo materia Formam siquidem recipit materia, ut ex ea in specie constituitur aliqua vel aëris, vel ignis, vel rei alterius. Verum ratione alia formam intellectus recipit: aliam verum probatur quod prodit Empedocles, Terram terra cognosci, ac ignem ignem. Intelligibilis forma intellectu est secundum ipsam rationem formae. Ita enim ab intellectu cognoscitur, prout receptio eiusmodi, materiae haudquaquam receptio est, sed immaterialis substantiae. Verum ad rem. Demonica corpora quodammodo materialia censentur, & subiecta passioni, praesertim quae sub terram intrusa sunt. Itaque pulsata dolent, & igne admoto exuruntur. cinere item conspicuo, quod in Thulea quandoque factum, proditur memoriae. Sed, ut haec expendantur exactiore libra, Corporum (quod ad hanc spectat rationem) inuenio species quinque. Est quidem corpus vnum, & id primum, quod igne tantum conflatur. At si ignis ille visui subiectatur, sidereum corpus dicitur: si visum non patitur, daemones sunt: quos igneos dicit Orpheus, ut caelestes. Altera species corporum est, quae ignis aërisque nexu attemperata sunt. & hi aetherei vel aërei nuncupantur daemones, eodem Orpheo docente. Quod si aqueum quiddam, veluti tenuius ferrum accesserit, tertium confurget genus daemonum, qui nominantur aquei: qui quandoque etiam percipi possunt visu, si deus paulo subactum corpus sit. Vbi autem terrae aliquid addatur, sed non adeo crassum, terreni iam efficiuntur daemones. Postrema sunt iam humana corpora, spissitudine crassiora obestioraque. Aqueos daemones in Perside atque Aphrica visitari praecipue, Zoroaster existimat: eos Nereidas vocauit Orpheus. adiicit tamen Porphyrius, illos daemones solum videri, in quorum corporibus praeter aquae vaporem, ignis abundet. Quae in oriente contingere, atque meridie. Glaucum quoque esse marinum daemona Graeci scribunt, hunc esse Melicerten interpretatur Nicanor. in primo Aetolicorum scribit Nicanor, Apollinem ab Glaucio diuinandi scientiam esse consecutum. Porro, quod obseruatione dignum est, Augustinus astruere vi

re videtur, Angelos omnes ante confirmationem, vel lapsum corpora habuisse aërea, ex puriore superiorisque aëris parte conformata. Caterum ad faciendum idonea, non item ad patiendum. Taliisque etiamnum bonis angelis conseruata, quae visum tamen non patiantur, ni crassamenti quippiam fuerit inductum. Malis vero angelis in lapsu demutata fuisse corpora in aëris spissioris qualitatem, ut igne possent torqueri. Super Genesin Augustinus idem sic ferme prodit, Daemones aërea dicuntur animalia, quia corporum aëreorum natura vigent, nec per mortem dissoluuntur, quoniam preualet in eis elementum ad faciendum aptius, quam ad patiendum. Patientie quidem, humor terraeque congruunt maxime: ad faciendum vero, aër ignisque. Verum ne quid dissimulem: in secundo Sententiarum adnotatum animaduerti, haec de aliorum sententia fuisse Augustino conscripta: quoniam Christianae veritatis sectatores complures conspiratu consono prodiderint, Angelos esse incorporeos, assumere tamen quandoque corpora, ut exequantur ab optimo maximo Deo iniuncta, quibus mox exuantur. Beatus item Thomas quaestiones propriae articulo primo, Augustinum scribit Platoniorum opinionem explicuisse, Origenem quoque, ut in aliis item, esse deceptum, vbi in libro *πρωτὰ ἀρχαί* Deum patrem modò tradit, & filium, ac sanctum spiritum, nullum habere cum materia commercium. Quod si Gregorius angelum vocat rationale animal, id per metaphoram dictum exponit, ex rationis similitudine. At Damascenus angelum scribit substantiam esse intellectualem, semper mobilem, Nihil autem mouetur, nisi corpus: sicuti in scultationis physice libro sexto probat Aristoteles. Verum ita profusus astruendum, in angelo motum ita accipi, ut intelligere, ac velle, motus quidam sunt. Ex quo angelus substantia finitur semper mobilis: quia semper actu intelligit, non quandoque actu, quandoque potentia, ut nos. Porro circumscribi terminis localibus, est corporis quidem proprium, sed terminis circumscribi essentialibus, creatis promiscuum est omnibus. Propterea in libro De spiritu sancto Ambrosius, Licet quaedam locis non contineantur corporalibus, circumscriptionem tamen substantiae non caret. Vbi vero Bernardus ait, spiritus creatos indigere instrumento corporeo: intelligendum, non naturaliter adglutinato, sed ad aliquid assumpto. Denique in diuinis nominibus Dionysius, incorporeos esse angelos, constant



LECTIONVM ANTIQVARVM

ter affirmat. Amplius adnotanda nilominus ex secundo Mor-
ralium Gregorij verba: In hoc, inquit, est nunc natura ange-
lica ab nostre conditionis natura proprietate distincta, quod
& nos loco circumscribimur, & cecitatis ignorantia coarctamur.
Angelorum verò spiritus loco circumscribuntur quidem
verum eorum scientia longè super nos propagata differtur.
interius quippe, exteriusque sciendo diffusi sunt, quia ipsam
scientiæ fontem contèplantur. Quid enim de his que scientia
sunt nesciant, qui scientem omnia sciunt? Forù itaque scientia
nostre quidem comparatione exuberantius excreuit. Quod
tamen si diuine componatur, arctius euadet angusta. Sicuri &
ipsi illorum spiritus corporum utique nostrorum comparatione
spiritus suatrat summi comparatione, ac incircumscrip-
ti spiritus, sunt corpus. Mittuntur igitur, & assistunt: quia
per hoc quod circumscripsi sunt, exeunt: & per hoc quod inter
quoque presentes sunt nunquam recedunt. Faciem ergo pa-
tris semper vident, & veniunt ad nos tamè, quia & ad nos spiri-
tuali presentia foras exeunt: & tamè ibi se, vnde recesserunt
per internam contemplationem seruant.

*Damones esse semine fecundos, & coire: angelos bene-
minimè. An angelus dicatur de homine. De Giganti-
bus interim. Damones qua ratione varias exhibeant
figuras. Quæ sint Naiades, Dryades, Onofceli. Cui
quidam damones ingerant se puer peris. Mirum
pestilentia genus Constantinopoli.* C A P. VI.

M Arcum quandam in Cheroneso, Græcia conteranina
fuisse legimus, qui genus suum in Mesin fluvium refe-
rebat, homo solitudinis præcipuè amator, & daemonum cul-
tor eximius, quo nomine de illorum natura pleraque perse-
cutus, aliis etiam est impertitus, sicut illud, Daemonas non pa-
ti solum, sed valde utique pati. Quin esse item semine fecun-
dos, idque generandi studio effundere, succrescereque inde
animalia quadam modi non magni: habere enim genitalia,
ad neutrique nostris similia. Porro quia excrementitii quida-
dam effundant, connutriri quoque: alios quidem inspiratione,
alios etiam humore: verum non ore, sicuti nos, imò verò
ut spongiæ atque ostrea. Nec tamen damones hoc omnes pa-
ti, sed qui materiæ coniunctiores sint, qui que lucifugæ intel-
ligan

ligantur, aquatici atque subterranei. Hinc Augustinus mul-
tos tradit, experientia magistra didicisse, Syluanos & Faunos,
quos vulgò Incubos vocent, improbos sæpe exitisse mulie-
ribus, earumque appetisse, ac peregisse concubitus, & quosdã
damones, quos Galli Dufios nuncupent, hanc assidue fecunda-
tem tentare. Adicit tamen, se hic nil admodum temere au-
sum affirmare, Angelos verò Dei sanctos ea turpitudine in-
quinatos, non credere. Sunt qui affirmant de Christianis lo-
quor) genitale humorem à demone profusum, haudquaquã
ipsius percoqui natura, quod animantibus obtingit, sed exci-
pi à viro, cui se ut fœmina subiecerit: qua ratione varem Mer-
linum esse genitum, Britannorù historiæ memorant. Quam
verò legimus Geneseos sexto, Angelos Dei videntes filias ho-
minum quod essent pulchre, accepisse vxores sibi: non acci-
piendum (inquit) est, ita illos esse angelos Dei, ut homines nõ
essent, sicut putant quidã: nam homines fuisse, scriptura sine
ambiguitate declarat, quando dixit Deus, Non permanebit
spiritus meus in hominibus his in æternum, propterea quod
caro est. Sed & homines Dei angelos fuisse nuncupatos, ex
eisdem literis testatissimum est: nam de Ioanne legitur, Ecce
ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Et Mala-
chias propheta angelus item dictus est. Fallit autem quosdã,
quod ex illis qui dicebantur angeli Dei, nati, ac propagati se-
runtur Gigantes, veluti hoc humanum nõ sit. Quam tamen
paucò ante Gothicam vastitatem Romæ visa sit fœmina, quæ
corpore quodammodo giganteo longè cæteris præmine-
bat, quod eo mirabilius est visum, quoniam uterque pa-
rens nec staturoforum quidem hominum proceritatem asse-
quebatur. Sed redeo vnde sum digressus. Nullus, inquit Mar-
cus idem, demon mas celsendus est, vel fœmina: hæc enim in-
terstitia, & sexuum discernicula ad composita pertinent: da-
monum verò corpora simplicia sunt, ductu, flexuque facilia,
ad omnemque configurationem apta naturaliter. Etenim si-
cuti nubes nunc hominum, nunc cuiuscunque visitationem
faciunt, consimiliter & demonum corpora, ut collibet ir-
varias concipiunt figuras, qua ratione virum modo præferunt,
modo etiã fœminã. Infremunt quã loque ut leones, saltant ut
pardalis, latrant ut canes. Nec tamen tot ac tam varia, vnum
quo loque demonũ genus pfererit. Nã igneis aëreisque facile
huiusmodi suppetit facultas: siqui dè in id se nullo negotio cõ-
for



formant, quod imaginatio cōceperit. Tenebricosi verò demōnis phantasticū angustis fluctuans eā nescit diuersitate mēte porē item inagili, minimēque astuoso. Aquei, necnon terrestres in horū medullio cōstituuntur. Sed qui in aquis agunt plurimū, ex elementi mollicie aues ferē ac mulieres asinulant. Ex quo genere sunt celebratē poētis Naiades, Nereides, necnō Dryades. Qui verò in aquosa & arida frequētāt, corporibus arefcentibus: cuiusmodi onoscēli pernoscūtur, qui sunt asininis cruribus, hi sese mares plurimū exhibent, interdum quoque leonem ac canē induere videntur. Quare non ita mirum, si quādoque puerperis fēminea specie ingeratur dæmonium, quod adulterū sit, & impuris humectationibus afficitur plurimum. Caterū id hac parte haud prætereundum utique, debacchari amplius quādoque Constantinopoli cepisse nouum inopinatumque pestilentia genus. Quod apud Iulios Aegyptios in ortum primō, crassari mox latius aduertit. Eius mali hæc ferē habebantur initia: Dæmonū terribula mēta specie humana miseris ingerebant sese ita, ut ab hominibus in eum sibi plagas opinarentur, quibus occurrēculi id genus obiciēbatur: antequā ea oriētis mali velut proemia. Quibus aueruncandis nullis profum amuletis opus erat, vel (ut assolēt) mysticis, sacrisque verbis: sed velut lymphati, ac arreptitij, vocantes nec audiebant, etiam si in arcto asseruarentur. Per quietem obtingebant hæc quandoque, in horresebat febris, sed ita, ut nec color demutaretur, neque infitus item calor: nam nec inflammatio, ut sit, persentiebatur, verū tūsis infesta erat, nulla discriminis specie. Tubercula sese ostentabant, sed non eodem tempore omnibus, nec eodem loco. Quibusdam profundior obrepebat somnus: aliis dementia cū rerum omnium obliuione, ut in cibi neglectu cōficerētur, ac furentes e lecto sese proriperent, ut se daturi in præceps, aut sitis ardore flumina petitura. Morbus tamen hic contagiosus haud fuit.

Dæmones mali. Dæmonū ē calo lapsus. Quem Ates nomine intelligat Homerus. Trygodæmones qui sint, & Sorodæmones. Conali. Soroadios dæmon. An dæmonia sint naturaliter mali. CAP. VI.

Dæmones quidē omnes, CHRIS TI cultus, tanquā malos (ut diximus) abdicat illorū cōmercio nullaten⁹ v⁹ dū

dum censet: quando, ut in Apologerico testatum reliquit Florens Septrimus, Dæmonū operatio, est hominis euersio. Græcia nō ita multos dæmones dāmandos putat. Addit, nec hos quidem esse ex proposito tales. Sed quod ab condito auro rerū dispensatio ea sit ratione instituta, ut animæ impuræ carnisifica (ut sic dixerim) iniungeretur. Cuiusmodi dæmonum opera magica vanitas impendio uti assueuerit, aduocans in aspectū imaginariū, & multa itidem imaginaria spectātibus obiciens. Verū de boni maliq; dæmonis discerniculo plura mox. Nos in literis interim antiquioribus ab Pherecyde traditū obseruauimus. Dæmonas olim celo lapsos, quod nostra cōtinet doctrina, Ophioneūque nūcupatum, hoc est dæmonicum serpētem, qui antesignanus fuerit agminis, ab diuinæ mentis placito deficientis. In mysteriis exploratum illud quoq;: Iouem quandoq; dæmones inferiores ad inferna deturbasse. Adde, quod & Pythagorica doctrina hoc ipsum ferē opertius referre animaduertit, dū fractis alis animam labi ē calo singunt: inq; nouem distribuunt gradus, tanquam nouenarium angelorum chorum. Quin & in sermone, qui est de scēnore, Plutarchus, Empedoclē eiusmodi dæmonum lapsum nouisse, significat, ubi ait, Semel scēnore illaqueatū euadere non posse, verū oberrare, perinde ac dæmones à Deo fugati, eq; calo dati in præceps apud Empedoclē. Quos æther ad maris ima deturbarat, illo ad terram reiectante, hæcque rursus extimulante in altum, qui illinc mox aliō contraderentur. Verū & illud singulari dignum admiratione, poētaram principem Homerum, Bessarionis calculo, digonitate cardinalis, doctrina verò & clāssici & eminentissimi: Ates, id est *ἄτης*, nomine, quam interpretamur noxā vel detrimentum, Luciferi de calo lapsum, vel naturæ eminentioris sublimitate, vel quod Mosaisca intropexisset modo aliquo sacraria, nescientibus præmonstrasse, quum Iliados ynde uicesimo ita canit de ipsa hac Ate,

Ὅς ἐπιπέσει δὲν ἄτης ἀσπίδος ἄσπετος
Ἐπὶ τῷ πύργῳ, τάχα δ' ἔνερ' ἵπῳ ἀνδρώπῳ.
Platonici arbitrantur, septentrionales dæmones esse malos: ipsū & Hebræorū astronomi cōprobāt, qui Martios, noxiōs que in Septentrione locatos tradūt: propitios autē, & Iouios in meridie. Iamblicus porro scribit, Imaginū fictores à dæmonibus malis occupari sæpius, atque falli. Ex quo, ut festinus ali-

LIBER II. DE DÆMONIBUS



quid interim appingamus: Trygodæmones, apud comicum Aristophanem in Nebulis dicuntur poëta, quod fecibus quas Græci *τρυγας* vocat, faciem collinere cõfueri in viis curribus infidentes, ne cognobiles fieret, poëmata cõcinebant, cauillis probrũve laceffentes qui præterirent: quod erat suũ Comico- rum. Proinde (inquit interpres) institutũ, vt quisquis impudẽter nimis cõuitiando iniurius est, de curru loqui dicatur. Platarchus in ratione liberorũ institutionis, Senes hisce conu- tiis proscissos tradit, vt *χρῆματι* vocarentur, id est, ætate desipientes: & Sorodæmones, hoc est sepulchrales laruæ. Erant & dæmones quidã Dionysiaci, quos nuncuparunt *λοβάρως*, asperæ & immites: quanquã & Coualos dicebãt, qui lusu asinularo fallerẽt: vt scribit Harpocratio, meminit Philochorus: sed & Aristoteles octauo De animalium historiis, Otũ esse scribit Coualum, etiã si luxatis (qui modò circũferuntur) Græcis cõ- cibus, & imitãdi studio teneri, atque ita saltantẽ capi. Plinius parasiticũ trãtulit, Theodorus blateronẽ hallucinatorẽ: sed & eo verbo signant Græci prædonẽ aut scariũ, ab genere gladij quẽ *ναϊδα* vocant. Apud Indos colebatur dæmon Sorodios, quod in linguam Græcã tralatũ verbũ, *œνοπέου* signat, seu *νῆπιος*, id est vini factorem. Caterũ id forsã quæstione videatur dignius: Sint ne dæmonum aliqui natu- raliter ac suapte vi omnino mali, quãdo scribit Porphyrius. Esse genus dæmonum fallax natura, quod deos effingat, & defunctorum animas. Porro sicuti à Deo creati sunt angeli, ita & homines: verũ ex iis quosdam naturæ vi esse malos, palã fit. Nam hinc est ex Sapientia illud: Erat eorum ma- litia naturalis. Proinde angelis posse ipsum hoc obtingere, probabile fit. Sed Areopagita Dionysius in nominibus diu- nis, Non esse dæmones naturaliter malos, astruit constanti- simẽ. Augustinus præterea Porphyrium refellit, quia volun- tatis propriæ vi dæmones probentur mali. Porphyrius au- tem inde falli aduertitur, quoniam dæmones animalia cre- didit sensilia: quæ quidem bonum respectant particulare, adneci valet per accidens malũ, velut igni accidit, vt re- liqua exurat. Sed vniuersali bono malũ coaptari quit nullũ. Manifesto autem dilucet, intellectualẽ naturã in bonum tendere vniuersum, quod valet apprehendere, ac voluntatis est obiectum. In hominibus malitia & prauitas creditur natu- ralis, vel consuetudinis potestate, quam esse alteram velut natur

naturam, exploratum est: vel ex naturali inclinatione, sensi- lis naturæ vi. Sic enim quosdam videmus iracundos, aut in cupiditates ac lubentias proniores: verũ intellectualis potentia ratione haud fit.

Dæmones an sentire doloris vim possint. Spiritum esse, qui sensum efficiat. Cur enses offerantur demoni- bus. Virgilij locus explicatur. Theologica sententia de supplicio demonum. An corruptioni subsicantur angeli, Exorcistæ qui sint. CAP. VIII.

NEc parua illud quoque disceptationis centeri solet. Do- leantne dæmones, ac excarnificari pulsariue villo pacto possint: & multi adnuunt quidem, & nos paulo antè comme- minimus: sed qua id effici ratione possit, nõ est obtritum val- deo vtiq; amplius, si nec solido, nec cõposito præditi sunt corpore. Nam ad compacta ex pluribus videtur sensus perti- nere. Certe rùm quonam modo infligatur dolor, exactius per- pendendum. Astruunt quidem multi, esse neruos qui sentiãt: sed nõ id efficit neruus, verũ spiritus potius neruo infusus. Nam quod spiritus expers est, sensus item expers sit, necessa- rium est. Ergo spiritale dæmonum corpus magna parte, vbi- que sensibile est natura, & abique medio tangit, videt, audit: sed & tactum patitur, & perinde ac solida, diuisum doler: eo ta- men interstitio, quod solida intercisa ac reuulsa, aut persan- tantur nunquam, aut vix contingere id potest. Resectum vero dæmonicum corpus coit rursum, recreaturque aëris modo aut aqua. Et id quidem celeritate incredibili. Interim tamen dolet insigniter, dũ peragitur dissectio, quo fit, vt ferri aciem reformidet reclinẽtq; quantum possint maximẽ. Propterea qui exagitare dæmones moliantur, enses, ac tela studiose prædunt. Ex qua veterũ, & quidem Platonico- rum doctrina Platonicius ipse poëta Aeneidos sexto ita scribit:

*Procul ò procul este profani,
Conclamat rates, totòque abistite luce,
Et que inuade riam, vagina eripe ferrum.*

Eum verò locum quã apte excusserint interpretes, iudica- bant volentes. Nã satis habuit Seruius dicere, voluisse Aeneã habere cõtra vmbas ensem consecratum. Spiritum verò pri- mo viuere, atque sentire, argumento est (vt dixi) quod eo ab

Handwritten marginal note: LADON... (vertical)



membris reuocato, mox illa & sensu & motu defecta cōmo-
riuntur. Animas verò eiusmodi itē pratenuia corpūcula ha-
bere præter solidum hoc & crassum, in quibus pariter sint, in
quibusque potissimū sentiant, & perseuerent longē diutius,
quàm in solido, alibi ex veterū sentētia docebimus, vnde lux
multa Maroni inferetur. Sed postea quàm antiquorū placita
in his recensuimus, adnectamus & theologici doctoris sen-
tētiā. scribit beatus Thomas, timorem, dolorem, gaudium
in dæmonibus esse non posse, vt sunt passiones, vel (vt Lati-
nius loquar) perturbationes, quoniam sint hæ appetitus sen-
sui propria, qui virtus est in organo corporeo. Vt verò intel-
liguntur simplices voluntatis actus, sic in dæmonibus esse
posse: etenim hoc modo dolor est oblectatio volūtatis, ex eo
quod est, vel non est. Multa enim sunt, quæ nō esse dæmones
mallerent, & econuerso. Ideoque dolorem cooriri, necesse est.
Sed quum dicat CHRIS TVS, ignem æternum supplicis
hominum esse attributum, & dæmonum, quonam modo esse
queat in eo spiritū imundorum discruciatō? Discedite
mē (inquit Veritas) maledicti in ignē æternum, qui præpara-
tus est diabolo & angelis eius. Sed sunt, inquit iterum Augu-
stinus, sua etiam dæmonibus corpora, sicut doctis hominibus
visum est, ex hoc aëre crasso & humecto: quod genus ele-
menti, si nil posset perpeti, nō vreret seruefactum in balneis.
Si autem quisquam nulla habere corpora dæmones asseue-
rat, non est de hac re aut laborandum inquisitione operosa,
aut contentiosa disputatione certandum. Adhærebunt modo
corporeo spiritus, quamuis incorporei, vt crucientur modo
vtique miro, & homini nequaquam explicabili, sed tamen ve-
ro. Cur enim hoc censeatur impossibile, si fieri potuit, vt spi-
ritalis anima corpori alligaretur. Adnexa verò huic loco
quæstiuicula est, Corruptioni subiiciantur ne angeli. Et cer-
te non corrumpi, probabile fit, imò & necessariū: neque enim
corrumpitur quippiam, nisi quia ab materia disparatur for-
ma. Quū verò angelus subsistens dicatur forma, fieri nequit,
ut admittatur ibi corruptio: quod enim alicui cōuenit secun-
dū se, ab eo reuelli nunquā potest. Propterea in diuinis nomi-
nibus Areopagita Dionysius, Intellectuales ait substantias
vniuersæ corruptionis expertes, mortis, ac materia. Quod si
de angelo pronunciat Damascenus, esse intellectualem sub-
stantiam, gratia non natura immortalē: intellige immor-
talē

talitatis nuncupatione mutationem signari, quæ Augustini
astipulari mors quadam est: vbi verò in Timæo ait Plato:
Odi deorum, quibus ego opifex & idem sum pater, hæc at-
tendite. Quæ à me facta sunt, me ita volente, indissolubilia
sunt: ad caelestia corpora referendum, putant eruditiores, quæ
ex elementis concinnata, videtur adcredidisse philosophus
is, ac perinde suapte vi solubilia. Denique id corruptibile di-
citur, quod in seipso corruptionis initia continet: propterea
illud Gregorij contrarium non est, In nihilum omnia reca-
sura, nisi à Deo seruentur. Notandum illud porro, exorcistas
vulgò nuncupari, qui sint dæmonibus formidabiles, quique
aduentu suo illis plurimum incutiant terroris, quo nomine
confestim mandant fugæ præsidium, & conspectū reclinant:
eoque vel solo citra vllam verborum vim obsessa destituunt
corpora, Siquidem quantumlibet violentus fuerit dæmon,
eorum præceptis & cum veneratione terretur. Eiusmodi ve-
rò nasci virum prodidere caelestium studiosi, qui loco nono
Martem habuerit, vel in domo propria, aut Iouis, aut in alti-
tudine peculiari, nec in horoscopo fuerit Iupiter.

*Dæmonem pluribus modis dici. Animum nostrum
etiam dæmonem nuncupari. Locus Virgilij declara-
tur. Genitura loca in celo.* CAP. IX.

Scribit autem Proclus, Dæmonem non vno modo dici:
alius enim ipsa essentia dæmon est, comparatione alius,
alius item habitu. Vbi que enim quod proximè præest ac
prouidet, appellare dæmonem consueuerunt: sicuti apud Or-
phæum, Iupiter Saturnum dæmonem vocat. Sed & Plato,
deos qui generationem è propinquo disponunt, dæmonas
nuncupauit. Comparatione vtique dæmon est, qui proximè
vnicuique prouidet, etiam si Deus sit. Habitu verò dæmon
dicitur animus, qui similitudine quapiam ad genus dæmo-
nicum mirabiliores, quàm secundum hominem actiones
ædit, totamque vitam suam suspendit ex dæmonē. Quæ ra-
tione in Republica Socrates dæmones animos appellauit,
qui vitam benè transegerint. Dæmon verò essentia hanc per
seipsum proprietatem est sortitus, viribus propriis, modis-
que differentibus actionum distinctus. Anima rationalis o-
mnino in Timæo dæmon animalis est appellata. Dignum



scitu quod cum Proclo Apuleius inquit. Quodam significati
animum humanum etiam in corpore constitutum nuncupa-
ri dæmonem: vnde & apud Vergilium.

*Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Furiale & an sua cuique Deus sit dira cupido?*

Ergo & bona cupido animi, Deus est: vnde eudæmonas dici
beatos putant, quorum dæmon bonus, id est animus virtute
perfectus est. Intellectum item nostrum possumus recte dæ-
monem nuncupare: nam Timæus inquit, Deum nobis supre-
mam animi partem tanquam dæmonē contribuisse. In Sym-
posio verò, ipse mentis amor ad diuinam pulchritudinē con-
templandam dæmon cognominatur. Porphyrius etiā, vt scri-
bit Iamblichus, Dæmonum proprium non esse alium, quam
intellectum putabat, & inde eum esse eudæmona, qui sapientiā
sit intellectu præditus. Sed Iulius item Pollux, Homero au-
thore, dæmonas scribit Deos vocari: quando etiam Plato om-
nium moderatorem magnum dæmona nuncupare sibi per-
miserit. Demū in celo dicitur secundæ potestatis loca ingenit-
uræ ratione iis ferè nominibus illustria, Deus, Dea, bona for-
tuna, bonus dæmon, id est (vt Græcè dicam) *δῆρ, δῆρ, ἀγαθὸν νό-
ον ἀγαθὸν ἀγαθόν*. Deam intelligunt ab horoscopo signum ter-
tium, cui per diametrum obiectum vocant Deum, id est ab
horoscopo nonum signum. Bona fortuna, quintum ab eodem
habet signum. Bonus verò dæmon in diametro signi huius
constituitur, id est vndecimo ab horoscopo loco.

*Dæmonem esse unicuique proprium custodem, testem-
que. Quæ sint ab eo emolumenta. Quædo fiat dæmo-
nis ab anima electio. Dæmonium Socratis quale fo-
ret, & cur diceretur Deus. Dæmonius vir. Item de
Augusti, & M. Antonij dæmonio. Zabulus. Mal-
leus terra. Dæmonum bonorum, & malorū nomina.*

C A P. X.

EX sublimiore autem dæmonum genere Platonis sen-
tentia est, animis in vitalem hanc prodeūtibz lucē con-
tribui dæmonem, qui sit actionum inspector omnium, & co-
gitationū quoque diligens explorator: quique corporeo exo-
luti nexu assisat semper, raptèrque ad iudicem protinus, sin-
gula testimonio approbans suo, vel diluens, quod in Phædo-
ne

ne confirmat Socrates, & repetit Proclus. Postea ipse hic dæ-
mon, si religiose colatur à nobis probitate ac sanctitudine,
quod Socras fecisse scimus putant Platonici, mirè ab eo nos
iuuari tum somniis tum signis, mala auertèdo, bona auctius
sospitandoi posse nanque humilia, iacentiāque surrigere, nu-
tantia tibicinibus offulcire, obscura illustrare, demū quē
improsperum sydus restituere. Hoc non è philosophorū mo-
do scholis est, sed & Menander approbasse videtur, vbi ait,
ὁ δῆμον ἐστὶν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ δόξας ἡμῶν ἔχει. adest, inquit, statim
nascenti unicuique dæmon. Inde *περὶ γεννητοῦ πνεύματος* Theocritus,
ὁ δῆμον ἀπὸ τῆς γέννησός σου, ex Interpretis astipulatu intellige, cum suo
ipsius dæmone. Nec mirum est, additum nobis augustiorem
sanctioremque præsidem, quando non ferè sit aliud homine
imbecillius: qui ab cælesti tranquillitate semotior, diuersif-
que fortunæ telis obiectus, voluptatum perniciosissimis cir-
cumfusis delinimentis, quæ assidue aduersus animam stipē-
dia facere sentiuntur, vt inscitia malum prateream, quo ab
ineunte ætate, tanquam tererrimo cæno obuolutus, & demū
ab hoste vigilantissimo aggeribus, fossa, vallōque circumfē-
sus, & nulla non hora pullatus ariete, & paulò minus solo æ-
quatus, clarissimæ illius providentiæ, ab benefico munere
nusquam cessantis, opem summa vi ad extrema redactus im-
plorabat, quo adminiculatio pleniorque spei destinata
gentibus metam posset contingere. Proinde appositi nobis
sunt, quos diu iam more veterum dæmones dicimus, tanquam
pastores, vt placet Platoni. Ea verò si displicita est nomencla-
tura, nuncupemus iam, sicuti patribz Christianis appellare
moris est, angelos bonos, quod Arcopagita Dionysius com-
probat, nec ab Platonis niente dissentaneū est. Qui preces
nostras etiam optimo maximo Deo exhibere, ab Plato-
nicis creduntur, & confirmat Cassiodorus in Psalmorum
enarratione. Et in tertio De trinitate Augustinus, Corpora
omnia per vitæ spiritum rationalem regi pronunciat. Libro
quoque Dialogorum quarto Gregorius, in mundo visibili
nil, nisi per inuisibilem creaturam disponi asseruit. Cate-
rum Aristoteles quæquæ cælestibus corporibus substantias a
signarit spirituales, quarū rationem ex motuū concipiebat nu-
mero: nullas tamen inferioribus præsidere corporibus tradit,
ni forsan humanas animas. Et id quia non alias in inferiori-
bus excogitabat operationes præter naturales, quibus cæle-
f 4

Handwritten marginal notes on the right edge of the page.



fiunt corporum sufficeret motus. At Christianæ veritatis affectatores, quum hic multa fieri astruant, quæ nature mensuram excedunt: ideo necessariū arbitrantur, immediatè nobis præfidere angelos. Nam velut angeli inferiores, quibus adsumuntur vniuersales formæ, à superioribus diriguntur, quibus vniuersalior inest scientia, sic & ab angelis corpora regi inferiora, compar fuit. Quod & philosophorum asserunt plerique. Nam humanis in rebus, quin & naturalibus quoque, ab vniuersali potestate particularis gubernatur, & regitur perpetuò. Auicenna vnam modo immaterialem substantiam vniuersis præsidere inferiorum corporibus probauit, quæ agentem nuncupabat intelligentiam. At sancti doctores ab Platonicijs haud dissentaneis, diuersis corporeis rebus spirituales præsidere substantias diuersas, prodidere, docente in libro octogintarium quæstionum Augustino, Rem vnamquæque visibilem in mundo prepositam sibi habere angelicam potestatem. Damasceni quoque proditur monumētis, Diabolum ex iis vnum fuisse, qui terrestri præessent decurię. Origenes Numerorum capite vicesimosecundo, Mundo esse opus angelis scribit, qui bestiis præsent & animantium generationi, item virgultorum ac plantarum, & id genus ceterorum incrementis. Quidem præterea, sicuti in Matthæum tradit Origenes idem, ab tempore baptismatis humanæ assignari custodię angelum sanxere, sed ab natali luce maluerunt alij: quod arripit Hieronymo vehemētè, & diuinæ bonitati amplius congruit, vt quæ homini cõferuntur beneficia, statim in vitalem adsint lucem producto. Zabulum obiter pro diabolo positum apud Hilarium obseruauimus, ni forsan mendum exemplarium est. Alias tribus Zabulon est in sanctis literis. Sed apud Sudam Zabulos dicitur, qui vehemētè vult, *è manu p̄s̄t̄o, u. 8.* Satanam item malleum terræ vocat capite quinquagesimo Hieremias, & ad Letam Hieronymus. Sed redeo ad institutum. Sunt qui opinentur, animam non tunc creari primū, vbi corpori adnectitur, sed vixisse diu antè. Horum item sententia est, animas iamã descensuras ex demonū numerosa serie custodē naturaliter secernere. Putant alij ista perfici, quando iam electione vti cõperit anima, siquidē dum sibi mores induit hos aut illos, optare item vitę ducē latenter. Nec absurdum rentur, dæmonem eundē ab pluribus secerni. Adiciunt illud quoque, morū ratione eadem non manente, nō manere
item

item dæmonem. Item sicuti demonis optio nobis datur, ita nos ab dæmonibus vicissim optari. Hi verò non alij sunt, quàm malefici quidam, prauitas quorum ab diuinis nos sciungendo in materiam penitus adobruat. Aegyptiorū doctrina traditum est, ab dæmonum præside Deo pro ratione propositæ vitæ dæmonem assignari, non ab astro, nec ab planeta: quod sensisse Porphyrius existimatur, vt author est Iamblichus. Quare concinentes Pythagorici, ita Iouem apprecari consueverant, vt vel ipse à malis abduceret, vel à quo demonū id posset præstari, monstraret. Iamblichus refert, eatenus ab dæmone nos dirigi, donec sacris expiati Deum subeamus duces pro dæmone, cui posthac dæmon ita cedit, vt vel vacet eo presente, vel ad idem conducatur. Hinc Plotinus nos exhortatur ad Deum pro dæmone consequendum, quamuis ad excellentiorem dæmonem id retulerit qui Plotino multum intulit claritatis: quoniam excellentior dæmon quandoque dicitur Deus, qualem Plotinus habuisse creditur, atque itē Socrates. Nam & inferiores dij, sicuti præsignificatum nobis est, quandoque dæmones dicuntur. Qua ratione Apuleius librū De Deo Socratis attitulauit potius, quàm De dæmonio Socratis, etiam si rubore quodam verius id ab Apuleio factum, octauo Ciuitatis diuinæ interpretatur Augustinus. Dæmonē Socratis Deū quoque appellatum ratione quā dixi, author est Proclus, id ipsum Platonis autoritate in Apologia, & in Alcibiade primo, quem interpretabatur, corroborans. Erat verò dæmon hic Socraticus tum igneus, quia ad contemplationē celestium rerū Socratē inflābat, tum etiā Saturnius, quoniam abductum à sensibilibus cura, intellectu plurimum viuere hortabatur. Hic sensu percipiebat, sed non corporis huius: verū, vt Platonici persuasissimum habent, sensu ætherei corporis intra hoc delirescentis. Qua item ratione ab prophetis videri solitos, audiri que angelos, credit Auicenna. Feruntur passim dæmonum verba, inquit in libro De Socratis dæmonio Plutarchus: sed illis modo insonant, qui tranquillam seruant animam, nec tumultuantem perturbationibus: quos sacros nuncupamus, & dæmonios viros. Refert idem, redditū patri Socratis oraculum. Ne quam illi omnino vim adhibere tentaret, aut porro inducere suasionibus pergeret, sed suo ipsius arbitrio permitteret, fufis Ioui Agoræo precibus, atque item Musis: habere enim præceptoribus vniuersis, aut etiam pa-



LECTIONVM ANTIQVARVM

dagogis ducem augustiorem. Dignum scitu & illud, Putasse quosdam Socratis demonium fuisse *παιδαγωγόν*, hoc est sternumentum, quo dextra in parte obuenerit, ad agendum conuertatur, in sinistra verò auerteretur. Sed quoniam volentes in Plutarchum incidimus, succurrit ex libro eiusdem de Romanorum fortuna exemplū illustre, quod quia arrisit plurimū, etiam apponendum curauī. Tradunt, inquit, M. Antonium & Augustum singulari amicitia & beneuolentia iunctos, quum suppeteret otium, saepe lusibus inter se diuersis transire tempus solitos. Verū in iis, quum semper victus abiret Antonius: quidam apud eum, diuinandi peritia clarus, audacter ita submonere perrexit, O Antoni, quidnam tibi cum adolescentē isto? Refuge ipsum, & vita. Tu quidem illustrior es natu item grandior: sed plurium quoque imperator. Bella multa exanclasti, peritia rerum praestantior es. At nescio quo pacto huius ipsius demonem demon reformidat tuus. Quia tua quidem fortuna ex se ampla est, sed fortunę adolescentis subblanditur. Quod ni abieris procul, ad illum defecturam apparet. Hinc verò traditam eruditioribus est, non Deos caelestes, uti apud Homerum est, cum fortibus viris colloquos nec affuisse pugnantibus, vel iunisse, sed cum illis familiares genitos esse obuerfatos: quorum adminiculis precipue Pythagoras enituerit. Nam de Socrate dictum iam est. Demones nocumenta auertentes, *ἀποτροπαι* dicebantur à veteribus, & Apopompæi, Apotropæi, Lyssij, Phyxij. Approbantes verò, ac rata firmaque facientes, Aliterij, Prostropæi, Pakamæi. Nam & apud Aeschinē in oratione *πρὸς τὸν Πρωτοπλάτην*, Prostropæum dici pro scelere nefario obseruauimus.

An mutato loco, mutetur & demon. Cur quis alibi fortunatior. Damone illustrante, mira saepe à nobis fieri. Theologorum de angelis bonis placita. Parangeliarchus.

CAP. XI.

AN verò, si locum, regionēve mutes, simul mutetur & demon, non serè inter eruditos constat, absurdum ratis libusdam, demonem vnum veluti in mancipium venerit. à nobis ne latum quidem vnguem aut culmum (ut dicitur) reuelli quantūuis longinqua terrarū spatia obierimus. aliis verò vnicū esse demonem, & esse vbique sancientibus. quod si Iamblichō placet: propterea non cogi demigrare. Quod si non

LIBER II.

91

non est vbique simul, non demon tantum vnus, id est vnus nūmero, sed etiam specie vnus in singulos accipit praefecturam. Quia ratione solares homines solaribus subiiciuntur demonibus. Qui si commigrarint, nihilominus in ordinis eius se demonū incidunt ducatur. Quod de solaribus dico, de ceteris item intelligendum. Quoniam verò in qualibet demonum decuria plura sunt dignitatis & virtutum discernicula, sicuti etiam Venerij homines aut Saturnij fortuna inter se disparantur, hinc efficitur vt variantibus locis, varij sint etiam rerum nostrarum euentus. Nam commodiores saepe nanciscimur duces, aut ediuerso. Accommodatissimos verò, qui vnici sunt in regione certa. Ex iis autem consequitur, vt idem alibi fortunatior pernoscatur, quàm vbi erat prius, adeptus videlicet potentiorē demonem. Quin huius illustratione praestanti fieri quoque putant: vt saepe doctore nullo res excogitentur mira, perducanturque ad exitum feliciter praeter opinionem, quae nostrarum virium excedere videbantur mensuram. Porro vt nostrarum quoque, id est Christianorum partem scita non praetereantur, quae ex parte quoque attingimus: colligit beatus Thomas (quod & superius est comprobatum) diuine prouidentie congruentissimum fuisse, angelos bonos nostrae addixisse custodiae, quibus ad bonum perduceremur, à quo sepius insita imbecillitate declinamus, nostramque sit proprie, conuiuere in pluribus. Recte enim Sapientie nono legitur: Cogitationes mortalium timide, & incerta prouidentia nostra. Hieronymo humana arrisit dignitas parte ista plurimum illud exponenti, Angeli eorum in certa Magna, inquit, est animarum dignitas, vt vnaqueque habeat ab ortu in custodiam sui angelum delegatum. Vni homini vnus debetur custos, sed interdum destinantur plures. Quae curae ratio spectare videtur ad infimum angelorum ordinem, quorum munus est, Gregorio docente, minima nuntiare. Minutum verò videtur, vni tantum homini ad salutem necessaria procurare. At humane reipublice protectio altiorē exigit decuriam, cuiusmodi principatus sunt vel archangeli. Nam parangeliarchum videtur appellasse Graeci, quem nostrorum aliquot officiorum dicunt magistrum.

Oracu



Oracula fuisse ab multis comprobata, ab multis item damnata. Oraculorum origo. Theologia generatim. De Taciti, & Floriani statuis. Annum millesimum expectare, quid sit. Thulis rex. Thule vnde. Scythia daemonica. Vnde habeant vaticinium daemones.

CAP. XII.

DE oraculis fortè curiosior aliquis à nobis expetat, comperit quippiam in literas promi: quæ tametsi vanissima sunt deprehensa sapius, nihilominus theologos veteres & Platonicos summè illa venerari solitos, exploratissimum est: conatósque etiamnum rationibus corroborare. Testatur in Phædro hoc ipsum Plato, testatur & in Timæo, ubi eadem de diuinis astruit asserèda, quæ oracula comprobantur. Imò verò etiã ab oraculis & vaticiniis Socratis orditur apologiam, quin & Socraticos mores ex Apollinis responso concinnatos ait. Verùm quum tria haberentur prisca theologia genera, vnum fabulosum, quod & historicum nuncupabant, poetis maximè attributum: naturale, quod mysticum est, & ab philosophis susceptum: ciuile, quod in singulis ciuitatibus cõsuetudine inoleuit, ac mox legibus est sancitum, Hoc genere postremo cõtinebantur oracula atque item responsa. Quod si vnde irreperierint oracula primum, indagine curiosa sit scrutandum, videor lectione iugi cõperisse, non ab diis, non ab daemionibus instituta, vel propagata: sed ab vafriis quibusdam, & quæstuariis initio inchoata. In quam sententiam celeberrimi e Græcorum sapientibus iere pedibus Peripateticis, Cynici, atque Epicurei. A quibus non solum scriptis oraculorum vanitas est palam facta, sed demonstratũ quoque, quæ malorum soboles inde pullularit. Argumento sunt responsa improborum hominum, & ad imposturam & carnificinam auaritiæ fomitibus exercitatorum nimio plus ad vtrũlibet euentum solertissimè coaptata, quæ ita demum confarcinabantur, vel (vt ille ait) confutis dolis attegebantur: vbi sollicitæ vitates oberrassent emissarij, ac velut Corycæi quidã, quos haud parum multos, scelerum administros ac partiaros habebant. Hi siquidẽ intentissimi, quid cuique opus foret, persequebantur, renuntiabantque. Mox ad hoc destinati in adytis obscurioribus, aut speluncis illatebrati, venientibus respon-

sa dabant. Quos multum adiuuabat insita homini futura pernocendi auiditas, inscitia sapenmero cõbinata. Est & hinc euidentis indicium: quippe expressum per quæstiones aruspicum & vatum plerisque, vt torum diuinandi pontificium suis ipsorum nequi fraudibus faterentur. Quid, quod Demosthenes, vt accepimus, Pythiã tum *φωνα πύθωνος* dicebat, id est quasi cum Philippo facere. Quod nimirum illuc spectabat, vt ab Philippo corruptam diceret. Quo sanè commonemur, vt est Diuinationum secundo scriptum, in id genus oraculis, etiamnum Delphicis aliis quippiam fuisse nõ synceri meminit historia: contra Ctesiphontem Aeschines. Exemplum vanitatis insigne nequeo preterisse, quãdo & ipsum oraculis est affine. Nam Taciti & Floriani imperatorum statuis Interamnã disiectis fulmine, ab aruspibus responsum, ex eorum familia proditutum imperatorem post annos mille: qui terram omnem, quæ Oceano ambitur, suam faceret, moxque fenatui resignaret imperium, antiquis legibus victurus, ac post centum & viginti annos moriturus hærede nullo. Diuque sic à posteris expectatum hoc, vt in prouerbij faciem verti res possit, annum millesimum expectat. Qui felicitatem concipit nunquam futuram. illud admiratione nõ caret: Fuit Aegypti totius rex Thulis, à quo propagatis ad Oceanum imperij limitibus, Thule insula habere nomen creditur. Hic secundioris fortunæ afflatu extrumescens, Serapin ita cõsuluit: *ἔραπον ἡμῶν πύθωνος θεοῦ, ἀνδρῶν μάλιστ' ὁ τῶν ἀλλοτῶν μισθολόγων δοῦμαι, τίς πρὸ τῶν θεῶν βροτῶν ἀδυνάτου το σάουτα, ἢ τίς ἔσται μετ' ἐμῶν* Respondit Deus: *πῶτα βίος, μετ' ἐν εἰσὶ λόγος, ἢ ἠνδραγαθῶν ἀνδρῶν, οὐ μὲν δὲ πάλαι, ἔτι εἰς ἐμὴν αἰῶνα, ἀνδρῶν πᾶσι δυνῆσθαι, ἀδυνάτου δὲ ἀνδρῶν βίον.* Quibus pronuntiatis, quum e templo exisset, à suis mox est iugulatus. Nec me tamen fugit, Lactantium scribere, & Apuleius confirmare viderur, & nos suprã attingimus, astrologiam, auspicia, auguria, & oracula esse daemionũ inuenta, quorum sit, tenebras offundere, & veritatem caligine obducere. Quod si quis miracula obiecerit, scire licet, herbarum potentia, & lapidũ virtutibus, nobis non perinde manifestis, multa item perfici posse, quæ nos per inscitia daemionibus, aut celo accepta referimus. Omnino nõ absque daemionum participatu hæc tractabatur negotiatio, vt quicquid sensero, promã ingenuè. Nam Mercurius scribit, ex propriis certisque rebus certo cuidã daemioni congruentibus compositam

L. V. D. O. V. I. S. E. I. V. E. F. O. L. I. O.



LECTIÖNVM ANTIQVARVM

rite statuat confestim per dæmonem congruum animari. Id quum Augustinus legisset, repetendum apponendamque censuit Ciuitatis diuinæ octauo libro. Quod si quãnam ratione dæmones futura prænocere valeant, putet quis amplius esse querendũ, respondebit Porphyrius in libro quem de oraculis ædendũ putauit, Quæcumque à diis futura prædicentur per oracula, ea ex caelesti obseruatione prædici omnia. Sed aduertant obsecro Christianæ veritatis cultores, quæ ab eodẽ subiciantur Porphyrio: Sciendum, inquit, deos quoque sæpe mentiri: nam explorata, certaque futurorum perspicientia nõ hominibus tortuosa modo, sed & diis ipsis incertissima, plurimisque referta ambagibus est. Quin si cui Deo contingit non tamen omnibus contingit horis. Adici verò & illud potest, Velocitatem sæpe in illis diuinitatis loco censi, quoniam omnis spiritus ales est, proinde momento vbique sunt: nam rotus orbis locus illis vnus est, quid vbique geratur, tam facile sciunt, quàm enuntiant. Caterum obseruatione dignũ, quibus interstitiis, quibusve discerniculis diuinitio hæc de mundo ex mundi concinnata signis, ablatãque hominibus, concessa dæmonibus ab Origene, atque Porphyrio, tandem dispensaretur. Dæmones qui ætherei nuncupentur, quique æris colant superna, caelestibus futurorum indicis, vti vetus tenet opinio, addicuntur amplius, quàm terrenis. Qui verò in infima hæc frequentant, dicunturque aquei dæmones, non tam caelestia ad hunc usum suspiciunt, quàm nostra obseruantes præscientiam sibi aucupantur aliquam. Medios verò putabant certius ex iis, quæ utrobique eueniant, prædictionum argumenta captare, proindeque istorũ operam in diuinationibus experiri consueisse in primis, & fuisse præcipuam, vt qui hominibus quandoque prælagiis præsto fuerint, vt prodit Origenes. Quæ tamen siue ab iis accepta, siue acri obseruatione deprehensa, confusanea fuerint, & multa rerum caligine hallucinantia.

Dæmonum bonorum malorumque distinctio ex Porphyrio. Dæmonum scriptio ex Augustino. An dæmones sint hominibus præstantiores. An illis fomenta suggerentibus, semper peccatis obretiamur. Insuper quæ qui dicantur. De Serapi. Quos facile arripiant dæmones. Cerberus qui. Dæmonas nõ posse diuinitas dare.
Axi

LIBER II.

95

Animas defunctorum à dæmonibus effingi. De arreptitijs plura. An humanis animis illabi possit immundior spiritus. Ternistratores qui sint. Item Paredrus, exedruss.

CAP. XIII.

Porphyrius in libro De causis ad intelligibilia nos ducens, dæmones bonos à malis sic ferme distinguendos putat. Anima, inquit, quæ sub luna plagas gubernant latiores, quæque spiritali innituntur corpori: si rationis vsu id exuperant, boni dicuntur dæmones, à quibus ampliter eorũ quibus præficiuntur, emolumenta procurantur. Fieri verò nequit, vt detrimenta ab his inferantur: iis autem connumerandi, quos Plato Internuntios dicit. Caterũ animæ, que cõiuncto spiritui minus dominantur, sed succumbunt sapius incrementibus perturbationũ incentiuis, & voluptatũ titillationibus: hæc verò iam malefici dicuntur dæmones. Sunt autem tam boni, quàm mali dæmones ferè inuisibiles, quod corporis indumentum minus solidũ, minusque sit compactũ. Dæmones mali libaminiibus, & carniũ midore oblectantur plurimũ, siquidẽ spiritali corpus iis crasse sit, obesusque euadit. Etenim vaporibus viuit, & fumigationibus. Aurelius Augustinus hos illosque malos arbitratur, atque etiamnum ita scitissimè describit, deformatque, Esse videlicet spiritus nocendi cupidissimos, à iustitia penitus alienos, superbia tumidos, inuidentia luídos, fallacia callidos, qui in hoc quidẽ aère habitent, quia de cali superioris sublimitate deiecti merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi congruo velut carcere prædanati sunt. Nec tamen, quod supra terram, & aquas æris locus sit, ideo meritis superiores nobis censendi. Nec quia corporibus sunt præditi melioribus, alioqui etiã bestias multas nobis videmur prælaturi, quæ nos & acrimonia sensuum, & motu facillimo, atque celerrimo, necnõ viribus, & firmitate corporũ animosissima exuperant. Sed vt omnibus ratiocinãdo intelligendõque meliores sumus, ita etiã dæmonibus bene & honeste viuẽdo præstantiores esse debemus. Qui nec loci sublimitate antecellũt, aliàs etiã volatilia notè melioris arbitramur. Verũ illis vel ex hoc longè præponedi homines sumus: quod spei prioris nequaquã illorũ comparanda desperatio. Adde quod quibus aquas Plato terris præponat, nemo tamẽ nescit, esse aequatibus hominẽ præstantiorẽ: vt intelligamus, nõ eundẽ ordinem

tenem

LIBER II. CAP. XIII.



96 LECTIÖNVM ANTIQVAVVM

tenendum, quum de meritis agitur animarū, qui videtur esse in gradibus corporū: fieri enim potest, vt inferius corpus anima inhabitet melior, deteriorque superius. Non negligendum porro, quod Porphyrij est, malignorū dæmonum principes Serapin dici & Proserpinam: quum sacræ literæ Beelzebub prauitatis primum soleant nuncupare: & *Aquas* Lactantius. Est autem apud Aegyptios Serapis, qui apud Græcos Pluto. Hic symbola hominibus dedit, quibus exagitantur dæmones. hic supplices docuit, quo modo brutorum assumpta figura, dæmones hominibus insiliant: quibus maxime obnoxij fiant, qui cibis subinde lautioribus distendantur. Idcirco inquit Porphyrius, ieiuniū & castitas laudantur maxime, nō quia iis placator in primis efficiatur Deus, sed vt retrō agantur, qui sanguine ac immunditia gaudentes, vt perfrui possint his, ventium corpora innadunt. Horum symbolum triceps est canis: ille scilicet qui in aqua, terra, & aere vt satur perniciosissimus dæmon. Nam & exitiales dæmones oportet canes vocantur atri. Hominē verō ab impuris infestant dæmonibus, etiam apostolica Pauli cōprobat sententia: Non est, inquit, nobis aduersus carnem ac sanguinem colluctatio, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores ac tenebrarum. Aut enim ad peccatum, diuina permittēte iustitia, nos proliciunt: aut supplicia irrogant, ab Deo immissa, etiam si diuersa puniant intentione, quā mittantur. Nec latendum tamē, horum prolestatione peccare nos semper quoniam vt est in libro Ecclesiasticorum dogmatum. Non omnes nostræ cogitationes mala à diabolo excitantur, sed ex atri bitrij motu ingenti emergunt quandoque. Quod si Diuinorum nominum capite quarto Dionysius ait, Dæmonum multitudinem esse malorum omnium causam, tum sibi, tum aliis & Damascenus, malitiam omnem pronunciat & immunditiam ex diabolo excogitaram: quo ad primi hominis lapsum, id planē intelligendum. scribit namque Origenes, etiā si non sint dæmones, nihilo secius ituros homines quandoque precipites in Veneris & gulae prolubia. Scribit porro Pselus, quod adnotatu dignissimum censui equidem, dæmonia sepe diuitias nobis, vel addictis sibi potius polliceri, nec notitiam quandoque ostentare: quum tamen nil profus trahere ex se possint, quippe qui imperium nullum habeant. Caterum visu inania quaedam suis monstrare cultoribus, quæ

LIBER II.

97

quæ tamen impij diuina opinentur spectacula. Tradit etiam Augustinus, ab hisce dæmonis Deos effingi, & animas defunctorum. Vnde irrepsisse vulgō contenderim, ab quorundam flagitiosorū animis corpora obsideri: quæ etiam beatus Thomas, cuius erudita volumina, velut per transfennā prateriuntes strictim quandoque prospectamus, in Cōpendio theologiae vocat arreptitia. Et mentio est in Canonicis decretis distinctione trigesimaquarta. Verum & *in opibus* dici quandoque videntur ab dæmonibus obsessi, puto ab *egyptiis*, quod detineri signat ac impediri, quanquā & lunatici eo intelliguntur nomine, velut in eos agat luna, id est *luna*. In quo illud egregiē mirandum, rusticos Latine ac Græcē plerunque loqui. Quum tamen lingua dæmonū propria, nulla queat inueniri: nil enim ipsis voce opus est. Sed quum veluti etiam angelij alijs gentibus assistant, singuli singularū gentiū idiomata exprimunt: quamobrem apud Græcos ratione heroica profari oracula cōsueuerant. Sed qui nam maxime extra iam dictos dæmonū patent incurisibus? Nempē vbi per atram bilem, vel alio quopiā eiusmodi, imaginationi prorsum mancipatur animus, facile tunc immundorū spirituum fit conceptaculum, à quibus insigniter vexatus debacchari non desinat. Quod si philosophicis expiatus mysteriis totus euadat rationalis, à media dæmonū corripitur decuria, Platonici putant, tuncque illi miras rerum humanarū, naturaliumve explicari rationes. Quod si altius iam surrigatur humanus animus, sola mente viuens, tunc fieri arbitrantur spiraculum quoddam dæmonū sublimiorum, vel angelorum verius, quibus illustrantibus, admirandis diuinorū insinuerur arcanis. Quoniam verō etiā theologorū pomceria ingredimur quandoque numerosus lita sententiarum luminibus, scientiæ profunditate micantibus, indeque nobis spicilegium facimus, ne transeamus quidem locū sine illum aduocatione: est enim apud eos consideratione dignissimum, an dæmones seu corporei sint, siue etiam incorporei, substantialiter (vt interim sic nobis permittamus loqui) humanis sese inserat corporibus, animisque illabatur: an verius nō ingredi, astruētur: etiā si malitia suæ ibi effectū exercent, Deo permittēte, opprimēdo atque vexādo eas, ac subinde in peccatū precipitando. Et veritas quidem euangelica cōprobat quādoque dæmonia quibusdā insinuata, atque inde per CHRISTVM excussa.



LECTIONVM ANTIQVARVM

An vero per substantiam dicantur ingressa, an propter ma-
 effectum, no adeo perspicuum est. Gennadij quidem sententia
 est in Definitionibus ecclesiasticorū dogmatū. Dæmonas per
 operationem no credendū substantialiter illabi animā. Ca-
 rerūm applicatione, ac oppressione uniri. Illabi autē menti,
 Deo tantum esse possibile. Sed & Beda illud exponēs ex Acti-
 bus apostolorum. Cur tentauit Satanas cor tuum? sic fere scri-
 bit. Notandum, inquit, mentem hominis per substantiam ni-
 hil implere posse, præter creatricem trinitatem. Implere vero
 Satanas cor alicuius, non quidem illud ingressus, sed callida
 & fraudulenta deceptione in malitiæ affectum animam tra-
 hēns per cogitationes vitorūmque inēctiua: quibus ille per
 diem, perque noctem scæter. Igitur Anania cor Satanas im-
 plesse narratur, quia malitiæ suæ virus infudit. In libro De
 spiritu & anima, sic item scriptum inuenias, siue auctor sit
 Augustinus, siue alius: Non enim natura participatione vel
 substantia, vt rentur nonnulli, animum implet diabolus, aut
 eius efficitur habitator: sed per fraudulentam deceptionem
 atque malitiam in eo eraditur habitare, quem implet solius
 enim Trinitatis est, in parte ac naturam implere, siue substan-
 tiam quam creatur. Scitu dignū, & huic loco maxime accom-
 modum: quod tradit Origenes. Per figuram omnes qui in car-
 ne sint nati, dicit equos, & habere ascensores suos: sunt quos
 dōmibus ascendit, & efficitur in omniem terram propterea
 Abacuc terro, Equitatus tuus falsus: alios ascendit diabolus,
 & angelicus, qui terro in facies dōmibus, quoniam tripli-
 cally ad animam properant. Interitum, in verbo cogitatione ope-
 re. Adhorant Eusebius, dæmonia virtutem dicit. Pater dicitur
 eius modi fuerit in simone mago. Dicitur & pure Anus asse-
 sor. Aristoteles in Politia. Capunt, inquit, patres suos. Ar-
 chon & Polemarchus quos vobis dicitur ad quod reseruit. Ma-
 Tullius videtur ad Thronem libro de amuleto. Pater dicitur
 exalta, vt hortum ipse cogit. Sunt qui reseruit. Anus asse-
 sor. In cunctis, patres nos interpretatur. Quod in Pericle Plutar-
 chus significat perspicue. At in Lycurgo, que in ius cogit. In
 causa asse deant. Quin etiam Athenis quoque. In Pericle
 Ag. Ab. Procopio Pericle dicitur primo, Proclis celebratur im-
 peratoris Pericle magis patris insignis, quem Romanis qua-
 storem nuncupant, iure consulem interpretantur hanc La-
 rini. Exedrum intelligimus constonatum, ac mente extul-
 sum.

LIBER VII.

sum: item auspiciū non bonum.
*Afferuntur ex Augustino rationes alie, quibus possunt
 demones futura præscire. Crassi historia: Futura
 noscendi modos esse duos. Cogdis arcana, mias co-
 gnosci duobus.* *Optimū supponit C.R.V. XIII.*
 Verū quod ad dæmonum altior varietinā, video præ-
 ter quæ nobis paulo ante sunt prodita, recte quoque adhi-
 ci illa posse quæ ab Augustino in libello De dæmonum natu-
 ra scite admodum & acute apposta sunt, quorūmque veltin
 Canonicis decretis mentio sit. Nā summa plerisque dignum
 videtur admiratione, illos prædamnatos spiritus, omni que
 circumfusus impietate, tam apposite interdum futuri per-
 euentiam vendicare. An ergo æternas temporum causas, &
 quolammodo cardinales in Dei sapientiā contemplantur?
 Minime. Quid ergo? An verum illud est, eos corporis aëres
 sensu terrenorum corporum longè sentiendi præcedere po-
 testatem? Certe eiusdem incomparabili quoque peracitate
 nos hominūm modo celeritate & ferarum, verū etiam
 volatus animi mirè exsuperat. Quibus duobus multo ante-
 cipiunt nuntians, quæ nos pro sensu terreni tarditate mirari
 non desinamus. Vnde est redditum Cræso responsū de resu-
 ctis carne, quam cū agnina is in aneo vase posuisset, gra-
 tia percoqui iusserat. Quo argumento in sermone de Deo ma-
 ximus Tyrius illū deformat, vt regum stultissimū, & equo-
 rum infelicitissimū. Accedit & dicitur moris vitæ beneficio cō-
 parata insignis rerū experientia, cuius nos momentanea vi-
 ta, vt quæ bulla propemodu in sit, compotes, et sic occupamus.
 Aduertendum item, dæmones in omni lingua, quæ facti sunt
 ipsi, nuntiare. Nam sæpe potestates accipiunt, incognitō nobis
 modo, igratitudinā hominū & bruta peccitentia, vt aut aliud
 quid nuntiet genus perpetuū. Sæpe quin etiam contingit il-
 lū, vt exactius peritū, si que naturalis signorum, obferua par-
 tione, quā in ipi nequimur, assequi, præciant in orbe ven-
 eam. Quid, quod conceptura in orum, prochiebente in
 in istū in corpore natus, is est a bilitate dep rahentiora? Quan-
 quam in Retractationum libri idem Augustinus, iudiciorū
 attributione nōm dicitur librum esse prolatam, in quo, vt equari-
 etio Nam in pro offere is dæmonas, isere compertus sed an
 eda nūc in corpore signa, illa assembilia, nos vt ob dicitur an
 atog

Vertical handwritten text on the right edge of the page.



LECTIONVM ANTIQVARVM

alia quauis spiritali diligētia ista dispiciant, aut difficillimē aut nulla prorsum ratione discuti humano ingenio potest. Quo autem ista colligantur certius, sciēdum modis duobus futura prænoscī. Alter ex causa est, qua solem cras oriturum necessariō prænoscimus. Cause verō quæ sunt vt in pluribus, per coniecturā prænōstrant, quo modo ægri salutē præflagit medicus. Quæ verō vt in paucioribus, ignorātur omnino, cuius sunt modi casu euenientia & fortuito. Angelis autē ratio hæc futura præcēdēti adest prorsum, At quū in seipsis præcōgnosci ventura pronūciamus, iam alter hic modus vni tantum Deo cōgruit: qui in æternitate speculatur vniuersa, qui omnibus adest tēporibus, quia simplex est, eaq; amplexatur. Proinde per omnia, ceu præsentia, vnus fertur Dei intuitus. Quod ad cordis artinet arcana, aduertendū duobus ea perspicī modis, aut ab effectu, signis in corpore comparentibus, aut prout cogitationes in intellectu sunt, & in voluntate affectiones. Qui posterior modus Dei tantū est, quoniam rationalis creaturæ voluntas vni subiacet Deo. Propterea Apostolus Paulus ad Corinthios: Quæ sunt (inquit) hominis, nemo nouit, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Quod autem Dei proprium est, angelis haud congruit. Vnde propheticum illud Hieremias: Præuum est cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud? ego dominus scrutans: & quæ sequuntur.

Origenis opinio de corpusculis athereis atque æreis. Item de restituendis demonibus. Origenis excellentia.

CAP. XV.

CAeterū transitori mox ad mundi minoris modum, apingamus & Origenis placita breuissimē de demonibus: Rationalis, inquit, creatura incorporea & innisibilis, si negligentior fuerit, ad inferiora labitur, & pro locorū qualitate, ad quæ defluerit, corpora sibi assumit, verbi gratia, ætherea primū, deinde ærea: quūque ad terræ vicinā peruenerit, crassioribus circumdatur corporibus, nouissimē verō omnem induit. Ipsi quoque demones, qui proprio arbitrio eum principe suo diabolo ab Dei ministerio recesserunt: si paululum respicere cōperint, humana carne circumdati incipient: vt hæc deinceps pœnitentiā post resurrectionem eodem circulo, quo in carnem venerant, ad Dei visionē postliminio redeant, liberati etiam num athereis æreisque corporibus

LIBER II.

101

poribus. Tūcque genua Deo curuentur omnia caelestium, terrestrium & infernotum, & sit Deus omnia in omnibus. Sed & illud ex Origene est tertio *in spi apxvii*, Huius mundi peccatores homines in alio mundo posse diabolū & demones fieri: & rursum, nunc demones in alio mundo posse vel angelos vel homines procreari. Additur & id impium præcipue libro quarto: Pro demonū salute Christum etiā in aere ac supernis locis esse passurum, vt cōsecutione quadam fiat necessum, sicut pro hominibus hominē induit, sic & pro salute demonum Deum futurum, quod sunt hi. Omnia verō hæc citra admirationem, ac summā vtique legi non queunt, quādo hic est Origenes ex infantia magnus, martyris filius, voluptates adeo auersatus, vt Dei zelo vel genitalia ferro demeteret, auritæ prorsum victor, sacrarum literarum ita studiosus, vti perinde ac vngues, omaes nosset, aderetque ad eam rem tractatus mille, necnon commentarios qui inscribuntur Tomi. Hic tamen tantus, talisque malē de filio concipit, de sancto spiritu peius multo. Quod non inficiabuntur, quibus exactē librorum eius salua identidem regustata innotuit.

Euchetarum & Gnosticorum impia sacra demonibus concipiendis. Cūque Eucheta dicantur, ac Gnostici.

CAP. XVI.

FVisse præterea quosdam, inuenio in libris, qui communi nomine dicantur Euchetæ, quorum dogma nefarium ab Manente quodam sit in Syria propagatum. Ij simul cum Gnosticis compari præsignibus impietate, scelestissima quædam obire sacrificia consueuerant, non alia magis ratione, quā cum demoniis commercij amplioris. Coibant insimul occiduo tempore eius diei, quo CHRISTVS cruci est suffusus: aderant puellæ, cum quibus peractis sacris, luminibusque extinctis, congregiebantur, nec sororum ibi, nec filiarum vlla omnino ratione habita. Moris verō erat, vt locum repeterent eundem nono mense post, natōsque ex nefando concubitu infantes à matribus conuellerent: eorum mox corporibus dissectis crudelissimē, profluentem inæcruentem phialis excipientes. Illis autem concremantis, cineres cruori promiscuebant, quo postmodum epulas condicerent, & pocula. Faciebant verō ista, opinati sic maximē diuinum, qui nobis inest, characterem, quoque in primis



LECTIONVM ANTIQVAVRM

retero agantur demonia, obliui, expungique: atque inde demonibus aditum patefcere procius liberum & impaudum. Eucheris, qui & Pfalliam dicentur, nomen tradunt inditum de orationis afiduitate, quod incredibiliter (vt inquit Auguftinus) perpetuo faciebant, adeo vt monachos fouenda vite gratia qui ipiam facerey impium ducerent, quia interpellaretur orandi facultas. Horum fuit h' retilis, poffe humanam virtutem ac feientiam, non ad Dei modo fimilitudinem pertinere, fed perfectionem quoque ac equalitate, adeo vt fit mox *quod dicitur* id est (vt fic dicam) impeccabilis, quoniam ne cogitatione quidem aut infortia vbi perfectionis fastigium contingerit, queat delinquere. Gnofticis vero conciliatum nomen de arcana myfteriorum feientia, quam fibi vendicabit: fed a raptitudine verius dici Borboritæ debent, hoc est *Septem*, id est lutulenti.

Anuceph. h' d' is superiorum hominem esse miraculum magnam, ac quodammodo omnia, & Dei fimilitudinem animalum. Item quid fit homo, quo modo miraculum. Trinitatis v' ftigium anime impressum. Homo cur rerum mensuras, & secundus Deus. Anima cur dicatur v' x'. ex Origene. CAP. XVII.

Libros Antiquarum lectionum aufpicaturi, quo feliciter terum difficultates omnes ementi, demum exoptata contingeremus metam, ab fummo rerum opifice, licuti decur & commouit. Plato, initia duximus, mox veluti quibusda feientie gradibus in mundum declinauimus, inenarrabilis illius agentis templum anguftiffimum, vt celeberrimi authores dixere. Inde demonum rationem exculimus, quantum nostra paruitas tulit, Platonicos parte plurima fecuti: fed ab noftris quoque, hoc est Christianis, flotes modo rerum præcepentat: vt quadam apum imitatione, ex diuerfiffimis (vt fic dicam) fuccis non incomparabilis quidem confurgeret. Apofolus qui fastidientem modo ftomachum reficere ac prouocare appetentiam poffet. Nunc peraccomodum lane vifum est, quæpiam de homine non exculcata, quidem, & triualium quoque lullis recantata fapius, verum ex fecretioribus monumentis veterum ingeniorum, quæ nobis fuis acuminibus ac vigilis lucem peperere, velligatum quodam modo, excerp

MVRAN LIBERAMI, OCTOBI 183

pta tendentibus ad prociendum, qua poffumus perfpicuitate proferre. Quando propositum non est, quæ nobis laboriofiffima fuggit ftudia, intrudere in arcana quedam, vbi fitu ad obruta pereant, fed volentibus benigne impartiri: quoniam ea quoque lege, non ifta modo, fed cætera quoque omnia optimus maximus Deus contribuiffe videtur, vt quod munifice ex illius immefa bonitate percepimus, munifice elargiamur, ac reddamus quodammodo mutuum. Igitur, vt præfari definamus, volenti mihi nuper Mercurij libellum, qui est De voluntate Dei mirabiliter concinnatus, occurrit graior illa feientia, & toto perpendenda examine, qua hominem miraculum magnum, animal adorandum & honorandum, diuiniore quodam fpiritu concitus, & interiore inftitutus feientia nuncupauit, quod in legibus item Plato confirmat. Cæterum eundem hunc hominem idem quoque Mercurius in naturam Dei tranfite fcribit, tanquam ipfe fit Deus. Quin in libro De feientia & poteflate Dei, humane nature potetiam admiratus eximiam, audendum esse ait dicere, hominem qui dem terrenum, Deum esse mortalem, Deum vero cæleste esse immortalẽ hominem. Hic profecto tam est eximius, vt quæ ad duas res, quod Aristotelicum est, natus fit ad intelligẽdũ, & agendum, tam anguftis, tamque felicibus pernoſcatur pro ductus aufpicis, vt nõ elementis modo, velocitate mifceatur, & acumine metis defcendat in maris profunda: fed omnia plane illi colluteſcant, nec cælum videatur altiffimum, nõ quidem ftultitia (vt ille ait) fed velut e proximo metis ſagacitate id fux ſubiiciat contẽplationi, intueatur, miretur. Vt ni forfan videmur modetie transgredi mēſum, fit homo verus vel cælicolis præſtantior, vel ſaltem pari ſorte poriat, ſicuti verus theologus proderẽ non dubitauit. Nam quicunque cælum defcendit ad terram, cæli deſerit limitem. Homo autẽ ubique ſimul eſſe videtur, nec videtur tãtũ, fed eſſe affectat omnia, & eſt quodã modo ratioẽ mirabili, ſicuti Deus eſt omnia. An nõ in eo plantari agnoſcimus vitã, quatenus nobis ite vegetalis ineſt potetia, qua alimur & augeteſcimus? Nonne & brutorum quãdo ſenſuum, veluti ſatellitũ, perfruiunt miniſteri. Secundũ hominem verò tunc agimus, potiffimũ, quando de humanis rebus rationis ad miniculo ſulti diſquirimus perpe dimuſque. Quod ſi naturalia ritari indagine ſolerti cœperimus, heroicam præferimus amplitudinem. Simathematica



LECTIONVM ANTIQVARVM

sanctitudinem speculemur, demoniam subtilitatem confecta mur, quantum more veterum interim loqui licet. Vt verò mentis altitudine calorum claustra supergressi diuine maiestatis arcana penetramus, angelicam nobis induimus claritatem, Deum verò ipsum rerum principem atque patrem effigimus, dum immense illius bonitatis cõtemplatione omnia operamur. Proinde veritas angelica, omnis creaturę nomenclatura hominem intelligi voluit, vbi prædicandũ omni creaturę præcipitur Euangelium. Tanta denique, inquit Ambrosius, est in hominibus dignitas, vt dicatur homo ad dextram Dei sedere, non angelus: qui & ab angelis honoratur vnigenitus, imago Dei. Et quid mirum? Prophetiũ illud omnes nouimus: Manus tuę fecerunt me, & plasmauerunt me. Id verò quanti demum censendum est, quod theologi veteres præcipiunt, duo esse principis rerum Dei simulacra, mĩsdum, & hominem? Dicitur & hic propterea in Canonicis decretis charagma Dei, siue signum, aut sculptura. Vbi pecunię nomine spiritaliter significari hominem prædicat: nam sicuti in nummo charagma Cęsaris, ita in homine conuiscitur charagma Dei & obsignatio. Et, vt nummus absque Cęsaris reprobatur imagine, consimiliter & homo, in quo non pernoscamus lumen impressum dominici vultus. Quod, vt inquit Augustinus, totum est, & verum hominis bonum, quo obsignatur, velut nummus regis imagine. Proinde in templo nummulariorum subuertuntur mensę, dum significatur, in Dei templo spirituales tantum nummos esse debere: qui Deum præferant, non diabolium. Quid, quod Plato rationales animos tãquam specula putat quædam nitidissima, in quibus diuinitatis summa explendescat diuiniõs imago? Quare Deum in singulis acrius scrutando in animi speciem subinde mentis acie dirigit, oraculo monitus veteri quo significatur debere, quisquis Deum apprehendere cupiat, se ipsum nosse prius. Inde Phauorinum recte laudari animaduerto, vbi ait, Nil in terris magnum præter hominem, nil magnum in homine præter mentem & animum. Sed audi mysterium: Refulget in homine in maiore præcellens Trinitatis imago: nã sicut ex patre generatur filius, tum ex patre ac filio procedit sanctus spiritus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item duobus procedit memoria. Neque enim citra hæc perfecta dici anima, aut cõcipi valet. Porro sicut Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus

LIBER II.

105

sanctus est, nec tamen tres Dij sunt, sed Deus vnus personis excellens tribus: sic & anima intellectus, anima voluntas, anima est memoria, nec proinde animæ tres in corpore vno, sed anima prorsum vna, dignitate insignis triplici. Propterea quum dicitur: Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, sic accipiendum, ex toto intellectu, ex tota voluntate, ex tota memoria. Porro nõne in plurimis sese Dei æmulum fateri videtur homo? Quis nescit ex Plinio, & aliis tum Gręcis, tum Latinis, Zeuxin pictura nobilem tam artificii ingenio vvas pingendo repræsentasse, vt decepta aues ad eas, tanquam planè veras aduolarent. Iam verò Apelles quò nam sileri modo possit? cui tantum superfuit excellentis peritię, vt equam sic ad verum expresserit, & canem, vt prætereuntes equi adhinnirent, adlatrarent canes. Proditum memorię est, marmoream Venerem arte tam mira ab Praxitele elaboratam, vt spectantes subinde libidinis titillarentur incentiuus. Quis Archytam nescit Tarentinum vltra hominis captum adeo mathematicis rationibus progressum, vt è ligno columbam sic affabrè cõpingeret, librarerit, inflaret, vt verarum instar in volatum furrigi videretur? Id quod Phauorini, veterum memoriarum excellentissimi, monumentis proditum, & in Noctibus Atticis repetitum, scio. Aegyptios scribit Mercurius virtute quadã inenarrabili Deorum confinxisse simulacra, vt articulata promerent vocem, necnon (vt nil admirationi desit) progredirentur. Iam & Archimedis ingenium supra quàm villo possit eloquio explicari, docile, perspicax, & (vt vno omnia complectar verbo) diuinum, in mundi opificio Deum ferè ipsum lacessere visum est, quando tam cõcinnè cælum constasse æneum memoratur, vt inibi septem viserentur planeta, & ratione incomparabili etiam motus verisimè deprehenderentur, quãdo nec celestis deerat vertiginis simulacrum. Nõ igitur miraculorum omnium maximum miraculum homo est? Sed audi quæ non inscitè, oppinor, addi his etiãnum possunt. Homo quidem, vt Peripatetici astruunt, atque item Stoici, est quod anima constar & corpore. Pythagorici ac Platonici hominẽ esse putant diuinam quandam mentem terrenis vinculis alligatam. Apud illos itaque hominis pars animus est, apud hos totus homo animus est: Sed nil obstat, quum dicatur corpore vtens. Hoc significasse videtur ænigma magi-



cum, quod dicitur, Est res vndique lucida, est res vndique
 obscura, est media quoque tum lucis compos. tum casta. Mens
 siquidem est lumine plena, irrationalis anima profus vacua.
 In medullis est ac voluti collimitio rationalis naturae: que
 partem habet luminis intellectualis, parte caret. Anima im-
 mortalis, corpus morti additum, quoque admirabilis.
 Quod diuinum est, quod architecti obsignatum imagine
 est, vinctum (ut sic dicam) catenis ab tereno, crasso, obeso-
 que, & reuera iugali pertrahitur corpore. Sed a se est admira-
 tio altera, quoniam pacto in carcerem tenebrososum intra-
 tus animus afficitur ad diuina? Aut curnam Plato hominem
 non contentus miraculum appellasse, adiecit diuinum mira-
 culum? An quia ex intimo prouidentiae sinu id ita profusit
 docuit certe Timaeus, ab opifice mundi Deo rationalis ani-
 mae substantiam emanasse. Hominem denique ne quid praeter-
 eam sciens, pronunciat Pythagoras, esse rerum mensu-
 ram. Id anigmaticè prolatum sic ferme intelligendum: seu-
 su eum utique sensibilia metiri, intellectu intelligibili haque
 vltra intelligibilia sunt, excessu attingi. Nam dum cognitio-
 nam animam esse cognobilium scit finem, ex sensibili potentia
 sic se habere sensibilia scit: ut sentiri valeant. Idem & de intel-
 ligibilibus, ut intelligi possint. Excedentia autem ita, ut exce-
 dant. Quo fit, ut in se comperiat homo velut diemerente ra-
 tione, creata omnia. Hominem Mercurius etiam secun-
 dum esse Deum variatur, quando sicut Deus entium
 creatur realium est, ac naturalium formarum, sic & homo
 rationalium entium, ac artificialium formarum, que sunt hu-
 mani intellectus similitudines, velut creata diuini censentur
 intellectus imagines. Non pretereunde parte hac Origenis
 prestigie auti prodere, quod & ante paulo attingimus. Ani-
 mas fuisse in celo angelos, ex peccati autem habe ad inferna
 deuolutas, & velut in sepulchra proturbatas. Siquidem cor-
 poribus coercitas veterum delictorum supplicia luere. Nam
 que corpus hanc tenendum e H E R T I templum, sed
 plane damnatorum carcerem. Quo argumento animas Gre-
 & *Pyxas* nuncupari, *and ro vlx dta*, quoniam pristina exte-
 re caloris vi ad terrena sunt dilapsae. Sicut vineuli ratione cor-
 pus eiusdem lingue proprietate vocetur *Aquas*, aut etiam
 sepulchri, *edux*.

Mundos

Mundos esse tres. *Hominem dici quartum mundum, in
 quo simulacra sint reliquorum trium. Item esse ve-
 bur Protèn. Pyramis. Aether quid, & aethra. Mun-
 dos esse innumerabiles. ex Origene. C. A. P. XVIII.*
 Errum esse ne putamus alia, quibus praeclens hec, ve-
 rissimaeque miraculi veritas possit amplius latiusque
 conprobari? Audi, modo ne sit fastidio studiose lector ratio-
 nalis naturae peculiare symbolum nosse, fateberis nil à me cō-
 fidum, nil conquisitum violenter, omnia ad verū appositissi-
 me congesta: quae artificis tui inenarrabile praedictent artifi-
 cium. Cuius incomparabilis bonitas tam innumeris, tamque
 impenis instruxerat hominem suum dotibus, ut parentis ve-
 rissimam se inde imaginem recognosceret, ni ita obtrufce-
 ret quandoque, ut caeco provolutus tererrimo non iumentis
 modo, quod nec ipsum ferendum est, sed plane reptilibus pro-
 pinquior omnino fiat, quā luminum & claritatis patri. Sed
 nos interm querelis dilatis, agamus quod praestat. Sunt au-
 thores celeberrimi, qui ab maioribus mundos tres esse poste-
 ris traditos, prodant. Esse enim primum, & quidem summū,
 in cuius contemplatione caliget mens, rerum adobruta ma-
 gnitudine, hebescant sensus: nec villo modo par sit concipiēda
 excellentie qualiscunque & quantuscunque sit humanus ani-
 mus. Vltra mundanum hūc intelligimus, eximium, augustis-
 simum, incomprehensibilem: quem scientissimis angelicum,
 philosophis verò etiam intellectualem mos est appellare. Cu-
 ius commeminerit Plato etiam in Phaedro, illum astruens
 non posse pro dignitate verborum copia vlla, vel ingenij pre-
 stantia efferri, decantarique. Proximum deinde locum habe-
 re quem celestem dicamus. Infimum verò, postremūque,
 quem sub lunarem nuncupamus mundū: qui sit hominis ma-
 nestari contributus, sed quem etiam tenebrarū vocent conce-
 praalum, sicuti claritatis incomprehensibilis illum. Nā ca-
 lum media cuiusdā naturae ex luce temperatur, & tene-
 bris. Nec me fallit doctissimos opinari, hosce tres mundos
 esse mundum vnum, quando ab eadem profuunt origine, &
 in eundē corruunt: fontē, & debitis numeris, harmonicāque
 naturae cognatione, & graduū serie colligantur. Adde, quod sin-
 guli ferē habēt, quod in omnibus simul deprehēdas: illo tamē
 discerniculo, quod quē in mūdo videntur infimo, in superioribus
 item

V. D. O. M. C. E. V. E. T. T. I.



item pernoscuntur, sed ampliora augustioraque. Siquidem nostra hæc ab sublimium excellentia abire longius & degenerare. Est apud nos elementaris ignis reus: est in celo igneus sol fouens viuificansque. Postremò seraphicus intellectus est ultramundanus ignis, amore ardens. Elementaris aqua calorem perimit adobruitque vitalem, alit celestis. Supercelestis mens cherubica intelligentia supereminet. Sunt verò qui quartum astruant mundum, in quo itè recognoscimus que in reliquis. Hic nõ est alius, quàm homo. De quo id extrinsecus passiuumque circumfertur, esse vtique hominem mundum, sed minorem: sicuti commemorat etiam in Physica auscultatione Aristoteles: cuius sit corpus elementare, spiritus celestis, vegetalis potentia, cuiusmodi in plantis, sensus, perinde ac in brutis: adsit demum ratio, & mens angelica, & Dei charagma insignitius. Sed & mundus ipse, magnus dicitur homo. Verum audi præsignem rerum excellentiam, audi quod admirari non desinas. Tres esse mundos, liquet. Sed esse in homine simulacra omnium, necdum fortè liquet. Atqui sunt quidem argumento, quod nequaquam refelli aut dilui possit. Sic autem manifestò deprehendas, si hominem trifariam distribuas: vt sit caput portio prima, quæ & summa: mox secunda, quæ media, ab collo ad vmbilicum spatietur: reliquam habeant ima corporis. Hæc examusim ratione exactissima tribus mundis analogicè responsant. Caput rationis mentisque sedes est. In pectore cor, motus, caloris, vitæ continet principia. Genitalis portio, seminarium productionis est. Mundus itè dem angelicus, siue intellectualem maus nuncupare, intelligentiam habet, vt scopum. In mudo mediano, vita, calor, motus fontem habent: vbi cordis vice fungitur sol, imòque cæli eor saepe appellatur. Noster verò mundus (vt palàm est) rum generationis, tum etiam corruptionis conceptaculum. Iam arbitror, liquido patet, eam esse hominis præstantiam, imò verò naturæ maiestatem, vt meritò dici miraculum valeat. Quod Barbarus quidam verum non barbarè pronuntiasse, sed scienter fertur: qui quum interrogaretur, Quid in hac quasi mundana scena maxime putaret admirabile? Homine, respondit, omnem planè admirationis captum excedere: vt qui non animalis modo princeps, & rationis ac mentis splendore diuino sit, veluti naturæ totius interpres: sed tanquam Proteus aut chamæleon desultoria quadam potestate sese in quid

quidvis subinde transformet. Caterum illa omnium exactissima demutatio, qua mente ac intelligentia viuens in animæ storem reuocatus transit in Deum, quæ solida demum ac vera est humane excellentiæ admiratio. Inter placita Origenis est ex secundo *πρὸ ἀρχῶν*, innumerabiles esse mundos: nec, vt est ab Epicuro proditum, vno tempore plurimos, & sui similes: sed post mundi vnus finem, alterius esse principium: nam & ante hunc mundum fuisse item alium. Scitu verò non indignum, Pyramidem dici lucem igneam incorporei ac immaterialis mundi, qui vocetur Græcis *αἰὼν*, à nostris æternitas, & æther: quãdo æthra quoque gemitatis indicet fulgorem, vbi non corpus visitur, non locus habetur, non vacuum, non tempus, sed entia optimam vitam ducentia: vt scribit Peripateticorum Coryphæus. Ætherem hoc sensu accipit Pythagoras, quum ait: Si relicto corpore in ætherem liberum peruenieris, eris immortalis Deus. Liberum dicit, vt qui sit à materiæ potentia segregatus, calefcat autem Dei ardore, ac intensibili motu inferiora calefaciat: vnde sit æter nuncupatus, *ἐν τῷ ἀέρι* *ἡσυχίᾳ ἰσχυρῶν ἀπυκνῶν*.

An ex terra fortuito generari homo queat. Mira de animalium quorundam spontali generatione. Venenatorum, & morsu obludentium origo. An esse possit vniuersale diluuium, ex Auerroë. CAP. XI.

Sed in hæc rerum augustiore excellentia mirari succurrit, quorundam parte hæc parum perspicacè, parumque excusam prudentiam, imò verius oscitantem planè, ac dormitantem sapientiam, qui eximiam, vtrâque quàm pro dignitate possit quis expendere, hominis amplitudinem, nil profum suspicientes, nec artificis statera sed trutina examinantes populari, eius productionem, & initialem originem incertis fortunæ statibus mandare, nil sunt veriti. Phœnicum siquidè & Aegyptiorum theologia casu homines, ac reliqua animantium genera prorepsisse e terra asseuerabat, nullum inter rationalem animam & irrationalem substantiam interstitium opinata. Scribit enim Porphyrius, visibilis solis agente vi, amantes cunctas ex terræ profundis visceribus, inter Aegyptiorum placita censeris. Quod ipsum, nec Euripidi Anaxagoræ confestatori displicuisse videtur, asseruit & Archelaus cognomento Physicus. Verum inter alios mirari me plurimum ingenue

LIBER II. CAP. XI.



genue facer, singulari scientia virum & ingenio exactiss-
mo, ac subacto in primis, id est vsu, auditione, lectione de hie-
ris perpolitio cultoque Auicennam, qui opere eo quod de
lunariis est, astruere est ausus: Post inmensas terrarum inunda-
tiones, humano semine nullo, tabidis tantum cadaueribus te-
minij vbertatem prestante celestium corporum affluentia, ho-
minem & solere & posse reparari. Proinde colligit, non videri
vt ad generationis necessitate vuluam requiri, aut locos, nisi
vt melius formetur infans. Alias perraro admodum regionibus
inueniri generationi accommodam ob repentinas elemen-
torum mutationes: Assertioni vero sua argumentum inde pro-
fert, non modo alicubi e terra mures progigni, qui mox per
coitum mire excreuant, verum serpentes quoque ex muliere
praecipue capillis concipi, quod productiores sunt, humidae
resque natura. Quin De animalibus item libro quinquodeci-
mo, sibi amicum astruit fuisse, qui scorpionum generationem
mirabili procurarit modo, a quibus mox alij plures propaga-
ti. Porro, inquit, videri quandoque animalia produci capilli-
bus longe a suo genere diuersis, cuiusmodi esset homo ele-
phantino capite, aut ataus canino, id vero fieri non posse, nisi
caelestis cooperetur virtus. Vnde coniectario, manifesta, in eis
illi formandi potentiam. Obseruatum rursus, stellarum quan-
dam hominis generationem praepedisse, quanquam ceteri
ad generandum mire concurrentibus. Eae vero stellae haec
in arietis signo, quarum virtute, monstrifica succrescat scilicet
les: diuersa vero ab his effici, quae generationi sine destina-
tione quod lapides probe natura produci ad membra virilis ma-
lie tribue imaginem. Vt vero poetica item non omnia man-
arbitratur in Theriacis, Nicander, Venenata & morsu vobis
dentia ex Triton sanguine hodie est Pytho, oculo concipit.
Quin Hesiodum habere se auctorem fore, quod apud illum
hoc nusquam compereris. Verum ad genus animalium ex
phonis crudis propagata, scilicet Aegle, Apollon iugos
Rhodius in Alexandria constituit, ovisque ex gressu
sanguine stillantibus sed ad rem. Huius denique fontem
qua Auicennam praefert auctoritas, huius item commentum
minit Phaedo Phidias auctulatio, quae ait: Huius nempe
terra generat, impossibile a diuinitate. De omni autem
eis haec inscripta, & veritas notitia, ad velle rationi &
intellectu, quae auctoritas, vultu mionis, & scilicet quae
gentes

stellas animalium generationi non perinde dissimilium quo
in genere mures sint, vespertilionis, talpe. Ad perfectiorum
vero productionem, vt hominis & leonis, imparem esse cale-
stium corporum vim. Et de homine quidem constare credi-
tur, quoniam eius anima non educitur de potentia materie, sed
contribuitur ab datore primo, vel ex philosophicis scholis:
proptereaque ad eius productionem praexistere hominem,
necesse est. Sed & in ceteris item perfectis astrui ferè hoc
ipsum potest. Forum quippe generatio non parui est operis,
sicuti auctor Aristoteles est: ad eamque pluria concurrant, oportet.
Afferit quoque tertio De anima Auerrois id, quod diluuium
ita nunquam inundasse terras perniciose, quin aliqua euale-
scerent animi aliam quam stellarum diuersa sit potestas: si qua-
rundam vi alicubi scaturiat inundatio, alias diuersa, ac inte-
rim contrariae virtutis aliud posse a huius efficere. Sed non inu-
tile forsitan videatur Auerroica protulisse argumenta, quibus
subuertitur Auicenna: Si fieri posset, inquit, hominem e terra
generari, vt concipiuntur vermes, tunc aut foret id necessarium
aut maiori ex parte, aut minori. Quod si necessarium, tunc ab
homine non omnino generaretur homo. At si maiori ex par-
te, sic ab homine generetur homo minor ex parte. Si &
causa hoc contingeret, minor vti que esset ex parte ad est casu:
caelestique inueniretur species, natura & casu. Quam tamen
quod casu fit, ei semper opponatur quod natura protendit. Vi-
si vero ne detur, perierit comparatio causa in se respectus ad
ea que ex causa proficiunt, & inde necessarium tollitur natura.
Et mox idem Auerrois: Nulla, inquit, species inuenitur casu
atque huiusmodi comperitur, monstrum intelligi, vti que
debet, non naturalia. Et hoc totum per se manifestum fit. Il-
lud omnino mirum, quod diuina ex philosophis tractis, quia
religione natura insinuat, videri forsitan non impossibile ad mo-
dum aliquem vultu assignare hominem nullo eorum hu-
mano feminio: quod ad hoc est. Merito scilicet Aristoteles
inquit, eumque rationem vocat, id est perfectum.
*Homo duobus modis ab Hebraeis dicitur, Eum, et Adam:
Sed Adam, quem est iugiter, et homo, unde sit
coniectura, hominem recte ab humana dicitur, Adam au-
tem inter ista compositionis ratione. C. P. X. X.*
Quoniam vero de homine nobis illud est propositum,
non inepte opinor, hic illud inferuerimus, Eum in



Hebraica veritate duplici insignitū videri nomēclatura: aut enim dicitur Enos, aut Adam. Sed Enos Latino interpretamento nō ferē signat aliud, quā hominem verum: & hunc nō alium intelligunt, nisi qui Deum verum scienter cognoscit & pie colat. Reliquos ab pecoribus nil admodum distictos opinantur, quoniā velut bestia: ad terram proni, vtri obediāt & Veneri: quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, varia quadam vitiorū similitudine appellant. Adam verō est humani generis appellatio cōmunis, quo nomine terra natus significatur. Eadēque voce vtrunque includi, marē, femināque, probat Geneseos quinto scriptura: Masculum & feminā creavit eos, & benedixit illis, & vocavit nomen eorum Adam. Quo in loco testantur interpretes, & est contra Iouinianum ab Hieronymo confirmatum, sed & in libro Hebraicarum traditionum in Genesim, dictionem Hebraicam id sonare quod apud nos homo. Nam & Caius ait, hominis appellatione, tam masculum quā feminā cōtineri. Quam obrem Lactantium arbitror adcredidisse, videri appellatum hominem, quod sit factus ex humo. Sed etymon id Fabio non admodum arrisit, Quasi verō non omnibus, inquit, animalibus eadem sit origo: aut illi primi mortales aut nomen imposuerint terrā, quā sibi. Ceterum quā procedat Quintilianī ratio, perspicuum arbitror ex iis que proposuimus. Hinc quum in sanctis literis dicitur filius hominis **C H R I S T V S**, Adā filium intelligunt eruditiores. Quum verō ex animalibus dicantur quædam *αἰνῶνα*, id est gregalia: quædam *πρωτόγονα*, id est solitaria: nonnulla *σπορῶνα*, quæ inciuilia dixeris, & sparsim habitantia: hominis naturam, *ἄνευ πορῆσαι* apertum est, quod ancipitē signat societatis & solitudinis. Putauit fortē Fabius, ex sociali cōtione nuncupari hominem, ex Græcis rationem aucupatus, apud quos *ἄνευ* insimul signare, manifestum est. Verūm Hexaemeri sexto Ambrosius, ab humanitate insecti nomen est opinatus, sicuti ab intuendi viuacitate *αἰδρωσαν* à Græcis nuncupari. Vbi verō in literis sanctis legitur: Hoc nuncupabis ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur mulier, quoniā ex viro sumpta est. Non videtur, inquit Hieronymus in libro Hebraicarum questionum in Genesim, in Græco vel Latino apte respondere. Id verō Hebraicē seruatur ratione etymologica integrum: nam vir appellatur

latur is, & mulier issa. Propterea Græcē Symmachus: *ὄντι κενὸν ἄνδρῳ ἄνδρῳ, ὄντι ἐν τοῦ ἀνδρῶς ἐκίθη αἰὲν*. quod Latinē haud exprimas aliter, quā Vocabitur hæc virago, quia sumpta ex viro est. Illud verō huic potissimum loco impingam, ab instituto nil prorsus dissentaneum, Ex animantibus quæ plus habeant aëris, ea esse præterea: quæ verō aquæ, lenta humoris vi: quæ terrosa, duritiem præferre. At quæ ignis exuberēt copia, videri utique fragiliora, Ex iis porro liquere potest, vnde sit, quod si recipiat aquam & harenam calx, confirmatur structura. Non disidet ab iis illud quoque, volucres in aëre suspensas ideo perseuerare, quod de leuioribus cōsurgant principii, quippe minus habēt terreni atque humoris, item aëris multū cum caloris temperatura. Aquatiles autē pisciū natura, quod à calido cōtemperantur, ex aëre terrenisque cōpositæ plurimū, humecti minimū habentes: proinde, quo minus & principii habent humoris, facilius in humore perdurant. Terrestria verō, quod è principii ab aëre calorēq; temperata sunt, minusque habēt terreni, humoris plurimū, haud ita diu in aqua perseuerare quiverint, Empedocles non satis perite animalia censet calidissima, & summā ignis vim habentia, esse aquatilis generis, quo caloris exuperantiā, quam in seipsis inclusam sentiunt, euitent. At summa ratio est, inquit in libro De spiratione Aristoteles, vt quæ ex humore ac frigore consentur, in humore locentur: quæ ex siccitate, in re omnino sicca: vnde fit, vt arbores non aquarum, sed terræ quasi vernaculæ sint. Porro quæ calida in aëre, si humor & siccitas, vt materia, omnibus substernuntur corporibus.

Quibus item probetur homo similis mundo. Apocatastasis quid. De stellis in quatuor mundi cardinibus.

Hominis laus ex Cicerone. CAP. XXI.

Quod verō attinet ad hominis cum mundo a similitudinem, id item adici posse, animaduerto: nā inquit in Polyhistorē Iulius Solinus, Quantus manibus expantis inter digitos longissimos modus est, tantū constat esse ferē inter calcē verticēmq; summū: ideoque ab physicis cōiectatum, hominē esse planē mūdū quendā minorē. Cōmeminit horū & affluens quoque primo De animalibus magnus Albertus, astruens hominis mēbra situ ac positione cælo esse consimilia proportionē ac mūdū, ideoque esse perfectissima. nā veluti superna



LECTIO NVM ANTIQVARVM

mūdi mouet intelligētia, & regirūta humanum caput, in quo intellectuales sunt virtutes & animales, supernā obinet seclē. Verū ex quo cōcipimus, ne prateramus id quoque quod a Herri scitissimē potest: siquidē apocatastas illa veteribus obseruata & prodita, imaginē hāc adiuuat eximie. Ea verō nil est aliud, quā restitutio siue redintegratio rerū, quæ certis tēporum curriculis redeat ad metā. Fit autē vel per *inundationem*, hoc est cōflagrationē: aut per *lūā*, hoc est inundationem. Id ipsum verō quod in homine magno vsu venit, nec à paruo itē abesse, cōpertius est animaduersum à peritissimis rerū, vbi transmissis vitæ spatiis, interuenit resolutionis necessitas. Quādoque enim intimo calore auctius grassante, incēditur vitalia. Quādoque verō corpus nimis laxatū humorū inundationib⁹ euaporat. Ita semper aut ignito ardore decoquimur, aut nimia defudatione dissoluimur. Nec aliter artis medicæ, prudētissimi interpretes, substātiā humani generis naturali pronūciāt ratione cōpleti, nisi aut humore igneus cōrascat calor: aut hoc amplius inualescente, humectatio exarescat omnis. Sic omnifariā ad mundū imitationē artifex natura, siue Deus potius hominē cōpēgit: vt quicquid mundū senescētem perimit, vel instaurat nouū, id ipsum hominē quoque aut natū foueat, aut adultū perducatur ad interitū. Sed animaduerte quæso, quæ ab peritioribus sunt vsibus nostris prodita: esse videlicet per singulos mundi cardines à conditore ac principe Deo stellas ratione mira cōstitutas: quarū prima sit, & orientālis *aurora* nūcupata: occidua verō *hōr*, quo nomine significatur occasus: nā & *hōr* vocat Aristoteles, quæ demergi in aquā solent, at quæ ab Aquilone refulget, Arctos: in diuersa verō parte, quæ mediū est diei, *subter*. Ex quibus demptis modō elemētis primis, coalescere ac cōsurgere parētis primi nomen, nō ingeniosius, quā admirabilius excellētis doctrinæ viri deprehēdere. Nec fallimur parte hac, cęlestiū peritos, cardinalia intelligere loca, ortū, occasum, mesuranema, seu apogzū, id est calū medium, & hypogzū, id est cęlū imūm.

• Iac si quis omnia intentius in digitos mittenda curarit, fateatur necesse est, augustissima quadam & prorsum inenarrabili ratione in vitalem hanc lucē hominis speciē esse productam. In quo si quis etiamnum tam inscitē pertinax est, vt ambigendum puret. Age perpēssione nō sopita cōfyderemus illud amplius, quantum singularis eminentiæ præpotens illud agens

LIBER II.

117

agens huic ani maliū principi benignissimē sit elargitum, vt rerū inuolucris exsolutis, & sacrius illustrius referatis, desinat homo imprudenter, & proinde ingratē summi opificis fecundissimā æstimare bonitatē, quando paterno affectu ornauit præcellē, & fouit amplissimē, libeat modo munerum rectē magnitudinē metiri. Ab summo quippe Deo, vt M. Tullius inquit apositissimē, ex tot animantium generibus atque naturis homo tantū factus est rationis particeps & cogitationis. Quid est autē, nō dicā in homine, sed in omni cęlo atque terra diuini ratione? quæ quū adoleuit atq; perfecta est, nominatur ritē sapientia. Est itaque, quoniā nil est ratione melius, eaq; in homine est & in Deo, prima homini cum Deo societas, mox & hominū inter se eiusdem lege cōciliatio, & ciuitatis cōmuniō sub cęlestis discretionis, ac diuinæ mentis & Dei præpotētis imperio. Ciuitas verō ea nō alia, quā mundus, spiritalibus augustioribus, & homini cōmunitis.

Omnis nostra dignitas ab anima est, quæ vehiculum est ad Deum, & imago mentis. Spiritus corpora præparat ad animæ suspensionem. Augustini, Pythagore, Platonis, Aristotelis opinio de anima. De Entelechia quæpiā. An per accidens corpori insinuetur anima. Et an fuerit ante corpus. CAP. XXII.

Qvo verō exploratius pernoscantur quæ dicimus, iam hinc præcerpere quæpiam, futura (vt reor) studiosis modo, sed narrantis potius, quæ varia nec incuriosa suggesterit lectio, ingrediemur. Siquidem omnis nostra dignitas ab anima est. Orbati nanque anima, sterquilinio abiectiores esse videntur. Iā verō, inquit Plotinus, propter ipsam hic mundus est Deus, sol quoque Deus est, quoniā animatus: stelleque similiter omnes. Quod si animā ipsam admiraris in alio, admirare te ipsum. Quūque sit anima res tā veneranda, tāque diuina, cōsiliū iam tali quodam vehiculo ad Deū te accellarum, hoc ipso ad illum ascende. Nec tamen lōgius es vāgnaturus, si sumptis quod est in hoc diuino diuini, id est vicinītatē animæ ad supernum, post quod vicinū, & à quo est anima. Quādo est anima imago quædam intellectus ipsius, quemadmodum verbum in prolacione, verbi existentis in



116 LECTIÖNVM ANTIQVAVRM

animō, sic & anima mentis est verbum, & tota est actus atque vita, quam producit in alterius existentiam. Sunt ex Platonis qui asserant, præter vitas animantiū proprias, subesse cunctis communem vim vegetalem, totā vbiq̄e vigentem, quæ & præparet materias propriis animis, & tempore certo conseruet, & in vnum viuentia cuncta cōciliet, Hunc Pythagorici referente Sexto Pyrrhonio, esse dicunt spiritū in modum animæ rebus cunctis interfusum, Animū esse finiuit Augustinus, si modo subdititiis liber hic non est, cui De spiritu & anima titulum indidere, substantiā quandam rationis participem, corpori accommodam regēdo. Animus, inquit, sapientia illustratus, principia respectat sua, seque ipsum agnoscit, quāmq̄e indecorum sit, haud ignorat, si extra quereret, quod in ipso se continet. At si affectionibus cōsopiat corporis, & sensibilibus illectatione formarum extra se feratur: quid sit, aut fuerit, volens obliuiscitur, nihilque esse opinatur, præter quod videtur. Quod si per intelligentiam ab hisce reuocetur, sese surrigens ac colligens disparatū, rationalis iam euadit. Est siquidem ratio animi aspectus, quo per se ipsum vera cōcipit ac speculatur. Nam dicitur ratiocinatio, rationis inquit. Quo fit, vt ad videndum, illa sit opus: hac verò, ad inquirendum. Anima porro credi nō debet Dei pars, sed creatura: nec de substantia Dei producta, vel de qualibet elemētorum materia, verum ex nihilo creata. Nam si de se ipso ab Deo foret effusa, nō vtique sceleribus inficeretur. Quod si ex elementis, tunc planè esset corporea. Pythagorā nonnulli scribunt. Animæ substantiam in animas distribuisse plures, quæ diuersis contribuuntur membris, ita quod eorum singula animalia sint: vt cor animal vnum, item cerebrum animal, & deinceps: vt animal vnum ex pluribus videatur animalibus compositū. Putant & Platonem credidisse, Animā ex diuersis consistare substantiis iuxta essentiam & sitū. Quia verò congruū animādo, vnam dixisse animā vnumque animal constitutere. Id & Aristotelem esse opinatū, vbi De animalibus libro deelemento ait, Inesse infanti primū vegetatiuā animā, mox auctiorē habere & sensilē, per quā dicitur animal. Ad quod ferè videtur respexisse poëta disertissimus Pontanus, vbi in

*Mox auram ætherio de fomite fundit in illum.
Vixit ait, & proprio membra labore fove.*

Aria

Arcana mox partem anima de mente profunda

Libat, & erecti spirat in ora viri.

Sed reuera cuiusque animati vna est anima iuxta substantiam, ex potestatibus verò plures. Quod videtur sensisse Aristoteles primo De anima: Dicunt, inquit, diuisibilem esse animam, & alio quidem intelligere, alio autem concupiscente. Cæterum scire amplius conuenit, apud Philosophum hūc aliud esse mentem, aliud entelechiam. Quippe illam *vouiv* vocat, & immortalem opinatur: hanc verò animam intelligit, & mortalem planè. Proinde secundo De anima, esse animam ait entelechiam corporis primam naturalis, potentia vitam habentis, cuiusmodi sit organicum quodcunque Entelechiam sunt qui Latine perfecti habiam sint aut interpretari: quando, vt Themistius inquit ex Aristotelis doctrina, eo nomine non aliud significetur, quā perfectionis habitus: etiam si M. Tullius Thuscularum primo, Motionem indicari perennem sit arbitratus. Quum tamen *ἀκίνητος τὸ ψυχόν*, id est animā immobilem, Aristoteles pronuntiet, omnis verò authorem motus. Subolet tamen eruditionibus interpretamentū illud de perenni motione subdititiū esse, nec de summi authoris officina propagatū, sed ab sciolis & male feriatis insertū, quod genus multa tū Græcè agnoscimus tum Latine. Entelechiam porro etiā in brutis accipi volunt, nec in iis modo, verum & in plantis. Dicit autē entelechiā, *ye luti ἐν τῷ σώματι*, id est corporis perfecti coaptationē, comprehensionēve. Sunt qui entelechiam intelligant duplicem: aut enim, inquiunt, animā est irrationalis, vel etiam physica, quæ à corpore disparari prorsum nequit: aut rationalis est anima, quæ se iungi valet à corpore. Scitu dignum quod Lucianus scribit in sermone, cui titulus est *Ἰλλυς πνευματικῶν*, Entelechiam prius dictam, mox in Entelechiam declinasse: accusatur enim ibi T, vbi ait, *ἀνθρώποις ποιεῖται διὰ τὸ μὴ εἶναι ἀφ' αὐτῶν μὲν τὸ ἰσχυρῆσαι, καὶ ἰσχυρῆσαι ἀφ' αὐτῶν καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀδύνατον εἶναι τὸ ἰσχυρῆσαι. Animas porro humanas sunt qui per accidens corporibus autument insinuari, ac esse modi eiusdem cum spiritualibus substantiis; corporibusque non iunguntur. Proinde cum angelis simul omnes creatas produunt. Id quod Christiana respuit veritas. Si enim per occidens infundatur corpori anima, esset vtique homo ens accidentale, vel animam esse hominem, daremus.*

h 3

Handwritten marginal notes on the right edge of the page.

Quod ab veritate agnoscitur dissentaneum. Animã verò nostram non esse cum angelis naturæ eiusdem, liquet ex intellectu & sensu ratione diuersa. Neque enim percipit angelus ab sensu mutando, & ad phantasmata se conuertendo. Proinde corporibus indigent animæ, vt sensilis perficiatur potestas. Adde, si animæ est naturalis corporeus nexus, nimirum corporis ab iunctio præter naturam est, nec tunc perfectionis est compositio. Quamobrem ab imperfectis Deû esse exorsum, haud fieri probabile: ab iisque, præter naturam quæ sunt, neque enim manu aut pedu exortem fecit hominem. Propterea contra corpus animam multo minus. Quod si coniunctione esse naturalem inficiaris, vnde fiat amplius querendum. An ex animæ ipsius voluntate? Sed quo modo nõ absurdum? Cur enim si corpore non indiget? Nam si indiget, naturale iam sit: neque enim in necessariis deest natura. Porro cur post tantu spætiij decursum coniunctione expectat? Deinde calu ita fieret, vt huic corpori insinuaretur anima hæc: exigitur quippe aduentus animæ voluntas, & hominis generantis. Quod si violenter adigitur, supplicium erit, ac euidentis calamitas. Quod & Origenem magno errore opinatè, aduertimus, qui ob peccati penã in corpora intrudi animas, prodit. Quare ante corpus fuisse animã, haud sentiendum. Augustini sententia est, Dei nutu ad corpus animam venire: vt si ex præscripto vixerit, æterna consequatur præmia: sin aberrarit, dolore torquetur perpetui, seu igne æterno.

Anima distributio secundum potentias. Mentem esse vice luminis, & instrumenti, & visus. Qui sit Iamnis bifrons. De mentis capite, siue flore. Anima officina tria. Quid sit animam a corpore segregare. Anima & anima quo discernantur. Plurij locus de claratur.

CAP.

XXIII.

TRaditur ergo ab eodem philosopho Aristotele, Potestas animæ esse duas, alteram quidè rationis impotentem, alteram verò compotè. Prior pars in duo dissectatur: in nutritiuam, quæ rationem audit nõquam: sensilem appetitum, qui obtemperet quandoque: & hic duplex intelligitur, concupiscentialis & irascibilis. Potestas rationalis distribuitur item in duo, in rationem actiuam, & specularicem. Virtutes morales

les in voluntate constituit, & appetitu, qui rationi obtèperet. Ceterum earundem principia virtutù in actiuã ratione, virtutes speculatiuas in ratione specularice. In sexto Moralium Aristoteles item, rationem esse asserit humanã animã partem: idque agere, cognoscere scilicet, & humana gubernare per prudentiam atque artem. Naturalia verò, diuinãque per sapientiam contemplari, quæ intelligentia & scientia continetur. In libro item Encyclicarum quæstionum, Ab natura, inquit, quæ omnium parens & author est, duo nobis instrumenta esse contributa, quorum maxime opera extrariis vt valeamus instrumentis: manu siquidem corpori esse insertam, animo autem metem: nam & hæc, inquit, inter ea quæ enlargita nobis natura est, recenseri debet, vice vtique fungens instrumenti. In primo De moribus, Mentem esse, inquit, in anima, sicuti est in oculo visus: & Rhetoricorum tertio, Mentem inquit, vt lumen, accendit in anima Deus. Vt verò Aristotelicum dogma exequamur plenius, Intellectiuæ potentia partes essentielles duas astruit philosophus is, intellectum potentia, & intellectum actu. Sunt enim inferiora superiorum imagines: proinde à corporum compositione separarũ, item substantiarum animaduertitur compositio: quippe præter primum omnia pernoscentur composita. Illud autem in Metaphysicis entelechiã esse solum, & actum pronuntiat purũ. Reliqua verò quum à primo essentialiter disparètur, necessario compositionem resipiunt. Sicut autem ex materia & forma consurgunt corpora, ratione haud disrita, intelligentiarum coopratio deprehenditur. Quæ est intellectus potentia, & actu intellectus. Neque enim in iis materiã agnoscit, & formam: sed his proportionales partes, intellectualibus accommodas substantiis. Et quando potentiam in corporea conspicimus materia, & in forma actum: iidem substantiarũ separatarum essentielles portiones intellectum potètia, & actu intellectum constituit. Ceterum super re hæc plura paulò sequenti volumine. Sed ne quem nominum diuersitas implicet, scire licet, apud Platonicos mentè intelligi duplicem, alteram inferiorem, quam ratione appellant diuiniorè: alteram, superioremque, quam intellectum nuncupant. Illa humana tèperat, & moderatur: hæc diuina suscipit, & contèplatur. Quæ sanè mens ita distributa bifrõtis iam ratione cõplectitur. Augustini illud planè diuinum: Distribuitur, inquit, ratio in id quod



LECTIONVM ANTIQVARVM

superius & quod inferius, in sapiētiam scilicet ac prudētiam: ceu dicas, in virum ac mulierem, vt sit superior, vir, & regatur inferior, mulier, ac regatur. Vnde est illud: Melior est iniquitas viri, quā beneficentia mulier. Melior quippe est, qui caelestium desiderio sufflammatus carnem necessaria subtrahendo afflicat, quā qui voluptatibus delinitus ex asse illi satisfactum vult. Huius porro specularitricis mentis intimam vim Plato, mentis caput nuncupauit. Sed dicitur anima item vnitas, centrūque totius animae. Zoroaster ille scientissimus, & veterū theologorū fons, vocat ψυχὴς βιάς & ἀμύθητος, id est animē immortale profunditate: propterea inquit, Quoniam anima per potentiam patris sit ignis splendidus, dominetur in te animae profunditas immortalis, & oculos omnes vnā tolle in altum, tunc neque item materiale corpus in praecipitio relinques. Ignem vocat, vt obiter hoc à me tuleris studiose lector, luminosam claritatem, quam impertitur animae Deus: cui per vnitatem sibi impressam, quae est vnitatis diuinae character, coniungitur: abs qua vnitate animae, tanquam à centro profluunt vires aliae. Oculos verò vbi surrigē los omnes ait, quē in cognitione versentur, potētias intelligi voluit. Praecipitij nomine mundi vocat partem infimam, magica loquendi consuetudine. Porro mentis caput hoc aliubi idē magnus author florem mētis appellat, ἐν τῇ νοῦν, ὃ ἔστι τὸ πρῶτον αἰθέριον: est intelligibile aliquid, quod mentis flore apprehendendum est. Ex iis verò quae hic prodita nobis sunt, tria potissimum animae humanae collige munia: vnum, quo agit in corpore: aliud, per corpus: tertium, per seipsam: & agit quidem in corpore per eam vim, quam vegetatricem Peripaterici, Platonici vocant naturam. Per corpus agit, sensibus vtens, tum interioribus, tum exterioribus. Per seipsam verò, quum animae vis mera, incorporea incorporeis intendit: quam quidē actionem intelligentiam nuncupant. Ad quam Plato respiciens, Plotino interprete, de anima nostra ait, eam tum considerare caput intra caelum, tum extra caelum caput attollere. Quem verò in Phaedone, & Theaeteto separare animam à corpore iubet, non loco praecipit segregare. Sed monet, ne corpori animus adnuat, neque imaginationi consentiat, neque ob corporis commercium alienetur à mēte, coneturque, quatenus effici potest, subditā sibi animae speciei secū ad superiora perducere. Porro sicuti traditū scimus in libro de Platonis dogmate,

LIBER II.

121

te, ac Hippocratis, Animae potentias Plato animas nuncupat, propria cuiusque substantia excogitata. Et est vna quidē animantium destinata nutritioni, plantis etiā mū promiscua cui velut fons, iecur est attributum, vnde tanquam fistula in corpus totum propagentur venae. Facultatem hanc nunc epithymeticen nuncupant, physicam quandoque, nonnunquam & threpticen. Aliam verò animam in corde constituit, quod & ipsum est caloris innati cōceptaculum, ex quo sese promāt arteria. Huius item euariat nomenclatura, dicitur nanque ψυχικὴ facultas, & θυμωδὴ. At quae λογιστικὴ appellatur anima, capitis sibi arcem vendicat, actionum ex proposito, ac sensuum dux, cui subserviant nerui, velut sensuum vehicula. & motuū, qui corpori affunditur vniuersim. Animum & animam, inquit Augustinus pro eodem capimus: anima ramen vitae est: animus autem, consilij. Proinde ab philosophis astruitur, sine animo vitam perseuerare: citra mētem, animam quoque, vt in amentibus. Et Plinius ipsum hoc innuit, quum Deum sic describit: Totus est, inquit, animi, totus animae.

Quod sit anima & idolum: utem quae imago, & umbra. Ex quibus fiat animal. Adam & Euae mystica interpretatio.

CAP. XXIII.

ANIMA, Platonici inquirunt (nam eorum praecipue verbis rem collibuit explicare, quod saepe facimus, vt dictis auctoritas accedat maior: comparer, contendatque qui volet) substantia est, & vita. Actus hic eius inseparabilis, substantiale quiddam est, ac viuificum: qualitas hinc tributa corpori accides est, & quasi vitale. Actū illū appellamus animae idolū, in quo sensus est vegetalisque natura. Qualitatē verò illam animae dicimus imaginem & vmbra, ex qua & corpore fiat compositū, in quo voluptates doloresque sint corporales: quantum perturbationū sensus ad idolū animamque perueniant, perturbationes nequaquam. In iis verò aduertendū eximie, quo sensu Plotinus, Origenes & Ammonius Moscaica mysteria sint interpretari. Siquidem hominem ipsum, id est animam intelligunt, quasi Adam. Humanum verò animal inde tractum, atque degenerans, quasi Eua: tractum, inquam, ex anima dormiente: haec enim tunc animal ex se propagat, quādo ex pristina apud Deum vigilia ad naturalia labens, diuinorū obliuata iam dormit & somniat. Itaque tum vitam corpoream



generat, quasi Euan. Animaduerte hanc primò peccantem illum deinde consentientem. Sed intellectum illi quasi angelum præsentem, & mox increpantem, & angelo Deum. Denique duo in carne vna, id est duas quasi in eodem corpore animas. Sed & magnus nostræ religionis auctor Augustinus super Psalmum quadragesimum octauum: Singulis, inquit, nostrum inest mulier hæc: quippe caro nostra, Eua est, quæ seducit virum, id est rationem, per quam carnè labitur homo, quæ lapsum calcanei nomine prophetica indicat sententia.

Vegetariæ anima munus triplex. Altricis facultatis organa duo: item munia quatuor. Epelustice motio quid.

CAP. XXV.

Sed age postea quæ in animæ officia volentes procurrimus, adhiicitur iis ex Peripatetica schola: quæ tū sicut vsui legitur, tū verò nostræ hæc sciendorū cōgeriē instruit, & exuberantē congreginare quodāmodo faciat. Sciendū est, inquit Thomas in secundū Aristotelis De anima librū, & ex philosophi eiusdem sententiā Themistius ferè, inter vegetariæ animæ operationes tres ordinē haberi quædam. Nam munus primū nutritario est, qua seruatur aliquid, vt est, sequens est perfectius, diciturque augmentatio. Ea proficiunt enutritā in perfectionē ampliorem, tū quiritate, tum virtute. Tertiū verò perfectissimū est, ac finale. Hęc generatio est, qua aliquid iam quasi in seipso perfectū existēs alteri præstat, vt ut. Tunc enim vnūquodque maxime perfectū est, vt quarto Metaphysicè cōprobatur, quū producere quippriā eiusmodi potest, quale ipsum est. Proinde quia à fine nūcupari omnia, cōsentaneū est, & itidē definiti, finis verò operū vegetariæ potestatis est, alterū generare quale ipsum consequitur, esse illā primæ animæ cōgruā definitionē: Vegetatrix est, quæ alterū eiusmodi queat generare. Sciendū quoque illud, quod Aristotelicum itē est ex secūdo De anima, esse organū duplex, quo altricis facultas perficitur, separatū, & coniunctū. Et alimētū quidē separatū intelligitur organū & inanimatum, cōiunctū verò, calor intinuitus, quo ipsum id vnde alitur, excoqui possit. Ex quo colligitur, Animatū omne quod connutritur, calorē necessariū requirere, qui sit cōcoctionis exordiū. Ceterū altricis hæc facultas quadrisariam munus implet propriū: attrahit enim, aduocatque primò cibū: mox aduocatū perficit, digeritque inde, secernit, quod nutritioni sit

fit accomodum, retinetque: postremò retrimenticia, seculentique excernit aut secessu, aut vrina, aut sudore, aut alio quouis modo. Potestates verò hæc in Græcis authoribus Græcè ita nominantur, *ἐπιτακτική, ἀνακτικὴ, ἐπιτακτικὴ, ἀποκατακτικὴ* vel *ἀποκατακτικὴ*: at dicta eisdem Græcis *ἐπιτακτικὴ*, nil ad propositum spectat negotiorum. Est enim Plutarcho tradente, motio in præcipua facultate animæ, qua propositis duobus eodē modo habentibus, eiusdemque potestatis, necessitate iniuncta alterutrū eligendi, quamuis euidens causa nulla sese promat, alterū tamen aduente malum animo. Dicitur verò epelustice, quasi aduenticia, vel superueniens, quod non vernacula rei ratione fiat electio, sed extrinseca nostri animi proclinatione. Dicerem plura, sed alieno loco satis multa: ne fiat planè quod ille ait, *ἀγγελοῦ ἀποκατακτικῆς*, hoc est sese ostentans auscultatio.

De animali virtute, item naturali & vitali, ex Auicenna, De synteresi, & conscientia. Virtus in vs quid.

CAP. XXVI.

Ceterum quia medicorum scholæ suas habent in hac re distinctiones, sua item vocabula, non erit molestum diuertisse paululum in Auicennæ hortulos, multis sæpe doctrinæ floribus peramænos, ardentēsque. Ergo doctrina sexta. Fen primæ primi: Omnium, inquit, operationum virtus initium est: hæc enim abiuncta, abscissa ve, nulla erit operatio. Virtutū verò apud medicos genera tria sunt, vitalis, animalis, naturalis. Sicuti verò Deus vnus, trinus, verus ac perfectus omnia cōplectitur, implet, fouet, superexcedit, ambit: ita & anima tribus hisce viribus per totū insinuat corpus, nō quidē locali extensione, sed intensionē vitali. Virtutē verò hic dynamim intelligo, quā Latine potestatem dicimus, ac vim, aut potentiam. Virtus, ad animū refertur potius: sed nos cōsuetudini indulgimus: verū & arborū ac aquarū virtutē Vitruuius dicit. Vnaqueque porrò virtus (sicut philosophorū plerisque, & medicis omnibus video placuisse, sed Galeno in primis) membrum habet præcipuū in quo subsistat, abs quoque profluant operationes: quippe animalis in cerebro sedem habet. Præterea naturalē esse aiunt virtutem, cuius duo sūt munia: vnum fouere animal nutriendo, cui rei hepar ascribitur: alterum, generationi semen sufficere, atque informare ex summi patris insituito. Eius verò facultatis fontem esse testiculos volunt.



Virtus, quæ vitalis dicitur spiritus conseruat essentiali, qui sensus & motus vehiculum est eius domicilium, cor est. Placet tamen, inquit Auicenna, summo philosopho Aristoteli: Omnium istarum virtutum principium in corde constitui. Ita tamen quod operationum euidens argumentum in prædictis primum se principii promat: sicuti apud medicos sentiendi fons ex cerebro profluit, nihilominus organum peculiare habet sensuum vnusquisque. Mox item paulò probabilius Auicennæ Aristotelis sit sententia, quam medicorum. Auicennæ interpres hæc latius aperiens: Vitalis, inquit, virtutis operatio est, laxare, & comprimere cor & arterias, ac vniuerso corpori vitam præbere, ac vitalem spiritum cum sanguine arteriali. Naturalis virtutis opus est, generare, nutrire, augere cum cæteris quæ his subseruiunt: hoc est, vt inquit Augustinus, appetendi potentia, retinendi, expellendi ac distribuendi. Animalis virtus sensum producit, tum interioris tum exterioris, atque item volutarium motum. Huic quoque virtuti concupiscibilis pars, atque irascibilis attribuitur ab beato Thoma, quæ portiones sunt sensitiui appetitus. Concupiscibilis admoueri suadet, quæ necessaria videntur, aut vitia, & id voluptatis ratione. Irascibilis noxia repellit, ferturque ad vltionem præceps. Forfan verò scrutetur quispiam, si ne synteresis animæ potentia peculiaris, ab cæterarum ratione seiuncta. Sed quum rationales potentia ad opposita se habeant, ex Aristotelica hæresi, Synteresis autem eiusmodi non sit, verum ad bona proluciat tantum, non videtur omnino esse potentia. Quoniam si potentia foret, non absque ratione vtrique foret: neque enim in brutis comperitur. Proinde esse videtur habitus potius, etiam si potentiam ratione prominentiorem, statuerint quidam. Nonnulli verò rationem ipsam, non vt ratio est, sed vt est natura. Verum sicuti speculabilium principia insunt nobis naturæ vi necessariò, ita & operabilium: ac vt illa ad peculiare animæ potentiam haud spectat, sed ad habitum, qui principiorum dicitur intellectus, quod Moralium sexto palam sit: Sic & hæc peculiarem indicant habitum, synteresis nomine celebratum. Ab synteresi theologia periti conscientiam dispararunt, de qua idem omnino queri potest. Nanque Origenis illud notissimum est. Conscientia spiritus est corrector, ac animæ pædagogus, abs quo reuellitur à malo, & bono associatur. At in anima spiritus potentiam indicat, vel

mentem vtrique ipsam. Vnde illud Apostolicum, Renouamini spiritu mentis vestræ. Vel imaginatione quoque: nam imaginaria visio dicitur spiritalis, quod ex Augustino est, Genesios decimoretio. Proinde videri potentiam, colligi potest. Cæterum quia seponi conscientia potest, potentia non potest, consecutio est manifesta. Quare loquendi proprietate assertuata, erit actus, non potentia. Nam conscientia vocabulum, scientia ordinem præmonstrat ad aliquid. Est enim conscientia cum aliquo scientia. Verum ad aliquid scientia applicatio per actum fit aliquem, proinde est actus conscientia. Porro quoniam actus principium habitui contribuitur, conscientia nomen habitui primo naturali, id est synteresi ascribitur. Quod in Ezechielem comprobatur Hieronymus.

Sensuum commoditas, & necessitas. Quatuor esse quibus rerum apprehenditur cognitio. Quibus insit sensus. Origo eiusdem. Nervi paria septem. Spinalis medulla. Cur anima vires suas magis in parte ista promat, quam illa.

CAP. XXVII.

Quod verò ad sentiendi potestatem pertinet, equidem non vacat satis inenarrabilem artificis sapientiam admirari. Qui non contentus mentis nos ornasse celeritate: cuius eminentia paulominus cælitum dignitatem assecuti sumus, sensum quoque claritatem munificè est impertitus: qui tanquam satellites quidam & interpretes, ac nuntij incapitis regia, & rationis conspectu sunt circūiecti, vt aptius multò intelligendi, ac persentiendi veritas mutuo nexu confoueretur. Quatuor enim sunt, quibus rerum apprehenditur cognitio: sensus, imaginatio, ratio, intellectus. At sensus, figuram non citra corpus, id est ipsam concipit corpulentiam. Imaginatio, ab corpore figuram seiungens effingit. Ratio, figura item abiuncta, non formam ipsam, verum vniuersalem, quod ex singulari figura materiamque reundauit, altius speculatur. Intellectus verò etiam vniuersalem supergressus, simplicem formam momento vtriusque formaliter dispicit. Sunt qui cognitionum opifices quinque statuunt, quod scribit Ammonius, *ὄψις, ἀπόψις, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ*, id est mentem, discursum, opinionem, sensum. Verum ad sensum redeo, inter quos quid de oculis dicemus: quos tanquam speculatores altissima conscendisse, non decorum modo, sed ex



LECTIONVM ANTIQVARVM

vñ vitæ maximè fuit: vt longius prospectum petentes, atque plurima subiecta intuentes proprio fungerentur munere. Porro quum sonus omnis naturæ vi promicet in sublimè, eundè altitudinis situm auribus attribui, compar maximè fuerat. Quæ ratio & in naribus obseruata est ad odorè percipiendū, qui si apte vi scandit: demum vt in cibis poribusque facilior quasi foret indicatura, proinde ori eas fuisse admotas, peraccommo dum cenferi debet. Gustus verò non alium sibi iure vendicare locum potuit, quàm in oris regione, qua esculentis & poculentis semitam aperuit natura. Tactus dum certi habet nihil, totum facile occupauit, ac sese æquabiliter per vniuersum fundens corpus, quicquid præduri mollisve se ostentari, tota percipit facilitate, necnon caloris frigorisve appulsus. Vt hisce veluti militaribus obstipati præsidii, non decore modo, sed & tranquillitate maxima datum vitæ curriculum perficere valeamus. Ceterùm quia de sensibus futura nobis historia est, eorum primordia & fontem, vt par est, rimabimur primum, secuti Platoniorum dogmata, sed mox & Peripateticorum principis sententia non dilata. Ante omnia, inquit, mortali tantum corpori sensus inest: nam diuina prorsum eo videntur vacua, quanquam quid senserit Plotinus, nõ excidit: indè que multo magis anima, que sit quocumque corpore longe præstantior. Huius tamen efficit potestas, vt constet homo, viuat, sentiat: hoc est, animal sit. hæc enim mortale corpus alit, viuificat, illuminat, dum adest vtique, nõ inest. Sedes eius cerebro potissimū ascribitur, propterea esse orbiculari figura insignitū caput, quoniam eiusmodi ferè sint caelestia omnia. Quamuis autem tam anima, quàm cerebrum omnio sensus sint expertia: quia tamen absque eo animal esse nequit, ex animæ potentia forciundiore, siue de effectibus in cerebri cavernas effusum spiramentū est, quod sensus prouehit, dirigitque. Cavernas eas intuenti, qui vtriculos vocent cerebri. Ex illis deprehensum ab anatomicis est, necnon approbat Auicenna, doctrina quinta, Fen primæ primi, neruorum optem produci *espyias*, veluti Latine dicas coniugia aut coniugationes, siue paria. Sicuti iambicæ, ac trochaicæ dicuntur Grammaticis *syzygia*: apud Pindarū. Est enim *syzygia* neruorum, quum nerui bini pariter emergunt in constitutū corriati locū. Quos fistularum vice fungi tradunt, & ipsum illud quod diximus, spiramentū sensificum ad destinata ab natura

LIBER II.

117

tura metam, veluti curricula deuehere, vt vicinis remotioribusque paulò membris sentiendi vis infundatur. Ex iis ergo neruorum combinatio prima ad oculos profertur, vnde illis comparatur speciei cuiusque internotio, ac colorum distinctio. Secunda aures petit, quæ sonos indè valeant concipere. Tertia naribus inseritur, vt adsit potestas odorandi. Quarta in palatum deriuatur, vnde sit saporum discretio cum primore lingua. Quinta per totum effusa corpus, illud vi sua cõplexatur. Hoc expressit tangèdi necessitas, vt oblatura facile declinaretur. Quæ verò lenitate sua cõfoueret, blãdius permulcètia, ad moueri possent. Sexta sentit stomachus ob alimèti indigentia, vt vitæ necessaria expereret, reddidantia reiectaret. Septima ad spinalè delabatur medullam. Quæ in animali id planè esse deprehèditur, quod in nauigio carina. Eius inde internoscitur præstantia, quod medicæ artis periti longioris cerebri nomine censuerunt nuncupandã. Nec verò me fallit, Auicennam aliquo modo ab iis diuersa prodidisse, sed ipse nihilominus authore certū secutus sum. Scribit Aurelius Augustinus, ratione hæc sensus produci potissimū, Quod est, inquit, in corpore subtilissimū, & ob hoc animæ similius ac vicinius quàm cetera, id est lux, primū per oculos ipsos effusum promicet ad obiectorū perceptionem visibilium: mox cum aère puro per mixtione quãdã primò, atque iterū cum caliginoso ac nubifera crassitudine, tertio cū humore qui iam sit corpulètiore, quarto cū terrestri crassamèto sensus perficit quinque. Qui quoniã prælocati in facie sunt, ideo scriptū est, Dominū in faciem inflasse homini vitæ spiraculum, vt fieret in animam viuentem. Quod si quis nõ inscius naturalium sese obiciat, malè à nobis ista distingu, quum quælibet animæ vis sit in qualibet corporis parte tota, sicut anima: Respondeo, ita ferè aduèdo rem habere, sed tamen dici animã ibi agere, vbi ei subseruit organum, & ibi in primis vnde initia ducant instrumenta. Hæc itaque ratione sentiendi mouendique actus capiti ascribitur, vnde videlicet corriuari neruos, liquet, organa sensus & motus. Sic iracundia, cordis sedè sibi vendicat, vbi sanguis residet igneus. In iecore, cõcupiscentia & nutritio dominari creditur, quia ibi aereus sanguis eius est veluti substratū. Ratio, etiã si nil habeat corpori cõmune, nihilominus capitis arcè insedisse, traditur à Platone: propterea quod imaginationis actus rationi est propinquus, eiusque sibi portionè asserit. Ceterū ne qua

L. DOVI. C. H. V. E. T. I. I.



qua omnino subit hæsitatio, corroboratur quæ diximus, mag-
ni nominis autoritatibus. Nam Galenus De iuuentis
nono: Caput, inquit, est fons sensus, & ex eo motus est volun-
tarius: origo ite neruorum molliũ & durorũ. Sed & in libro
De virtutibus, mortale hominis corpus distribuẽtib: scien-
dũ, inquit, hæc de tribus profuere particulis. Et eam qui-
dem qua ratiocinamur, remaniscimus, senti mus, mouemur,
ab cerebro: at ex corde, qua irascimur calescimusque: etiam
num præditi pulsu cognoscimur in corde ac arteriis: ex hepa-
te verò, qua nutrimur, augemur, cibũque appetimus, exce-
prũque digestionẽ perficimus. Et mox paulo: A cerebro, in-
quit, corporis particula omnes sensum habet ac motũ, neruis
ad organa sensũ prodeuntibus ad sensibiliũ cõceptionẽ: aliis
verò ea mouentibus, quæ motui deseruiunt. Cerebrũ quidem
insensibile ipsum natura est, at sensuum tamen organum. Sed &
libro quarto De accidenti & morbo: Palam, inquit, est cere-
brum ad omnia corporis membra virtutem emittere, quo-
niam neruo præciso, membrum ad quod is producebatur, sen-
sus sit expers. Auicenna principium motus & sensus, esse qui-
dem fatetur spiritũ qui sit in cerebro, vt in arca virtutis quæ
desinat ad membra continuata cum medulla: sed virtutem
putat illuc à corde conscendere cum spiritu.

*Aristotelis sententia de sensuum origine. De medio du-
plici, quo sensus producit in actum. Olfactum esse
minus aliis necessarium: & quæ utilitas eius.*

C A P.

XXVIII.

Aristoteles Peripateticorum doctor eminentissimus, &
naturæ rerũ indagator, si quis alius, solertissimus, & se-
rè primi nominis De partibus libro secundo: Nec sensus, in-
quit, vilius causam cerebrum obtinet, quod quidem expers
omnino sensus, non aliter quàm quoduis excrementum est.
Verũ quũ intelligere, quãobrem sensus nonnulli in capite ha-
sentur, nequeat, quod eam partẽ ceteris esse peculiariorẽ ani-
maduertent: ideo sensum cũ cerebro coniungendũ censue-
runt. Sed enim principium sensus esse cordis locũ, definitum
iam est, quũ de sensu ageremus, & quã ob causam duo, id est
tangẽdi & gustãdi sensus ex corde apertẽ depẽdent. Vnus ex
reliquis tribus, id est olfaciendi, medium tenet. Duo, id est au-
diendi

diendi & videndi, maximẽ in capite positi sunt propter senso-
riorum naturã. Visum autẽ omnibus quibus est datus, apud
cerebrũ esse, optima ratio est: cerebrum enim frigidũ & hu-
midum est, visus aquæ naturam obtinet: hæc enim omnium
per lucidorum facillimẽ conseruari potest. Sensus etiam ex-
quisitiore per partes, quæ sanguinem habent synceriores,
absolui necesse est: sanguinis enim calidioris agitatio sentiẽ-
di officium intercipit, atque refringit. Sed & Hieronymus ad
Fabiolã de veste sacerdotali: Sensus, inquit, in corde est, ha-
bitaculũ cordis in pectore. Thomas item de philosophi senten-
tia, in libro de sensu & sensũ: Sentiẽdi principium, in-
quit, primo est in corde, vbi est caloris fons: nihil enim sine
calore sentire potest, vt traditum est in libro De anima. Cæ-
terũ à corde virtus sentiendi in cerebrum scãdit, & inde
ad triũ sensuum pergit organa, visus, auditus, odoratus. Ta-
ctus autem & gustus referitur ad cor per mediũ coniunctũ,
quod est caro. Nã sensus alij per mediũ fiunt extimũ: tactus,
& gustus per intimũ, quod esse carnem, iam astruximus. Con-
firmat porro hæc idem author in expositione libelli De iu-
uentute & senectute. Sed cur nam ita ab principe Deo cõstitu-
tum? an quia tactus gustusque ex sensibus necessarij amplius
manifesto deprehenduntur? siquidem ciborum diuersitatem
inde pernoscimus, quibus ad fouendã vitam maximẽ indi-
gemus: & quæ corpus oblaedunt forinsecus, tangendi virtute
refugimus. Ideoque in duobus iis medium habetur intimũ,
ne vitio eius vnquam ab hisce deficiamus sensibus. Nam reli-
qui ab bonitatẽ proficiunt. Quippe visus & auditus ad scien-
tiam iuuant comparandam in primis, modo duplici, quo
adsciscitur doctrinã: quod enim scimus, aut didicimus, aut
inuenimus. Inter sensus verò omnes olfaciendi potestas mi-
nus longẽ videtur necessaria. Sanitati tamen animalis con-
ferre videtur plurimum, quod aliubi opere isto copiosius
explicabitur à me, vbi per partes sensuum sese ingeret
tractatus. In eo verò odorandi sensus non negligendus, quod
odoribus confouetur cerebrum: id verò ita affectum ratio-
cinari præstantius potest.

*Sensus cur tantum quinque. Quatuor necessaria, vt
sentiamus. Anima progressus nouem ad scientiã
plenitudinem.*

C A P. XXIX.

i



Sed eurnã sensus quinq; tantum? Nempe quod quinq; ite sunt, quibus mundus cõsurgit: elemẽta quatuor, & ætherea substantia. Primũ verò tactus terræ habet rationẽ: gustus autẽ aquæ, quippe humectatione gustabilũ percipit qualitatẽ: aëris verò appulsus ex ictu, vnde sonus nascitur, aut vox, auditum perficit: olfactus ignem respicit, nam & ex qualitate calida odores proueniunt: videndi ratio ex ethere contemperatur, & lumine: vt in Moralibus docuit Plutarchus plerõque sensisse. Qui opinẽtur alij, ostentãte se latius occasione, non negligetur, & paulò antè attigimus tamẽ. Non dilata ratione Aristotelica ex libro De sensu & sensili: Cõstat, inquit, quoluis sensorium suo elemento reddẽ lum & aprandũ esse, vt obtutrix oculi facultas aquæ appetitur, sensiva sonorũ aëri, odoratus igni, facultas tangendi terræ est: at degustandi vis, tactus quæ iam species est. Verũ vt sentiamus, hoc est vt sensus producantur in actũ, quatuor omnino requiri videntur: duo quidem ex parte sensus, organũ videlicet, ac spiritus: duo verò extrinsecus, obiectus, & mediũ. Proinde in abstractione forma obiecti primò est in medio, deinde in organo, mox in spiritu, postremò animam attingit: quam obrẽ in medio primum sit immutatio, inde in particulari sensu. Iudicium verò consequitur in sensu cõmuni. Rursum sicuti visibilis mũdus quinque partita ordinatur distinctione: terra, aqua, aër, ethere cum firmamento: item caelo supremo quod empyreum vocant: sic animæ in sui corporis mundo peregrinanti, quinque sunt ad sapientiã progressus, sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia: sed ita & ad charitatem quatuor insignita affectibus est, vt inde nouem confluant progressus, quibus spiritu viuens anima ad Cherubin & Seraphin, id est ad sciẽtiæ vsque plenitudinẽ scandat & charitatis regnum. Concipere siquidem lector piissime, sensum qui animæ nuncius est primus, angelis quibus est ab nuntiandi functione ascitum nomen, cõparari: archangelis imaginationem, odiũ mundi virtutibus, odium sui potestatis, rationem principatibus, dominationibus, morem proximi, intellectum thronis, intelligentiam Cherubin, Dei amorem Seraphin. Suppliciorum timor, & ex peccatis coorrens dolor, contemptum sui conciliat, & mũdi: vt cum virtutibus peragantur miracula, & cum potestatis exigantur dæmonia: proximi amorem, ac Dei, promissorum ingenerat spes, & præmij gaudium.

Sensus

Sensus interiores quatuor. De sensu communi præcipuẽ. Inibi locus Plinij declaratur. Sensati qui intelligantur. Sensituum dici non Latine. CAP. XXX.

Quonia verò suprã duplices esse sensus significauimus: interiores, exteriorẽsq;: & iam hos qui manifesti sunt, breuiter exposuimus, nõ ineptè opinor fecerimus, si & alios item occultiores exequamur. Ergo Auerrois inter eos qui Aristotelis interpretationes aggressi sunt, longè ingenio eminentissimus, hosce in quatuor distribuit species: primũque eum cõstituit, qui omnes quæ ab extimis quinque sensibus hauste fuerint, imagines colligat atque percipiat. Quare comunẽ nuncupat sensum: altera deinde vis imaginãdi dicta est, cuius officiũ sit, quum ipsa nihil per sentiat, imagines quæ à prioribus sensibus acceptæ sunt, retinere, easque tertiam sentiendi naturæ, quam existimandi ac cogitãdi vim dicunt, proferre: cuius esse opus arbitrantur, vt iis acceptis imaginibus, quid, aut quale sit id cuius illæ imagines sunt, iudicet atque percipiat: eãque ipsa quæ discreuerit, siue coniunxerit, seu cõceperit iudicãdo, postremæ cerebri ipsius sensusque partem, quam memoriã dicunt, seruanda cõmendet. Sensũ vterque, Augustinus inquit, bonũ suũ habet, in quo reficitur, sensus interior diuinitatis vegetatur contẽplatione, sensus exterior humanitatis perpẽsione assurgit. Propterea hominẽ induit Deus, vt hominẽ totũ redderet beatũ, & eius integra fieret ad ipsum conuersio. Quod verò ad comunẽ attinet sensum, scitu digna sunt, quæ ab eruditissimã memoriæ sunt: hunc esse videlicet, qui obiecta quinq; sensũ sentiat, & actiones corũ, atque vacationes. Ad quem etiã propriè spectet animaduersione, quando scilicet animaduertimus nos videre aliquid vel audire. Vnde fit vt sæpè & videamus & audiamus aliqua, nec tamẽ percipiamus nos ea sentire, quonia sensus communis imaginatioq; interea vertitur aliorum. Oportet, inquit Plotinus, hoc esse quasi centrũ: sensus verò singulos vndique nõ aliter ad hoc ipsum, quàm lineas à circumferẽtia ad centrũ vsque protendi. Atque vim eiusmodi cõprehendentem, re vera vnũ aliquid esse, neque esse humidum, aliàs cessaret memoria, neque durum, periret nanque docilitas. Et omnino si sit corporeum, formæ ibi rerũ se inuicẽ impediunt atque confundent. In hoc præterea sensu intimo est visus



132 LECTIÖNVM ANTIQVAVRM

& auditus & ceteri denique sensus: sed hic vna forma sunt, potestatisque. Hæc de cõmuni sensu latius excerptimus, non quidem ostentandi causa, sed lucem vt inferremus nobilissimo auctori, qui vndecimo Naturalis historiae, vbi de oculis agit: Animo, inquit, videmus, animo cernimus. Oculi ceu vasa quadam visibilem eius partem accipiunt atque transmittunt: sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus visu: sic in morbo comitiali, aperti nihil cernunt, animo caligante. Sensatos animaduerto prudentes dici, ac sensu validos, quod & vulgò vsurpamus ferè. Firmicus Matheseos tertio: Mercurius, inquit, quum luna in parte horoscopi partiliter constitutus faciet, qui per regum aut principum seruitia quotidiana sibi subsidia quarerent, sensatos quidem & intelligentes, & quorum dicta & rationes ab omnibus comprobentur. Porro sensuum animal rectè dicimus, sensitiuum autem insensibile ac barbare, siquidem vnde corruetur, haud reperias. Illud ex epistolis Cæcilij elegans est: Sed contra, inquit, sensum quemdam voluptatè que percipio, si ea quæ mihi denegantur, amicis video superesse.

Qui præstantioribus sit sensibus præditus, habere item inferiores, sed non ediuerso. Sensibus abuti omnibus hominem tantum.

CAP. XXXI.

ITa verò in ratione facultatum animæ natura cõparatum test, sicuti obseruatè curiosè que perpendimus, vt qui eius quod nobilissimum est, & habetur, fuerit compos, etiam quoque infima sunt, teneat. Quibuscunque enim adest, quod *νοῦς* dicitur, id est ratiocinandi vis: insit & sensilis potestas, ac vegetatrix necesse est, quam *ψυχή* vocant: cuius plantæ sint maxime participes. Verum ediuerso non sit: siquidem sensilia multa visimus, quæ tamen rationalia nõ dixeris. Id ipsum & in sensuum serie contingere, deprehensum est, quãdo visu prædita, nec reliquorum sunt expertia. Quæ verò tactu habent & gustum, nõ statim etiam videndi potestate cernimus insignia, cuiusmodi conuistur talpa. Spongiæ tactum quidè habere creduntur, reliquorum tamen expertes. Sed enim prius quàm ab sensuum ratione abiungamur, illud perperensione non indignum, inter animantes cunctas hominem vnum sensibus abuti: quosque optimus atque indulgentissimus parens elargitus fuerat, tum vt necessitatibus natura duce pullulantibus

LIBER II.

133

tibus paria facere possemus, tum vt comptiorem vitam & dignam prorsus Dei numismate, transmittendi non abesset potestas, eos ingenij prauitate, & (vt planè dicam) in naturæ contemptum, ad scelerum fomenta verimus. Nam bruta vnam modo tactus voluptatè sentiunt, dum furore libidinis agitata feruntur in coitum. In aliis ferè intra naturæ præscriptum compscuntur. Nos verò diuini muneris exculcata lege, deliciarum seminaria sensus facimus, veluti ad hoc nati, & ad vnum hoc cum materno lacte feramur. Nec saltem succurrit, quod scientissimè M. Tullius pronuntiauit, Quum homini Deus nil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneris ac dono nihil esse voluptate inimicitiis, quando in voluptatis regno nequeat virtus consistere. Adde quod cæteris animalibus, sicuti doctissimè Plinius inquit, Stati sunt per tempora anni cõcubitus: homini, omnibus horis dierum noctiumque: reliquis, satietas in coitu: homini, propè nulla. In hominum genere maribus diuerticula Veneris, excogitata omnia scelere naturæ, foeminiis verò abortus. Quanto in hac parte multò nocentiores quàm fera, sumus? Hisce voluptatibus delinimentis, quæ sensuum germina sunt, vt carerent, quosdam sibi oculos eruisse, exploratissimum est. Alios in vastas solitudines coniecisse sese, ceu præstabilius foret cum feris immanitate insignibus conuiuere, quàm inter homines qui ferantur ratione præditi. Certè per quinque sensus, veluti per fenestras, ad animam vsque penetratur. Hæc desigunt humi (vt inquit Horatius) diuinæ particulam auræ. Nec enim capi mentis arx potest, nisi per hæc portarum obicibus perfractis, & prorsum sublatis cataractis, hostiles copiarum fuerint admittæ, agminatæque irruerint scelerum incertina, quibus celestis animæ fulgor retusus sordescat collutileturque. Si Circensibus, inquit Hieronymus, quispiam delectetur, si athletarum certamine, si histrionum mobilitate, si formis mulierum, splendore gemmarum, & id genus aliis, per oculorum fenestras animæ capta libertas est: & impletur illud propheticum, Mors intravit per fenestras vestras. Equidem sensus corporum rectè quis dixerit, equos sine freno currentes. Animam verò aurige modo currètiū frenâ retinere obnixius. Eximia est animæ exultatio, vbi multorum cura non anxie implicitus, paruo acquiescendum fueris arbitratus: mundum, potentiàmque eius omnem pedibus subieceris. Tolle epularum & libidinum



LECTIONVM ANTIQVARVM

Luxuriam, nemo diuitias quæret: quarum vsus aut in ventre
est, aut sub ventre.

*Sensum non esse idem cum intellectu. An Homerus ani-
mam putarit corpoream. Item an scierit esse pradi-
tam ratione. Spiritus & anima an differant.*

CAP.

XXII.

Prius verò quàm subtexatur reliqua operis instituti, non
fuerit (opinor) vacantis operæ perpendisse, quæ sint de
hac re veterem consulta, qui de natura conscribere aliquid
sint adorti. Siquidem magna pars statuisse videntur, sensum
esse cum animo & intellectu idem: nam ita cecinit Empedo-
cles, Consilium ad præsens homini, & sapientia constat. Vbi
Themistio exponente, libro De animâ tertio, ex Aristorelis
sententia, nihil videtur tribuisse supra sensum animo: quem
prout quæque res sensibus accidisset, variè atque inconstanter
impelleret. Sed & Homerus quum dicat, mentem omnibus
mutationes varietatèque abeuntis nos corporis sequi, vide-
tur naturam animi habuisse corpoream, eumque quasi idem
cum sensu putasse.

Talem animum planè mortalibus esse, necesse est,

In lucem primo qualem Deus extulit ortu.

Nam si sol & luna, spiritus ac corporis imperium habet, non
item ipsos necesse est, qui spiritu cõsurgimus ac corpore, per-
inde affici, vt afficiuntur luminaria: quod vel ab Aristotele cõ-
probatum scimus, vt à celestium rerum peritis astruitur: ve-
rùm spiritus rationem forsan Homerus non habuit, Plutar-
cho enarrante. Sed non esse idem intellectum & sensum, effi-
cacissimum id promptissimumque monstrarit argumētum,
quod quum animalia omnia sint sensibus prædita, solus homo
præter eos & mentem obtinet ac intelligentiam. Porro quis
non videret alias esse differentias rationalis potentia, alias sen-
suum? Item affectus & opera quis possit negare alia sensibus
iuncta, alia intellectui, & rationi tributa? Nam virtutes ani-
mi videntur hæc, recta opinio, sciëntia, prudentia: quæ certè ad
sensum pertinere nõ possunt. Item vitia animi sunt, falsa opi-
nio, inscitia, imprudentia: quæ profecto sensibus nemo vquam
tribuerit. Quod si vsquã distũ reperias, animalia nõnulla quæ
ratione careant, animum tamen & intellectum habere, scito
abusione[m] nominis in eo factam: nullum enim præter homi-
nem

LIBER II.

339

nem animal compos & particeps animi est. Cæterum nõnul-
la spectris & visionibus valent, quod genus phantasiã & ima-
ginationem appellant. Imaginatio autè quamuis sit præstan-
tior & nobilior sensu, lógè tamè inferior animo intellectuq;
est: vt pote quæ tanquam in consinio vtriusque sit posita. Ita
fit, vt ea vis sensum quidem sequatur, sed actionem animi an-
tecedat. Proinde visa, sensuque simul illata animo sunt, exci-
tant adtinguntque sibi commotionè illam quam *ἡ ψυχή* di-
cunt. Sed enim qui vberius nosse ista cupit, adeat eum cæseo,
vnde hæc pauca mutuati sumus. Adnotandum verò parte
hac, spiritum & animam esse in homine idem, etiam si aliud
indicet spiritus, aliud anima. Nam substãtia ratione spiritus
indicitur nomẽ, anima verò viuificationis vim complectitur.
Est vtique essentia eadem, cæterum diuersa sit proprietates. Spi-
ritus est, quia rationalis substãtia: verum vt est vita corporis,
anima. In quem sanè sensum illud venit euangelicum: Qui
perdiderit animam suam, saluam faciet eam. Dicitur tamen
mens item rationalis spiritus, vbi inest scintilla quædam ceu
animæ oculus, ad quæ imaginatio pertinet, ac Dei cognitio.
Animæ oculus mens est. Mentem certè Apostolus spiritum
vocaui, quum inquit, Renouamini spiritu mentis vestre: id
est mente. Spiritus quia etiam animæ vis intelligitur mente
inferior, vbi rerum corporalium exprimuntur similitudines:
nec spiritus ipse corpus est, sed corpori similis. Quæ enim spi-
ritu videntur, corporalia non sunt, sed corporibus similia. Fa-
cies nãque hominis & nobis forinsecus nota est, & in memo-
ria nostra imaginem habet, incorporalem vtique, sed corpo-
ri assimilem. Ille spiritus, inquit Augustinus, ad imaginem
Dei ac similitudinẽ dicitur factus, cui veritatis cognitio in-
est, & virtutis amor. Siquidem in cognitione imago est, at in
dilectione similitudo: imago, quia rationalis: similitudo, quia
spiritalis. Sed illud amplius animaduersione dignum, ab Plu-
tarcho probari, primùm ab Homero animam credi immor-
talem: sicuti vbi ait,

ἡ ψυχή ἀθάνατος ἢ φεύγει, ἀλλ' ἄρα δὲ μένει.

Euolaus autem è membris anima inferos petiit. Porro non
aliud esse hominem, quàm ipsam animam, quod & à Plato-
nicis exceptum est. Corpus item esse animæ carcerem, quod
philosophi statuunt: proindeque corpus viuens ab eo semper
dici *ἄνθρωπος*, quia sit animæ vinculum, quod *ἄρσεν* vocant



136
mortuum verò, ab anima sequestratum, *σῶμα*, quod veluti sepulchrū relinquitur. Nusquā verò in poemate Homericò animā dici corpus. Quin & distributionē Platonicā, quā is philosophus rationē capiti attribuit, irā cordi, concupiscentiam iecori, ex versibus Homeri comprobatur: nam ubi secū Achilē discipat, vlcisci ne præstet, an iram sedare: ostentans sese illi Minerua non aliud innuerit, quā prudentiæ lumen. Sed nos iam animæ apicem contingamus. Quia tamen liber hic iam extumuisse ac ingrauidisse videtur satis, quæ supersunt haud parum multa, vt lector, ceu interiuncto reffectus itinere, hilarius reliqua perfequatur, in sequens regerentur volumē.

LODOVICI CAELII RHODIGI

ni in librum Antiquarum lectionum tertium

Præfatio ad reuerendum in CHRISTO patrem D. Ioannem Mariam Mattarellum Rhodiginum ac episcopū Casensem religiosissimum.

Hic tiam si vniuersim prodeuntibus hisce nostris libellis artium bonarum studiosos compellare, non ab instituti operis genio, quicumque sit ū, dissentaneum censui: nihil secius si in partibus laboris mei inimica nobis iunctos benevolentia consalutauero, & quantum valemus vindicias secundum immortalitatem pronunciauerimus, absonum (opinor) vel quod Græci dicunt ἀποδόκιμον, fecero nihil: quando in turbam coniectos se, queri non poterunt, & nil à me suspensum amicitie, vel inimicus iudex ne suspicionis quidem indicium est habiturus vllum. Et ipse porro pleniore obsequio nostris rebus fauente vilebor promeritus. Quoniam verò sequens libellus quod & prius est factum, optimi maximi Dei opus admiratur innarrabile: tu verò Ioannes Maria reuerende antistes tum lucetum moribus principi illi naturæ propior es factus, duce (quod aiunt) virtute, comite autem, non fortuna, quæ prophanis modo vtranque paginam facit, sed ipsa illa sacerdotali luce, quæ fulgurat vibratius sanctorum mentes, dum labia eorum custodiunt sciantiam, & in supercilio montium excitatam ciuitatem sciunt nō posse latere: inde occurrit mihi secundus: quem ad sudoris nostri partes adueniētem, in quibus eminentissimi agentis immensa in nos exequimur munera

nera: nec id, quia teretes aures tuas, excussimq; iudicium fugiant hec, qui multiplici sapientia præcellis, Canonum quoque decretis cumulatissime imbutus: sed vt institutis tuis, & integratissimè munuscula proferremus peraccommoda, ne fieret illud ex trinitio, *ἢ πᾶν ἄλλο*. Expresit hoc præterea nobis, vt sanguinis coniunctionem præteream, & communes lares, cōmunis item patriæ ratio: quæ bene sentientes, honestiq; præcipuè initiatos literarum sacrū ita peruenit, quodamq; velut ferrumine coaptat componitq; vt non magno opere nexum comperias arctiorem. Tuis ergo auspiciis publicum indispicetur sequens liber, cui tu sanctū precibus progressus concipias faustos, velim. Rimabimur autem philosophorum sacraria, verum sic, vt Latine loquamur, ne thesauros à me quisquilijs intelligi putes: quando, vt nunc est, sapientiæ studium Silenij simillimum dixeris, quorum imazuncula hispido fere visuntur ore, ac ingrato prorsum, intus contacta diuiniore forma, suo, id est incomparabili ornatu splendida: nobis verò in tam lato eruditorum prouentu fuerit turpissimum ista reticere. Nam Philoctetes turpe sibi duxit, tacere cum barbaris. Et hunc Aristoteles imitatus, Isocratem pati dicere.

i s



138
L O D O V I C I
C A E L I I R H O D I G I
N I L E C T I O N V M A N T I
Q V A R V M L I B E R V N V S ,

QVI TERTIVS.

*Intellectus agens & possibilis: illum dici à Platonicè
mentem: hunc verò rationem. Mens cur dicitur.
Scanfili ad Deum ratio, ex Theologumenon libri.*

C A P . I .

QVAEDAM sunt, inquit Augustinus in libro
De spiritu & anima, supra intellectum huma-
num, quædam iuxta, quædam infra: siquidem
cognoscit Deum anima supra se, angelos iuxta
se, at verò se in se: quicquid cæli continetur
ambitu, infra se. Igitur ad ea percipiendâ quæ sunt supra ipsam,
indigere videtur omnino anima irradiatione ab ipsa luce ve-
ritatis primæ, quæ dicitur mens vel intelligentia, quam pro-
dit Augustinus idem, nulla interposita natura, formari ab
ipsa veritate. Proinde respectu veritatis summæ, & eorum re-
spectu intelligibilium quæ humanum excedit intellectum,
est intellectus agens Deus, & huiusmodi illuminatio est gra-
tiæ infusio ad diuina contemplanda. Ad ea verò pernoſcenda
quæ prope nos sunt, vt sunt angelicæ essentiæ, indiget item a-
nima reuelatione angelica, siue instructione: qua in re dicitur
item angelus, intellectus agens. Ad eorum verò percep-
tionem quæ intra animam sunt, vt est ipsa anima, & poten-
tiæ ipsius, habitus, scientiæ ac virtutes, non indiget anima lu-
mine extimo, sed innato: & propterea Augustinus ait, animam
cognosci ab se in se, quia cognoscit se esse, sentire, scire ali-
quid. Idem astruitur de perceptione eorum quæ infra nos
constituta deprehenduntur, ad hoc enim lumen intimam
sufficere, hoc est intellectum agentem, vim animæ supræ
miam

nam, cuius operatio est (vt inquit Auicenna) illuminare, siue
intelligentiæ lumen diffundere super formas sensibiles in
imaginatione existentes: rursumque illuminando abstrahere
à materia, & abstractas copulare seu ordinare in intellectu
possibili. Proinde quando dicimus, intellectum possibilem
ab agente formari, non intelligimus quod doctissimis place-
re video, accipere formas, sed illo præsentem, formis suis effica-
cius vti & copulatus. Id exemplo patere quadatenus potest.
Sunt qui chartæ inscribant literas succo cepe, sed hæc nõ per-
cipiuntur, nisi caleſcat charta. Eiusmodi habet rerum formas,
qui dicitur possibilis intellectus, quæ in cõspectum veniunt,
ignis diuini præsentia, sicut & colores lumine solis. Intelle-
ctus noster non est in potentia ad hoc, vt fiat intellectus atque
intelligibilia, sed ad vltimam intelligentiæ intelligibilitum-
que perfectionem. Sciendũ verò obiter, quam in anima Plato-
nici rationem dicunt, Peripateticos vocare intellectum possi-
bilem: quam verò illi mentem dicunt, hos intellectum agen-
tem nomine. Scribit Auicenna, quadriſariã dici possibilem
intellectum. Nam dicitur primò, vt habens possibilitatẽ tan-
tum, vt sit veluti potentia materialis ad similitudinẽ materiæ
primæ, quæ ex se formam habet nullã, sed est omnium forma-
rum subiectum. Deinde est intellectus dispositus, qui est, vbi
quis iam in intellectu principia continet, hoc est propositiones,
quas credere contingit, quæ non aliunde, sed per se notæ
sunt, vt quum proponitur esse torum sua parte maius. Postea
est intellectus perfectus, qui iam conclusiones tenet eorũ, quæ
sequuntur ad principia, actu tamen ad eorum non cõuertitur
speculationem. Postremò dicitur in actu intellectus, quum
iam actu speculatur. Primus vocatur materialis intellectus,
secundus in habitu, tertius adeptus, quartus, accommodatus.
Esse verò intellectum agentem eisdẽ ferme rationibus Auicenna
probat, ac diuus Thomas in Theologiæ cõpendio. In
potentiis, inquit Thomas, sensitiuis formæ rerũ sunt particu-
lares, verũ non sunt actu intelligibiles, sed potentia tantum.
Intellectus enim nõ nisi vniuersalia intelligit. Quòd verò in
potentia est, non reducitur in actũ, nisi ab aliquo agente. Esse
igitur aliquod oportet agens, à quo species in potentiis sensi-
tiuis existentes fiant intelligibiles actu. Hoc autẽ intellectus
possibilis facere nequit, ideo necessarius est intellectus agens,
qui species intelligibiles in potentia, faciat intelligibiles
actu



actur: sicuti lumen facit colores potentia visibiles, esse actu visibiles. Sunt qui apud Theophrastum, Iamblichum & Plutarchum authoribus, intellectum possibilem esse nobis duplicem interpretentur: quorum alter, & idem primus semper in actu, dum semetipsum intelligit, sequentia sub se cuncta cognoscit. Alter secundus transiens de potentia in actum, est ratio. Quum dicitur tabula nuda ab pictura omni & literis vacua, intelligendum secundum quandam proportionem putant: non enim ita dicitur, quasi intellectus nullo modo species habeat, sed quia intelligibilia que in eo collocantur, intelligibilia quidem sunt, sed ita, ut sint a separatis intelligibilibus illustrata, ut sincere profus intelligibilia sint, propterea coloribus comparantur. Theophrastus absurdum putat, materialem intellectui naturam huic dare, atque arbitrari materiae modo nihil esse in actu, sed potentia omnia. De intellectu agente sic item reperio, esse intelligibile lumen veritatis primae nobis per naturam impressum, semper agens, sicuti lux semper irradiat: proinde est illud in Psalmo propheticum: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ceterum parte hac comonitos legentes velim, sicuti pugnantia videor proderi, mirandum haud ita esse, quando ex diuersis racematio fit, & Platonicos confectamur parte plurima, sed & in aliis diuersitas ad suos regerenda auctores est, ne quis agrestis, ac indomitus certator protinus calumniam intendat. Illud quidem ex Christianis promittit fontibus, dici ab Mene mentem. Est autem Greco sermone luna, mene. Quam crescere modo perspicuum fit, modo deficere, ac varia commutari visitationis vicissitudine. In id tamen denique, quod fuit, nonitate quadam perfecta, velut postliminio redire. Ratione consimili humana mens nunc summis caput inserit, nunc ad ima relabitur, quandoque in sese collecta veris falsa reluit, & corporeis interim intendit administrandis, saepe aeternas perpendit rationes ac speculatur. Sunt qui dici mentem coniectent, quod in anima praecellat & emineat, quia sit anima vis praestantior, a qua exoritur intelligentia. Certè rationale lumen ac intellectualem, quo ratiocinamur, intelligimus, sapimus, mentem nuncupamus. Quod si scasilis motu summa petere conitaris, primum ingerit se sensus, imaginatio mox, inde ratio, intellectusque ac intelligentia. In apice vero surrecta stat sapientia. Siquidem summa est sapientia Deus. Hominis sapientia pietas est, qui Dei

Dei cultus intelligitur. Sensum autem dicimus, animam vim corporearum rerum corporeas excipientem formas praesentes. Sicut imaginatio absentes versat, ex sensu propagata, proque eius varietate, diuersa ipsa quoque. Ratio vis animae dicitur, rerum naturas corporearum, formas item, differentias, propria perpendens accidentia, incorporea quidem omnia, non extra corpora tamen, in ratione subsistentia. Intellectus inuisibilia percipit, velut angelos, daemones, animas. Intelligentia Deo subiicitur immediate, potentia animae & ipsa, tumnum verum & in commutabile expendens speculatione eminentissima. Quicquid percipit sensus, repraesentat imaginatio, cogitatio format, ingenium inuestigat, iudicat ratio, memoria seruat, separat intellectus, intelligentia comprehendit, ad contemplationem prouocans.

Auerrois de intellectu agente sententia. Quid Auerroem quandoque in Aristotele interpretando fefellerit. Quam esse opinentur eruditores Aristotelis in ea re sententiam. CAP. II.

Auerrois eximius Aristotelis interpretes mentem hanc humanam, siue Aristotelico more agentem collibeat intellectum nuncupare, aeternam putat tam ex parte anteriore, quam posteriore. Esse quoque mentium infimam omnium, & unicam. Nam sicuti caelestes globi singuli singulas habere mentes videntur, ita & orbis hic inferior vnam, ut ipse vult, habet, quae non huius hominis sit, vel illius: sed humanae speciei mens sit, & dicatur, ut speciei unice unicus sit intellectus in hoc orbe inferiori, ut plerique intelligunt, vbi que totus. Compingi siquidem putat hominem ex corpore & sensu anima, nam intellectum acludit prorsum, Arbitratur tamen inter sensuvas animas quiddam habere excellentius, distansque a brutis plurimum hominis animam. Porro hominum quonque propria pollere anima, sed mortali. Cuius praestantior facultas vis nuncupetur cogitatrix, siue (ut dicitur Graecis) phantasia. Inesse item concipit brutinis animis existimatricem potentiam quandam, qua duce vtilia sibi, & diuersa confestim naturae instinctu dispiciant & appetant vel auerentur. Differre ab humana, quia non naturae sequamur ductum, sed ratione indagemus, consultemus, exsequamur. Ita tamen, ut vniuersalibus sequentis, partibus tantum affligamur inhaeremusque. Proinde rationem



142 LECTIIONVM ANTIQVARVM

tionem nuncupat particularem intellectum verò rationem
vniuersalem. Et in cerebri medullio particularis eiusmodi
rationis sedem struit, imaginatione constituta proximè,
postmodum memoria. Nam sensum arbitratur cõmunem, qui
sensuum quinque operationes aduocet in sese, principem lo-
cum sibi vendicare, mox vt subsequatur imaginatio, earum cu-
stos imaginum, quæ in communem sensum coierant. Tertius
facultati destinatur cogitatrix locus, quæ diiudicet in imagi-
natione composita. Postremò est memoria thesaurus, quæ pro-
feruntur, iudiciorum. Cogitatrix igitur vis menti in primis
proxima est, adeò vt mens illi adsit vbi, & intelligentiam suã
per eius expleat adminiculum, dum simulacra rerum in cogi-
tatrice virtute lucentia mentè ad intelligendũ moueat. Occa-
sionem præbet homo intellectui ad speculandum, vt coloratũ
lumen oculo ad videndum. Intellectio nullatenus in homine
est, sed in mète sola, quam cogitatio nostra pulset. Cogitatrix
anima vnitur puero statim, at multò post mens, quum simula-
era in cogitatione adeò sunt pura, vt intellectum moueant.
Hæc magni interpretis placita, quæ suis nituntur rationibus,
apud philosophos latius expositis. Mihi illas apponere, &
acrius cõfektari, nõ est visum. Illud modo dixisse, satis superq;
fuerit: omnia quæ de mente sensit Auerrois explodi, vt falsa,
ab sciētissimis viris, longè ab CHRISTO seiunctis, ne dum
ab Christianis patribus posse probari putes. Cur autem Com-
mētator tam sæpè ab Aristotelis sui sententiã videatur deuius,
inde factum volunt, quod is in Hispania natus, & Arabũ idio-
mate imbutus, quum Græcæ literaturæ ne apices quidè im-
bibisset, Aristotelis libros in barbarum sonum non tralata-
ret, in iis quæ altioris sunt scientiæ, & interioris sensus, autho-
rem eminentissimum studio breuitatis ita sæpè concisum, vt
sensuum acumina sudentes philosophos distineant diu mul-
tũque, minus minusque cõsequi valuit. Quod ita esse, com-
probat Plethon, & inde argumentũ euidens, quod Græca Ari-
stotelis verba interpretem quandoque confodiunt. A uxor ve-
rò est idem Plethon, apud Aristotelem animos humanos esse
multos, & quidè sempiternos, quanquam Alexander scribat,
mortales esse animos, ab Aristotele iudicatũ. Sed ipse in Na-
turalium quæstionũ libro, si tamen in familiã recipitur, ani-
mam esse fatetur immortalẽ, in corpus tamè mortale cõtra-
sam

LIBER III.

143

fam mortalis speciem præbere. Sed & alibi caelestes, diuinõs,
quæ hominum animos vocat. Themistius item putat, mentè
quidem agentẽ vnicam: capacem verò multiplicem ab eo cre-
di, & perpetuam vtranque. Sunt ex eruditis, qui ab Aristotele
animorum immortalitatem in libris De anima, nõ poni qui-
dem, quod facere Platonem, cauillantur, sed velut per acci-
dens demonstrari. Nanque immortalẽ esse animam, si à cor-
pore valeat seiungi. Separari cõprobat planè, si operatio inest,
à corpore disparata. Intelligendi actum organum haud exi-
gere, opinatur. Quoniã organicæ virtutis suum est tum rerũ
magnitudine, tum etiam numero lassescere. Quod in intel-
lectu eontrã omnino firmitatem eminentissimũ quòdque vt in-
tentiissimè speculatur, ita roboratur maximè, vegetiusque co-
oritur ac erectius. Vegetatice sanè animã, & sensilẽ mortale
ab eodem tradi, cõfirmant, vt pote quæ de potentia materiæ
prodeant. Addunt illud quoque, intellectiuam animam esse,
sensilis formam, vegetatice verò hanc. Vbi autem ait Aristo-
teles, intellectum forinsecus aduenire, exponunt, id est non
de potentia materiæ.

*Humanae speciei laus exquisita ab ingenij, memoria, va-
ticiniorũ, locutionis potestate. Anima esse Dei ciui-
tatẽ, Christi sponsam, Spiritus sancti tẽplũ. Interim
cur homines dicantur Alpheste.* CAP. III.

Sed nos denique ab hisce rerum difficultatibus, forsan ob-
scurioribus quàm vt facile percipi ab mediocriter erudi-
tis valeant, quibus nos ista euigilamus, reuulsi in ea diuertimus
vireta, vbi inenarrabili varietate floribus passim nitescen-
tibus: coronã enta nobis cõpingamus, quæ nõ ornent mo-
do, sed halitu fragrantius, & succulentia quodãmodo alãt,
impleantque ratione mira: & sentiatur tamen in iis austerior
quædam suauitas, non dulcis, neque decocta. Scitum est illud
M. Tullij, Voluptatibus maximis fastidium esse finitimum.
Porro vnguentis minus diu nos duci, summa & acerrima sua
uitate conditis, quàm his moderatis: & magis laudari quod
cæram, quàm quod crocum olere videatur. Sed enim quid
hic primum mirer? quidve postremum? Ingens hic inuitat lo-
cus, libeat modo vagari, verum cum delectu rerum modum
er uabimus, ne inopia ieiuni aridive simus, aut vbertate
nimia



44 LECTIIONVM ANTIQVAVVM

nia luxuriantes onerosi ad molestiã vsque legentibus no-
stra hæc qualiacunque, protinus euadamus. Quanquã non me-
later, Fabio astipulante, esse facile vbertatis remediũ. Igitur
in hominis contemplatione occurrit admiratio prima boni-
tatis diuinæ, quæ munera præcipue quatuor tanta est beni-
gnitate dilargita, vt nil ei magnopere carius, nil fuisse pen-
sius videatur. Primum est, ingenij aptitudo mira, cuius vi pri-
mo quoque tẽpore numerosissimam rerum seriem percipe-
re valeamus. Mox & memoria, quam verissimẽ authores ce-
leberri mi thesaurum quendam rerum arbitrantur. Nõ deest
in plerisque itẽ fatidicus spiritus, & quæ Deum modo deceat,
futurorum perspicax inspectio. Addita postremò loquẽdi po-
testas inter cũcta summẽ mirabilis, & flexanima, vt Enniano
interim verbo vtamur, atque omnium regina rerum oratio,
quæ non currentem modo succedere, sed & languẽtem pos-
sit cõmouere. Equidem ita statuo, esse in humanis rebus am-
plum abundẽ, si quis suppetente omnium quibus contingit
indigere plurimis, copia, doctrinarum sibi vendicet gra-
dum aliquem. id quod veteres sapientes fecisse, vt compara-
tis necessariis cõperint philosophari, tradenti Aristoteli cre-
dimus. Quod si externis destitutus omnibus, nihilominus
quis ad procinctum tendat: quo tandem ingenio esse virum
eiusmodi censueris? Quid si mancus corpore? quid si cecus?
Mirum fortẽ videatur hoc, aut impossibile potius. Atqui
esse verius vero, non coniectura ducimur, sed impellimur
exemplis. Homerum vatem clarissimum eò prouectum au-
thoritatis nouimus, vt etiam literarum parens & doctrina-
rum fons à celeberrimis pronuntietur authoribus. Oculis ta-
men captum Græca tradit historia, vel nominis argumento.
Quin & summa omnium inopia pressum, lustrasse insulas
& vrbes, corrogantem hinc inde fomenta vitæ. Quis oble-
ro in mendicabulo id genus eam scientiæ magnitudinẽ ex-
pectasset, quam in carminibus eius expendimus? Eam por-
rò dicendi facilitatẽ & in affectatã Venerem: sed quã vix vlla
consequi valeat affectatio? Nonne Alexandrinũ Didymũ scri-
bit Hieronymus, ab ineunte ætate excacatũ, scientiarũ adyta
secreiora tentasse præcello animo, & cõsecutum felicissimẽ?
Sed quod mirari satis nõ est, geometrica theoremata excellẽ-
tẽ etiã tenuisse? Mortalis naturæ germina nõ sunt hæc, cele-
stem redolẽt maiestatiẽ, vnde sese propagatã rationalis natu-
ra

LIBER III.

145

ra plurimis ostentat indicia: nam & idem eminentissimus
vates Homerus homines significanter ἀνθρώπων nuncupat, id
est indaginis multæ, ac inuentionis. Quo argumẽto traditũ
Varroni scimus, artes intra mille annos cõpertas, absolutã-
que. Quod si futurorum præcentionem latius hic exsequi li-
beat, pergãque non Aegyptiorum aut Chaldæorũ præcita
plerunquẽ stupenda recensere, verũ propheticum potius
affiatum, & augustiores animas, in ipso diuinitatis sinu pla-
nẽ diuersantes, vehemẽter sum veritus, ne tanta quis maiesta-
tis amplitudine attonitus, nõ humanã animã, sed Deũ ipsum
puter humano in corpore hospitantẽ. arcana explicare obscu-
ritatis immẽsa, quæ liceat homini nec scire, nec eloqui. Ex-
pende apostoli Ioannis raptũ ad Trinitatis intima, & recum-
bens caput in saluatoris CHRISTI pectus. è cuius nutu sus-
pena est vniuersa rerũ moles. Expende seculorum ordinem,
& caliginosa futurorum inuolucra vnus hominis patefacta
mẽi: quam ibi maiestatiẽ concipies animo? Quid illa verbo-
rum facundia, quæ tanta facilitate motus animi promit o-
mnes lingua interprete? Et hoc quidẽ seu τὸν ἐν διαβόλῳ λόγον
perpendas, seu τὸν ἐν παραφρασί: vtrobique enim in animo & la-
bis enitescit humana laus. Quid huic adnexa scribendi ra-
tio diuina? Quænam eloquentiẽ fulmina? quod aureũ Xeno-
phontis flumen? quæ Ciceronis copia, Romani eloqui ar-
eminẽtissima, pro dignitate adæquare magnitudinẽ quæant?
Homini laus hæc peculiaris est, atque imò diuina. Siquidem
bruta corporei motus varietate, etiã si maximẽ varia, nunquã
emolumentũ eiusmodi ne minima quidem parte cõsequan-
tur, etiã si vel Proteo celerius se agiliũque trãformet. Porrò
latrent licet, infremant, rugiant, sibilent, infrendãt, hinniãt,
quouis modo truculentũ elidant barritum: vna vox hominis
clemens, sedata, mitis explicat clarius, promit pleniũs, alit
vberius, placat, excitat, impellit, euertit, retinet, furrigit.
Omnia denique perficit, quæ diuinus animus, tanquã inter-
preti diuino, linguæ plectris mãdarit exponenda. Memoria
vastam (vt sic dixerim) capacitatem, & supelletilis omni au-
ro promiciãtoris conditorium, non quidẽ ossuariũ, sed diui-
num, quo velut ex breuiculo, nil non auditum integrẽ pro-
nunciatur, consultò prætermittimus, quoniam ei rei latior
destinatus est campus. Iam illa memoratu iucundiora, quæ
promit Aurelius Augustinus: Anima, inquit, Dei ciuitas est.



146 LECTIIONVM ANTIQVARVM

que gloriosius prædicatur ad imaginē & similitudinē Dei facta. Ciuitas hæc Hierusalem nuncupanda merito, quoniā ad summā pacis fruitionem creata. Huius mens paradysus dici valet: in qua quum cælestia meditatur, agit planē in deliciarū horto. Domus item summi patrisfamilias anima est, per mortū vnitate: sponsa CHRISTI, per dilectionē: spiritus vero sancti templum, sanctificationis intuitu. Ciuitas, inquam, æterni regis, concordia ciuiū, ac pacis ratione. Sed vbi nam ciues? nempe naturales ac ingeniū vigores animæ. Quorum distinguuntur gradus: sunt enim supremi quidā, infimi alij, mediana tenentibus quibusdam. In fastigio collocatos veneramus intellectuales sensus: in medietate rationales complectimur: in imo animales nō negligimus. Appetunt hi sensibilia, rationales discernunt & aspernantur: ad diuina seuocant intellectuales surriguntque, velut consiliarij censentur hi, ac seniores: militum vim obtinentibus qui rationi obsequuntur, quoniā obrepentes hostes allectatione sensibili reprimunt, corpori necessaria, velut rustici, ac opifices, suggerunt animales. *Inesse animis humanis scientiarum thesaurus latens iuxta Platonem. Cur Musæ, Tonis & Memoria dicantur filie. Quomodo ab quibusdam reuatur Platonis opinio.*

CAP. IIII.

Illud verò quā amplum, quāque in nobis magnificentum est: quod Plato insinuandum censuit, inesse mortalium animis vniuersis scientiarū veluti seminarium quoddam & planē thesauros, qui mirabiles cōcitant amores sui? Experi mēto id in se ipso quisque cōdiscit, modo intendat: nam sicubi reconditum quippiam venamur anxie, postea quā abiunctis ad tempus sensuum, & phantasia molestis obicibus, mentis interiora, velut secretius quoddam penetramus adytum, inibique ratiocinamur subtilius, rima mirumque amplius, confestim tanquam obducta reuelamus lucē, effulgerēque protinus quod venabamur aduertimus. Propterea sic canit Pythagoras:

Αλλὰ οὐ βίβρα, ἐπὶ βίβρα γὰρ ἔστι βροῦτος,
οἷ ἰστὴ παρρησια γόνι δ'ἀνθρώπων ἄνερα.

Quibus sanē scientissimi author, homini concipiendā scribit fiduciā, quod sit nobis diuinū genus, & augustior natura promat in lucē, mōstrētque omnia. Porro animus noster, si scholas frequētamus exhibemūsq; nos cōformandos deco-

quem

LIBER III. 147

quendōsq; nō nunquā dum dicitur formator, necdum missa voce, cōcipit mox enūtianda, præfagitque. Sæpē verò que imberit discēdo, recoquit, resingitque, multōque præstat meliora. Quinimō parit ex se, præceptore nullo, tanquā scientiarum seminibus quibusdā præfecundus, vt ager, fruges parturians. Proinde colligi potest, docentē non tam videri præceptorē, quā ministrū. Proptereaque in libro De scientia Socrates apud Platonē se obstetricis astruit filiū, nec eo cōtentus obstetrici quoque persimilē se esse ait, vt qui adolescentibus erudiēdis nō tam scientiā induceret, quā educeret: sicut illa fortū non vtiq; concipit, sed conceptū iam euocat. Quis oculis insinuauit visum, vel aures ita instruxit, vt audire scient? Oculis certē visum nō præstat medicus, sed vel superinfusas discutit caligines, vel in obiectum dirigit. Cōsimiliter discen- tium animis nō infundit scientiā doctor, sed obductū terrena caligine detergit litum, aut semitā monstrat. Sicuti canibus venatoria inest vis, leonibus elephātisque robur, itēque ad pernicitatē equis innatā inspiciamus virtutem: ita & humanis animis scientiarū lux ingenita est, paulūmodo obnubilata & fuscior. Cui si illustrator opportunē adhibeatur, emicat inde claritas nitidissima: velut animalū vis non sæpē se promit, nisi exercēdo intēderis, & sopore ac veterno (vt sic dicā) excusso, actū induxeris peruigilē. Quod ipsum ferē vsu venire in præceptore ac discipulo, locupletissimus testis sese ingerit in lib. De republica septimo doctissim⁹ Plato. Sed & in libro De sapientia, Socrates inquit Theagi: Nemo vnquā a me didicit quequam, etiam si mea consuetudine multi euaserint doctiores, mē rōm exhortante, tum bono dæmone inspirante. Sed cur nam Orpheus Musas esse dicit Iouē genitas, ac Memoria? Opinor, quoniā ab origine scientiarum intitus est nobis ab omnium patre, sed non satis proficiens, nisi quis corruārit. Quin & Memoriam pōeta idem continere mentem scribit, excitareque omnia finuos (vt ita dicam) animi anfractibus delitescencia, illatēbratāque. Postremo apud Platonem in Timæo traditum, scimus: Species rerum, & artium regulas mentibus nostris prodeuntibus inditas, non secus ac angelica mens credatur insignita. Sed ista fuerint philosophorum maximi decreta, ne omnino sim alieni periculi succidaneus. Nos & hic & alibi id demum volumus ratum, cui calculum Christiana adiecerit



LECTIONVM ANTIQVARVM

veritas: vt abundè norint omnes, nobis in procinctu esse cuncta, vti araneæ suū linquamus venenū. Scimus ab summis traditum viris, positionē huiusmodi parum cōgruere: ac primò quidem, quia si adsit animæ naturalis, & insita rerum notitia omnium, fieri posse haud videtur, tãtam omninò obrepere obliuionē, vt nesciat prorsum huiusmodi se scientiã tenere. Nam quæ naturæ vi insunt, obliuiscitur nemo, sicuti esse maius sua parte omne totū. Porrò si naturalis cōceditur animæ ac corporis nexus, quo nã fiat modo, vt ab naturæ vi tantum sese proinat impedimenti? Deinde an nõ aduertimus, sensu deficiēte rerū quoque scientiã perire, quas illo percipias sensu? Quippe ab natura cæcus colorū notionē haud assequitur prorsum ullam. Quod nõ fieret vtique, si naturali essent vi insitæ nobis intelligibiliū rationes omnium. Quòd si in homiliis Ascensionis ait Gregorius, Hominē habere cum angelis intelligentiam cōmunem, qui per insitas formas naturali potestate no-
formis plena est: sciendum, angeli intellectū eo supereminere, quia per intelligibiliū species perfectus est naturæ suæ vi. At humanus intellectus ad hoc genus species in potentia est. Interrogatio autem concinna ex principiis progreditur communibus per se notis ad propria. Per eiusmodi verò progressum in animã discens inducitur scientia. Proinde vbi iterum rectè interroganti respondetur, non ideo fit, quia nouerit ea prius, sed quoniam noua condiscit: certior enim fit de posterioribus per priora.

Hominem vnum nescire imperium pati. Item affectare, vt sit Deus. Qui conquiesuerint honores diuinos. Quid itē humana species credatur tum solaris, tum Mercurialis M. Antonij historia, item Caligulae, ac Magni Pompeij, Spudarchæ qui. CAP. V.

HActenus quidem multiplici rerum dignitate ab optimo maximo Deo exultam vidēri rationalem naturam, pro ingenij captu (ni fallor) monstrauimus. Caterum supersuntne alia? Imò verò nec erit finis, si omnia libeat amplecti. Nunc illud praterisse nequeo, inter animantes existas vnum esse hominem, qui seruitutis malum pati nequeat. Exemplis certè cognitissimum, & in se quilibet experitur: enititur siquid

LIBER III.

149

siquidem etiam in apinis tricisque omnino exsuperare, succumbere, vel ludendo putamus ignominiosum, vincere autem speciosum imprimis, & naturæ consentaneū, quæ sublimior augustiorque videatur, quàm vt iugū subeat, digniorque quàm in rerum fastigio statuas. Celebertimum est Agrippinæ disterium, Nam caelestium rerū scientia quū pronuntia-
ret quidam, fore vt imperaret quidem Nero, sed & matrem perimeret, velut amens intonuit altiùs, ἀποψεύδαται, μόνον βασιλεύσει: interimat, inquit, regnet modo. Sed inspice, obsecro, animi altitudinem & maiestatem, quam satis demirari nequeas. Cōparet aliquis mundi vnuerſi imperiū: vmbriaticos enim prætereo quæstus ac sellularios, ac quieturum ne illum putas? minimè. Si mundum esset alterū perceperit, cōfestim & illū subiicere sibi affectabit amplius, aliàs æstuat infelix angusto in limite mundi, vt Gyrae clausus scopulis, paruaque Seripho. Hinc illa prorupit mox immensa auditas, & nimirū sese attollere gestiēs magnitudo, vesana illa quidem, verum ex magnifico profluēs fonte, vt plerique diuinos etiã honores sibi arrogare sint adorti: quoniam Dei tantum sit, omnia sibi subiecta despiciere. Quo nomine ridendus quidem Empedocles, ridendus & Alexander, nobis præsertim c h r i s t i doctrina imbutis, nõ tamen eatenus quàm quibusdam videtur. Omnes nimirum idem affectamus, sed tacitè. Si ex voto rem cessuram opinaremur, velis remisque arriperemus omnes, quod minus exploratè in illis vellicamus. Alexandrū scribit in historiis Ioannes Monachus, quum iaceret conclamatus planè, voluisse clàm in Euphratem se demergere, vt opinionem post se relinqueret, ceu morbo non foret absumptus, sed integer ad Deos abiisset. Græcorum commētariis proditum, nouit eruditissimus quisque, fuisse in Libya vitam nomine Psaphonem, qui nimio plus naturæ bonis instructus, quum intra caterorum pelliculam se haudquam posset comprimere, insita animi magnificentia latius sese expandente, consilio admodum ingenioso & vasto diuinitatis opinionem adfiscere sibi adortus est, captisque auentis quæ ad humanum sermonem pernoscentur dociles, subinde illas artifice consilio instruere cœpit, vt articulare prorsum enuntiarent, μὲντοι θεὸς ψάφον, magnus est Deus Psaphon. Quæ vbi dictatam fabulam expedire perdidicisse sunt visæ, emisit eas Psaphon. Illæ verò passim, vt assolent,



LECTIONVM ANTIQVAVRM

cantillantes eandem repetebant. Quod audientes incolę p̄-
tantisque fieri diuinitus, vt qui commenti forent nescij. Pla-
phonem vt Deum sunt venerati. Antiochum Syrię regē scri-
bit Eusebius, esse vocatum *deu*, id est Deum. Cāiū principem
inter Deos à semetipso relatum quis non nonit? qui & Iouis
maximi nomine statuas erigi sibi imperarē? Diocletianum
sunt qui tradant primū se vt Deum adorari iussisse, quā gem-
mas vestibus & calciamentis inseruisset, quanquā ante illum
imperatores omnes salutari vt iudices cōsueuissent, & ebla-
myde tantum purpurea ab priuatis distarent. Sed id vtiq̄
mirabilis, eundem hinc Dioclerianum apud Salonas in pro-
prio velle palatio, statu priuato morientē, mox in Deū esse re-
latum, quod vni tantū contigisse putant chronographi. Haud
hinc porro dissiū & illud quod in trium viratu M. Antonij
quam Athenis debaccharetur, Dionysū se dici voluit: quam
rem non neglexit Dion, quin super theatrū schediā susstruxit
vt scribit Athenęus, virenti ornatam materia, quod Bacchicis
fieri atris affuevit, ac tympanis, nebridibusque, & Dyonitias
cis id genus ludicris alijs propendentibus, ab matutino cum
amicis ad ebrietatē vsque decubuisse, spectātibus Gręcis om-
nibus. Perrexit & in Acropolim ad faces, *ἑκατόμβη* τῶν
ἐπιπέτρων. Plura itē de hoc primo Suasoriarū Seneca. Addit Athe-
nęus, Caligulā dici voluisse Dionysium, sed iuniore, ac Diony-
siace indutū iura etiā reddidisse. Ex iis cōiectat eruditi, Arabes
astrologos humanę speciei proprietatē esse solare prodidisse,
ob veritatis & glorię studiū, tum etiā ob staturā erectam pul-
chrāmque. Quin ex humorū item subtilitate ac claritate spi-
ritus, & imaginationis præstanti perspicuitate. Sed addunt de
Mercurialē proprietatē, ob strenuū versatilis ingenij motū.
Miratur tamen historicus Dion, tantam superfuisse magno
Pompeio animi claritatem, vt à bello rediens Mithridate
co, quum magnis constipatus exercitibus, & facile Italiā
obtinere, & imperium sibi Romanę vrbs posset vendi-
care noluerit: sed *ἀντιπαύει* nil super ea re populo de-
cernente, vel lenatu, Brundisium appulsus milites dimisit.
Quod, inquit, eius factum *ἀντιπαύει* *ἡγεῖ* *νείκεος* *ἔργου* *καὶ* *τῆς* *ἀρετῆς*.
Dignum scitū, Spudarchas dici à Gręcis, qui anxie dignita-
tes affectant, & imperia: meminit vocabuli in Symposio
Xenophon.

Anima

LIBER III.

151

*Anima humana potentia mira. Corpus nostrum posse
ab anima fieri luminosum. Animam esse ad totius
sapientia imaginem fultam.* CAP. VI.

TRANSCEMUS illuc denique, vt quanta sit in anima nostra
vis, pro virili explicare pergamus: & quanquam adhuc
non parum multa sint aggesta nobis, nihilominus & innume-
ra supersunt, quę fateri planē cogant, si quandoque resipisca-
mus, verissime dictum, Hominem esse miraculū magnum,
animal venerandū & adorandum. Legimus apud Auicēnam,
Platonicos multos, & Hippocratē, humanos animos tāta natu-
rę maiestate pollere, adeoque supra materiam omnem sese
potenter attollere, vt sibi ipsis, & suo vigori, semoto corpore,
restituti potestate intima, mundi membra qualibet valeant
agitare, impellere, & vtiq̄que libuerit, versare: ac corpori cui-
libet latius dominari, tantōque potentius proprio. Cui man-
cipata anima, mundi parui elementa, id est humores quatuor
versat ad libitum: quin frigus, humorem, siccitatē, calorē, col-
lorēque superinducit omnes, atque item sapes. Quod tunc
demum patebit, si vitales actus amplius considerauerimus,
neon phantasie affectus. Vbi verō ab hisce veluti vinculis
exoluta euolat in amplum, Deo iam plena, animalis grandio-
ris humores, id est elementa quatuor maioris mundi permou-
et, vt sua, soloque affectu citat ventos Deo duce, ac calo nubes
inducit sereno, easque cogit in pluuias. Quod quidē posse
fieri, factiue fuisse, theologi Mauri & Arabes constitent. Mau-
rorum princeps Auicebron, atque Arabū Auicenna, & nō ab-
muit Hippocrates Cous. Nec me fallit, in animę historia ab
Aristotele traditum, corpus quodcunque non posse ab anima
moueri, sed proprium tantūmodo. Ceterū liquere ait beatus
Thomas, separatam animam virtute insita corpus nullū pos-
se agitare. Siquidē corpori iuncta id modo permouet, quod
vitę fuerit compos: nam præmortua membra haudquaquam
animę in locali obedire motu. Dilucet autem, ab anima ab-
iuncta corpori prorsum nulli affundi vitam, proinde nullum
item ad localem obedire agitarum. Sed inquit, aliquid ei
ex diuinę potestatis fontibus conferri potest. Arbitrantur
Chaldeorum scientissimi, ab rationali anima id quo nō ferē
mirabilius quicquam, effici quandoque, vt radiorū splendore
ab ipsa manantium illustratū diuiniore modo corpus etiam

k 4



LECTIÖNVM ANTIQVARVM

irrigatur in sublime, ad id maxime conferente inſta-
tus leuitate. Quod Zoroaſtri veteris theologiæ ſcientiſſimo
contigiſſe, proditum memoriæ ſcimus. Qua item ratione He-
liam & apoſtolum Paulum dicerent raptos in cælum Platon
ei, eumque eſſe in corporibus ſtatū, quæ noſtræ religioni glo-
rificata nuncupare, moris eſt. Contingere autem hoc poſſi-
ſimum, vbi tota in Deum patrem luminis conſurgit anima, &
illinc ampliffima luce perfuſa, colluſtratæque rapitur coru-
ſcans, atque ſimiliter luminofæ claritatis radios tranſmittit
in corpus. Hæc eſt anima, quæ ſola mente viuens euadit ange-
lus, ac toto peſtore Deū concipit, de qua Magorum princeps
ita cecinit, ad verbum ferè tralata ſententia: hominū anima
Deum quodammodo contrahit in ſeipſam, quando nil reci-
nens mortale, tota diuinis hauſtibus inebriatur. Sed nos qui-
dem dulcedine quadā capti, diu iam in humanas laudes pro-
currimus, & merſamur auidius, mira quadā rerum excellen-
tia exeuſi ab itineris inſtituti reſtitutione. Verū quia egre-
gium eſt argumentum, quod non omnino tamen à propoſito
abeat longius: etenim ſpicilegium facimus ex omnifariam
vtriuſque linguæ authoribus, compingimūſque in vnum ve-
luti falcem, quæ tum rerum diuerſitate, tum difficultate quo-
que nonnulla, nec breui, nec promptè, ab iis quibus euigila-
mus, nec perlegi poſſent: dabunt veniam adeuntes iſta allur-
gentibus quandoque, aut latius publico bono, ſed in primis
ſummis opificis gloria, ſpatiantibus. Alibi certè quantū patie-
tur ratio, preſcius compendioſiūſque longè agemus, modo ne
faſtidio ſit perlegere, quæ nobis alioqui diſtictioribus per-
ſummas difficultates, nulliūſque rei penuriam maiore, quam
temporis congeſta ſunt. Hac modo parte laxari habenas no-
ſtro iure depoſcimus, quando ſummam rerum nobilitatem
attingimus. Cuius cauſa fatentur plerique etiam gentiū man-
cipari ſacris, reliqua eſſe omnia. Nec ſanè ita mirum, quando
authore Auguſtino, ad totius ſapientiæ ſimilitudinem facta
eſt anima. Et ab philoſopho omnium deſinita eſt rerum ſimi-
litudō, ſiquidem eſt viribus inſignita, quibus percipiēdis om-
nibus ſufficit, ac veſtigādīs. Vniuerſis quoque ſimilis euadit,
quāuis vna. Quando terræ per ſenſum agnoſcitur nō diſſimi-
lis aquæ per imaginationē, aëri per rationē, firmamēto per in-
tellectū, per intelligentiā cælo cælōrū, lapidibus per eſſentiā,
arboribus per vitā, animalibus per ſenſum & imaginationē, ho

LIBER III.

153

hominibus per rationem, angelis per intellectum, Deo per
intelligentiam. Porro ſicuti in Dei participatum veniūt om-
nia, ſic omnium eſt capax anima. Deo fruuntur omnia per ef-
ſentiā, qua ſunt: per ſpeciem, qua ſingulorum fit diſparatio:
per vſum, quo congruè proficiunt ex eſſentiā & ſpecie. Hæc
verò tria omnibus inſunt impreſſa ſummæ eſſentiæ veſtigia,
item i imaginis & muneris, id eſt trinitatis. In patre ſiquidem
æternitas eſt, ſpecies in imagine, vſus in munere, id eſt ſancto
ſpiritu, qui patris eſt ac filij munus. Adde quòd ſicuti Deus eſt
vbiq; totus in toto mundo, & in omni creatura, ſic & ani-
ma vbiq; tota in toto corpore ſuo, velut in ſuo mundo: inten-
ſus in corde tamen ac cerebro, quemadmodum in cælo eſſe
præcipuè narratur Deus.

*Connumerantur quibus excellentia rationalis nature
poſſe deprimi videtur: mox reſelluntur. Plinij locus
reſtitutus illuſtratur. Debere vnumquenque ipſum
ſe cognoſcere. Animam à Deo pingi. Morborū cau-
ſa. Senectutis laus.* CAP. VII.

Quinquā, quod & initio libri attingimus, occurri nobis
ſummoſius, ſolertiūſque ita poſſe video, ſi tantā fateri ne-
ceſſe eſt hominis eſſe nobilitatē: ſi eius cauſa produxit omnia
partes natura, vnde nā ſi quòd infeſta omnia pernicioſaq; ſen-
ſimus: Primū nō ipſa tellus dicta magnis authoribus omniū
mater, quicquā ferè citra labores ſudorēſque noſtros tulerit:
partimque fuerat, id exſequi pertinaciſſimè, niſi in letiferis,
& horæ momēto animā hominis auferētib; per benignā ſe
nobis voluiſſet ingerere, ceu planè, quod viuimus, exprobra-
re neſcientibus velit. Nec mox reliquæ naturæ partes mitius
nobis eum agere cōperientur. Taceo, quorū naufraga corpora
ferarū auiūſque partibus iactantur, cōtonātibus procellis, tan-
quam rerū natura ſecū diſſidente, ac ſapius bellicū canente.
Iam quæ loca præfecunda aſſilientis maris vi adobruta la-
tent? Quam floridæ ciuitates abſorptæ? Sed aëris pugnam
quis pro dignitate deplorarit, vt ſauientis peſtilentiæ rabiem
prætereā? Cælū quoque ipſum ſæpe videtur in noſtrū interi-
tū properare. Iam omnia ferè animātia ex profeſſo infeſta ho-
mini, quis nō nouit? Vbi ergo eximia rerū magnitudo? Vbi
cælū exuperās hominis ſtigiū? Quid, nōne homo ipſe ho-



LECTIIONVM ANTIQVAR V M

mini lupus est? Inuulgatius illud Phalaridis est, siue is fuit alius, turtius se inter praesignes immanitate feras victoriam quam inter homines. Illa vero quae triumphibus ab tergo ingeritur comonitio, quid demum agit? Cuius meminit in apologetico Flores Septimius, & Barbarus hermoleos ignorasse animaduertitur: Respice, inquit, post te, hominem esse te memeto. Proinde libro vicesimo octavo Plinius, Et currus triumphantium sub his pedens defendit medicus inuidia, iubetque eosdem respicere. Ita enim legendum videtur, non recipere, quod in plerisque circumfertur. Meminit historiae consolatoria ad Paulam epistola Hieronymus. Quid ergo tibi subblandiris in malo? Excidit ne illud, optimum esse homini, non nasci: proximum, quam ocysissime aboleri? Quo ergo diuersus abisti? redi ad te, palinodiam recine, fatearisque luctuosa esse hominum primordia, luctuosiores progressus, exitum vero nullis posse lachrymis exequari: praesertim quum plerisque tenebrarum illa conceptacula, suppliciorum diritas, danari infandique spiritus excipiant. Proinde viue quod es, ac noris quam sit tibi curta supellex. Equidem vera propemodum esse haec, qui possim diffiteri? Sed audis si tecum ipse discors sis, quae, quo nam iure omnia querelis impleas, si a te caetera item dissideant, infestent, conuellant, lancinent? At, inquis, diuinum animal sum. Agnosce, obsecro te, non plene percipio, quid tu diuinum putes, an quod origine tantum, an etiam quod vita? Si origine tantum, falleris: brutum es, lupus, draco, etiam arbor. Tui te mores exuunt diuinitate. Es ne luxuriae conciliatus, imo mancipatus, avariciae, superbiae: id genus innumeris aliis? Es, inquam, numisma Dei, an verius Satanae simulacrum, turba scelerum collutilatum adobrutumque? Quid gestis? quid gloriaris terra & cinis? Corpus quidem factum est, cuiusmodi verum addeceat hominem: intus tamen fera est, Typhone multiplicior. Ad caelum tua te effigies reuocant: inquinatissimis ipse moribus ad iumenta te recipis. Deposco mihi, inquis, vniuersas subiici animantes. Dic quae, quo nam istud argumento? aut quo illis excellerior? quo preclarior? Rationale, inquis, sum animal. Audio: sed ubi sese ostentat rationis lumen: aut quid omnino cum ratione vel cogitatione vel facis: sortando ne, an expilando: ingerendo in ventrem, larronarum medicamentum, quicquid in vlla nascitur natura: partes? An Deum lingua exculcando petulantissima? nimirum haec sunt rationalis naturae opera. Respice miser, respice, exue
bru

LIBER III.

155

brutum, ad hominem redi: cognosce te ipsum diuinum genus, mortali obseptum indumento, te ipsum (quae) nuda. Quantum vales, segrega & distingue: vales autem, quantum conaris: lucefecit statim aurum omni igne micantius, enitescet nubibus dissectis aer sereniore, submittes oculos, ac tanquam diuini solis radium reuerberis micantissimum, protinus turpia detestabere, ac teste te foedum dictum, foedum factum incepisse pigebit, aut cogitasse. Quando stella es terrena nube circumfula, quod quum sciret Pythagoras sapiens, vetus profudit oraculum, Te ipsum reuerere. At tu quum in honore esses, inter iumenta deputatus es. Usque quo paruule diligis infantiam: ut in Proverbiis: Solomon inquit? Homini, sed verum tantum homini in mancipatum veniunt, quae terra nutrit, animantia: adnuunt quae in caelo sunt, fulgentissima corpora. Nullum tibi cum his esse dissidium potest, modo ipse tecum non disideas. Improbè in alia imperium affectat, qui sui compos non est. Id alsidue expendendum animo est, Ambulantibus in natura principis lege subseruiunt omnia, venerantur, colunt quodammodo. Vbi extra oleas transfuersus ieris, ubi ab praemonstrata reclinari orbita, ubi ab praescripto recesseris, domino rebellis, cuius placita proculcaris iugum detrectans, frustra per peccati foeditatem praeruaricatus, illique tanquam aere ac libra mancipio traditus, aliorum genua requiris, irata omnia infestaque sunt. Et profecto consentaneum omnino est, ut quemadmodum prauitate intima, & intolerabili petulantia omnia lacesimus, in primis animarum patrem, ac vniuersorum opificem, non detretemus rationis poenam. Et nequis ancipitem putet causam, adque Arcopagitas, ut ad iudices grauiores exercitatioresque plane reicienda, qui de re controuersa disceptent: hinc ille apud Mercurium Pimander, Amorem corporis, inquit, mortis esse causam scitote. Qui se ipsum cognouit, bonum quod est super essentiam consecutus est: qui vero corpus errore amoris conplectitur, is oberrat in mortis tenebris, mala sensu percipiens. Qui se ipsum cognoscit, in Deum transit, ut Dei verbum tradit. Lux & vita Deus est & pater: ex quo natus est homo. Proinde, qui se ex luce ac vita compositum prehenderit, ad vitam rursus, lucemque transcendet: ad summa enim ego iis, qui boni, puri, religiosique sunt, praesentiaque mea fert illis opera, ut statim cuncta cognoscant, patreque pacatum & propitium habeant. Contra vero, impios arbitrio
damo



damonis permitto. Quod ad morbos attinet, quibus parte plurima afflicti sumus, scitu digna quæ Chrysippus tradit. Non esse eos *νεκτα φθω*, id est ex principali naturæ consilio, quod foret inconcinnum: sed *νεκτα αποπειροδιδνω*, id est per sequentiam contingere: quod genus sunt alia plura, ut in aëre procellæ ac turbines & fulmina. Adde, non propterea naturâ videri accusandam, cui adglutinata sint impedimenta, & quidē insignia, senectus & infirmitas: quando est illa ætas animæ propria, moribus item bonis proinde dulcior, consiliis paratior promptiorque. Ad mortis autem terricula menta etiam constantior, ac inconniuens prorsum: libidinum verò incentiuus retundēdis quāto, bone Deus, firmior? At imbecillitas, nōnne sobrietas est mentis? Nam Apostolica intonuit tuba, *Quum infirmor, tunc potens sum. Quin & oraculo salutari responsum illuxit diuinum, Infirmitate perfici virtutem.*

Hominum generatua pro vitæ institutis. Terra filij qui dicantur: item celi, aut Dei. Actiuos & voluptarios haberi tanquam exules, quia cōtemplantes iam sint in patria. De voluptate. CAP. VIII.

EX hominum verò viuendi institutis factum est, ut prouidentissimi triplex inter eos haberi genus cōsuerint. Esse quippe nonnullos, qui & dicantur, & sint omnino terræ filij: quæ maxima turba est. Alios verò celi, alios autem & Dei vocant filios. Et poetica quidem fabulositas, Hesiodo principe, terra prognatos esse gigantes canit. Cui rei suggerit argumentum etiam nomen ipsum, quod ij demum terrena saperent, proni in partum & venerem: Deum porro aut negligentes, aut etiam negātes, vnde natum, ut cum cælitibus bellasse dicantur, quod esse aliud non videtur, quàm naturæ repugnare. At qui alius attollēdum caput arbitrantur, & toto conatu vitæ cultum petunt, artium adminiculis fulti, & scientiarum amore flagrantes cælestia penetrant, ac mentis sagacitate singula oberrant, intelligentia plurimum viuentes. Hosce tradunt celo natos patre, quoniam cælesti mente cælestia modo sapiant & conquirant. Qui verò integritati vitæ, ac diuino tantū cultui mancipati terrena omnia, tum inutile, tum molestum arbitrantur onus, in intelligibilem sese mundū transcribentes, & in patriam dulcem (ut Plato inquit) confugiētes, hosce putant Dei filios habendos, quæ vera demum & fo-

lida

lida felicitas est. Nam actiuos voluptuososque, tanquam exules habet Plotinus: ita tamen, ut actiuos facilius reuerti in patriam posse opinetur quàm voluptarios, etiam si non desint, qui eum à quo negligatur voluptas, *εὐφροῦ* putent *καρπὸν*, id est animatum mortuum. Porro sicuti virtute, prudentia, viribus præcellentes Ioue prognatos prædicant poetæ: ita feritate ac immanitate conspicuos Neptuni filios credi volunt.

Felicitatem esse duplicem, naturalem, supernaturalemque. Quo calle hanc consequamur. Corporis descriptio grata. CAP. IX.

Felicitatem verò quoniam huc prouecti sumus, finiunt eruditi, & meminit in Geneleos septiformi enarratione vndeunque doctissimus Pico, reditū vniuscuiusque rei ad initia. Esse enim summum bonum felicitatem. Summū autē bonum id esse, ut primo Moraliū Aristoteles, enarratorēque testantur, quod omnia appetunt: quod autem omnia appetūt, id ipsum est quod omnī est principium. Proinde finis omnium, quod omnium principium, Deus videlicet. Verū duplici calle incedit felicitas: aut enim naturalis intelligitur, aut supernaturalis. Et naturalem quidem intelligunt, cuius res omnes sint compotes, quatenus bonitatis, quæ summa est in Deo, participes sunt, & operatio ex naturæ præscripto tendit ad bonum. Nam ignem, ut exemplo res fiat illustrior, diuinæ bonitatis habere partem, ita coniectamus: etenim primo est, & vnumquodque, quod est, participatū Dei est, qui est ipsum esse. Quū ab igne promicat ignis, inibi fecunditatis diuinæ simulacrum est, dum præscriptas sibi non egreditur metas, iustitiam exprimit, dum prodest, exuberantiam in Deo benignitatis effūgit. Ignis propterea dici felix potest, quatenus hæc præstat, quatenusque in eum cadere felicitas potest. Cuius, ut perfectius quodque est, ita etiā capacius. Ideoque maximè omnium capax homo, quia etiā perfectissimus. Hæc est celebrata veteribus felicitas, quam Aristoteles sanxit in optima versari operatione. Nam M. Tullius felicitatē esse ait, fortunam cōsiliiorum bonorū adiutricem, quibus qui non vtatur, felix nullo pacto esse possit. Voluptatem, inquit septimo Ethicorum philosophus, felicitati adnectunt, nec id extra rationem, nulla nanque operatio perfecta est, si præpediatur, sed actus est perfectus felicitas: quam obrē bonis qua

qui



38 LECTIIONVM ANTIQVARVM

quidem corporis, quæque externis, quin & ipsa indiget fortuna, ut non ingerat se obex aliquis. Qui verò astruunt, eum qui rota torqueatur, & magnis confictetur malis, felicem esse, si modo bonus, nil profecto dicunt aut sua sponte, aut iniurie. Quod si est, non homo tantum est ad felicitatem natus, quod ipsi tamen astruere velle videtur: nam vnumquodque itidem felix est, aliquo modo, cuius finis est ex destinata ratione. Sed dicam amplius, Cetera non ferè naturæ suæ modulum transiliunt, nec limites egrediuntur obiectos: at homo nunquam non ab se ipso recedit longius, & sui oblitus aliud quiduis amplius agit, quam hominè. Quo nomine colligitur omnium infelicissimus. Quamobrem adumbrata felicitas hæc est, non solida, nec suis nixa radicibus, quia non in ipso est Deo, sed in nobis, ceterisque. Proinde vera illa demum felicitas, quam supernaturalem dicimus, qua ad diuini vultus contemplationem surgimur allicimurque. Sic enim verus ad principium reditus comparatur, & cum eodem vnio, è quo defluximus. Ad quem si perrexerimus, haud sanè quis facillè retraxerit, nec tanquam Peliam, ut M. Tullius inquit, recoxerit. Hæc verò est angelicæ humanæque naturæ communis felicitas, hæc bruta nec attingunt, nec affectant: hanc ut consequamur, non nostra vi continget: necessarius est diuinus ille radius, quem gratiâ diuinæ bonitatis nuncupamus & credimus. Hæc nos attollat oportet, surrigat, illustret: aliàs fallimur: est enim saluatoris præpotentis oraculum, Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Trahemur autem, si Mercurium ita exclamantem audierimus, O viri terrigenæ, qui vos ipsos ebrietati & somno & ignorantie mancipastis, sobrii viuite, abstineretis à veteris luxu. Qui irrationali somno permulsi estis, cur præcipites in mortem ruitis, quæ haud quaquã desit immortalitatis consequendæ facultas: Reuocate iam vosmet, qui laboris inopia, ignorantie tenebris obuoluti, demigrate ab obscuro lumine, asciscite immortalitatem, corruptione fugite. Ceterum alibi quoque apud eundem Mercurium euangelicè subnotauimus sententiam: Nisi (inquit) ò fili, tuum corpus oderis, te ipsum amare non potes: quam primum verò non res, sed Deum ipsum dilexeris, mentem protinus consequeris. Hanc denique nactus, euestigio scientiam cõparabis. Impossibile verò est, vtrisque simul intendere, mortalibus & diuinis. In primis verò quam circumfers vestem, exuere oportet, in-

LIBER III.

139

dumentum inscitie, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, sensuum cadauer, sepulchrum circumuertite, domesticum denique furem: qui dum blanditur, odit: dum odit, inuidet: umbraculum inimicum ad se ipsum raptans deorsum, ne fortè conspiciens veritatis decorem, eius oderis prauitatem. Ceterum, quia satis iam superque humane naturæ admirationem, quod ad animalem attinet potestatem, quantum nostra paruitas tulit, videmur exsecuti, consentaneum equidem sum arbitratus, excellentiam eiusdem summam in corporis cõstitutione pertinere, ut demum miraculi huius inter cuncta maxime miræstimatio iusta impleatur, & desinat homo se ignorare, respectetque ad opificem suum, quo ut posset perfrui, ex bonitatis illius fonte exuberantissimo in lucem vitalem est emissus.

*Humanis corporibus nil deesse ad perfectionem. An corpora nostra sint celestibus nobiliora. De simia in-
cundum scitu. Corporis humani nuditatem non esse
probrosam, contra Plinij sententiam. Quid responde-
ri possit præponentibus homini bruta. Cur infantia
quadrupedibus nos similes faciat: curque virorū ca-
dauera fluitent supina, scæminarum prona. Pumi-
lionum ratio.*

CAP. X.

Atque ut ab medicæ artis scientissimo primum initia ducamus: Corpora, Galenus inquit, sunt animarum instrumenta, quibus illa necessaria exsequi valeant. Proinde vnicuique animantiu suæ congrua naturæ ab optimo maximo Deo membrorum attributa diuersitas est. Quæ item ratio vnumquodque præter hominè, armis instruxit: accommodis propriisque ac genuinis. Hic verò quod inter omnia ratione polleat, ac intelligentia, organum habuit, cui reliqua vniuersa nequeant cõparari. Datae nanque manus sunt, quæ armorum omnium vicem implent, præstòque sunt mirabili diuinitatis prouidentia ad perficiendū, quicquid ratio dicitur. Sicuti nec anima ipsa demigravit in corpus, ut omnibus ferè Platonice exceptis, placuisse video, artis alicuius scientia imbuta, ut intelligentiæ ac cognitionis potestate cunctas perdiscere valeat. Quamobrem inanis est Plinij querela, & Plurarchi quoque de humane naturæ infirmitate atque inscitia. Quoniã homo

res



res est, quam natura ceteris intentius curiosiusque amplectitur, producitque veluti quiddam absolutius, & perfectius quam creatura, quæ cæli ambitu cõtinetur. Adeo vt nõ deturrint, qui cælo item præstantiorẽ opinarentur hominẽ, seculifa tamen intelligentiã, præsertim dum ex formula sua viuunt. Quamquam nõ me fallit, sexto Moraliũ Aristotelem, & in iis quæ ad regẽ Alexandrũ De mundo scribuntur, si modo non emẽrita est attitulario, cælestia corpora homine nobiliora facere ac diuiniora, tum animæ ratione seu intelligentiã, tum corporis, quãdo & propiora sint, & magis Dei virtute fruuntur, gerantque vicem optimorũ magistratuum ciuitatis aut principũ, omnia motu suo agentũ gubernantiũque. Quod cõprobat Auerrois quoque. Ceterũ corporis constitutio, ac membrorũ cõpactior distributio cuncta saltẽ excedit mixta, etiam animata. Tameñ non latet, animalũ quorundam effigiem hominis expressiorẽ præferre imaginẽ: quod in simia conuulsitur. Sed eam Galenus ridiculosam vocat hominis imitationem. Aliquando autẽ inuentionem ludentiũ puerorũ ridiculariam, in cuius confabricatione iusta videtur fuisse natura, vt dicere assuevit Hippocrates, quæ ridiculam animam ridiculo circunuestiuit corpore. Propterea Therisitũ turpitudinem expressurus graphicẽ Lycophron *ωιδυνημορφον* illum nuncupauit, id est simiæ confimilem, quam etiam Arimũ Tyrreni vocent. Tatianus verò orator est simiæ cognomen tum indeptus, quod omnia ingeniosius imitando exprimeret. Nam quod humani corporis nuditatem, veluti probrosam obiciunt Plinius & Plutarchus: sciunt authores clarissimi, nos ita naturæ rerum etiamnum patrocinari posse, hominem nudo maximẽ omnium, & intacto inobseptoque nasci corpore, vnde & *ελιγοτερον* dicunt Græci, & *μικροτερον*, id est paucis exiguisque contactum pilis, quoniam minimum in eo sit terreni recrementi. Quæ ratio efficere quoque creditur, vt vngues item minimos proportionẽ sit fortitus. Propterea rectius Aristoteles, vir in omni scientia summus: Qui autem, inquit, hominem non bene, sed deterrimẽ omnium animalium constare aiunt, nudum enim improctum atque inermem creatum referunt, non rectẽ ij sentiunt. Cetera enim animalia vnum auxilium habent, idque nullo pacto valent permutare, sed quasi calceata semper dormire, ac omnia agere, nec vestitum vnquam depone-

re pleniorẽ. At homini multa habere præfultui auxilia licet, atque subinde mutare. Quid quod Auicena doctrina tercia sen primæ primi. Humani corporis cõstitutionem, quam Græci vocat *νεσσω*, nos etiã temperaturã, temperationem, fermentationẽ quoque, semilatinĩ cõplexionẽ dicunt, esse scribit, temperatorẽ, quã vel sit vsquã, vel possit esse omnino, addita etiamnũ virtutũ dispositione cõgrua, quibus agat, patiatũque. Quando cõtribuit Deus cuique animã, & membro pro dignitate, quod actiones innatas adiuuet, quantũ patitur ratio, & naturæ decor. Adde, quod ab Auicena doctissimo interpretẽ traditũ, adnotauimus: Si obduruisset, inquit, homo vt lapis, ore quidem esset insignis: sed nec loqui omnino posset, neque item oculis vti: proinde simulacrũ foret verius murum, quã homo: siquidem sensus quilibet, & voluntarius motus organum molle requirunt, ac lentum. Quaruntur, Seneca inquit, diuinorum munerum iniqui aestimatores, & professi quoque sapientiã, quod non mole corporis æquemus elephãtes, velocitate ceruos, leuitate aues. Vix sibi quidam temperant, quin eousque impudentiæ prouehantur, vt naturã oderint, quod infra Deos simus. At quanto satius est, ad contemplationem tot tantorũque beneficiorum reuocare mentem, & agere gratias, quod nos in hoc pulcherri mo domicilio voluerit parens Deus secula fortiri, quod terrenis præferat. Quicquid negatũ nobis est, dari non potuit. Quãto valentiora animalia sub iugũ mittimus? quanto velociora assequimur? Quã nil est mortale non sub ictu nostro positum? Tot virtutes accepimus, tot artes: animum denique syderibus velociorẽ. Circumeas licet cuncta, nihil inuenies, quod esse malis. Porrò vt scientissimẽ in Moralibus Plutarchus colligit, equi celeritas in nostra cedit emolumenta, canum pugnacitas hominem tuetur, piscium, suum, id genus ceterorũ alimur corpulentia. Elephas terribilis est ille quidem & valens corpore, sed adeo nobis obnoxius, vt tantã molem in ludicra verterimus, & spectacula panegyrica, quando saltationes cõdiscit, & adorantiũ modo genua submittere atque etiã porrigere coronas. Quin id accepimus quoque, neutiquã silentio inuoluendũ, elephantũ literarũ Græcarum ductus perdidicisse, & ne quid admirationi desit, etiam perferbere solitum. Nam & equum ita edoctũ, in Traiano scribit Dion, vt regem adoraret. Quam obrem, si cui hoc nomine vilior est, ac putet



162 LECTIÖNVM ANTIQVAVVM

hominis status, sic fermè respõderi posse video. Nõ inest quidem nobis leonis robur, nõ leporum pernicitas, nõ aquile visus, nõ piscium in natando agilitas, nõ taurorũ impetus, non canum sagacitas: verũ inest prudentia, inest ratio, inest diuiniõ mens, qua vnicique istorũ dominamur ad satietatẽ, vertimus ad delicias, excarnificamus, & vtõque libuerit, veramus, seu patinarium velis, seu assum malis, vt Plautino vtamur ioco. Ad iuce, quod societas innata homini aduersus violentissimã quæque nos cõmunit validissimẽ, & in aliena natura transmisit imperium, ac dominari etiã mari iussit. Conqueritur quidem Plinius, primã roboris spem, primũque tẽporis munus quadrupedi similes nos facere. At efficit hoc natura potẽtia, quippe superiora corporũ ea ætate inferioribus, alioqui teneritudine insigni præmollibus, tum magnitudine, tum pondere præstant plurimũ. Quæ ratio efficit necessariõ, vt manibus pedum vice vtatur infans, qui mox robur indeprus surrigit corpus, & hominis proprium agnoscat statum: donec senio arefcẽtibz supernis incuruetur plerõque infernis crassefcẽtibz, in muliere præsertim. Scribit idẽ Plinius, Virorum cadauera fluitare supina, fœminarum prona, velut pudori earum parente natura. Verũ & hoc naturalis prouenit ratione, quãdo mulierum antica posticis longè pernoscentur ponderosiora vteri respectu, & mammarum, quod in homine contrã fit omnino. Quæri hac parte & illud potest, Vndenam fiat, quod vniuersim inter animantia iustæ magnitudinis quibusdam adsint corpora, nonnullis verõ cetera. Cæterum ab physiologiæ studiosis ratio ferè promiõplex afflueuit: alteram ex loci promunt angustia, de alimentinopia reliquam. Sed enim pumiliones arctior locus concinnat: latitudo nãque illis & profunditas laesita visitur haudquaquam. Verũ parentibus euadunt breuiores multõ, veluti rectis lineis in aduncas reflexis, cuiusmodi agnoscimus ferè tabernulis quæ insunt picturas, breues vtique ad latas tamen, profundãque. Verũ quibus alimenta suppeditant parcus, his fermè prætenuia ac prorsum puerilia constant membra. Pumiliones alias & pumilos dici comperias: quantum eneruus quoque, ac molliculi nuncupentur pumili. Quod Placiades scribit, De arboribus itẽ pumilionem dicit Plinio credimus: quem, horoscopo in tertia scorpij parte constituto, nasci, Iulius Firmicus author est.

Cur

LIBER III.

163

Cur sit erecta statura homo. Cur planta contrario nobis modo se habeant. Piscis qui dicitur cali inspetor.

CAP. XI.

Quid verõ sibi vult surrecta hæc corporis figura? an non id ostentat bonũ, & subinde ingerit ingratũ, cui cetera in brutis nequeant comparari? Equidem sic arbitror, inde commoneri omnes, Non esse hic nos, vt incolas & habitatores, sed quasi spectatores, superarum rerũ atque celestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Propterea Mercurius inquit, generatio hominum ad diuinorum est operũ cognitionẽ, testimoniũque naturæ, ad imperãdũque omnibus, quæ celo teguntur, ad celestium discursum suspiciẽdum, ad potestatem Dei & naturæ progressus: vt denique iis ipsis quæ in vita suspexeris, mox felicissimè hinc emigrans perfruaris, cali transmittẽs limites in diuinæ maiestatis perpensione, sicuti nostræ religionis placitis, & Platoniorũ sancitur. Et erecta qui dẽ figuræ ratio euidentis hæc, quæ sinẽ nobis præseribit. Additur & humanæ formæ ratio cõsimilis animæ cali in recessu ab contraritate omnĩ: ipsa quippe producta est in vmbra intelligentiæ, sicuti Isaac dicere cõsueuerat. Proinde dicitur homo collimitũ, & orizõ corporeorũ & incorporeorũ: cuius superna sunt superna simpliciter, scilicet vniuersũ. Quæ verõ ipsum hoc efficit ratio, in calore est, ac spiritu, quibus inter cuncta animantia frectior homo est, propriæ molis respectu, circa præcordia in primis, & spiritalia membra. Quo fit, vt erigatur corpus propulsione spiritus & sanguinis ad superna. Facit ad id & elementorũ nexus, quibus humanũ corpus est compactum, quãdo æquabili maximè põdere ad eius coiere compagem. Quãobrẽ libro De partibus quarto Aristoteles: Solus, inquit, animalium omnium homo erectus est, quoniã eius natura atque substantia diuina est. Officiũ autẽ diuini est intelligere atque sapere, quod nõ facile esset, si vasta corporis moles alsideret: põdus enim tardiorẽ reddit mentẽ & sensum cõmunem. Propterea cõcretionẽ ac põdere grauiore opprimẽte, corpora vergerẽ in terrã necesse est. Accedit iis & diuĩ Thomæ autoritas in libelli expositione qui est De inuẽtute & senectute, qui assignaturus ex mète Aristotelis rationẽ, cur plãta cõtrario nobis modo se habeant: Est, inquit, erectus homo duabus ex



causis, simul quia est animalium perfectissimus, acceditque plurimum ad celi equalitatem, simul quia proportionem corporis calidior est aliis omnibus. Calidi vero proprium est in arrectu collere. Animalia reliqua medio se habent modo, quoniam minus ad celi equalitatem accedunt, minusque habent caloris erigendis. In plantis autem res omnino contraria est, quia immobiles sunt, superiorumque in illis portio est, unde alimentum recipiunt: id vero in radicibus contingere, manifestum est. Proinde Aristoteles dicere, illas habere oris proportionem. Plantae ite imperfectissime sunt, minusque genuini etiam minus obtinent caloris, quam bruta, nihilque quoddammodo ad celi equalitatem accedunt. Ideoque quod in illis supremum est, in vniuerso imum agnoscitur. Porro ne quid per incuriam transliamus, author Galenus est: sic nos proprius et commodius multo manuum uti ministerio. Quicquid enim contrectamus, vel stantes id agimus, aut omnino sedentes, prorsum vero nil proni, vel supini: siquidem positum huiusmodi ferere artes nescire. Quod vero de celi suspitione protulimus, multo excipit risu Galenus idem: quando procerioris colli auitia longe id facilius valeat implere. Esse quoque piscem ait, ab re celi in specu etore nuncupatum, quod vel inuit suspiciat, perpetuo. Addit, qui ista tradat, non videri Platonem intellexisse, a quo proditum sit suspectari a nobis, non ubi quis caput reclinet oscitans, sed cum mente caelestium corporum, caelorumque naturam attingat.

Quam multa sint in corpore humano admiratione digna. Quae sit in corporibus pulchritudo. De humoribus quatuor humani corporis. Quid ita functio fato dicamus Alibantas. Segniciter in motu rari: item animositas, & contentiosa natura. Idiosyncrasia quid. Medicina vera cur diis attributa. Cur ingeniosi aliqui, aut obliuiosi. Cur tristes, aut hilaris. Item de sanguine, ac bile atra. Plinij locus restituitur libro secundo. Cacoehymia, & Plethora quo differant. Ichores quid, & Enhemum. Cur sanguis dicatur &c. Lac quid.

CAP. XII.

IN corporis vero humani fabrica ingerunt se plurima singulari digna admiratione, quae singillatim ac curiosè contententur si quis exsequi curet, vix reperiretur finis vllus. Si quidem

quidem quae communia nobis sunt cum brutis, tanto exquisitior in corpore humano, rationem habent, ut impius omnino censeatur, qui artificis eminentissimam sapientiam iniqua perpendit lance. Nec dispicio nunc quo ingenio, quorum insigni opportunitate corpora nostra sint ossibus solidata, peruncta neruorum vi, ad omnem motum aptissima, siue procurras, siue retroagi aut circumagi opus sit, non minore ascendendi, vel etiam arrendi occasione, utcumque omnino libuerit, & quidem nullo ferè conatu, ut eos taceam qui agilitate incredibili per circulos corpora immittunt, & vitillum modo tam variè inflectuntur, ut ne ceræ quidem sequacior videatur natura: Illa vero cuiusmodi laus est, in humana facie, vultuque tantam agnoscere diuersitatem, ut inter tot millia hominum indiscretas effigies reperire non sit, aut rarissime admodum sese occasio ostentet, nec ab miraculo res absit. Quod solertissimum artificis ingenium in paucis imis prorsum assecutum fuerit. Quid illa loquendi varietas: quae quamuis initio terra vniuersa esset labij vnus, eò increuit, ut mirari satis non sit, quum praesertim dissoni oris quispiam non ferè censeatur hominis vice, inde etiam nato proverbio, Obsurdescere hominem in aliena lingua. Iam vero corporum pulchritudo quam apposita, quamque vsui omni accommodata. Nec eam nunc intelligo, quae ex colorum linearumque concianitate consurgit, quaquam nec istam frustra desideraris. Sed hanc prudentes tum effictam, tum notham rentur pulchritudinem. Si quidem alia *αὐτὸ ἀγροῦ ἀνοικῆται*, siue mango corpora laudabit, alia Hippocrates. Ille enim peregrinis nugis, & artificio omni venustate, ut Galenus docuit, adsciscit: hic veram adiudicabit pulchritudinem, quae optima constet corporis constitutione, quam ex actu pernoscimus, sicuti De vilitate partium secundo, comprobatur Galenus idem. Hac vero in membris extimis praecipue attendunt peritiores, quando intemis, quia latitent, non vti quae pulchritudinem, sed vtilitatem attributam incredibilem volunt. Est vero constitutio optima, quae omnes habet particulas, quaeque ex iis profluunt, emolumenta ad actus organorum peraccommodata. Corpus huic in mo li bene habitum euphoron Graeci vocat, id est *εὐφροῦν*. Illud vero in corporis humani compage cuiusmodi modi esse creditur, quod arte mirabili, ut mundus, ita etiam homo quatuor constare videtur elementis, uti decimo Simplicis medici-



LECTIONVM ANTIQVAVRM

166
nae auctor Galenus est, sanguine, pituita, & vtraque bile tant
atra quam fluaa? nam sanguis aëri assimulatur, pituita aqua,
fluaa bilis igni, terre verò qua atra dicitur bilis. Siquidem ho
rū singula elementorū habet qualitates, vt *τὸ πρῶτον ἀπὸ τοῦ πυρὸς* quod
dam possis dicere, ac veluti moretum: nec tamē omnino mo
do eodem, hoc est non per minutissimarum partium appo
sitionem, sed per transmutationem & vnitatem ita concreta
generantur corpora, vt separari nisi ab eo, cuius iussu coiere
nequeant. Quoniam verò calens humectatio vitam profus
continet, frigida autem arefactio mortem, hinc factum vt
vita functos dicamus alibantas, ceu sint *αἰὲρ ἄβυσσος*, id est ci
tra humoris portiunculam. Sed illud grauius multo, quibus
frigidior succus in ventre, aut in toto corporis habitu colle
ctus est, hos ad motum esse seigniores, compertum est. Sic &
qui plethorici vocantur, qui aquabiliter se habentibus succis
abundant nimium, & quos recēs afflixit frigus. At illi impen
sius etiam qui natura frigidiorē sint. Iam his longē insigni
tius, si frigiditati humor accesserit. Quis verò temperatura
præto calidior fuerit, hi prorsum & sunt animosi, & cere
minis cupidiore, adq; actionem prompti nimio plus. Nec
illud prætereundum, dici plerisque medicorum idiosyncra
siam priuatam vniuscuiusque temperaturam corporis, quam
assequi coniectatione vel perfectum medicum exactius, ren
tur impossibile: quo nomine, Galenus inquit, veram medelli
scientiam Aesculapio attribuunt, ac Apollini. Gustu porro san
guis dulcis, pituita salsa, fluaa bilis amara, atra verò acuta.
Fons sanguinis est cor. Ex sanguine spiritus. Sed per cordis
partem dextram manat sanguis, per sinistram promicat spiri
tus. Fluaa bilis ex icore, atra ex splene, pituita ex cerebro. Est
verò sanguis calidus & humidus, pituita frigida & humida,
fluaa bilis, calida simul & arida, atra denique arefcit cū frigi
ditate. Ex iis verò quatuor noscuntur corporum constitutio
nes: verū ante has intelligit medicorum schola, quam tem
peratam vocant, sicuti Constitutionum secundo prodit Gale
nus, & quarto Colliger Auerrois, vt de Auicenna interim ta
ceam, secunda primi, doctina tertia. Quod autē hominū alij
sint hilares, tristes alij: causa, vt inquit Hippocrates, in eleme
tis est. Nam qui defecatisimi sunt sanguinis, ridibundi ferē
sunt, visu, corporeque floridi, & quandoque coloris venusti.
Homerus quoque de caloris copia risum profuere, inibi vi
detur

LIBER III.

167

detur indicare, vbi *γινώσκου ἀόριστον*, id est inextinguibilem dicit
risum. Quin & grammaticis suboluisse videtur, à quibus
γινώσκου deduci traditur ab *ἔρω*, quæ vox caliditatem nobis indi
cat. In quibus verò fluaa exuberat bilis, agiles hi, leues men
te, ingenij celeris & iracundi. Qui atra bile abundant, iner
tes sunt, pusillanimes, timidi. At pituitosi, segnes & frigidi. Ex
pituitæ dulcis affluentia somni copiam profuere, coniectant
medicorum scholæ, velut ex acetosis famem, ex salis sitim, ex
crudis sitis interpellationem. Homini autē meminisse & sa
pere ex temperamēto aduenit cerebri, nempe cum medio
modo habet, vt neque calidum, neque frigidum sit. Nam obli
uio ex frigido gignitur cerebro magis, quam ratione alia.
Ideo morbus quod delirium nūcupatur, à febribus gigni tra
ditur exurētibus: sicuti redūdāte humore frigido in cerebro,
enascitur lethargus. Hinc commoneor, vt Plinij locum, nemi
ni hætenus animaduersum, quod sciam, ad libram exactius
reuoeco libro secundo capite octuagesimo, vbi legitur mo
do, Cruces verò ex cali rigore has & illas mobilitates haben
tes. Reponendum autem sic, Truces verò ex celi rigore, vt hic
dispungas. sicque inferas demum, has & illas mobilitate he
betes: vt glaciale mundi partem incolentes, ac æstu torrida,
ingenio esse præpingui, percipiamus. Id quod liquidò cõpro
bant sequētia: quippe mediis terrarum spatiis molles enite
scunt ritus, sensus est purus, ingenia fœcūda, totiūque nature
capacia. Quæ autem de affectionibus humorū quatuor adno
tauimus, Scire oportet, non videri ea omnino perpetua: est
enim vbi sub virginea, & miti facie, barbara, atrox & ferina
prorsum lateat immanitas. Sub aspernabili verò, & cruetā mi
nante vultu latet quandoque amabilis & exosculāda clemen
tia. Quibus verò venusta frōs & ridibūda, renidēnsque, æstuat
sape mæroribus, ac sibi ipsis putent. Iam quosdā inuenias ita
lugubres aspectu & inferio vultu & fronte obducta, instar vi
cti Marsyæ, vt Saturni mæcipia planè videātur. At quū atten
taris, bone Deus, quam sereno sunt animo, quā facetoso, quan
ta comitate risu omnia resoluunt. Inter humores verò san
guis longē præstantior censeretur, siquidem est spiritū mate
ria, quibus maximè stat vita, & virtutis vegetatricis operatio,
arque item animalis. Deinde, quia ad vitæ principia accedit
amplius, quum sit attemperati caloris, humectique: præterea
alio efficacius, instauratque quod intercidit, proinde naturæ



thesaurus habetur: & , vt Plato inquit, carnium, & vniuersi corporis pabulum, quo pereunte, confestim insequatur mors. Bilem atram, seu *μυλαγχολίαν* veluti sordes intelligunt feculentas, disitas plurimum ab vitæ principis, lætitiæ hostes ac liberalitatis, senio & morri velut cognatione iunctas. Ex medicâ illud est doctrina, si ex æquilibrio augetant chymi, affectionem innasci, quam *πληθὺς* dicunt, ac *πληθύνειν*. Vbi verò *ἀρρώδους* vocant, offertum visatur corpus, cacochymiam nuncupant, non Phletoram: humorem pituitosum, ac frigidum Praxagoras vitreū nominabat. Diocles monebat, Maio melle augetere in hominibus pituitam, & *ἰχθύρας* dulces: astate verò flauam bilem, & amaros *ἰχθύρας*, eo vtique vocabulo sanguini humores inuens permixtos. Scire tamen licet, Ichoras Græcis quandoque pro humoribus in corpore seu corruptis, seu integris accipi. Lego apud eruditos, quod equidem relatu dignum censui: pituitæ speciem ingenerari quâdam gypso aqua macerato persimilem, sed mēbrorum nodis præcipuè. Vbi decoquentis vi caloris sæpe fiat perinde ac gypseus lapis, mirabili etiam mulieris exemplo, quandiu molestum vexarat onus spondylorum ac rhenum. Ea cum scabendo, pruritu titillante, cutem lancinasset, lapilli exciderunt numero decem & octo, magnitudine quâta in tesseriis visitur, colore planè gypseo. Cæterum ex quo cœpimus & miraculū ex sanguine subtexamus alterum. Vnde enim fiat, vt in vulneris authorem, si superueniat intra horas plus minus septem, proflitere pernoscat? Nempe qui vulneratur ac perimitur, in asilicentem dolenter conuertitur, cogitatio vltionem expetit auidè, ad id repenti inardescit bilis, à qua mox succeditur sanguis, raptimque tota vi sese ad vulnus proripit, tum fomenti causa, tum vindictæ. Conuolant spiritus instimul, qui instæ leuitate mox authorem circummiliunt, cuius calore perfenerant, persistuntque aliquandiu. Quo tempore, si vulnus inspiciat is cominus promitur in eundem sanguis, tum calore necdum extincto, tum quod nec agitatio quicuit interior, simul quia vel prius in illum sese concitarat. Porro quoniâ spiritus suos repetit sanguis, suumque proliciunt sanguinem spiritus. Sunt ex theologis, qui in Deū refundat euentus causam, vt horridius fiat peccatū, ac detestabilius. Illud auctarij fuerit loco, inter medicamētâ esse, quod vocetur enhamō: quod vt ex Hippocrate

pocrate quarto Therapeutices inquit Galenus, *κωδὸν διαπινεῖν, ἢ ἡδὴ ἀναπνεῖν*. Nam & primo Problematum Aristoteles, supprimi ab eo sanguinem scribit, ac materia inuitilis confluuium reprimere. Ita enim effici, vt vulnus simul & inflammatione careat, & vnitati sit opportunū. Porro, quæ cruentis iniicienda censemus, acria ex parte magna sunt, quo acerbitate sua astringere queant. Denique medicamentis consistat non pinguibus: idèoque Alipene nuncupatur. Cæterū & vlcus enhamum dici Galeno quâdoque obseruauimus, tanquā cruentum intelligas, *ἢ ἡδὴ ἀναπνεῖν*. Nec illud præteriero, in Alexipharmacis Nicandri sanguinè dici *ἀναπνεῖν*, quoniam verè plurimum exundet. Cerrè eariten sunt qui hæmatiten dicant lapidem. Lac, vt physici produunt nonnulli, sanguinis spuma est, quo nomine, inquit Varro, nutricem oportet esse adolescentem, anuis enim vt sanguis deterior, sic lac.

Spiritus plura significare. Branchus quid. De animalis spiritu, vitali, naturali. Ingeniorum diuersitas vnde sit.

CAP.

XIII.

Spiritus, siue *πνεῦμα* modis dici pluribus, non grammaticis modo notū, sed & medicis: vno enim modo de anheliu pronuntiat, vt apud Hippocratem, Galeno teste Prognosticorum prima: Spiritus si frequens sit, dolorè & succensionè significat in his quæ sunt super diaphragma. Et apud Quintilianum libro vndecimo: Est interim, inquit, & longus & plenus, & clarus satis spiritus, non tamen firmæ intencionis: idèoque tremulus, vt corpora, quæ aspectu integra neruis parū sustinentur, id Græci *σπράγγων*. Alio item modo ventum indicat, deinde & substantiam incorpoream, rationalem. Nam sic angeli vel intelligentiæ, & anima, spiritus ab theologis nuncupari solent. Postremò autem est spiritus substantia subtilis, ærea, dilucida, ex tenuissima quaque sanguinis parte producta, vt deferatur virtus à præcipuis membris ad reliqua, quo prius valeant actus exercere. Spiritus hic ad sanguinem ita se habet, vt ad ignem scintilla. Galenus libro De virtutibus nostrum corpus dispensantibus, duo tantum facit spirituum genera, vitalem, & animalem. At Therapeutices duodecimo naturalem etiam addit: ita verò vt ambigens de eo verba faciat, & per conditionem. Auerois secundo Colliget (vt barbaro, sed scholis tamè pertrito vtamur titulo) duos facit



Spiritus, in corde vitalem, at animale in cerebro. Sed primo Cantica addit etiamnum ipse naturalem, quem ex vapore gigni interpretatur depurato deterfoque. Cuius sedem, inquit, statuit Galenus hepar, vnde transmittatur in corpus reliquum. Aristoteles autem cor, in quo deprehenditur manifestum. Præcipuum verò instrumentum quo vigent reliqua, est per nervos in cor & iecur descendens ex cerebro spiritus animalis. Vitalis autem spiritus ex corde profluens, multa est tenuitas quæ ad corporis mēbra inuehitur per arterias, causa cognati, inſitque, ac vitalis caloris existens, & proinde etiam vitalis nominatur. Hic etiam per arterias sese attollens ad caput materia spiritus fit in cerebro, quodamque moderamine sese omnis sensus & imaginationis & memoria, appetitusque & motus, necnon in ratione vtentibus opinionationis & intelligentia instrumentum abunde suggerit. In primisque sese animæ offert, & quò illa intenderit, irrumpt: quamobrè etiam animale nuncupatur instrumentum. Verum tamen iuxta eius temperiem variam varias ac diuersas anima quoque perficit actiones. Vnde & ingeniorum nascitur diuersitas, quod & in brutis animaduertimus. Quædam enim rationi propria videntur, pro spiritus qui cerebrum occupauit qualitate. Quanquam & acutiora deprehenduntur ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas, in quibus aer sit purus ac tenuis. Quin & quibus vescare cibis ad meatu aciem interesse plurimum coniectant.

Quid arteria, & quid venarum origo vtriusque. Vena an dicitur de arteria, contra Gellium. Hemorrhagia quid Anastomosis. Diapedesis. Parochetensis. Antispasmodica. Ischemon. Arteria tunica an coeat soluta. Collectica. Epuletica. Cirrosos. Varices. CAP. XIII.

Quoniam verò sanguinis spiritusque facta nobis mentio est, quibus implendo deplendoque vitæ reficit natura, vel perdit, congruum fuerit. hic potissimum venarum, quas dicunt sanguinis riuos, & arteriarum, quas spiritus vocant semitas, rationem paucis attingisse, primumque rerum ipsarum definitionem. Venam igitur sanguinis esse conceptaculum dicunt, siue (vt medici nuncupant) vas, mixti confusique cum spiritu naturali, in quo sanguinis plus sit, spiritus autem minus.

Arteriam esse volunt spiritus conceptaculum naturalis mixti confusique cum sanguine: in quo spiritus sit plus, sanguinis minus. Id verò plane obseruatione dignum ex Galeni doctrina, necnon Cordubensis Moyſi, Aphorismorum particula prima: eam qui sit in pulsantibus venis sanguinè videri esseque modi non magni ac prætereunem, adque sumi naturam proximè accedentem. Rursum qui est in venis non pulsantibus, spiritum esse modicum item ac omnino nebulosum. Venarum exortum omnes ferè à capite atque cerebro deducunt, sed errore maximo, vt tertio De animalium historiis author Aristoteles est, qui earum naturam deprehendit huiusmodi: duas videlicet intra pectus venas cõtrieri, spinæ appositas: altera quarum maior sit, minor altera: sed maior, inquit, priorem partem adit, minor posteriorem: & maior dexteram potius sedem obtinet, minor sinistram: quam ahortam nonnulli vocant, eo quod neruosa eius pars conspici vel in mortuis potuit. Ambæ ex corde originem ducunt: transigunt enim toræ cætera viscera, per quæ tendunt suam seruantes naturam. Deinde exsequitur Philosophus, qua ratione illarum vtraque in totum dispergatur corpus, ea transponere ac velut conuersare vniuersa, non fuit consilij, ne pragmatia nostra hac de homine exeat in immensum. Qui curiosius ista perquirat, locum habet quæ adeat. Auicenna item doctrina quinta sen primæ primi, Arterias esse corpora scribit sinuosa, in longum porrecta, nerosa, ex corde propagata: quibus insit motionis virtus per diastolen & systolen, id est per disparationem & contractionem, vt inde cordis euentatio cõparetur, & ab eo fumidus segregetur vapor, & mēbris corporis distributum infundatur spiritus. Venæ autem, inquit, arteriis quidè persimiles sunt, sed ab hepate manant ac quiescunt. Earum munia sunt, mēbris sanguinè insinuare. Scitu verò non indignum parte hac, ab Hippocrate, sicuti ab vetustioribus itè aliis, duo genera vasorum, quibus contineatur sanguis, nuncupari venas, non vt ab iunioribus, alterum tantum, cui non insit pulsus. Id quod est secundo De morborum interstitiis ab Galeno confirmatum, & A. Gellij sententiam reuellit insigniter, sed & Quintilianus septimi libri sine, vim appellat sentiendi venarum pulsus. Plinius quoque libro itè septimo, Venarum dicit formicantem percussam. Auicennæ eruditus interpret dubium videri scribit, profuante ab hepate venæ, quum Aristotelis (inquit, sententia sit, venas & arterias



terias à corde initia ducere. Galenus quarto De utilitate paritum, non pulsantes venas, tunica vnius ab hepate ortum habere scribit. Idem approbasse Auerois videtur primi Colliger, capite De venis. Etiam si in libro De dispositionibus cordis, asserere non ambigat, Esse in corde cibalem vim, spiritus quoque & venarum ac neruorum propaginem. Ego verò Galeni doctrinæ censuerim inherendum, quam niti experimento scimus. Apuleius in libro De dogmate Platonis: Exaduersum, inquit, cordi venarum meatus oriuntur, per pulmonis spiracula viuacitatem transferentes, quam de corde susceperunt, & rursus ex illo loco diuisæ per membra in totum hominem inuehunt spiritum. Cælen, id est cœcaum dici venâ maximam, quæ ab corde initia ducat, author est Pollux. Illud adiecisse, puto, nil obfuerit, Hæmorrhagiam dici sanguinis fluorem, venis vel ruptis vel conuulneratis. Fit autem Hæmorrhagia, quæ anastomosis, id est *ἀναστόμις* nuncupatur, ex vasis, seu conceptaculi imbecillitate, & impetu copiosiore affluētis sanguinis ad eius os. At quæ dicitur *ἀναστόμις*, hoc est diapedesis, tunica consistit rarecente, ac sanguine attenuato. In hæmorrhagiis ex Hippocratis instituto auertitur sanguis aut parocheteusi, aut antispali. Et parocheteusi quidem intelligunt, vbi in propinqua corruatur loca: antispalin verò quum in opposita: veluti ex supernis demanante sanguine per nares, sit *ἀντισπάλιν*: at per inferna, vti per sedem, *ἀντισπάλιν*. Sed & in occipitio, si per nares profluuiū infestet. Hæc enim obiecta item accipimus. Ischæma denique, id est *ἰσχίμα*, sunt, quæ sanguinis comprimunt fluore, medicamina. Porro & id obseruatione non indignū. A quibusdā traditum, Arteriæ tuniculam vnā esse duram adeo, & *χρυσάδην*, vt omnino sit consolidationis nescia. Sic enim symphytin interpretamur, quippe mollia tantum corpora adglutinationē admittent. Nam lapidi nō cōcrefcit lapis. Experimento tamen se Galenus aduerisisse prodit, coisse quādoque ac arteriæ naturæ esse vtique dysphyton, id est quæ coalescat difficulter, nō esse tamē profusum alymphyton, id est ab coalitu seiuinctū. Quæ verò cōsolidant, symphytica dicuntur pharmaca: sicuti colletica, quæ adglutināt: epulotica, quæ cicatricē inducunt. Cirfos dicūt veteres Græci, ac medici præcipuè, quum toto corpore amplius venæ dilatantur. Quum verò in cruribus, ixias vocant: nōnulli ex alia scriptorum decuria, varices vocant Latini.

pul

Pulsus quid. Item de ratione pulsuum digna scitu. Quis si formiculans percussus, & vermiculans. Plinius declaratur. Microsphycti qui intelligatur. CAP. XV.

Am verò vt veluti per gradus quosdam hominis nobilitatem attingamus ratione corporis. cui non videatur diuinæ sapientiæ miranda benignitas, quæ summo studio peculiarius semper impertitur, quo à brutis insigniter se iugamur? Si quidem pulsuum ratio quàm mira est, quàm verè diuina? Qui in cacumine membrorum euidentes sunt morborum indices, in modulos certos legesque metricas per arates citati, aut stabiles, aut tardi. In iis obseruatio crebri aut languidi ictus gubernacula vitæ temperat. Quo quid parte hac præstantius? aut quid æquè necessarium? Pulsuum verò, siue (vt Græci dicunt) *σφυγμῶν*, sic fermè finiunt, vt esse intentionem motus dicant, & remissionē in corde & in arteria, naturalis, non arbitrarij. At veteres medici etiā sic: Pulsus est disparatio & cōtractio indiuisibilis arteriæ ac cordis, vel subsultio & palpitatio vel ebulitio venæ & arteriæ. Vnūquēque verò pulsuum esse cōpositum, Auicenna scribit, & ex motibus duobus. Quibus duplex item accedat quies: nam inter motus duos, & quidē contrarios, necesse est intercedat quies. Neque enim fieri potest, vt motui continuetur motus, quoniam vniciuque præscribitur meta ad quam tendat, quò vbi sit peruentum quiescat. Syctoles verò seu contractionis motus, à plerisque medicorum haud percipitur. Tunc enim à manu recedit arteria, tactus verò non prouenit, nisi sensibile tangentem contingat. Galenus medicinæ scientissimus, cuius Auicenna se fatetur interpretem, proinde scribit, Remissionē huiusmodi non obseruasse diu: mox verò curiosius sollicitiusque intendentē adeptum nō nihil: denique ita progressum, vt pulsuum ianua sibi patefere omnino. Sed curnā institutum, brachiorū arterias obseruare potissimum? Nempe, inquit Galenus idem in libro qui est ad pulsuum Isagogicus, quia paratior est pars ea, atque itē prolata honestior. Accedit, eius loci pulsuum esse vniformem maximè atque in necessitate perutilem. Nam & arterias eius, si patientiores nouimus, quia pars ea minimè sit corpulenta, nec abest ordinis rectitudo, qua in eum locū à corde corruatur arteria, nusquā ferè anfractibus sinuata. Adiuuat & propinquitas, præcipuè sinistri brachij, quo vberius se promit à corde



corde virtus. Quia verò septimo Naturalis historiae Plinius inter signa ingruentis mortis inaequalem fornicantemque venarum percussum apposuit: Fornicantē pulsum Galenus capite tertio libri De tactu pulsus, intelligit minutum, deorsum, ac summē debilem, qui velocitatis opinionem exhibeat, quum sit minimē velox. Rasis author & ipse fidei haud laesata, nec diluta, decimo Almansoris, pulsui nuper alicui infantis esse similem tradit. Philaretus quaerit, quō distet ab fornicante vermiculans percussus: & hunc quidem putat quandoque cōverti demutarique in melius, eius item amplius patere inaequalitatem. Fornicantem verò virtute profum inter mortua fieri, & interitum praenuntiare. Memorandum verò Microsphyctos vocari quoque Graecis, quibus pusilli sunt venarum pulsus, lōgitudine altitudinēque ac laticūdine minima, uti ab Galeno proditum est, surrecta arteria.

Quae sunt partes in animalibus similes & dissimiles res item de nervis. Quae membra organica. Quaeque ab ijs differant, quae animalium dicuntur partes.

CAP. XVI.

A Nimalium partes, inquit Aristoteles, aut in composita sunt, quae scilicet in similes sibi partes diuiduntur, ut carnes, & ob eam rem similes, id est homœomeræ dicuntur. Aut compositae, quae aptae secari in partes dissimiles sunt, non in similes, ut manus non in manus secatur, aut facies in facies. Quapropter dissimiles, id est an homœomeras nominamus. Eadē hanc Auicēna ex Aristotele mutuatus doctrina quinta sen primae primi cōscribit: sed addit, Dissimiles partes dicit membra organica, quod sunt animae instrumenta ad complendum motus & actus. Nam & Therapeutices primo Galenus aliud esse *ἄργον*, seu *μὲν*, & aliud organum praemonstrans: Organum, inquit, *ἄργον* ἢ *μὲν* ἢ *σῶν*, *ἢ* *ἄργον* ἢ *σῶν* *ἢ* *ἄργον* ἢ *σῶν*. Qua lanē ratione oculus quidem animalis dicitur *μὲν* *ἢ* *ἄργον* *ἢ* *μὲν* *ἢ* *ἄργον*. At tunica coratoides *μὲν* *ἢ* *ἄργον* utique, ac *μὲν* *ἢ* *ἄργον*: organum autem minimē. Inter similaria principem locum habere ait Auicēna os, mox chartilaginē, postea nervos, qui sint corpora ex cerebro prodeuntia, seu ab nuca, alba, flexu mollia, & quae non facile interruellantur, ea maximē ratione nata, ut eorum adminiculo membra & sensus non sint expertia, nec motus. Sciendum verò

hæc partes haberi ac dici simplices ex sensu tantum iudicio, quoniam & ipsæ ex elementis compactæ sunt: verum quia in compositis non se actu promunt elementa, nec perno scitur portio vlla, cui non cōgruat appellatio torius & diffinitio eadem, simplicia nuncupantur & homogenea.

Ossium ratio. Cornei cur dicantur, quibus sunt ossa concreta. Quot in humano corpore. Interim quae ossa dicuntur simenia, vel cynolophæ: ut sesamina, lambda, hyodea, catagna, helcos, rhegma, spasma, apospasma, tere don, byssinos. Poros quid.

CAP. XVII.

Plato in libro De vniuersi natura, humani corporis explicans rationem: Os, inquit, Deus artifex ita concinnauit, terram atterēs puram lenēmque miscuit, madefecitque medulla, id postea in ignem iccit, mox in aquam merit, rursus in ignem, iterum & in aquam: sicque transferens sapius in vtrunque, tale reddidit, ut liquari à neutro posset. Quibus natura concreta sunt ossa, quos rarerer utique reperias, Cornei dicuntur, puto, quia cornui masculæ nulla insit medulla. Ossium verò distinctio est apud medicos apositissima. Alia siquidem basis vicem praestant, quoniā illis innitatur corpus, quo in genere sunt sphondyli dorſi: propterea inquit Aristoteles, Initium in omnibus, quæ ossibus constant, spina est, quæ compacta ex vertebra à capite ad coxas porrigitur. Alia verò clypei modum habent ad tutandū, sicuti os cranei, quo tanquam sphaera ossea, ut Plato inquit, quasi tornata cerebrum est circumseptū. Alia item armorum loco sunt, quibus praepedientia proreleantur, ut quæ trito medicis vocabulo ex curuitatis natura, ut ipsi interpretantur, Simenia nuncupantur, ab Graecis *ἄργον* dicta, id est canina prominētia. Hæc verò super dorſi sphondylos locum habet. Alia sunt quibus iuncturarum siue compagum expletur inanitas: quæ, quod minutula sunt, vocant sesamina, ut scribit Albertus, inter ossa digitorū reperta potissimū. ut in genu patella. Aliorū ratio est ad partiū interpositionē, sicuti os quæ ab litere figura dicitur lambda, abs quo gutturus ac lingue musculi propēdēt. Id ab Galeno etiā vocatur hyodeū. Qui sic omnino distinguit, uti ossiū alia motui

sub



subseruiant, quæ articulos vocant: alia motu careant, *συνσπῆρσις* dicunt, id est articulare concretione. Cuius forma triplex: aut enim futura est, vt in capite: aut velut clauis, vt dentes: aut symphysis, qua ossa coherent, velut in sitio. Illud item obseruatione dignum: Ossa in homine comperiri numero exactissimo, & in summa (vt dicitur) summarum ducenta quadraginta octo: sicuti in digitis miserè diligentia præsigni Hippocrates, Galenus, Rasis, Auicena, & Auerrois quoque. Quamquam hosce, is mox singillatim recensendis, non nihil distingere animaduertimus: Albertus ducenta facit & septuaginta sex. In capite connumerantur nouem & quinquaginta: in thorace sexaginta septem: cui supputationi accedat quod in corde os reperitur: etiã si ab vniuerso id numero secludat Auerrois primo Colliget. Id verò Aristotele tradente, vnam habet rationem, vt basis sit ac fundamentum motus cordis. Nec id in omnibus repereris, sed in equis modo & bobus, certo genere, vt idem arbitratur. Albertus id se vidisse tradit in ceruis & in homine quoque, & in multis præterea animalibus. Brachiis manibusque duo ascribuntur & sexaginta, pedibus sexaginta. Omento integri ossa omnia, dilucet: nam exempto eo, fide Therapeutices tertio in osse id esse catagma, quod in carne helcos, id est vlcus. Vtrobique enim esse *συνσπῆρσις ἰσχυρῆ*, id est continuitatis ac seriei interpellationem. Quam item rationem in corpulentis ex illato ictu habet *τρυχώμα*. Citra plagam verò rhegma, id est *ῥήγμα*. Nam in neruosis planè spasma est. Eiusdem porrò generis censetur & apospasma, sed in nodis, ac coniunctionibus. Fracturam consequitur saepe, quã dicunt *ἰλιχθῆσιμον*. Obtingit verò frequenter per vaforum *ἀποσπῆρσις*, & eam quæ vocatur *ἀποσπῆρσις*, continuitatis interpellatio & ipsa. Catagmaticas denique leges dici, obseruauimus: sicuti ligaturas item catagmaticas. Teredon apud Græcos, perforationem indicat. Sed in nomine, litera e, abundare videtur: nam ab tremate, id est foramine infestatur, veluti teredon quædam, id est foratio, existens, quæ ab acutis humoribus fiat exedentibus. Lygismon vocant Græci, vbi franguntur in cruribus aut brachiis ossa. Denique fracta ossa non per vnitionem coherere, tradunt nonnulli, sed per callum eum quem Græci poron dicunt, ceu glutino iungi.

Charit

Charitilaginis natura quo ab ossibus differat. Chondros, chondracantha, medulla notiaa, spondylion, moschion, medulla lana, medulla auium.

CAP. XVIII.

Charitilago ab osse diuersa est pluris minorisve ratione, quum alioqui natura sit cõpar: siquidẽ præcisum os nõ succrescit amplius, nec charitilago cõuulsa coit, restituiturve. Ad flexum lectisternij vicem præstat, *χόνδρον* Græci vocat. Ex nerui ossis quæ natura cõsatur, vt scribit Pollux, & tradit Galenus *χόνδρον αὐτῶν* dicuntur, quæ spinam habet charitilagineã. Terrestrium, quæ animal gignunt, nec exanguia visuntur, charitilago foramine nullo cauatur, proinde etiã medullæ expers est, Aquatilium, quæ *αὐτάχνη* dicuntur, id est charitilaginata, per dorsum quod est ossium *ἀνέτρονον*, charitilago humorẽ habet medullæ modo. In gressilibus, ex quibus progignitur animal, auriculas & nares, nõ nullam habere charitilagineam scimus. Medullam scribit Galenus, eam dici germana significatione, ossibus quæ oclusa distinetur, minus propriè dorsalẽ quoque, notiaãmq; Græcis appellatam, reliqua duriorẽ fictionemque. At quæ spondylis continetur, Polluci spondylionis censetur nomenclatura. Vituli medullã dici medicis moschiã, idẽ author est Galenus Simplicis medicinæ libro vnde timos, sed qui vocabulo item eodem ceparum vocant semina, quin & tenellas plantas: nam & Plinius lanæ medullas vocat, tenuissimam quanq; in lanitio partem, sic & auium medullam nuncupabimus plumulam molliorem.

Neruorum ratio, & vnde oriuntur nerui. An sentiendi organum sit caro. Anthrope quid: item epidermis, rhacodes, lacernosa cutis. CAP. XIX.

Iam verò neruorum naturã si ad perpenionẽ reuocet, qualisnã inde cõsurget opificis admiratio: isis nodi corporum qui vocantur articuli, aliubi interuẽtu, aliubi ambitu, aliubi trãsitu tanta animantiũ utilitate, ac mēbrorũ firmitate, & motus præstãti, & certa ligãtur pernicitate, vt (ad sit modo æquus rerum æstimator) fateri necesse sit, eã fuisse diuinæ sapienciæ in hac fabrica curam, vt singulis tantum eius attribueret bonitas, quantum emolumenti ac decoris ratio patiebat. Ex qua alios videmus teretes, nõnullos item latos, vt in vno



quoque poscere figuratio videbatur. Nervorum naturã Plató scribit, ex ossẽ ac carne non fermentata esse à Deo contemptatam, & sicut infectã colore indẽq; nervos carne quidẽ teniores factos aridioreq;que, ossibus autem agiliores & molliores, quibus idẽ medullas & ossã peruinxerit, omniãq; carnibus operuerit. Nervos porro in corde habere ortum, Aristotellis sententia est, quoniam id nervulos suo ampliore ventriculo cõtineat, & vena, quam ahortã dicunt, nervosa sit. Albenti glutinosoque humore nervos & nasci & ali. idẽ affirmat author, cuiusmodi etiam humorem mucori assimilem eis circumiectum cõuisimus. A uicẽna primo Canonis, vt medicus & Galeni interpres, nervos ab cerebro & nuca producti scribit. Libro tamẽ De animalibus tertio, habendum Aristoteli est opinatus. Galenus locis aliquot sententiam priorem fouet, quem adiuuat Auerrois primo Colliget, item Cantica primo, vtra verò sit potior sentẽtia, non cuiuslibet fuerit sancire: presertim quum grauis author in Aphorismis Damascenus ita pronuntiarit, Vbi dissideant Aristoteles & Galenus, haud facildẽ internosci verum: at vbi Aristoteles ipse pugnantia scribat, quid agendum? Nam in libris De animalibus, non semel sentiendi organum carnem statuit, aut *ἀνάσσει*, non (vt medici, & nos supra commonuimus) nervos. At secundo De anima: Caro non est, inquit, sensus instrumentum, sed mediũ potius, sicut aër & aqua sunt in videndi, audiendi, olfaciendi ratione media: nam sensibilia super sensile iacentia non mouent sensum, mouent autem super carnem posita. Auerrois assecla vbique ferẽ Aristotelis, & medicorum, vbi se ostentari occasio, insectator acerrimus, Galenum hac parte insequi maluit, Aristotele relicto. Quod ipsum & duodecimo De animalibus Auicenna facit. Sed fortẽ carnem significauit lacertosam Aristoteles, cui vitium sensificæ inest portio, quãtũ nervorũ. Albertus vir doctior, quã polior nervos ab cerebro diuidi tradit, dum ad pellem perueniũt cerebro obtentã, oriri autem à corde. Item alios dici sensuum vehicula, alios motuum. Hos quoque ab occipitio produci: ab anteriore parte illos. Hominis pellẽ Herodotus anthropen nuncupauit, id est *ἀνθρώπου* vel (vt alijs) *ἀνθρώπου*. At Galenus Epidermida vocat, quæ vlceri demum persanato inducitur, *ἐπιδερμίδα*, ex Therapeutices tertio. Sed alibi pellis superficiei intel

intelligere eo nomine videntur. Est & in abscessibus cutis nũcupata rhacodes, puris virulẽtia insigniter attenuata, & *ρῆκας*, id est attritis linteis admodum assimilis. Laecernofam autem Latine appellant nonnulli, quia lacernæ instar rodatur. A poneurosis, nervea dicitur tenuitas. Amplius de epidermide Galenus Simplicium pharmacorum libro vndecimo: Pediculorum, inquit, multitudo succrescit, in quibus copiosior fuerit cacochymia, & quidam velut cortex absconditur à cute, diciturque epidermis, qua crassi viscosique continentur humores, vnde fit scabies, lepra, elephantia.

Carnis ratio ex Platonis doctrina. Carnis species duae. Qui sint ines, & qui villi apud medicina peritos. Pulpa, in Plinio quid. Parenchimata, adenes, inuini, inulus, hinni. Sarcotica pharmaca, cephalica, cathartica, hyper sarcosis, cufarcon. CAP. XX.

Carnem scribit Plato, aduersus frigoris & caloris iniuriam ab opifice Deo tegumentis vice neruis ossibusque superinductam, proinde inditum ei humorem caloris non immunem, vt ætate quidẽ rosida madidãque extrinsecus, corpori vniuerso domesticã exhibeat refrigerationem, hyme verò rursus igne proprio glaciẽ extrinsecus illatam repellat moderatẽ. Quæ quum præclarus ille nostri corporis factor esset meditatus, permixtione quadam ex aqua, igni, terraque temperata, indito insuper acuto falsoque fermento, succi plenam ac mollem cõstauit carnem. Huius verò species duas agnoscunt medicorum scholæ: aut enim villosa caro est, vt quæ in musculis habetur: aut villis nuda prorsum, vt hepar. Villos intelligunt, quos vocant Græci *ἄν*. Etiam si non me fugit, Plinium quãdoque venas fibrãque cõuertere, quod & Theodorus facit, non nervos. Cæterum tenuissimam partem chartæ dicitur item ina. Est vbi Plinius idẽ, pulpã pro neruo accipiat, quam Theophrastus etiam vocat ina. Qui bustam, inquit, pulpa sine venis mero flamine ac tenui conseruat. Villum medici describũt, corporis partẽ substantiã tenacioris, solidã gracilẽ oblongãmq; filo persimilem, quæ motui subserviat, & carni robur adiciat. Villorũ alios statuunt neruos, venosos alios: & sint etiam quos arteriales vocant aut panniculosos, vel qui vitilium fungantur vice. Omninoque



diuersi euadant pro membrorū ratione, in quibus cōperiuntur, aut à quibus propagantur. Quod Galenus cōprobat Cræseon secundo. Sed & Therapeutices decimo: In musculus (inquit) est modo caro, in aliis hanc præter paucos agnoscit nemo. Sed in hepate, renibus, splene, pulmone parenchymata vocant, id est *παρρηχίμια*. In intestinis verò & ventre ac stomacho vuluāque, est pars hæc innominata. Sed & quattodecimo, Visceribus, inquit, propria inest caro, quā plerique parenchyma vocāt. Adenas esse Galenus finit, concretā in se durius carnē, cōuolutāque. Astruit Auicēna, ex motibus nullum, nisi per villos fieri. Est, inquit Eustathius, *ινυρ* in capitis posteriorē parte, quo cōcidente ad inferiora, contrastrōque ad humeros, *ινυρ* dicitur, hoc est incuruari qui id patitur. Aliis esse inion videtur nerui canitas, qui dicitur etiā *τινωρ*. Inis apud Græcos, etiā infans dicitur. Inulos accipiūt nōnulli ceruinos pullos. Hinnos autē & hinnulos cum statili ac duplici cōsonāte, ex asina cōceptos mares equi seminio. Ex Gregorio illud præterire nequeo: Carnis sementinā trahere ortiginem lac, caseum, oua. Quia verò carnē Græci sarca dicunt, inde pharmaca legimus sarcotica, inter quæ sit quod nuncupant cephalicū. Sunt verò hæc quibus internata caro vlcerum explet inanitatē. Sicuti quibus nimio plus excreescens exeritur, vocant cathæretica. Nam vitium ipsum dicitur hyperfarcosis, id est *υπερφαρκοσις*. Porrò sicut nec nimis gracilescēt corpus laudem meretur, neque item obesius factum: sic habitudo media plausibilis præcipuē censetur: eam verò Græci *υπερφαρκοσις* nuncupant. Hyperfarcomata porrò nomine alio hyperochas in vlceribus Græci vocant iidem.

Humanum corpus summa partium proportione constructum Phyam quid vocent Græci. Rotundum & quadratum schema reperiri in corporibus nostris. Mensurarum indidem esse depropt a nomina: item denarium numerum. Quibus constet corpus. Retri menta quot excernantur modis. Vlcerum superfuitates haberi generum duorum, ichora, & rypbos. Corpora perittomatica & plethorica. CAP. XXI.

Quod operis initio præstaturū me, non essem ausus polliceri, vt tam latē hominis rationē persequerer: ipsa tamen

tamen vberius sese indies materia laxante, ingēs nobis ostentatur quodammodo rerū sylua, quæ vel cogitatione animū, quantumuis difficultatibus obluentē, & si non fatigare, at sollicitū anxiumque efficere saltē potest. Verumtamen durum est, quia cœpimus. Nam & dii facientes adiuuāt. Quod si legētū votis per omnia minus satisfecerimus, aut si quippiam habuerimus, derelictū, vt impolitix notari videamur digni, Cogitandum erit, nemini vnquam vitio datum, quod præfati sumus, deos quoquo modo posse colere. Studiois Latine rei etigilantur ista, si quid senticosi in tāta sciendorum congerie sese obtulerit, flores modo præcerpant, reliqua solū vitio succreuisse putēt, vbertate nimia interdum luxuriantis, ac prætereāt: sciātque, hominis esse propriū cōniuere in pluribus. Verūm si condentis animū amplius respexerint, omnia plausibiliter excipient, pariāque sibi in rationibus fieri putabunt. Satis, opinor, hætenus artificis Dei sapientiā in hominum cōstitutione admirati sumus: verūm quæ supersunt, singularem & ipsa præferunt claritatē. Quod & eorū rationem summūque prospectum idem habuit inenarrabilis conditor. Nam quale censemus illud, in corporis humani fabrica summam symmetriarū, siue cōmensurationū rationem adeo seruātā, vt inde ab architectorum prudentissimis analogē sustructiones sint corruata? Siquidem illud ita est ab natura concinnatum, coaptatūque: vti proportionibus, quas Græci *δυναμεις* vocant, membra ad summā figuratōnem insigniter respondeant: nīlque omnino cōperias, quod cōmensu careat. Sicuti caput dicimus ab mento ad frontem summam, & radices imas capillorum, esse partis decimæ. Item manus palmam ab articulo ad extremum medium digitū tantundem. Caput à mento ad summum verticem octauæ. Tantundem à ceruicibus imis, & reliqua deinceps: vt si attendere libeat, nīl sit non ab summa profectū ratione. Hanc verò membrorum analogam rationem omnium Græci phyam vocant, id est *φύμα*, propter illud Homericum, *Οδυσσεα* sexto.

Εἰς τὴν φύμα τὴν ἄνθρωπος τὴν ἀρχὴν τὴν ἄνω καὶ τὴν ἑσπέρην.
Quid, quod rotundationis schema in homine item competentum est? Quem si supinum statuas, expansis manibus, & fixeris in vmbilico circinum, quia is locus centri rationem habet, circumagāsque, orbem conficies absolutum, extrema digitorum in manibus pedibūque contingendo.



LECTIONVM ANTIQVAVRM

Nec minus designationem in eo quadratâ deprehendes, quando altitudo ab latitudine diuersa non est, si mensum cœcipias inter expansas manus. An non compertum & illud, Mensurarum rationes & nomina ex humano corpore mutuatos esse veteres, digitum appellantes, aut palmum, item pedem, cubitumque? Quinimmo & denarius numerus, quem perfectum dicunt & probant, ab digitorum serie depromptus est, quod Aristoteles adnotauit. Cōstare autē humanū corpus rebus numero quatuordecim inuenimus: neruis, venis, arteriis, sanguine, spiritu, carne, pingui, chondris seu cartilaginibus, vnguibus, ossibus, humoribus, medullis, pilis, tuniculis. Ad laudem pertinet illud quoque: excerni recrementa, superfluentiaque à viris quidem per aluum, vrinam, vomitus, oculos, nares, sputa, excreationes, aures, rem Veneream, per incerta item spiramēta, per pilos, & per vngues. Mulieribus adiciuntur duo, lac, & menstrua. Illud superpondium fuerit, in vteribus item superfluitatum, quæ Græcis *ὑπερσφορα* dicuntur, duo esse genera: vnum *ἰχθυή* nuncupatur, id est sanies: alterum autem *πρωτό* id est fordes: illud tenue intelligitur, crassius hoc: vnde *πρωτό* appellatur, sicuti prius *ὑγίει*. Porro de superfluentis materiæ argumento corpora vel dicuntur peritomatica, vel plethorica, discerniculo apud medicos artis peritos manifesto.

Humani corporis partes. Membrum quid. Monocola qua. Nouem haberi perperensione digna in quolibet membro. Motus actiui & passiui. Cur naturam adixerit iustam Hippocrates. Membri cuiusque ratio triplex.

C A P. XXII.

Inuenio in monumentis, Aegyptios humanum corpus in quatuor tantum portiones distribuere solitos: caput, manus, thoracem, quem etiam clibanum vocat Albertus, & crura. Membra verò, vt finit Galentis, corporis particulae sunt, quæ nec omnino circumscriptionem habent propriam: sic enim particulae non forent, sed corpora per se, nec omnifariam coniunctæ sunt aliis. Hinc & ad pleraque transferuntur vocabuli notio, siquidem domus partes membra item vocantur Columellæ, Vlpianoque, & Cæcilius dormitorium membrum appellat, quod alibi cubiculum dormitorium Nam

LIBER III.

185

Nam & Græci & monocola, id est *μονόκολλα*, dicunt vni membra domos, apud Herodotum Valla dixtas trāsfert singularias, quæ in Babyloniis sustructæ mœnibus olim erāt, & modo in arce Mediolani visuntur. In mēbri verò cuiusque consideratione accurata, nouem videri perperensione digna, docuit Commentator Alexandrinus in enarratione libri Harseon. Quæ omnia inenarrabilem Dei prouidentiam explicant. Substantia prima est: constitutio deinde, seu crasis: cui adnectitur etiam color, quo membri natura quouis modo significari potest: sicuti eodem torius item interposcitur habitudo, quum sicuti Pythagoras auctor est, docente in libro De sensu & sensibili philosopho, sit color epiphania; id est superficies vel superapparitio quædā. Porro inspicienda item quantitas, figura, numerus, situs, colligantia, actus vel operatio, emolumentum, seu præcipuum id sit, seu vt seruitus. Tot enim seruitutes videntur, quot membra nō principalia. In his verò illud obseruandum, actum membri ab utilitate distinguui ex Galeni doctrina: nā actus motuum est effectiuus. Sunt verò & motus passiui nuncupati, qui aliis mouentibus fiunt. Utilitas autem esse videtur, commoditas quæ percipi nequit, nisi ex operationibus, quæ sine doctrina proueniunt. Nec credendum omnino, particulam vllam adiectam temere & fortuito, verum arte creatoris mirabili ac sapientia, sicut Galenus auctor est. Proinde summus artis medicæ Hippocrates, naturæ opera in hoc admiratus, nō desinit eam cognominibus honestare, iustam appellando, vt Aristoteles esse eam velut, *ὁμόμορον* ait *ἀγαθόν*, id est œconomum bonum ac patrem familias. Quando iustitiæ diuinæ maiestas necessaria sapienter excogitauit, tribuitque vnicuique pro dignitate, reddendatibus omnino reserctis. Et vt verissimè dixit Haliab, Est ab natura animalis corpus constitutum ex mēbris multis substantiis & qualitate diuersis pro vniuscuiusque necessitate, quo ad destinatam metā produci posset vita. Porro in membris cuiusque cōpositione ratio visitur triplex: aut enim viuēdi gratia sunt, cuiusmodi mēbra sunt principalia: aut bene viuēdi, vt oculus: aut sufficiendæ causæ prolis, quo in genere habetur pudenda. In omnibus verò Deus opifex utilitatē respexit primum, mox verò & decorē. Nam & Ciceronis illud laudatur De finibus tertio: Membrorum, id est partium corporis, alia propter eorum usum videri ab natura contributa, vt manus,



Crura, pedes, vti ea quoque que sunt intus in corpore: alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quandam ornatum, velut caudam pavoni plumas versicolores columbis, mammas viris atque barbam.

Capitis ratio: cur ibi sedes anima. Codia quid, & unde Crera, hemicrera, sincipita. Cur magnis viris caput aperire institutum. Cerebri item ratio. En car quid sit. An cerebro abstinuerint veteres. Obiter iurandis mos per caput, salutem, geniū. Adriani historia, en-gissomata, cam aromata, ofiagra, encopei, aulisci, plia cota, xyleres, trypana, abaprista. Cedis expiatio. Ca-uere capite. Epidij Historia. Diploa quid. An capi-te preciso possit quis progredi aut loqui. De cranco, & futuris: item de capillis. Interim adnotabis que dicantur Thria. Qui dicantur Phoxi: & quid phoxi & phoxichili. Item cymbe, cymbachus, cymbanum, xylocymba, corymba. Capitis resectio honorifica ve-teribus.

C A P. XXIII.

Quonia verò caput, arcis quodammodo locū habet in hu-manis corporibus: & Plato in Timæo, caput nō princi-pale solū, sed etiam totū in corpore nūcupauit: ab eo protinus exordiemur hic aliqua perstringere, quonia alibi fufius de ea re fiet hoc opere mētio a nobis: vt omnino citra radiū, & fasti-giata sit pragmatia hoc genus. Quod & in mēbris itē alij quādoque facturū me, prefari libuit, ne quis malē feriat, aut na-sutior in hac incidēs, quisquis fuerit eorū geniū, partū hunc nostrū, vt exsuccū & malē cōceptū execretur protinus, arque (vt ominofum) auerferet. Ergo caput præcipuū, excelſiūque in homine membrū, primo Regiminis acutorū Galenus, & Platonicus omnes rationalis animæ sedē nuncupāt, vt reatur nōnulli, quonia inibi cerebri est cōceptaculū, ac mēbrozū ani-maliū. Quæ organa sint, & principia virtutis animalis, tam apprehēdentis, quā eligētis, seu voluntariē mouētis, quibus potissimū cōstat animalū inter se disparatio. Additur & capitis figura spherica, quā solā esse mētis capacem, asseuerate in li-bris traditū secretioribus cōperi. Nec me fallit Bedæ senten-tia

tia super Marcū: Animæ locus, inquit, principalis non iuxta Platonē in cerebro, sed iuxta CHRISTVM in corde est. Hinc autumant eruditorū nōnulli. Codiciū, id est *Λωδεια* dici Græcis caput, *παρα τὸ νῆαδαιον αὐτῆ τῆ θύρα*, quonia sit rationis cōceptaculū. Vel ab herbæ codiæ quadā similitudine, quā inde credūt appellatā, quia deuinciat comate vefcētes, ac sopore: hypnoticā enim vim præfert, id est somniferā. Codiciā, papauēris dicūt caput. Crerā pro capite accipiūt veteres Græci: vnde hemicreras porcorū legimus apud Athenazū: sincipita intelli-gunt ex nostris nōnulli. Portionē verò hāc cæli similitudine quadā possidemus sublimē, sicuti etiā interpretatur Aristoteles. Quin & vniuersa in hominis corpore sitū præferunt vni-versū: quū cetera nullo eiusmodi sint cōstituta respectu, aut cō-fuso admodū. Porro & in Questionibus idē, Caput eū obtinuisse locū scribit, quia sit diuinissimū membrū, ab eo enim sternuta: ēta quoque proueniūt, quod esse sacrum auguriū con-stat. Inde quoque obrepisse nostris moribus opinor, vt quibus exhibeatur reuerentiæ cultus, iis caput aperiamus, etiā si Plinius, Varro, Plutarchus aliud vidētur secuti. Quid sine ca-pite, inquit Ambrosius, est homo? Si caput inspexeris, agnoscas hominē protinus: aliās iacet trūcus ignobilis sine honore, sine nomine. Sola ære ducta principū capita, vel marmore adorantur. Proinde, iure illi, velut cōsultori cetera famulatur membra, & vt numē seruili circūferūt gestamine, quod cen-soria quadā potestate, vt collibuerit, omnia dirigit. In eo sin-gularis est naturæ prouidētia. Est enim in homine macilētū, ac propē carne nudatū omni, idque necessariō. Nā si corpulētus esset cerebro circūiectū sepiementū, res omnino in diuer-sum recasura fuit, ac mēbri eius ratio exigit. Neque enim re-frigerādi vim haberet vllā: sed carnis copia totū intepesceret amplius. Etenim aduersus cordis sedē & calorē natura cere-brum molita est, vimque ex eo habuit aquæ terræq; cōmunē, vt inferioris partis feruorē contēperaret. Fluctiones porro ē capite imperū capiunt, sicuti cerebri frigidius est, quā exigat temperamentū, per venas sursum respiratē ciborū superfluo, quod simile imbrū generationi videri potest. Galenus post Hippocratē nobillissimus medicinæ author. Naturæ intētionem in capitis creatione nō fuisse cerebri scribit, neque item sensum omnē aut sensoria, quonia hęc cōperiantur etiā in ca-pite carētibus. At fuisse capitis sustructionē potissimū ob vi-



dendi excellentiã: qui sensus ad circûspectum omnẽ, veluti in specula collocari debuerit, sicuti auctor itẽ est Anicẽna. Ab quo illud etiã proditũ prima tertij, adnotauimus, Exploratoris vice oculos fungi. Idẽ porro Galenus colligit, cerebrum esse in capite locatũ propter oculos, sensoria verò reliqua propter cerebrũ. Opinari autẽ refrigerationis ergo cerebrũ esse constitutũ, putat ridiculũ, ob remotionẽ nimia: perinde ac si quis item calces cordis gratia factos asserat. E diuerso Aristoteles, oculos propter cerebrũ in capite locatos prodit, quoniã sit oculus aqua nature, sicuti cerebrũ. Verũm vt cuique visum fuerit, accipiatur ista. Cõmonendi verò parte hac diligenter sumus, dici cerebrũ ab veterũ plerisque, vt est apud Lycophronem, encar. Et quia in cibus id auerfabatur priores, quod scribit Athenæus, perinde ac ominosum opinati, præcipueque Athenienses: inde pronũtiatũ astruit ab Homero, velut in Symposiacis meminit Plutarchus, τὸ ἄμυτον οὐρανὸν, id est equũ ipsum honore ac cerebrũ: quod execrati priores, atque abominantes reiciebat, in primis autẽ suillũ. Sunt qui Homericũ illud sic intelligat, ἢ ὑπόλαρον τὰ ἄστρα. Nam Caras seruisse perpezu. Sed ad rẽ. Hinc Atheniẽs Apollodorũ nemini veterũ opinatur cerebri nomẽ admissum in libris, proindẽq; in Trachiniis Sophocle, λανίη μωχλὴ, id est albã medullam, dicere maluisse. Qua tamẽ in re lãge falli Apollodorũ, amplius curiosiũque thesauros veteres peritoloenti certo certius liquerit. Illa forsã subscribet ratio antiquorũ instituto, cerebro abstinentiũ, quod rẽ prorsus esse sacra, caput opinabatur, vel iurisiurandi argumento: per id nanque iurabant plerunque. Sed & per salutem, quod innuit Hieronymus, Nam in Pandectis adnotatum, etiam solitos plecti, per genium principis qui deierassent. Quin & in sternuramentis caput adorare alio quo modo videbantur, vt quod sensuum dicatur fons. Dicitur encar, genere masculino plurimum quidem, sed & neutro quandoque. Encardion, in plantis medulla intelligitur, vel cerebrum: sunt qui cor malint. An verum omnino sit, cerebro Athenienses abstiniũse, contestabunt eruditi. Certẽ Iouis cerebrum de scitissimũ cibo pronũtiatur apud Paulaniam. Cuiusmodi sint forsã apud Comiectum cerebri spũ, elegantius scitiusque condita, quibus vtebantur Athenienses. Erant verò cerebri portiones intra fici folia, quæ dicitur ut thria, curiosius percoctæ. Prædulce item censebatur pal-

liz cerebrum, etiam si capitis dolorem sapius grauiusque concinnaret. Eo verò exempto arefcere palmam ferẽ, cognitum experimentis. De hac ipsa re plura paulò Athenæus, & nos alibi. Sed illud non pratereundum: Omnium bipartitum esse cerebrum, & in postremo esse quod vocatur *παρρηχιδι*, id est cerebellum. Nobis porro illud parte hac non videtur per incuriam transliendum, quoniam (vt nunc est) in iis nil omnino receptiũ discernitur nobis. An capite præciso, credibile sit, corpus reliquũ progredi posse. Quod ne quis ridiculẽ proponi putet, auctor Auerois est septimo Physicorum, cõmento quarto, arietem se vidisse, qui capite detruncato, huc illuc motaretur. Scribũt & Christianæ veritatis assertores celeberrimi, Dionysium Areopagitam martyrio coronatum, postea quã resectũ illi caput est, aliquandiu progressum, suũ sibi caput baiulantẽ. Scio, ridebunt hoc philosophi, tanquam parum constanti veritate dictum. Nos CHRISTI saluatoris infinitæ potentiaẽ id ascriptum volumus verissimẽ ac sincerissimẽ. Nã vt Aristoteles docuit, corpus detracto capite, progredi quobũ non temere credi potest: quoniam simul absceinduntur nerui, qui instrumenta sunt, & veluti duces localis motus: sanguine tamen carentia, vel viuere possunt diutius, truncata capite. Cuius euentus rationem ex libro De iuuentute & senectute, lector accuratus perdiscere poterit. Cõsimile huic miraculum est, quod assertũr ab nonnullis, Caput abscessum loqui. A quibus & Homerus aduocatur testis:

ἠδὲ γὰρ ὡς ἂν ἄρα λόγῳ λονήεντι μίγδῳ.

Ipsẽq; dum loquitur, misectur puluere vertex.
Non enim dum ipse homo, sed dum ipse vertex, intelligi volunt. Propterea scribũt *ἠδὲ γὰρ ὡς ἂν ἄρα*, nõ autem *ἠδὲ γὰρ ὡς ἂν ἄρα*. Quin in terra Caria res adeo pro vera habita est, vt reum quendam ex incolis egerit. Nam quum Iouis Hoplosinij sacerdos esset occisus, nec a quo constaret, nonnulli audisse se retulerunt, capite præciso dicentem sapius. Virum super viro Cercidas occidit. Itaque hominem cui nomen Cercidas, per provinciam amplius quaesierunt, compertũmque in iudicium perduxere. Sed certẽ fieri nequit, vt præcisa arteria, & sine motu pulmonis loquatur: nec apud Barbaros, qui capita summa cũ celeritate detruccãt, eiusmodi quippiã euenisse acceperim. Adrianũ principẽ frigora & tẽpestates adeo tulisse patienter, legimus apud



Dionem, vt caput tegeter nunquam. Os capitis vniuersum inquit Pollux, vocatur cythos: Latini, caluam & caluariam dicunt, vt Celsus item testatur, Aristoteles *τερυτιν* intelligit, quod capillis integitur. Anterior pars bregma vocatur, id est sinciput, vt in Anatome Galenus scribit: posterior inion, id est occiput. Quod interiacer, coryphe, id est vertex: vnde dicuntur coryphi, biuertes nuncupantur. Embregmata verò Græcis insperiones vocantur, hoc est quæcunque fronti aut temporibus ratione medica consperguntur. Embrochas, per imperitiam multi dicunt. Sinciput interpretantur sematū caput nō nulli, vt Diomedes, & antè paulò cōmeminimus. Hac verò in parte id sese intergerit haud prætereundum: Inter cranci fracturas esse vehementissimas, quæ engissomata vocantur: & camarosfes, seu camaromata. Ex quibus illa quidem parte sui media, meningi, id est panniculo innituntur: camaromata verò portione prominent eadē. Instrumēta porro curandis hoc genus fracturis, aliisque, varia excogitarunt ingeniorū acuminata: nam vt ostagra præteam, sunt qui encopei nuncupantur caui, quos & cycliscos dicunt. In quibus est, qui in sine habet phacoides, vnde & phacota vocantur quandoque: est antè prominens quiddā, habēsque ac retusum cum politura. Recensentur & vsu eodem xysteres, qui esse multiplices debent, ac schemate non vno. Sunt & trypana, inter quæ habentur dicta *αβραστια*, quoniam demergantur nunquam, circūcurrunt nanque orbiculata itys, id est circūferentia, qualis in rota visitur. Hinc certè trypanatum os dicit pullatus circulus. Illud nec tacendū: Expianda cædis gratia veteribus morè irrobore, vt ad cæsi caput ensē abstergerent, velut sic sceleris aueruncarent labem, vel corporis totius extrema præciderēt, præsertim ciuili cæde perpetrata, eaque connexa sibi ad alas applicarent, eo modo nouementi vim auferre se arbitrati, quod ab eis *μωχαρια* *δλιν* dicebatur: quod in Helestra Sophocles indicat, & ab scholiastis est enarratum, ac repetitum ab Suida: sed & innuit Apollonius, *ὄβριστα* *τιμω* *δελίν*. De Iafone ac Absyrto. Cauere capite dicitur, qui nō bona modo obligat, verum & vitam. Epidium quendam olim in Sarni fluenta præcipitatum, mox cum cornibus exticisse, proditum annalibus est, ac momento euanuisse, sed & numinis vice cultum. Moysen quoque de confabulatione Dei cornutum, ex Hebraica veritate Hieronymus scribit, quod Exodi capite

trige

trigesimo quarto, relatū scio. Diploam vocat Galenus, secundam caluariæ laminam. Ex futuris compacta calua est, quas Græci *παπας* vocant, de quibus alibi plura. In paucis caluaria solida sine futuris reperitur, præter quā in aestuosis locis. Id quæ caput firmissimum, atque à dolore tutissimum iudicatur. Ex cæteris quo futuræ sunt pauciores, eo capitis valetudo cōmodior. Hippocrates quod futuris careat, sanum arbitrat caput. Paucis constat capillis, quum calidius. Capillorum multitudo capitis redundantiam humorum præmonstrat. Capillorum flauus color ex flaua est bile. Quibus est proacuminatum caput, phoxi nuncupantur, vel ex fastigatione quam vocant *ἰστύρα*, vel de figlinorū similitudine, quæ igniū vi dissiliant, quod veteribus ferè placet: ea verò phoxa dicuntur, velut phloxa, ex flammæ vi, quæ *φλῆ* appellatur. Eiusmodi in Therseite caput, risu Homerus excepit: sed & in magno Pericle inuidorum oculis est adnotatum, nec ab Athenæo in Cilicibus prætermisum: sed & in Atticis, Argiuisque mulieribus. Verum in iis, vt author Simonides est, etiam labia animaduertuntur fastigata, ex quo phoxichili vocatur. Porro & ab Græcorum quibusdam cymbe dicitur caput, vnde cymba chus nuncupetur, qui in caput saliens crura tenet surrecta. Est cymbæum quoque poculi genus, de quo in Lexico Pausanias: sed alij cymbiū pronuntiant, esseque simile nauigio tradunt, quod cymbam vocant, vnde forsitan & nomen profluxit: id verò xylocumbaram appellant nonnulli. Nam xylocymbam virulento morsu dicunt mulierem, nec formosam satis, nec magnitudinis moderatæ, Cymbachum denique galeæ item summum dici inuenio. sed & summa omnia dici corymba possunt, Homero astipulante. Alij acrostolia, & nauium velut coryphas, hoc est vertices eo accipiunt nomine. Videntur autem prominentia in montibus præcipuè sic dici: nam historia septima apud Herodotū montis legitur corymbum. De recentissimū porro mortis genus fuisse capitis refectionē, scribit eloquentissimus author Xenophon *αβραστια* secundo.

Capillorum ratio. Cur defunctorum capilli durent, aut etiā augeſcant. De Tullioli Ciceronis. Lophos quid, et lopheum, lophiumque. Lysoma. Polylopha que. Interim cur aquatica inobſepta pilis. Cur collum minime pilosum.

CAP. XXIII.

Quo



Quoniam verò summus artifex, eminens veluti aedificij culmen, sic ornandum caput hominis censuit, nō ab re vitam, huic parti impingere paucula quaedam de capillorum ratione obseruata. Horum igitur materiam putant eruditi fumidum vaporem, crassum, humectum, glutinosum: quod secundo Craseon Galenus significat, etiam si putat Auerrois, pili materiam ex Galeni sententia, purē terrestre. Quod si esset, non tam sequax foret pilorum natura, flexibilisue, quo velis modo. Efficiens ratio pilorum frigiditas est, tum intima in cute, ac ossibus capitis, tum extrema aëris nos abeuntisque vaporem ab imo scandentem, ac in poris meatibusque cutis retentum durius cogit densescere. Pilus non multus ac praenuis caliditatem indicat temperatā, connexā siccitati immo-dica. Multus verò & crassus, exuberantis indicium est caliditatis, quā multa prouenit euaporatio. Proinde vberius enasci pilos, iuuenta florescente, auctor Haliabas est. Atque in viris item, quā forminis. Capillus natura frigidus est, sicciorque omnibus quae in corpore sunt, atque etiā ossibus, vt sentit Auerrois. Flexitur tamen, quod illis non contingit, tenuitatis ratione & viscosa humectationis tenacisque, accedente terrestri siccitate ex quibus consurgit capillus. Aquatica ferē vniuersa pilis cernuntur inobsepta: quod effici coniectatio est, quia meahibetur euaporationis scansio. Collum non ita pilosum creditur, quoniam vaporibus transitum praestet liberū ac citra interpellationem restitudo. Sunt qui ex rotundatione causam item proluciant Scytharum ac Thracum *ιδύρις* sunt, id est pro-misso pilo & simplici: nam & ipsi humidi sunt, & aër eos ambiens. Aethiopes contra, qui loca incolunt calida, *εὐδύρις* id est crispo sunt pilo. Siccum enim & cerebrū eorum, & ambiens caelum. Obseruatum est, pilos quandoque horā spatio aut etiā minore, canos effici. Hos in mortuorum succrescere corporibus autumant plerique, nec abnuūt Aristoteles, tametsi nō oriuntur noui. Quod item de vnguibus traditur, ac Plinius enotauit. Nec incōgruum arbitrantur, diutius in defunctis seruari capillos, humectatione in meatibus subsistere: quae glutini denseat mo lo, obdurescatque, vt sic longissime superesse capilli valeant, quae ratio Cōciliatori maxime ar-risfit. Dignum scitur: Quum pontifex Sixtus, eius nominis quartus, reipublicae Christianae praesideret, cōpertum Romae in via Appia

Appia è regione Ciceronis cōditorij muliebri cadauer, quod ex inscriptione coniectatū est, fuisse Tulliola. Id erat aromaticum ita conditum, vt temporis iniuriam non sentiret. In eo visabantur capilli aureo impliciti reticulo, summa omnium admiratione, reperiri aliquid, in quod anni mille quingenti fere nil profusus eualuissent. Ceterum cadauer in urbem delatum tridui mora cōputruit medicamine amoto aut vitato. Incrementi verò capillorū, in defunctis ratio est in calore vaporēque in pororum angustiis retento. amplioris autē in senescentibus agrotisque ac decretescentibus etiā causa creditur excrementa multitudo. Cur autē, si subsecuntur tam capilli, quā vngues, celerius increfcant, inde fieri tradunt, quod fumidus vapor ad radices scandens praecisos facilius propellat. Capillorum autem ratio non est in decore praecipua: sed in eo fuit naturā momentū maximum, vt extremum inde repellere tur frigus. Nec in eo emolumentū minimū, egestis hoc modo noxiis e corpore vaporibus, vnde est capillaris generationis argumentum. Vtunque tamen speciosissima spectatur excelsa, reuerenda in senibus, veneranda in sacerdotibus, in bellatoribus terribilis, decora in adolescentibus, in mulieribus compta, dulcis in pueris. Discrimen verò & capillorum equamentum Graeci *lyfoma* dicunt, id est *λεωμυα*. In quibus, quod capiti supereminet, *λεγωμυα* vocant Graeci apicem nostrum. Nam primo de animalium historiis Aristoteles: Auium quaedam pleetra habere scribit, id est calcaria: quaedam verò lophon, nonnullas minimē. Lophon item in galeis cristas dicunt, vnde lopheum, in quo recondentur: sed & speculi theca, eo dicitur nomine. Lophon verò est ab lopho deminutū. Illud prius scribitur *λεφωμυα*. Lophiam capronas interpretantur. Lophias etiam dicunt in suum ceruicibus surrectas fetas. Polylopa Graecis dicuntur, quae corticibus pluribus, velut indumentis circumuestiuntur, *λεφωμυα*.

Barbitij ratio. *Myrtas*. *Hyporrhinion*, *propogonion* quid Pogon, *tragopogon*. Cur mulier barba sit exuta: cur que in nonnullis visatur. *Pappos*, *hypene*, *aruncus*, *eryngus*. *Adrianus Caesarum primus barbam nutrire est exorsus: cur quibusdam barba nunquam subnascatur.* *Mastaces locusta.* CAP. XXV.

Barbae autem ratio, mirum est, quantum ad dignoscendam



192 LECTIIONVM ANTIQVARVM

dam corporum maturitatem, & sexus conferat discernicula, aut ad decorem etiamnum virilitatis ac roboris. Auctor Halliabus est, Pulchritudinis & ornamenti argumentū fuisse in barba potissimū. Succrescit hæc toto mento, quam *μυστακα* vocant. Quanquam non me fallit, Pollucem scribere, eā quæ sub naribus habeatur, ita nuncupari: quæ ab re item dicitur hyporrhinion & propogonion, veluti quæ sub naribus enascatur, & quæ progerminat ante inferiorē. Pogon certe Græcis barbitium est: sed & appellatione eadem Trezeniorum portus, vnde per iocū barba rariore hominibus insuffurrabatur, *ἢ τριζηνία ἢ βακίση*, Tragopogona vocant in trago pisce partē sub gula nigricātem, vt scribit Athenæus. Dicitur mystaca interpretantur, quia illuc destillet nasus, quem vocant *μυστακόν*. Sunt qui mystaca etiā labrum putent, vnde ducatur mystacon. Inferiori labro adnascens barbitiū, pappos nuncupatur: vt runque simul hypene. Oritur etiam barba in mandibule inferioris parte suprema humoris calorisque copia illuc ab fincipite demanātis, testiculorum vi, inde prolificam materiam attrahentium: Argumēto sunt venæ ab inferioribus illac cōmeantes, quas ex eo spermaticas vocant. Proinde deesse mulieribus barbam, imbecillioribus earum testiculis. Si quia verò visatur barba insignis: hinc contingere, quod illi additum peculiarius sit roboris aliquid & caloris: barbitio tamen tum rariore tum breuiore. Illud obiter adnotarim in capris aruncum, ab Aristotele cryngum pronuntiant. Adrianus Cæsarum primus, quod scribit Dion, barbam nutrire exorsus est. Cæterum ex viris quoque barba per totam vitam nonnulli visuntur exuti. Quod meatuum capacitate obuēnire coniectant, quoniam euaporet antea fumus, quam valeat concrelescere: ni forsan instæ frigiditati acceptum ac ficitati malis referre: calorem nanque illa interpellat, hæc pabulum obladit. In mulieribus præter frigiditatem additur, testiculis carere eas exterioribus, à quibus reflectatur vapor. Accedere menstruum quoque exinanitionem. Opera illud parerga non præteriero, quia de mystace actum est. Locustas rodentes fata, bruchos appellari, & artacos, atque item mastacas, vti est apud Nicandrum. Alij tamen sunt, qui vniuersum locustas dici mastacas velint, idque in Ambracias in primis. Scribit Aristoteles magistratum ineuntes ephoros præcipere solitos, *μυστακα τῶν μυστακῶν, καὶ προπόγων τῶν μυστακῶν* de

LIBER III.

193

ne cogentur scuire. De barba verò sit mentio, vt vel in minimis insuescerent *ωδάρχαυ*.

Frontis ratio. Metoposcopi qui sint. Item qua stella secunda. Cur quædoque nequeat aperiri oculus. Sudoris in fronte ratio. Scardamyti. Atenes. Osculum frontis. Tetanos frons. CAP. XXVI.

Quid verò frontis artificē hic fabricam memorē: Quæ sapiētia Deus hanc homini tantū cōtribuit, tristitia, hilaritatis, clementiæ, seueritatis indicē? Fuere qui ex partis huius signis potissimum quibusdam vaticinia aucuparetur: quos inde quoque metoposcopos dixere. Nā quibus sic striata rugosiorque frons, magna animo versare, esseque melancholicos. Quibus verò erugata exporrectiorque, esse fallaces in primis: cuiusmodi ferē Bononiēses haberi, cauillatur Cōciliator. Quam rem Digestis de officio præsidis, adnotauit interpret quoque. Ita enim phisicas membrorum formas distare, nulla tamen iniuncta nostris moribus necessitate, sed lubentia potius quadam & procliuitate, ex sanguine ac spiritibus phisicis. Quas phisionomi veteres stellas secundas vocabant, à superioribus impressas, præmōstrantes que ratione prudentiæque reprimi queāt. Sunt qui stellas putent secundas dici, quæ extra zodiacum à septētrione ferantur, ac meridie, quod viribus sint præditæ imparibus, primas obtinentibus quæ signifero circumferantur. Ptolemæus eruditorum cōsensus elemēta nomine isto intelligit, quod cælestibus stellis primæ ascribantur causæ: at elemētis secundæ, proindeque stellarum nuncupatione insignitis. Verūm à diuerticulo fabulā repetamus. Frontis cutis consilio memorabili, laxior structa est ac mobilis, vt commodius oculis subseruiret vel cludēdis vel referādis. Insunt villi ex hoc porrecti ab vertice ad palpebras. Propterea ratione chirurgica præcipitur, si abcessus in fronte se ostenderit, aut causatio alia, sitque dissectio necessaria, non esse ducendam ferri aciem per frontis longitudinem ab tēpore in tempus, ne villis præcisus desinat posse oculis suo perfungi munere, procidentibus palpebris. Qui nimium conuiuent, *οναρδαμωσιμῶν* vocantur. Qui rigent, *ἀρσπῶν*. Sudat frōs in primis, quia cerebro subiacet anteriori, vbi maxime scæter humectatio, quam esse nouimus sudoris fomitem. Osculi religionem quandā parte hac seruatum veteri-



bus, author Plutarchus est. Frontē *ῥάρον* vocāt Græci, rugis minimē striatam, sed plenam & leuore splendentem.
Supercilia quam habeant rationē: item lilia. Giffa quid, & giffomata, giffipus, giffipodifima, Suggrunda, vel Suggrunda. Supercilia hostiorum. Anaphalatiastis sue salitium. Palpebra quid, & gena.

C A P. XXVII.

Quid illa quæ supercilia dicimus, quàm artificii ingenio superposita oculis, vt demanātes aliorum corruarēt humores, velut imbricamentum planē quoddā, siue grunda, vel (vt Græci dicunt) *ῥάρον*? Quamquam est proprie giffon, id est *ῥάρον*, quod in superciliis prominēt: vnde *ῥάρον* apud Xenophontē. Sed & in ianua quod superiacet hyperthyron dicitur, vel hyperthyron: eius protuberās pars giffon & giffoma. Verūm & in galea eodem modo. Giffa, inquit Theon, adificiorum eminentia est, vel quæ dicuntur scomia. Euripides,

Πῖφα ἡ ἀνά ῥάρα ῥάρον πῖφα.

Aratus in prognosticis in graculorum mentione,

Ἐπὶ ῥάρον ἡ ἀνά ῥάρα ῥάρον ἡ ῥάρον.

Giffippus & giffipodifima trabis nuncupatur prominentia, cui giffon incumbit: vnde *ῥάρον ῥάρον*, verbum Polluci, quo id agere indicatur. Suggrunda, vel Suggrunda prominentes in tectis partes dicuntur stillicidio destinata arcendo. ne vietiētur parietes: hæc planē giffa sunt. Sed institutū repero. Traditurum Physicis est, supercilia in senibus fieri auctiora, quod ea ferē arate loci eius ossa discludantur amplius. vnde copiosior promi vapor potest. Id quod cogitabundis vsu venire itē, compertum est: quoniā calor is vi ad caput plus scandit vaporum. Supercilia hæc in homine tantū pariter, & alternē mobilia. Sed & in iis animi quoque pars est, inquit Plinius, sine negemus, siue adnuamus, hæc indicat maximē. Factus aliubi cōceptaculum, hic sedem habere videtur. In corde nascitur, huc subit, hic pendet. Hinc Marcellini scitum illud, Supercilia erigens vt cornua, & de tragico (vt dicitur) cothurno strepēs. Supercilia Iunoni Lucina à mulieribus fuisse attributa, Varroni credimus: sibi enim maximē collocari Iuno debuit Lucina, vbi ab diis lux datur oculis. Caput & supercilia penitus abrafa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur.

tur, veluti ne vilis quidem, vt M. Tullius inquit, inste boni viri pilus. Cilia verò quæ ab palpebris prominent, nonne & ipsa vtilitate mirabili sunt constituta: vt minutarū rerum ad oculos incursum tanquam stipatores quidam repellant, simulq; visuum dirigant spiritum, vel etiam ab oculis promicantes radios, quibus videndi rationem præcipuē cōstare, persuasissimum Platonice est: vnde iis vel reuulsis vel quavis ratione procidentibus aut obliquatis, remotiora longē imbecillius internosci visu, Galenus arbitratur in medicorū Ifagogico. Quid, quod pilorum illa nigricies lumen egregiē fouet, atque contēperat: sed ne in minimis quidē deficit diuinę providentiæ cura. Sed in ingratitudinis vitio magna pars lance vel iniquissimi beneficam pēsamus clementiam, ne intelligētes quidē ignorantiæ nubilo, qua quid ratione sit comparatum. Nā quorū quisq; aduertit hosce pilos nunquā ferē insto plus increfere: ne inde præpediatur visus, imò verò ne fieret, summo studio cauisse naturā. Quæ palpebrarū ambitū, hoc est totū solidi uisculo cōmuniit corpore ac chartilaginolo, tū ne vapori fumido, vnde est pilorū materia, pateret exitus: tū vt duro innixi, obfirmatq; pili, stabiliore rectioreq; redderentur: nā & solo innata molliculo producuntur facilius, & obliquantur, in quoduis latus: propterea festiuissimē Galenus, ab creatore ciliis iniūctū scribit, equalē seruare magnitudinem: illa verò diuinū verita mādātū, omnino extra præscriptū nō vagari. Ceterū id cōmoneo, quas Græci *ἑσπερίδας* nuncupāt, cilia me nuncupasse: quod itē Theodorus facit. Nec latet, Plinius arbitrari, extremum genæ superioris ambitū ab antiquis ciliū dici: nā et Lactātiū oculos ciliorū tegminibus occultatos, prodit, vnde esse dictos oculos, Varroni placet. Oculorū integumēta hæc genas vocat Plinius, *ἑσπερίδας* Græci. Cicero in Deorū natura etiā palpebras. Sed & Plinius quādoque: etiā si libro vndecimo, pilos mauult eo nomine intelligere. Sed & in aliis diuinæ maiestatis sapientiæ, vt cœpimus, admirari pergamus: si illud non omiserimus, metaphora honestissima *ἑσπερίδας*, id est hostiorū ratione, in templis præcipuē dicitur supercilia. Vitruuius, Super cymatiū, quod erit in supercilio, collocandum est hyperthyri crassitudine superciliij. Porro capitis lauitatē *παλάνθησι* dicimus, id est caluitiū. At in superciliis *ἀναράρον*: quàm rem salitium interpretatur vtiq; Theodorus, sed tantisper, dum melius inuenierit.



LECTIONVM ANTIQVAVM

Oculorum constitutio mira. Cecitatis malum. Oculi faciles, à Virgilio cur dicantur. Glaucoptis Minerva vnde appellata. Videndi ratio brevis. De speculis erudita nonnulla: curque ab mensuris inficiantur. Plinianus soluitur nodus. Quae dicantur vitæ, & vitæ, item vitæ, quæ quæ, & vitæ, item vitæ, & inde corrinata verba. Visores. Passiva oculorum cupiditates. Hypopion. Vnguis oculi. Procopij historia. Optili, monopodij, lucinij.

CAP. XXVIII.

Iam verò quid de oculis ordiar dicere, studio inenarrabili aduersus occurrentia, velut sinuosa recòditos còualle, prominentibus illinc superciliis & fronte, tanquam vallo obsepiente, hinc malis protuberantibus, atq; ex imo coarctibus, ceu cliuis, ad propugnacula partium toto corpore precipiosissimam? Hi profecto lucis vsu vitam ab tenebris & morte mihi discernere videntur. Etenim quam miserum, quamque funestum est cecitatis malum? Cæcū postulare non posse, iure consilia statuunt, quod insignia magistratus videre ac reuereri nequeat. Senatorium tamè ordinem retinere, Appij cæci exèplo. Ad nouum verò magistratū aspirare, omnino prohiberi. Ita profecto est, carceris vicem planè subit corpus reliquum, ac tenebroso horret situ, ni oculorū affulcerit gratia, nitore iucundo totum illuminans. Quod in cælo sol & luna, ipsum id sunt in homine oculi. Sol & luna duo mundi lumina, oculi certissima in carne sidera fulgent è sublimi splendore micantissimo inferna collustrant, perinde ac instatione speculatores interdium noctūque nobis excubantes. Quibus mirivolubilitatis accedit celeritas, vnde nobilissimo poetæ libro octauo, oculi nuncupantur faciles, etiā si vino id contingere nimio haud ita multum videntes opinentur nonnulli.

Certe Astronomicon primo M. Manilius ait:

Circumfer faciles oculos, vultūque per orbem.

Addeut scientissimi, oculorum splendorem ingenij preferre solertissimum acutè. Quod ipsum in pupillis color indicet glaucus. Quo argumèto sapientiæ Pallas dea Glaucoptis creditur cognominata. Quod ad faciles oculos spectat, utique

LIBER III.

in libro De venatione Xenophon canum oculos faciles nuncupauit. Virgilij carmen est:

Miratur, facilesque oculos fert omnia circum Aeneas. Quin etiam hi arguti nimis, quæadmodū animo affecti sumus, subinde loquuntur. Nā, uti mago animi vultus est, ita indices oculi. Et propterea ab prudentissimis dictū, Animū in oculis habitare, quoniam ardere videntur quandoque, incendi, humectare, conuiuere. Hosce duos tantū cōtribuit diuina ratio, quod numerus is speciosum quiddam cōplecti videatur. Illud utique eximie mirandum: Quomodo esse particulas decem quas vocant intimas, ex quibus consurgit organū visui destinatum, ferè constet inter eruditos, septem videlicet tuniculas cōtinētes, & humores tres cōtentos: sicuti primo Colliget author comprobat Auerrois, earum omnium utilitatem actumque adeo esse ambagiosæ difficultatis, ut Galenus vir in medicina tantus, & rerum scientia non incelebris, reddere singillatim rationes non sit ausus. Sed & Auerrois arbitrariū de iis iudicium esse scribit. Oculos etiā Galenus idem nunc organū vocat lucidum, nunc solarē animalis particulā: & diuinum quoque membrū, quia sit eius præcipue inexplicabilis & mira subtilitas, si quid aliud in animatiū natura. Et Stoici, visum, Dei appellatione honestare non sunt veriti: sicut formā Theophrastus eundem vocabat, quoniam eo exuta facies, inquit Chalcidius, euadit informis. Oculi verò substantiā esse tradit crystallinā spissamenti alicuius: quando visua potētia, cuius oculus est organum, humiditatem exigit aquosam, quæ suscipere queat visibiles formas ex insita perspicuitate atque humectatiōe. Aer verò perspicuus & humidus insinuari nequit, & (ut sic dicā) incorporari, in propria dum permanet specie: ut sentit Albertus. porro aer via tātum est, qua visibiles obiectorū deferuntur species, nec eas retinet. Quod est oculo necessarium, qua diaphanus est ac luminosus. Est enim visus lucis, sicut obiecti præcipue, coloris autē tanquā cuiusdā lucis. Inde, ut sit actiui ad passiui proportio melior, & vnus in alterum transmutatio cōuenientior, necessariū fuit esse oculū luminosum quadamtenus, propterea Galenus inquit, Solum luminarem alterari (ut sic dicā) ab coloribus, ut ab cognato cōsimilique. Hæc verò efficit ratio: ut splendore nimio facile corrumpatur videndi facultas, quia nimis transmutatur oculus propter similitudinem. Indicio sunt lucis reliquæ diu



LECTIONVM ANTIQVARVM

in sensorio residentes post clarioris sensibilis prospectū. Ad-
ditur illud quoque, Oculo nullum proprium inesse colorē, alio-
qui difficulter alienos admitteret. Argumēto esse icterici pos-
sunt, quibus omnia videntur citrina. Caterū in libro De sensu
& sensibili Auerois esse negat connaturalem in oculo lucē,
verū ingredi forinsecus. Nam si inesset, inquit, videremus
in obscuro. Nec qui oculos clausos aperit, videt prius quā
fuerint illuminati. Adde, quod nec ira vehementius succensū
satis vident, quia circumstant tenebræ, nec admittatur illu-
stratio, vaporibus bilis vitio in oculos sese ingerentibus. Ari-
stoteles tamen libro eodem, esse oculum natura luminosum
aliquo modo, apertius sentire videtur: nam & quorundā ani-
malium in tenebris oculi lucent. Recipi verò intimum ab oc-
culis lumen tradunt doctores, per neruorū spiracula, qui di-
cuntur *ὀφθαλμοί*, quique visuum spiritum ad oculos deuehant.
Quibus abscessis accepto in temporibus vulnere, pereat vi-
dendi facultas tanquam lucerna interextincta. Quinimō nec
necessariò lumen ab oculo extimi recipi volūt, vt videamus
quomodo tenebris obuallati densioribus, nec luce prorsum vlla
oculum contingente, è longinquo multa visu apprehēdamus
vbi comperitur lumen reterege obiecta. Quod autē nullum
oculo inesse colorē volunt, sciendum tamen, videndi rationē
fuisse periturā, ni artificis sapientia post id quod mire pellu-
cet, nigricās quippiā appinxisset, sicuti speculis retrorsum al-
liinatur plumbum, vt obscurior illa densitas sit imaginū velu-
ti sufflamenta ac infrenatio, quæ per vitri dilapsæ tralucidū le-
uorem ac densiore obiecto non suppressæ euanescerent. Inde
vulgo irroborauit, vt dicatur oculus natura speculum, sicuti
speculum artis nuncupatur oculus. Sed cur nā in oculo & spe-
culis omnibus aduersa sese ostentant omnia, nulla verò auer-
sa, quod amplius distare videtur ratio? Nempe, quod species
ab obiecto per medium profluens ad oculi aut speculi super-
ficiem, eiusmodi est discriminum nescia: sed simplex quid-
dam est, ac purum. Propterea, nil ibi prorsum agnoscat, nil
ve retrorsum. Est verò illud huic cognatum loco, visum non
habere modo patiendi vim instam, sed & agendi quādoque
siquidem speculorum præfulgens nitor hebescit mulieris in-
spectu, cui eant menses. Repente nanque velut sanguinis præ-
zenditur nubecula: siq; recens paratum sit speculum, haud
temere eluas: at si vetus, facile. Splendida quippe mouendi
pote

LIBER III.

199

potestate insignia sunt, in quo genere oculos haberi, palā sit.
Vbi igitur ingruunt menses (sunt verò etiamnum sua viris
menstrua) sic afficiuntur oculi, perinde ac corporis reliqua,
quæ menstruorum quadam velut aspergine rigari nonimus.
Caterū lumina quum primis, quibus foraminulenta est na-
tura & venosa. Quamobrem genitili profluio infestante,
cui causam commotio preber, ac sanguinea inflammatio, pri-
mum quidem aer inficitur à sanguine, ac mouetur, qui oculis
suffusus animaduertitur: porro infectus aer proximū infi-
cit, inde mox speculo oblinitur inquinamentū. Hæc autē eo
apposimus, vt scitius id ex septimo Plinianū perciperemus,
quo speculorū fulgorē aspectu ipso hebescere prodit, dū men-
strua promitur expurgatio. Quo autē modo visus perficiatur,
multaque ad oculos spectantia copiosius alibi perferibemus.
Interim cōmonitos velim bonarū literarū studiosos, Esse qui
in videndi ratione simulacrorū illam per aeris media delatio-
nem reiciāt, quāuis ab Peripateticorū prorepat scholis. At-
que item radiorū ab oculis profuxū: quod Platoniorū placi-
tis sancitur. Quoniam si ita esset, radiū quoque ipsum cerne-
renus, quæ oculis aduertimus, donec ad obiectū produceretur.
Quū verò tēporis momēto vniuersa subiciātur visui, et-
iam nobis aliud agētibus, astrui probabilius potest in eo qui
videt, esse vtrique vidēdi munus, nō in eo quod videtur. Sed ita
vt mens ipsa munere fungatur eiusmodi, ac per oculi mem-
branas humoresque perinde, ac per vitrū, aut specularē lapidē
visibilia sensu apprehendat. Vnde etiam consequi putant, vt
mens sepe, atque voluntas, ex oculorū motionibus affectioni-
bus deprehendatur. Caterū vtrunque intelligamus ista
contingere, fatentur tamē iidem, in acie ipsa, qua cernimus,
quāmq; pupillam nuncupamus, scintillas luminū cōtineri
oculas cōseptasque. Quam etiā spatii breuissimis arctauit
natura ingeniosissima, quo minus foret læsuris obnoxia, ni-
hilo secius integram hominis effigiem reddit, quod & ipsum
non parua dignum admiratione est. Quāquam quid refert,
tam sollicitē, tamque circumspectē ab opifice Deo nobis cun-
ctā dilargiri? Vertimus in perniciem vniuersa, nec bonitate
clementissima desinimus abuti, Exculcantur natura: iura, &
scelerū fomites efficiuntur sydereæ lumina, ac oculi fiunt tota
nostra luxuria: iis per momēta in vitia præcipites imus, mi-
ratur hi, ad amant, cocupiscunt nā insatiabilis est humanus ocu-



Ius, quod Salomon scribit. Apostolica verò sententia est, Esse mœchationum oculos plenos. Propterea Cyprianus. In mulieribus semper defixa intèrione desideria explent oculorum. Tanta est, inquit Plinius, decòris affectatio, vt tingantur oculi quoque: vnde est Satyricum illud;

*Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu.*

Sed & scientissimus Hieronymus orbes appellat sibi fuliginatos. At philosophus Archesilaus, quum diuitis oculos esset intuitus ludibundos, atque illecebre voluptatisque plenos Nil (inquit) interest, quibus membris cinædi sitis, posterioribus an prioribus. Porro, vt operæ leuioris impingamus aliquid, sinuosam sub oculis partem *πρόσθια* Græci vocant. Qui verò sub oculis cõtینگunt ex percussu liuores, dicuntur *ωκυρία*: meminit in Nerone Dion. Quoniam *ωκός* vocentur oculi, quanquam & durior manuum cutis ex labore callosa, nomine dicitur eodẽ. Aristophanis interpres, hypopia etiam cordylas à plerisque nũcupari scribit. Author est Pollux, Ossa sub oculis, quibus accumbant nares, dici quoque hypopia, id est genas, & voce alia *ωροφθαλμία*: vnde *ωροφθαλμείω*, pro cunctodire: ex quo est illud Apostolicum, *ωροφθαλμους τὸ σῶμα, ἢ σαυλαρωγῶν*. Apud medicos hypopion, oculorũ intelligitur vitium, vbi in iride suppuratio sese ostētarit. Galenus in diffinitionibus nunc *ωβωσω* dicit, nunc etiam vnguẽ ab similitudine, vti significat libro quoque tertio Aegineta Paulus. *ωβωσω* dicunt Græci strabonem, cui obliqua sit oculorum acies, ab iunctaque ab naturali venustate. Sunt qui eo nomine intelligant miserabilem quandam diridiculũque, vt qui *τὰ φῶτα ἰλλει εἰς ἑαυτῶν*: id est in se omnium cõuertit oculos. Vocatur & *βλαπιδάμων* distortis oculis, veluti ab dæmone percussus. Sic verò nũcupari Socraticos cõsueuisse, author Pausanias est. *ἰλλῆς* etiã strabo dicitur, accentiuuncula in vltimo posita, vel cæcus, vnde *ἰλλῶπτερον* signat *τὸ στραβῶδες*. Illades, inquit Porphyrius, contorta dicuntur lora: vnde *ἰπἰλλῆσεν*, ni stare indicat: id enim agentes, oculos inflectunt. At Aelius Dionysius, *ἰλλῶπτες* interpretatur, humectis fractisque oculis inspectare. Pausanias *ἰπἰλλῶπτες* accipit, pro eo quod est oculis sublannare irriderẽque. Est tonicũ itẽ verbũ *ἰπἰλλῶπτες*, quod circumspectare signat, ac huc illuc *ἰλλῆς*, id est Illos vertere. Oculi, quos conditos dicimus, acurẽ traduntur cernere: at heberius, quos

quos prominentes vocant ac emisitios. Vifores, pro inspecto-rib' vsurpat Tacitus libro decimo sexto: Nec mislius (inquit) visoribus, per quos nosceret an vera afferrentur, auget vltro rumorẽ. Palsius oculorũ cupiditates appellat Firmicus, vbi quis mulierum omniũ concubitus cupiditate proiecta desiderat, Procopium imperatorẽ adnotatũ annalibus est, humũ intuendo semper incessisse, pẽrque morũ tristitium latebras, ac similitẽ habitũ Crassi illius, quem in vita semel risisse affirmat Lucillius. Oculos Dorici vocat optilos: vnde optiletis Minerua, cui templum erexit Lycurgus, monumentum excusum ab Alcandro oculi. Monopodios & lucinos vocabat Cõmodus Cæsar, eos quib' aut singulos tulisset oculos, aut singulos fre-gisset pedes: quod prodit Lampridius. Illud grauius quod scribit Horus: Oculos sanguine suffusos haberi impudentiã st-gnum: quod approbat illo versiculo Homerus,

Ὀμῶπαρες, λυγρὸς δ' ἔμπαρ' ἔχων, ἠποκίλυ δ' ἰδέσθων.

Aurium, & audiendi ratio. Scaphus quid. Amara, & samara. Aẽrem ictum moueri in orbem. Adriani historia. Cochlia. De aurium humoribus. Item de sordibus. Cypselides. Lobus quid. De Fanesius. Amphotides quæ sint. Epotides, & Aterides. De auribus ex historijs nonnihil. Qui dicantur Oti. Auribus an spirant capra. Aurium vermes, eula. CAP. XXIX.

Avres verò quarũ iudicium, vt celeberrimi authores dixere, superbissimũ est, quia sonũ recipiunt, qui natura in sublimẽ fertur: nõnne summa sapiẽtia sunt in prominentibus corporum partibus constitutæ? In iis rectus simplẽxque meatus primũ, euadit mox tortuosus. Inde iuxta cerebrum in multa & tenuia foramina diducitur, per quæ facultas audiendi est. Quin & in propinquo duo paruuli quasi sinus sunt, superque eos finitur os, quod transuersum à genis tendẽs ab inferioribus sustinetur ossibus. Et iugale dici potest, quia Græcè *σφυγιάσις*. Alij *συγμάσια*: caneros appellant alij. Auerois primo Colliget aurem in ossẽ petroso locatam scribit: & propterea (inquit) Arabum lingua dicitur agari. Quærat hic forte quispiam, cur meatus ille aurium (scaphum vocat) anfractu sit tortuosus? Respondebit Auicenna, non sine prudentia id quoque excogitatum, ne subita aëris irruptio fri-



LECTIONVM ANTIQVARVM

guditate vel caliditate cerebri oblecteret: vel soni excessus ne-
um, quo perficitur auditus, conuelleret. Nam sensus omnis
harmonia quadam est. Nunc vero ambagiosa obliquitas illa
momento manifesto temperamentum adiicit. Aëre porro
sonum deferente, vnam vocalem appellat Auicena. Siquidem
sphaericè mouetur aër, sicuti vnda ex lapilli proiectu: quod
sentit secundo De anima Auerrois, & primo De musica Boe-
thius: vnde & Princeps in ratione pulsus, quos cum musica ra-
tione simile quiddam habere prodit. circulos temporu nomi-
nanit, sicut & casus, arsin intelligi volens, & thesin. Sciendum
tamen, nõ perfici auditu aëre tantu extimo sese auribus infu-
nuante, verum deprehensum ab peritis est, inesse illis aërem
quendam, què vocat cõnaturalem: est autè vapor ad vsu hinc
ab natura productus, vt motu quodã tremulo vocibus rece-
ptis, perficiat auditu. Sed cur nã in lateribus cõstituta aures?
An quia speculatrix videndi potentia, simul & olfaciendi, quã
anhelitus ratione esse ori adnexã, commodissimũ fuit, ante-
riora sibi vindicauit? An quæ in ceteris omnibus, & parte ista
elucescit diuina prouidentia? Auditus certè in humecta parte
locari commodè nõ potuit: in latere potuit, simul quia pos-
teriora humani capitis inania sunt: simul quia nerui sunt ibi
duriores, qui illuc vergunt: sicuti & auditus. Melius enim per-
sonat, quod exaruit tympanum, obduruitque. At in postrema
non sunt aures constituta, ne ab sensu communi abscederent
longius. Scitu dignum est, quod de imperatore Adriano pro-
ditum monumentis est. Eum, quod sensu hoc esset oblecto, con-
suecisse, dum exactius excipere voces cuperet, cauã manum
auribus apponere, quæ veluti sinu quadã ictu aërem colligens
meatu copiosius infunderet. Aures, siue auriculæ verius sinu-
sa, quæ cachliæ nuncupantur, homini immobiles omnino,
aut si moueantur, tenuis prorsus, & hebetior est motus is.
In quibusdam tamen mire videtur agitari. Ratio verò est nõ
ex aurium motu intimo, sed per extrusionem vel excusio-
nem muscoli mandibulam mouentis, qui quandoque ita au-
ribus admoetur, vt contingat. Qua verò fiat ratio, vt
aure duplici simplex tamen hauriatur sonus: dispicientibus
naturæ ingenium est euidentissimum. Siquidem vt in vi-
dendi proprietate nerui optici coniunguntur, ne visibilibus spe-
cies delata fiat duplex, ita & nerui aurium: quibus audien-
di facultas perficitur, in origine concurrunt, & inde forma-
tium

LIBER III.

tum audibillium confurgit vnio. Aurium cauernas etiam vo-
cant Amaras Græci, quanquam est in hortis amara quoque,
id est incile hortorum rigationibus destinatu, dictione hinc
corruata, quoniam marcescere prohibeat. Columelle, amara
est vlni semen, samara etiam dictum. Humores aurium sub
affectuõũ genere interlocuit Hippocrates in puerulis. Sed
cur non pariter nasi, palatiquè excrementa? Nempe, inquit
Galenus, quia natura per nasum & palatum excrementa ce-
rebri transferri voluit. Per aures verò intermanare retrimen-
ta, præter naturam est. Verum infantile cerebrum etiam per
hos meatus propurgatur, nã recens natis nimio plus humet
corpus: cerebrum autè eo amplius, propterea pueris per emis-
sacula omnia humoris nimietas extruditur. Quod verò osci-
tantes, aut vehementius spirantes minus audiãt, ratio est, quo-
niam sensorij auditus extremum partem contingit spirita-
lem, ac proinde quatitur, moueturque cum eadem, vbi agite-
tur spiritus. Auribus capras spirare, credidit Archelaus, sicuti
prodit Varro, & est à Plinio repetitum. Alcmaõna opinionis
eius authorem aduocat Aristoteles, nec citra morsum, quan-
do aure tantum audimus, nec vlla desideratur respiratio. Est
enim, inquit, *λεπταὶ κνίαι μέγιστον ἄπρονον ἄρλεπτόν γάρ οὐκ ἀρλεπὸν ἔχει*
ἔχει δὲ ἀρλεπὸν τὰς ἀίγυς λυτὰ τὰ ὄτια. Porro Græci *ὄτια* di-
cunt *αυρομύοντα*, id est verminosas aures, aut vermiculantes,
quæ vermes putrilagine quadã cõcipiunt: eos vocabulo pro-
prio *ὄτια* vocat illi: quales è vulnerib? ferè promit se, aut pu-
resceti cadauere. Aurum in auricula gestare, nobilitatis cen-
satur insigne, quod in Platone adnotauit Apuleius. Aurem
cuiuspiam qui tetigit, inquit Vlpianus. Digestis de furtis, to-
tum eum tetigisse videtur. Id & Trebatius asseruerat prius.
Legimus porro, auriculas in tantum magnitudinis gentibus
exerescere quibusdam, vt totum corpus iis contegatur ve-
stium modo, Fanestios vocant, siue Satmalos: vt Pompo-
nius. Græci, vt author Strabo est, *ἰστροσπίρως* dicunt: quo-
niam strati vice, quum dormiunt, auribus vtantur. Est
& in aure ima dicatus memoriæ locus, nato inde more,
vt rapti in ius aduersarij testes facerent, aliàs inie-
ctio manus non erat. Sic verò faciebant, vt contingentes
imam auriculam dicerent, Esto memor. Nec licebat hoc,
nisi futurus testis annuisset: ideo ita interrogabatur, Li-
cet attestari? Aurium sordes Græci *αυρομύοντα* vocant, vnde
lwf

LIBER III. 103



l'arabibus nuncupantur, quæ fordium altitudine adobrutata
 fatitant. Latini aurium marmorata dicunt, authore Plinio: iu
 niores etiã cerumina. Quæ amarulenta sunt, quia non ferè
 aliud habentur, quàm sudor qui computruerit: putredo autè
 falsos incoquit saporès, Galeo docente secundo De febrium
 discerniculis. Quod verò putret, & falsum est, mox amaritudi
 nem concipit, consumpto humecto aquoso: Argumento sunt
 retrimenta & vrina. Alij sentiunt, per aures eiectari biliosas
 cerebri redundãtias, & indicio esse colorem inde luteum. Si
 cuti excrementũ melancholicum, per oculos egeritur: pitui
 rosum & sanguineum, per os. Aurium pars infima, quã nostri
 imam dicunt auriculã (vnde apud Ammianum Marcellinũ
 Ima, quod dicitur, auricula mollior) lobus nuncupatur: quã
 quam & portio superior eodẽ censetur nomine: nam summa
 omnia, lobos rectè dixeris: hinc iecoris lobi vocantur. Vnde
 in Nicandri Theriacis: ἡ πικρὴ ἀλεπτὰ πρὸς ἡπατος λοβὸν, ὅς τε πικρὸν
 πικρὸν ἐκπέμπει. vbi interpres. trapezã iecoris partem accipit
 ex qua lobus prodeat. Trapeza (inquit) & pylæ, partes sunt iec
 oris, sicut onyx, machæra, caneon. Cimoni sacrificanti, Plu
 tarchus scribit, à sacerdote ostensum lobum carentem capite.
 Pyrrho item sacra dicuntur aloba, à vatibus præmonstrata,
 quum Argos peteret: quod cuiusmodi sit, ex iis quæ attextu
 mus (opinor) amplius liquet. Verũ Plutarchi interpreti sa
 tis superque fuit sic transferre: Ex sacris ritè peractis, quo nil
 dici valuit ineptius insciũsque. Ciceris item aut fabæ vas lo
 bum dicimus: nam cortex omnis, intra quem lateat semen, lo
 bus dicitur. Hinc & rusticanum vas cõtinentis seminibus, vo
 catur lobus. Sunt inter legumina item lobi, seu lobia. Doli
 chos quoque vocant Græci: sunt qui phasolos interpretentur
 rubentes, qui & siliquæ dicantur. At milij panniculas Plinius
 appellat lobas. Quod in lobo prominet, ἡ πρὸς ἡμῶν nuncupatur.
 Aurium summa in flagitio deprehẽsis præcidere, veteris fuit
 instituti, ignominie causa. Vnde apud Demosthenẽ ἡ ἀγορὴ
 ἐκ τῶν ὠτίων. Dignum porò memoratu, quod in Tagis Thufci li
 bris est obseruatum: Tangẽdos mox fulmine adeo heberari,
 vti nec tonitru, nec profundos fragores alios queant perfer
 tiscere. Quod in Germanicis bellis Seuero, bellacissimo a lias
 equitum magistro, vsu venisse, Iuliano imperante legimus.
 qui acer prius, & industria insignis, fato vrgente, cõmacruit.
 Macrino imperatori aurium alteram fuisse perforatam, scri
 bit

bit Dion, Maurorũ ritu, vnde erat oriundus. Est intra aurem
 neruus nomine τράχη, è regione cuius est, quem vocant ἀ
 τήραρον. Ab auribus quæ dicuntur Græcè ὠτα, ἀμφοτέρωθεν fle
 xum habent. Ea verò esse vasa quædam prodit Eustathius. Sed
 & indidem corruatur otus, veluti auritus dicitur, pinnulis
 circa aures prominentibus: vlulam nonnulli interpretantur,
 alij asionẽ. Scitũ est quod scribit Aelius Dionysius: Auis hæc,
 inquit, laudata, & saltans capitur, velut nycticorax: vnde otos
 item dicimus, qui nullo negotio decipiuntur, aut gloriae van
 nitatem affectantes: id est νεγρολίγος. Otidas dici putant stardas,
 quasi tardos anseres. Scribit libro septimo Thucydides, Defe
 ctis nauium proris, impositas esse epotidas, id est ἐπωτίδες: à
 quibus anteridas produxerint ad muros. Epotidas, Lauren
 tius rostra nobis reddidit. Anteridas verò sublicas interpreta
 tur. Sunt qui prominentia vtrinque ex proris ligna, epotidas
 opinentur dici, aurium imagine quadam. Et hæc quidẽ vsos
 ratione Syraculanos, Historicus tradit, aduerfus Athenien
 ses. Cæterum & Corinthios ad eum morem instructis nau
 bus, ad Naupaetum depugnasse proditum est.

De naribus, & earundem munus. Sanguinis è naribus
 profluum unde sit. Mirum de elephãti nare, quæ
 dicitur promuscis: Rhinocolura. De coluris, ac mi
 tylo, & colo, & ficis coluris, ac colyridibus, colurisq;
 item colophuris, & colobotis. Quid cothuri, mutica.
 Quid collyriffare: itè myssare, myxa, myxus. Itè quid
 nares in architectura: & quia æstuaria, & mygme
 myttotos, simon, plagion, loxon. CAP. XXX.

Nares porò nõnne ratione scitissima & peculiari, quòd
 ea ferè sit odoris cuiuslibet natura, vt superna petat, in
 sublimi & ipsæ sunt collocatæ? Accedit, quòd cibi potisque
 magnum in iis examen quum sit, non ab re in oris vicinia
 sunt collocatæ. Sed cur occludẽdi nares facultas non est, sicuti
 pro arbitrio claudimus oculos? In iis vtrique peculiaris esse ra
 tio videtur, sensorij teneritudo & mollicies, minimo cuique
 exposita nocumento: quod in naribus non fit. Deinde malis
 odoribus non oblæditur olfactus sensorium, sed cor aut cere
 brum: cui læsioni facillè occurratur, spiritu compresso. Na
 rium verò (vt Auicenna scribit) munus, est inspiratio: neque
 enim



enim os, est spirandi organum: sicuti opinati quidam sunt, nisi affectio aliqua cogat. Item vocum distinctio in homine, deinde odorum internotio. Minimum verò id emolumentum putant, quod ea item parte per *ῥανάμωρον*, id est interna foramina, cerebri redundantiã excernantur: nam in hominibus inculpatã sanitatis haudquaquam id videri necessarium: & sufficere opinantur, quæ in palato habentur foramina, & in hoc vsu sunt veluti emissaria. Sanguinis è naribus profusum cerebri nimia magnitudini in homine, ac humectationi acceptum referunt: inde nanque effici, vt eo tendentes per os, vna nimium repleta per nares exoneretur: quando & in diã vitiatu sanguis dilutior euadat tenuiorque, qualem cerebri excrementis proximum agnoscimus. Summæ ofium angustia *ἰδυσσεύς* dicuntur, vbi foedissimũ vlcus in oritur oris, in festat cum carcinomate Polypus. Caterum in elephantis mira & peculiaris narium ratio est, quippe impletis naris vicem: ea nanque cibum tam siccum, quam humectum arripiunt, & ori infundunt, nec nõ arbores complexu perculunt. Quod Aristoteles tradit, & meminit libro secundo Philostratus: *ῥινοσφαιδία* Græci vocant: nos etiam promuscidem, ratione qua b, transit quandoque in m: vnde *ῥινοσφαιδία* illi, nos cymiadim pronunciamus. Rhinocolura, siue vt Stephanus, rhinocurara: legitur in Aegypto fuisse vrbs inde ita nuncupata, quod incolæ forent mutilati nares, vt Stephanus idem interpretatur, & pluribus exposuit Diodorus. Colura nanque & coluria dicunt, quæ caudã non habent omnino, aut mutilatã præcisã, que: meminit ad Dardanũ Hieronymus: sed rhinocorura dicitur ab eo. Bouem *ῥινοσφαιδία* intelligit Eustathius, mutilatum cornibus, quæ mitylum item dicas: *ῥινοσφαιδία* appellant eruditi *ἰδυσσεύς*, id est *ῥινοσφαιδία*, quia res concisa nimis ac mutilata prorsum eo comprehendantur libro ab Homero. Apud Theophrastum colophura, id est *ῥινοσφαιδία*, animalia intelliguntur, boues, asini, muli, quæ si similes olfactarint, intermoriantur: quod & de hominibus intelligit Andreas, si indormiãt. Colobora, id est *ῥινοσφαιδία* sunt, qui decurtata proferunt verba & dimidiata. Cothuros Hesiodus fucos intelligit sine aculeo, quæ cauda videtur occultare, id est *ῥινοσφαιδία* *ῥινοσφαιδία*. Mutica Latine dicuntur, quæ cornibus carent: vnde muticam vocamus spicam aristas vacuum. Sunt apud Athenienses, quas coluros vocat. Leuitici septimo, colyrides leguntur panes

panes, quos deminutos prætenuesque interpretantur. Sed & qui puerulis minutus offertur panis, collyra dicitur rectè: quanquã & colluria pro lalangis seu laganis posita inuenio, vnde id genus in sartagine coquere *ῥινοσφαιδία* dicitur, id est collyrisare. Coluram verò petram apud Callimachum cauam interpretantur, vel globosam, aut flexilem. Transfertur id vocabulum & ad panes, necnon ad medicorum pharmaca. Author Boethius est Arithmetices secundo, Coluron dici imperfectum, vnde appellatos in sphaera ratione circulos volunt coluros, qui duo sint, ob imperfectam (vt Macrobius inquit) conuersione, neque enim vnquam apparent integri: quod approbat Theon quoque, & in Procli Diadochi sphaera lectum est. Pars quippe in antarcticum vergens, aut non est, aut si est, nostris se non ingerit obtutibus. Illud postmodum nec ignorandum, *ῥινοσφαιδία* apud Græcos, id est myllare, nõ aliud ferè signare, quam labiis occlusis, sonum naribus elicere, vnde & *ῥινοσφαιδία* nãsum dicunt. Sonum autem *ῥινοσφαιδία*, irrisioni plerunque dicitur, vnde qui citra reprehensionis morsum agit, *ῥινοσφαιδία* dicitur. Sed & Homero *ῥινοσφαιδία*. Muris stridorem *ῥινοσφαιδία* vocant. Myxa verò est, qui è naribus profluit subinde humor. Lego in Galeni thesauris, mucidum succum è cochlearũ carnibus punctim percussis profluentem, dici myxam quoque. Nã myxus aliud omnino est, quod iactata diu epode indicat facile. Bibit gallus, nec vrinã fundit, fundit myxus, nec tamen bibit. Sed & Dianæ sacerdos traditur myxus: vrbanus quidem satis, verum & iactator, vnde natũ, vt id genus homines myxos dicamus plerunque. Hinc criomyxi per cõuitium dicuntur apud Cercidam & Galenum Therapeuticis sexto. Myttos autem rusticum est pulmentarium, alio trito in oleo & aceto, vel addito caseo, ex aspernabili odore inflectitur nomen: sunt qui placenta ex oleribus putent. Addamus illud quoque, Nares item dici fornacula spiramentũ, quo protruditur fuligo. Vitruuius: Ante id sit fornacula habens in Laconicum nare, eius præfurnium magna diligentia cõprimatur, ne flamma extra dissipetur: nam ignis potestas, dum vritur resina, emittit per nares intra laconicum fuliginem. Narium ferè vsus habent in puteorũ ratione, quæ vocant astuaria, dextra & sinistra desola, vt per ea dissipetur spiritus foedientibus pueros deprimentibusque pestilens. Rinuchos eadem ratione dicunt Græci, & Strabo, id est emissaria. Quia verò simum quã



quādoq; dici nasum, est omnibus cōpertissimū, adnectamus
 quæ in Galeni thesauris explorata sunt nobis. Transuersum
 enim Græcè *ὑπερσύν* dicit, quod est recto cōtrariū. Simon au-
 tem, quod subtrāuersum nos appellamus, quod ab trāuerſu
 paululum in partem vtranque reclinat: plagion, id est subre-
 ctum, quod à recto vtroque versus recedit non adeo. Loxon,
 siue obliquum, quod in recti transuersique meditullio est.

*Labiorum & lingua, munus duplex. Philtron. Types,
 vel nympha. Prochilon. Prostomion. Item de ore.
 Microstomus, chelyne, chelymida, chelya, chelysma.
 Stoma vnde. Astoma quæ: item eustoma, stomati-
 ca. Mirones, miracula.* CAP. XXXI.

Quid verò labia, nonne & ipsa in homine præsignem ab
 cæteris rationem habent? In brutis quippe dentium
 modo hæc tegumenta sunt, & velut procastria quædā. At no-
 bis etiam in loquendi necessitate mirabile suggerunt adiu-
 mētū: indeque mollia carnosaque ab rerū natura efficta sunt.
 Ut enim humana lingua duplici fungitur munere, cōceptas
 animi enunciando, & saporū vim præsentiedo, proptereaque
 ab cæteris disparatur, nec similis est: ita nec in labiis simplex
 functio est, sed dētes quidē cū decore contegūt plurimo, tum
 locutionem magis præstant articulata: ea nanque consistat
 ex literis, quarum enunciatio plurimū obturbata, detracta
 nec intelligibilis præstaretur, ni ad hanc rationem labra lin-
 guāque cōformasset artificis infinita prouidentia. In labio
 superiori, quæ inest cauitas, dicitur *φίλον*: eadem in inferiori
τύπη & vocatur, vel nympha. Labiorum prominens pars
ωρεχιδον. Eorundem mutuus congressus *ωρεχιδον*, vel *πρω-
 κιν*. Desinentia verò maxillas respectans, *τω κελυβ* sortitur
 nomen. Sunt porro labra, vt scienter colligit Auicēna, hostij
 vice adiuncta ori. Quod brutis cōparatū creditur, ad explen-
 dam victus necessitatem. In homine, promptuariū est rectæ
 rationis, vt quæ prudentia corde conceperit, ea sensa promat
 oratio: vnde eleganter Apuleius os esse dicit, animi vestibu-
 lum, orationis ianuam, cogitationum verò comitium. Homi-
 nem, Græci ab oris exiguitate *μειροστωμ* dixere. Hac parte
 quæ carent, dicuntur inora: sicut inaurita, quæ auribus. La-
 brum superius inueni, qui chelyné dici arbitretur: quāquam
 alij

alij in ambitu positā partem eo vocabulo intelligere malūt.
 Vnde chelynida nuncupentur, quibus ea grādiōr portior est.
 Testudinis operimēta vocāt chelya. Nam chelys testudo est:
 sed & pectus quoque. Vnde sit Nicandro *χελυδία* verbum.
 Quod vltimum carinæ suffigitur, ne atteratur, chelysma di-
 citur recte. Os autem Græcis stoma dicitur, *ωρα το στωμα*, &
λόγος, quod cibaria præcidat, præmandatque. Astoma intel-
 liguntur ori ingrata, & gustui. Astomi, qui sunt oris præduri.
 Eustoma, quæ sapiunt præcipuē. Stomatika sunt Galeno me-
 dicamenta oris vitijis accommodata: Personas oribus distortas
 & deformes legimus Mirones nuncupari: nam & miracula
 à miris dicuntur, id est monstris.

*Lingua, & orationis laus præcipua. De imitatione non-
 nihili. Saporum sensus ubi percipiatur. Salsina fontes.
 De gustu, & pstitaco miri. Meropes qui, & vnde
 ducantur. Trissare quid. Trigon cur. Anzloglossum,
 ancyloromon. Siculi cur trilingues.* CAP. XXXII.

Cæterum leuia possunt ista cæseri, si cōsideret quis huma-
 næ linguæ incomparabile prorsus donū, in quo bonitas
 infinita inastimabili munificentia nos, vt legitimos filios, est
 amplexata: quid enim in tot tantisque corporis dotibus æqua
 pēlandum libra est? Huius siquidem facultate post mentem,
 quæ nos ex aquo ferè cum calitibus constituit, constat præci-
 puè illa, vt dictum ab Sophocle est, Regina rerum eloquētia:
 quæ, sicuti M. Tullius inquit, cohortamur, persuademus, per-
 territos à timore abducimus, gestientes comprimimus, cupi-
 ditates, iras restinguimus: hæc nos iuris, legū, vrbium socie-
 tate deuinxit: hæc nos à vita immani & fera segregauit. Sed
 illud quantam demum in humanis rebus habet excellētiā?
 Vt lingue posse hominē, quæ minus intelligētia cōsequatur,
 ab altero tota facilitate percipere, quæque noris ipse magna
 tua gloria alijs impertiri? Eximium est quod inde profuit
 emolumentum, parturiēte semper animo, quæ vel obseruari
 interitissime, vel summo excogitaris ingenio. Nescire malu-
 mus magna pars, quā in id tantis laboribus & curis pro-
 fecisse, vt abdita illatebratæque, velut in sanctariis, aut sepul-
 chro verius tā preciose supellectilis munera suppressamus.
 Quid illa in calamitatibus, tanquam oneris præmolesti alle-



10 LECTIÖNVM ANTIQVAVRVM

natio, cum amicis communicatio? Quid secundis rebus incredibilis, & gestiens ille ardor animi eisdem impartienti boni? Denique vt rei pretiū intelligamus, quæ nam aut quanta commolita natura est, vt decenter orationis euaderemus compositores? Omnium primū in artifex illa in pulmonibus spirandi officina nobilitatis huius præstat exordia: mox illa spiritalis fistula, quam etiam arteriam dicimus, ad os producta, intimum velut canali, à mente profectam vocem ita subuehit, ac excipienti linguæ ita affundit, vt artificii motu nunc illa in palatam surrecta, nunc allisa dentibus, alioqui barbaricum, insuauemque sonum sic moderetur effingâtque, vt auribus contingat iucundissimus: & vehementia quâ loque detonans altius, imò verò clarius fulgurans tam potenter mouet, docet arguit, & ad delicias usque ita delectat afficitque, vt quod de Olympio dictum Pericle est, nõ Græciam modo, vt ille, sed vniuersa ferè valeat permiscere. Quod dictum verissime non inficiabitur, cuius dictionem sic demum multiplex, ac interior fermentari eruditio, vt nare iam queat sine cortice, quod aiunt, Quippe hominum extremos esse opinatur Plato imitatores. Cui calculum adiciens Latine princeps Lyra, seruum esse pecus pronunciat. Alioqui infelix fuerit supellex, tantum alienis instillisse vestigiis, nec fermentum ita percoxisse, vt genuina respiat prorsum, ac mellicis more ex diuersis velut floribus inoriatur consurgâtque nulli comparabilis succus. Esse tamen in artibus necessariam imitationem, non inficiet. Quando hac ipsa de re caput est in Fabij libro decimo. Et secundo De oratore Cicero: Ergo primum sit in præceptis meis, inquit, vt demonstremus quem imitemur: atque ita, vt quæ maximè excellent in eo quem imitabimur, ea diligentissimè persequamur. Tum accedat exercitatio, qua illum quem elegerit, imitando effingât. Caterum parte hac vnicuique altius inhæreat. Quædam hant illud: Pigri esse ingenij, contentum esse iis, quæ sunt ab aliis inuenta. Nos verò ab excursu in semitam redeamus. Quid vbi in modulatum celestemque lingua exit eantem, nunc spiritu productiorem, nunc inflexo varium, nunc distinctum cõciso, copulatum intorto. Et, quod nequeas admiratione consequi, est vbi promittit, reuocat, infuscat, plenius edit aliquid, grauius, acutius, vibratius, summum, mediū,imum. Propterea ingeniosè ac plausibiliter mihi fecisse videntur, qui

LIBER III.

211

qui linguam plestri similem prodidere, chordarum verò dentes, nares cornuum, quis caneri accinitur. Nam & in Hæxæmero Ambrosius ait: Plestrū loquētis lingua est. Hæc verò omnia diuinæ maiestatis recinunt amplitudinē & sapiētiam, tuba clarius insonant, ac ingerunt ingratas, & periniquis tantorum munerum æstimatoribus. Hæc quin vt posset munificētius lingua præstare, eius carnē struxit opifex Deus raram, fungosam & mollē, vt dicere maluit Auicenna. Sed in corpore sculo tā paruo, non desinit idem cum Auerroë nervorū admirari multitudinē, tam ad motū quàm ad sensum spectatum: nec non venarum, arteriarūque, quando omnium horū, magnitudo numerosa linguæ mensuram longè videtur excedere. Hæc verò ita scimus ab optimo maximo Deo constituta, quia membri eius multiplex erat vsus futurus: nã ad ea quæ diximus, habere item munus aliud partem hanc, Lactantius putat, quod contritos & commolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos vi sua deprimat, ac transmittit ad ventrem: vnde & Varro, à ligando cibo putat linguæ nomen impositum. Bruta verò etiam nũ lambendo potu adiuuat. Falli putat Lactantius idem, si quis saporis sensum inesse palato arbitratur: quoniam lingua sit, qua sentiantur saporis, nec tamen tota: nam partes eius quæ sunt ab utroque latere tenuiores, saporē subtilissimis sensibus trahere. Plinius tamen: Intellectus, inquit, saporum est ceteris in prima lingua, homini & in palato: sed & in gustatu linguæ vice nouimus esse aquatilibus palatum. Scitu verò dignum, ad hũc vsu oportere linguam esse quidem potentia humectam, actu autè minimè. Indicio esse, quod quibus nimio plus areseat lingua, vel humeat, haud ita saporis valeant percipere. Et humectatio quidem insita interpellat manifestò, quia ipsa primo linguæ tactum præstat, quo occupante, nequit extima aduertere. Argumētò est, quod qui acrius quippiã gustu apprehenderit, pro non valet aliud sentire. Scribunt eruditiores, in linguæ radice duo infusca officina, quæ saluæ dicantur fontes. Eorum munus est, humorem seruare, veluti penu quodam intimo, quo subinde irroretur lingua, & os humescat vniuersum. Esse autem tanquam aquosam pituitam, tum in stomacho conceptam ex tenuissima quaque chyli parte, & mox ceu in castella corruatam, tum ab cerebro desuam per eius ofsis meatus, quo colatorium vocant medicorum scholæ: indicio inde



212 LECTIÖNVM ANTIQVAVM

concepto, saluosum esse illis os, quibus rheumate abundet cerebrum, quibusve humeat stomachus, quod genus bibuli sunt, quisque nimio plus vescuntur poris, aut consimilibus. Illud verò ad præsens institutum eximie accommodatum minus prætereundum est. Neruum quo tangendi sensus ad linguam deuehitur, non esse ab eo diuersum, qui gustus vectabulum est: Galeno tradente, quarto De morbis interioribus. Sed cur solertior est gustandi vis in lingua, quam tangendi? Ratio verò est, quia gustus exactior est ad peruestigandum: tactus verò cæteris sensibus hebetior ac materialior, vt interim trito in philosophorum scholis verbo vtatur. Sicuti visus subtilitate sensus excedit omnes, postea verò auditus. Denique placet Auicenna, ad loquendum videri præstantissimam esse linguam, quæ suos tum longitudinis, tum latitudinis commentus habeat, quæque in apice tenuis & acutior, in radice latior. Cæterum nec silebo parte hac miraculum insigne nostris visum temporibus: Psittacus hic fuit Ascanij cardinalis Romæ, aureis centum comparatus nummis, qui alticulatissimè cõtinuatis perpetuò verbis Christianæ veritatis symbolum integrè pronuntiabat. perinde ac vir peritus enuntiaret. Quod quia præclarum est, ac dictu rarissimè, non fuit consiliũ, transilire per incuriã. Author denique Eustathius est: Meropas in carmine Homericò dici homines, quod eorum naturæ vi, distinguatur vox in dictiones, syllabas, elementa, quæ res animantium nulli contingit quorum soni, neque dici *π*ω debent, neque *α*ύ *σ*αί. At diuinorum periti Meropas dici arbitrantur ab vocis diuisione, quæ post Chalanes turrim facta narretur. Cõstat tamen & auium quasdam meropas nuncupari. Sed & Coi, Meropes dicuntur, gentili nomine: quãdo insula item Cos, Meropeis appellatur. Inueniendum silentio: *τυφλεω*, hoc est tryslare, ab Græcis dici de inani obstreperãque verborum multitudine, vnde corruerit etiam trygon, id est turtur, quem & scommate scitissimo vsurpat parœmia, sicuti author probat Eustathius. Tritum verò est quod Græci dicunt, oportere, *γλωσσῶν μὲν ἕνα ἄφρον, καὶ ἓξ ἰσχυρῶν*, id est esse ociosam quidem linguam, manum verò operariam. Verum scioli trygodæmones diuersos sibi induunt mores: at hos nil aliud, quàm vt Spartiani vtar verbocata midianos, id est ridendos compundòque sinamus uolere:

lere: sed cum macaria item, ni respiscant. Cæterum id non omisisse præstiterit: Ancyloglossum Aeginetæ Paulo esse linguæ vitium astrictioris, nerui sub ea, quod filium vocant, interdum blasitate. Ferramentum quo perfanatur, ancylo-ton vocant. Siculos ab Apuleio dici trilingues, animaduerto, quod Barbarè initio sunt locuti, Græcè mox, postremò etiam Latinè.

CAMILI RHIDERII

RHODIGINI IN ANTIQVAVM
LECTIÖNVM LIBROS LODOUICI CÆLIJ

patruj, ad magnificum comitem

Ioannem Rouerellam,

Præfatio quarta.



Iberiori mentis intuitu, huius nostræ pen insula primordia vagatus his proximis diebus, antiquioris inscriptionis monumenta non pauca discurrens, Rouerella familia nobilissima antiquissimam genituram hinc ortam, non insignitura minus, quam antiquæ domitionis postura & consanguinei stemmatis necessitudine certius agnoscens, astrictiori multò magis vinculo, quam antea adligatus in tui obsequium perpetuò infixus detineor: nam etsi iamdiu tua in me collata beneficia, me tibi ad eò euinctum fecerint, vt me tibi deditissimum scirem: nunc communis patriæ nostræ congenitura me ad eò adligatum inuoluit, vt tibi merito, magis quam mihi ipsi videar destinatus. Qui eo sis ortus stemmate, quod toto serè orbe terrarum illustre nostram hanc patriam ad eò exornauit, vt ab eo quicquid in ea studiorum, literarumve, aut ingenue probitatis adfuerit: id Rouerella familia aut præstante, aut conseruente, quale quantumque est, emicuerit. Quid enim quantumq; Bartholomæi reuerendissimi cardinalis, Philisq; patris tui, Laurentij, Nicolaique, atque aliorum è Rouerella genitura sanctissime prelatuæ Rhodiginis conciuibus honori vtilitatiq; profuerint, sciunt qui non toruis perspicientes supercilij literatis nostræ patrie doctiorum elucubrationes nouerunt. Quo etsi omnes astricti, ego potissimè deminctus, meæ in te obseruantia famulitium tibi oblaturus non aliud archissima meæ affectionis radimonium tibi



LECTIONVM ANTIQVARVM

exhibere cognoscens, portiuuculam hanc laboriosissimarum lectio-
num à doctissimo Lodouico Caelio mihi patrio hu proximo dis-
tribus doctissime castigatam ad te destinandam curauimus: quibus
dem est tuae amplitudini valde impar, id tamen vt mee in te
maxime obseruantiae culturam praeseferat. Quod te, eo letiori
suscepturum animo, & gratiore perispecturum fronte cognosce-
quibus te virum doctissimum nobilissima genitura emanatum,
munificentissimum mihi patrum & sciri, & certiori affectu
semper cognoui: huiusq; tenuiorem non aspernatus exilitatem, hoc
solo sincerioris mee mentis affectu, accipies. Quod salis salsi litatio-
ne turis carentiam multotiens emendatam audivimus: idq; doctiori-
sue Aimeruae cultura suffarcinatum fovens expositioris fri-

tionis patrocini tui titulo ascriptum, vt hilarioris
fronte securus prodeat, curabis: Camillumq;
Rhiderium tibi dedititium, leto eo fouebis
animo, quo ipsius in te sincerio-
ris ancillatus simulium
praese fert.
Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGI NI LECTIONVM ANTI- QVARVM LIBER VNVS, QVI QVARTVS.

Dentes cur attributi animantibus. Dentibus an insit
sentiendi vis, atque item ossibus. Dentium distribu-
tio, & vocabula. Quid gelasius. Gingivarum nomi-
na. De Pyrrho, & Hercule, suis Calidonia dentibus,
& Zenobia. Odontiasis quid, & odaxismus. Gom-
phiasis, gomphiasmus, pladara, epulides, parulides,
chuliodonta, carcharodonta. CAP. I.

DENTIVM potestatem quibuscunque ij conti-
gere; ideo communi quadam ratione contri-
butam tradunt Naturales, vt cibum mollien-
tes conficiant: quam esse ex digestionibus pri-
mam, statuunt artis medicae periti. Sunt tamen
quibus tum ad inuadendum tum ad propulsandum, vim sug-
gerant. Homini vero ad cibi necessitatem adnexi aptissime
videntur, siue ad perperionem reuoces primores, quorum
est digerere mandenda, & dissecare, vnde & remnici nuncu-
pati, qui lati utique sunt, sed examinati quoque, vt implere
munus suum possint facilius. Siue item eos, qui cibum con-
ficiunt latitudinem nacti sunt planam ad hunc usum: nam
eis interlocatos nouimus, qui vocantur canini, partim acuti,
partim ite lati. Quinimo & locutionis potissimum ratione
ceteros plane sortiti sumus homines: quando, vt vel paulo ante
significauimus, ad literarum expressiore enuntiatione den-
tes conferre plurimum pernoscentur, praecipue primi. Erum-
pant vero statutis temporum curculis, sicuti etiam prodeunt
pili, progerminat barba, generationis semē defluit: quoniam



fecundum corpus est, ac veluti pragnans, vt Plato inquit: illi quippe suorum omnium spermata sunt incerta. A uibus hi attributi non sunt, siccitatis calidæ ratione, quæ nec præmansum cibum valet cõficere. Adiuuat & stomachus prior, qui remolita spatio alimenta in alterum percoquenda trãsnitit. Dentibus verò inesse sentiendi vim abundè Galenus docuit, quia sint illorum radicibus adiuncti nerui, quibus sensus facultas comparatur: & videtur Auicenna putasse, vi quoque propria substantiæ sentire, quoniã tertijs septima dentes interdum dolere significat ex causa intima. Non esse verò dolorè, cuius non sit sensus. Alij putant eum esse gingiuarum dolorem, neruorumque. Vtunque, calidi, ac frigidi sensus adesse dētibus creditur potius, quàm sensibiliũ reliquorũ, cuiusmodi est humidum, siccum, durũ, molle, asperum, lene. Hoc verò efficit dentium nimia durities, nam pati nequeunt, ni agens fuerit præpotens. Caliditas verò, & frigiditas agūt cæteris potētius. Et frigoris quidè rationè affert Aristoteles, Quòd dentiũ meatus prætenues sint, & caloris exigui, qui ab frigore superatus dolorè inducat. Ex physicis itè sunt qui reliqua item ossa nec esse sensus experia tradant, etiã nisi neruus assideat prorsum nullus: nam spiritus sensificos, qui poros penetrèt, vim sentiendi posse suggerere. Sed nec hi cõstanter propositũ tuètur, propterea istiusmodi difficultatũ studiosis relinquatur disceptatio hæc: quã tamè abundè excussit differentia quadragesimã tertia Cõciliator. ἀμφὸς δὲ dicuntur vtrinque dētata. Inesse præfagia dētibus credit Aristoteles: nam quibus rariore fuerint, haud ita diu viuere opinatur. Quoniã quæ dentiũ ordine sint prædita numerosiore, esse itè vitæ productioris videantur, virorũ exemplo, quibus plures sint, quàm fœminis, quod ipsum & in cæteris cõiuitur. Dentiũ numerus in homine ad duos increfcit & triginta: authoribus Galeno, & Auicennæ nec tacuit primo Colliget Auerrois. Fœminis raro plures ad nascuntur, quàm duodetriginta. In Græcis authoribus hæc ferè dentiũr: comperio distributionis nomenclaturam: quatuor anteriores, qui in meditullio constitui habentur, dici tomeos, & dichasteras, aut Aenas, atque item gelasinos: vocabulo primo ab infectione ducto, alio ab diuisione, tertio, quod concidant: nam gelasinos vocant, quia inter ridendum retegantur: quamquam & eodem nomine corrugatio nuncupetur ridendo circa os expressa: propter illud Martialis.

Nec

Nec grata est facies, cui gelasinus abest. Sed & Democritus de risu petulantia, gelasini cognomento est insignis insequuntur hos duo *leuodontes* appellati, siue canini, quoniam in acutum producti caninos præferant dētēs. Adiacent qui dicitur gomphij, seu molares: quibus adnumerantur, quos mylos nuncupant: post quos postremi sophronisteres, sic enim eos Cleanthes vocabat: Auicenna, dentes sensus vel intellectus. Quos adnasci arbitratu post genituræ profusione ante consistentiam, quæ anno contingat tricesimos. Hos alij *leuodontes* etiam vocat: vt Aristoteles, ἀπὸ τοῦ λευκῶν, quia ætatem perficiant, ac compleant. Genuinos appellant Latini, quos Varro post annos ferè septenos enasci tradidit. Hæmodiam esse Galenus scribit dentiũ stuporè, qui etiam gingiuas infestet. Molariũ autem partem quæ assidet gingiuæ, momiscum dicunt: superiorem verò qua cõficiuntur cibi, trapeziam, id est mensam: cavitates autem, holmiscos, veluti mortariola: vtrũque simul, phatnas, id est præsepia: gingiuas extimas vocant vla: intimas verò enula: spatium interlocatum dētibus, harnum dicere mos est: ordo verò ipse dentium ac series, dicitur phragmus, tanquam sepem appelles. Pyrrho Epirota tradunt vnum fuisse os, dentium vice, lineis modo in superficie suspicuum distinctũque. Et prodit Herodotus in Persica strage inuentos vnus dentes *μνογονίας*, id est ossis vnus. Herculem fuisse triplici dentium serie, Ionis Chij proditum monumētis est. Sunt in iumentis, qui vocentur pullini dentes: eos Græcis gnomonas, ab diiudicanda ætate, nuncupari aduertor: de quibus alibi plura. Odõriasm vocant Græci, vel odõtophyiã, dentitionem. At qui hanc præcurrit, prurimum, odaxyssum dicunt. Gomphiasmos autem, dentium hæmodia, id est stupor. Gingiuas, *πυλιδας* vocant medici, humectatione imbecilles nimia. Pladara enim dicunt, humore flaccescentia. Illud demum haud præteribo, quod primo Gothici belli tradit Procopius: Beneuentum olim ab Diomede direptũ, ac inibi suis calidoniae dentes, quos accepisset Meleager venationis præmium, reliquisse. Hi verò ad nostra, inquit, tempora perseuerant, magnitudine visenda, quippe lunari specie pedum trium explere perimetrum. Zenobia, quam Romani imperij insignibus admouit numen, tantus inerat dentibus candor, vt margaritas eam plerique habere opinarentur.



Epulidas vocant Græci excreſcētem carnem ad intimos molares ex inflammatione, non citra dolorem, ac quandoque febrem. Sunt & in gingiuarum parte parulides, ex inflammatione, qua ſuppuratio ſefe oſtendit, ni maturē diſcutiantur. Chauliodonta vocantur, quæ dentes habent ex ore prominentes, vt elephas. Carcharodonta verò quibus intus quidem ſunt dentes, ſed acuti, tanquam *luxazayulūi*, vt leoni, pardali, lupo, cani.

Proſopon, id eſt facies, quid. *Ceros* quid. *Cæmedi* hiftoria & *Fulua*. Colli ratio. De *Sphondylis*. *Anteres* quid: item *antherion*. *Corra*, corſa, *corſoterium*, *corſoteus*, *dire*, *byſſauchen*. De oſibus humerorum. De iugulis. *Clides*, *clidia*, *guttur*, *gula*, *pharinx*, *larynx*, *aſparagus*, & *aſpharagus*. *Gylus*, & *Gylanchē* quid. *Gymnigini* *gygenis*, *Iſthmus*, unde *pariſtmia*. *Orchoſtade*. *Orchoſtadia* veſtimenta. *Strangulationū* ratio. *Cynanche*, *paracynanche*, *parafynanche*, *angina*, *ſynanche*, *metapneum*. *Antiades* quæ, & *cur*. *Tonſilla*, *cion*, *decollare*, *murenula*, *fuca*, *capitium*, *ſtrum*, *pappa*, *prolobum*, *proboli*. CAP. II.

Proſopon, id eſt faciem, appellant Græci, quod inter caput & collum hominis eſt, ab re nomine impoſito. Nam quia vnus animantium cunctarum erectus homo eſt, ſolus anteuertus proſpectat, vocemque anteuertus mittit. Mentū, in quo efflorefcit barba, *antherion* dicitur Homero, *αἰθῆρ ἄνθηρον*. dicitur quandoque & in muliere, ſed per caricheſin. Mentū pars extrema, Galeno dicitur *ather*: quanquā eodem authore, eſt in hordeo *ather*, propriè *cuſpis* ſpicæ. Quia verò ab Græcis maxillas dici *corras* nouimus, & tempora etiā *corras*: inde *corſoterium* in Athenæo, pro tonſtrina inſecti *arbitror*: apud eundem, *corſoteus* eſſe tonſor videtur. In Ionicis ædium ſacrarum foribus nominantur item *corras*. *Virtruius*: *Corra*, inquit, cum *aſtragalis* circūcurrant. Sed & *Corſon* cognominatum accepimus, eum qui barbam ſibi abraſit primus: quod Alexandri tempeſtate factum, auctor Chry

Chryſippus eſt, **Coros** autem, de ſtomacho dicitur quidem propriè, quum cibus oppletur: mox & de prædiuitibus pronuntiat quocumque. Sed & in magnis honoribus dicitur **coros**, ac viuere ſum id genus alius: ex quo *ὄρος ἄρος* uel *ὄρος ἄρος* nuncupat **Pinarius**: quanquam parum obſeruatè forſan, quando diuerſum contingit potius. Nam ita Homero ingeniorum fonti propemodum tradenti aſſentimur:

Τίτρε τὸν ἄρος ὄρος ἄρος ἄρος ἄρος ἄρος. id eſt, Iniuriam ſatietas proferit, ubi nequam homini contingant opes. Scribit **Lampridius**, **Commodum** **Cæſarem** vultu fuiſſe inſubido, vt ebrioli ſolent. **Fulviam** **M. Antonij** vxorē, cui buccarum altera eſſet inflatior, dixit **Sex. Clodius** acumen ſtillicentare. **Strongyloproſopa** dicuntur, quibus rotunda eſt facies: quam eſſe ſpeculum mentis dixit **Hieronymus**, quando & taciti oculi mentis fatentur arcana. Subeſt capiti collum, quod nec ipſum artificis expers providentiæ eſt. Id diſtribuitur primum in ceruicem & iugulum. Vltima colli vertebra, quia onus ſuſtineat, nuncupatur **atlas**, vt videri debeat, caput ſpinam excipere. Quæ *ἰψὰ ἐνὲν* & dicta Græcis, ſacra ab noſtris **ſiſtula**, vertebris conſtat quatuor & viginti. Eas vertebraſ, ſeu nodos, Græci **sphondylos** dicunt, & **Ariſtoteles**. Nam ſpina ipſa vocatur etiā **rhachis**. Quidam verò **sphondylos**, vt **Pomponius Feſtus** ſcribit, cubos appellant. **Sphondylum**, piſcem intelligit cum **Macrobio Seneca**: eum dicunt vulgò **ſchinalum**, interpretantur aliqui. **Ariſtoteles** **sphondylen** vocat beſtiolam, quam verticillum **Theodorus** reddidit. Inter indicaturæ nobilis ſallamenta vtiq; eſt **sphondylos**. **Athenæus**, in mugilis capite forma echinata, **sphondylum** agnoſcit. Aliubi inter ſallamenta horæa **sphondylum** adnumerat. Collum ſeptem incumbere **sphondylis** voluit, quos **Homerus** **aſtragalos** vocat, ac **sphondyliona**, eam quæ ineſt medullam. Quod verò circum eos fiat conuerſio colli, & **ſtropheos** nuncupant: ſicuti apud **Pherecraten** dicuntur **ſtrophinges**: aggregatio autem omnium dicitur **gyes**. Primum verò qui cum collo circūmagitur, vocant **epiſtropheum** ex Græcis plerique: **Hippocrates** etiā dentem, id eſt *ὀδὸν*. Alterum verò, quia ſit immobilis, axem: in quo **catochi** ſunt, id eſt proiectiones duæ: quarū altera cum præcedenti coit **sphondylo**, cum ſequenti reliqua: poſtremus (vt **Prætexui**) appellatur **atlas**, veluti **achthophorus**, id eſt onerum geſtator. At

At Plinius ordine mutato, primū atlantiō statui, postremum
verō epistropheum. Anteras nuncupant colli portiones,
quibus maximē prafocationis occasio inest. Sed in Medicina
Celsus, & tertio Therapeutices Galenus, eo nomine fibulas
vocant, quæ vulnerum oras impositæ paulum cōtrahant, quo
minus lata post cicatrix sit. Harum verō partium affectiones
tres obseruauimus, ὀρθωσις & κέρτασις, necnon λήθησις. Ex qui-
bus hyuosis posteriora capitis infestat ante spinam: cyrtosis
verō, media spinæ: lordosis autē, anterioris partis affectio est.
Lordosin Galenus interpretatur vertebrarum luxationē, quā
excauationem intelligimus. Hyuon sunt qui eum interpre-
tentur cui sit obtortum collum. Dignum scitu ex historia: Mi-
litari more in nomen imperatoris iurantes milites cōceptis
verbis, gladios admouere ceruicibus solitos, diris sese exera-
tionibus deuouentes. A ceruice duo lata ossa vtrinque ad sca-
pulas tendunt: nostri scoptula opera, omoplatas Græci nū-
cupant, nonnulli etiam epinotios & platas. Iugulū in summo
costarum os recuruum, nec durissimis adnumerandū ossibus
quod brachij motu paulum cum lato ossē mouetur. Iugulos
vocant clidas & clidia, quorum pars omoplatas respectās vo-
catur epomis: ceruicem eo nomine Theodorus intelligit: quæ
autem collum, parasphagis. At cauum id, quo disparantur iu-
guli, sphage: à quibusdam etiam thymos. Hinc humerus ex-
cipit extremis vtrinque capitibus tumidus, mollis, sine me-
dulla, chartilaginosus: medius teres, durus, medullofus, leni-
ter gibbus. Collū verō gutturis, & gulæ causa ab optimo ma-
ximo Deo attributū. Guttur, spiritus causa est, hoc siquidē ha-
litū animātia trahūt reddūtq;. Proinde quæ pulmone caret,
neque item collum habēt. Hinc gutturofus dicitur Iure con-
fultis, & Celfo. Gula verō est, qua cibus & potus denoratur.
ὀισοφάγῳ vocant Græci. Sed in quibusdam Homerici glossu-
lis sic comperi, Pharynga nuncupari interhiantem inanitatē,
in quam duo competant ora, œsophagi videlicet, ac laryngis.
Et est œsophagus quidem vti statuunt medicinæ periti, ciba-
ria qui excipit locus, quem stomachum vocant. Larynx autē
est, qua concipitur sonus. Verūm de iis alibi vberius paulo.
ὀφύγγῳ interpretantur quidam guttur, sed eam tamē partem
intelligunt, in qua sese extrinsecus tumores promunt, quos
bronchocelas nuncuparunt Græci. Guttur porrō à Græcis
aspharagus item dicitur: quanquam Attice asparagum indi-
cet,

cet, notum fruticem: etiam si est asparagus in oleribus, quæ
prima sese promunt è terra foliis necdum egerminantibus:
quod ab Paulo Aegineta est curiosius obseruatum. Non præ-
tereunda Græcorum item diligentia, tradentium, τράχυλον,
indicare colli ambitum vniuersum: quoniam αὐχλῶ, intelliga-
tur in homine posterior pars, in brutis verō superior. Vbi au-
tem ἀεϋλῶ audis, anteriorem in homine partem accipe, in ca-
teris imam. Quæ colli expertia sunt, gulam manifestam non
habent: sed nec habere, necessarium. Et instrumentum spira-
tioni accommodatum longitudinem habere oportuit. Pro-
pterea Galenus octauo De iuuamentis, ob pulmonē esse præ-
cipuē collum scribit. γυλαίχυσας Græci vocant pratenuēs ho-
mines, & colli oblongioris: nam est gylius, militare vas con-
textum, in quo caseus seruaretur cum oliuis & cepis, vnde &
militaris opothecæ nuncupata. Herculem quoque dictum
fuisse gylium tradunt. Gyriini verō informes dicuntur rana-
rum partus, quod scribit Theon, id est ἀδύπνατα γυρίμια,
ἢ γυρίμια ὀφθαλμοῦ: quando vrsarum more pariant rana. Hinc in Pro-
gnosticis Aratus:

Ἀδύπνατα ἢ ὀφθαλμοῦ παρὰ τὸν βῶσιν γυρίμια.

Vnde apud Platonem, Nihilo rana gyrina prudentior, pro-
uerbiali figura. Nec me fallit, esse qui expuncta veteri lectio-
ne, gryneam substituunt: sed vtrum magis quadrer, doctorū
fuerit perpensio. Ginni apud Aristotelem deminuta forma,
equi dicuntur: quos & gygenios ab Strabone nuncupari, pu-
tant nonnulli; quanquam & mulorum genus sic in Liguria
vocat. Gyris, Dioscoridi est farinae pollen: gyritas panes vo-
cant autopyros. Sciendum verō, nulla superiorum habita ra-
tione, Domitium, girrinos appellare informes exiguosque
ranarum partus, Plinij lectione interpolata: quia ostreorum
cirri dicuntur Martiali. Isthmum Galenus apud Hippocratē
interpretatur partem illam quæ os & gulam interiacet, per
metaphoram. Et inde paristhmia dici tonsillas arbitror, quæ
contingunt in locis iis, quæ μέλας item vocant. Est & affectio,
quam orthostaden vocant, quia surrecti stemus, neruis poste-
rioribus contractis. Nam & vestimenta quædam orthostadia
vocabant: quorū in Nerone meminuit Dion. Sicuti quæ trahe-
rentur, ὑπὸ τῷ. Si quid, inquit Albertus, in arteriæ deerrauerit
tramitem, nec excuti valeat, mors consequitur, aut ægritudo
chronica, quoniam modo stomachi peruius pulmo non est:
ideo



ideo quod fuerit delapsum, aut paulatim consumatur, necesse est, aut computrescat. Porro quia huc diuertimus, sciendum, suffocationem omnem ex angustia contingere. Angustiam vero aut repleta intermedia regione fieri, quæ inter thoracem est, atque pulmonem, aut pulmonis cavernis, vel aliqua inflammatione, quæ in viscere affligat vniuerso, vel in aspera arteria, vel in ea parte quæ est velut caput eius, quam nominant guttur, quæ inflammatio fieri item in præiacente spatio potest, quod fauces appellant, & laxius est. Quum ergo fauces sine tumore apparuerint, & strangulatio superuenerit, guttur tantum est affectio huiusmodi. Aspera quidem arteria inflammatio difficultatem spirandi aliquam efficere potest, si ranguilationem non potest, ob meatus magnitudinem in ipsa lationis, & tunice tenuitatem. Impossibile siquidem est, corporis ædè tenuis inflammationem per insignem canaliculæ laxitate replere. & reliquum igitur est guttur, quod subitam facere strangulationem potest, quoniam in ipso angustatur pulmonis meatus. Nominant autè medicorum plerique affectionem id genus cynchen, quibus placet faucium inflammationem synanchen appellare. Vlpianus Digestis de ædilitio c. l. i. i. antianchen interpretatur inueteratos faucium tumores, quique disenti non valeant, velut dicatur antiache obliuiscans oblitensque præfocatio, ni malis palanchen legere. Sunt qui antiades malint, quod verbum tonsillas indicat. Porro alij parasyanchen, itemque paracynanchen appellant. Parasyanchen, inquam, vbi partibus quæ superiacent faucibus, inflammatio affligit: paracynanchen autem, vbi extra guttur infestet. Anginæ verò nomine in Præfagiorum libro videtur Hippocrates appellare affectiones quaslibet, in faucibus sese ostèntes: quas & spirandi consequitur difficultas. Ceterum angina species quatuor cõperisse videor: prima verò est, vbi fauces inflammantur: fauces intelligo locum oris internum, in quo simul coeunt gula ac gutturis extremæ partes. Altera, quum neque fauces, nec oris portio vlla, aut quid extimum cernitur inflammatum, suffocationis tamen in gutture sese periculis promit. Tertia, vbi extrinsecus in faucium ambitu ostètatur inflammatio. Vltimo statuitur loco angina, gutturis tum extrema tum intima pariter afflicta. Est & affectio, quæ dicunt *ἀντιαιμα*, id est apnceam, nulla (vt visus indicat) spiratione facta: quod tamen fieri nequit, aut ea quæ per vniuersum sit corpus, transpiratio

spiratio sufficere tunc potest. Hæc verò per arterias efficitur cor ipsam. Antiadas, de quibus dictum est, ex eruditissimis sunt qui statuunt quatuor, duas parte dextra, sinistra toridem. Imòque ita dici, velut sint inuicem obiectæ. Nam cur Latini tonsillas appellantur, rationis planè videri incomperat. Antiadas finit Paulus, tumores ea parte præduros, veluti adenes obdurati strumæ sunt. Collum anterius Græci, item *ἀντιαιμα* (vt dictum est) vocant inde & similitudine quadam in angustum desinens prominentia, superciliumve dicitur item dire, propterea in Homero polydirada Olympum interpretantur, multas habentem exochas, id est eminentes partes. Quare dirades sunt inæqualia loca & aspera. Scribit Aelius Dionysius, Byssauchena, id est *βυσσαυχίνα* dici, cui ad collum sint humeri contractiores. Apud Pausaniam eo appellatur vocabulo, qui collum comprimit, sursumque protrudit humeros. Metaphrenum dicunt partem ab collo ad cinctum protensam, aut verius quod à tergo præcordiis obiectum est. Metaphrenon dici. Theon scribit, quia sit *μετα τὴν σπῆρα*, id est post mentem, cuius in pectore statuatur sedes. In auium quibusdam ingluuius est, cutis in amplum sinuata, qua primum cibus continetur ingellus incoctusque. *πρόβολον* dicunt Græci. Plinius sinum, & in onocrotalis vterum, pappam magnus Albertus. Probolium verò venatorum est telum, apris accommodum præcipue. Proboli autem in mari sunt petrae. Sunt ex Græcis, qui *νύρα* dici collum interpretentur, quoniam columnæ vicem gerat, dum caput fulcit. Sunt qui *λίνα* gurgulionem, id est *γυργυλίον* signare opinentur. Alij partem quæ columella nuncupatur, vel communi loquendi usu *σάτυρον*, id est vua. Dicit autem *νύρα* volunt, *ἀπὸ τοῦ νύρα ἀπὸ τοῦ νύρα* *ἢ ἀπὸ τοῦ νύρα* *ἢ ἀπὸ τοῦ νύρα* id est, quia ex imò ad summum pertingat stomachum. Decollare verbum, in Ioannis Baptistæ historia, sunt qui parum Latine positum rentur: quum tamen Fenestellæ sententia notione ea comprobet accipi grammaticus Diomedes, etiam si veteribus dictum legas frequentius, Securi cadere. Aliàs Ennio decollare, à collo & humeris deponere est. Sicuti Tranquillo succollare, subiecto collo tollere onus. Apud Plantum pro decipere inuenias decollare. Sed & Lucillius ait, Quibus fructibus me decollauit. Murenulam colli aurum nuncupat vulgus, Hieronymo tradente, quod scilicet metallo in virgulas lente

Handwritten marginal notes in a cursive script, likely a library or personal collection mark, running vertically down the right edge of the page.



lentescente, quadam ordinis flexuosi catena, contextitur, ex piscis vtrique imagine vocabulo conformato. Fucas appellat Columella in facie maculas. Tetanotbra, id est τῆτανότρωρα vocant Græci medicamina cuti leuigandæ ac erugandæ, præsertim in facie. Capitium Hieronymus vulgò dici ait, vestis partem qua collo inducitur.

Manuum laus præcipua. Scribendi bonum. Dextra cur in fide porrigatur. Tendines, toni, dactyli idæi vnde. Ambidexteri, & ambile ut ratio, cyzicus, yaltes cyllus. Pygmaei vnde: ancon: masebala, seu ala in harundinibus: carpus, carpa: Carpa ciuitates. Brachij partes, & vocabula. Manuum, digitorum partes, ac partium nomina. Chirurgia. Oculandi motus. Spuhame, lichas, vlna, thenar, cotyli, condylus, condylion, gromthus, scytalides, phalanges. Brachium calestacere. De Martio, & Claudio. Agrorum nomina diuersa. Xanaon.

CAP. III.

Quis verò eloquentia vel ingenij claritate maiestatem, quæ ex manibus adest homini, dignè valeat exsequi? Mira est artium numerositas, quæ membri huius adiumento condiscimus, & exercemus. Taceo hic pingendi, fingendi, scalpendi nobile artificium. Quid illa musicorum cuiuscunque modi organorum contrectatio scientissima, & maxime diuina? Quid illa substructionum sublimitas, quàm elegantissima? Quid vrbium structura in omnibus, vel præstantissima? Quid multiplex agrorum cultus, quo tot tantisque ad vitam necessariis instrumur? Quid illa indumentorum varietas? Quid ornatus excellentia? His penetramus in viscera terræ, metallorum inde vini longè pretiosam eruentes. Imò verò & rerum natura agitur in planum, solo tantum non æquatis montibus. Admittuntur maria, repelluntur, certis quoque limitibus, veluti extra præscriptum proferre pedem ventantur, obiectis molibus. Penetramus aquarum ima, naturæ supellestem vndique nobis vendicantes, totque modis rerum facies mutatur. Camporum dominamur laxitati. Supercilia montium, & verrucas (vt hoc interim verbo vtamur)

quan

quantūnis senticosas nobis obnoxias reddimus: bestias item omnes, terrestres, aquaticas, aëreas. Quicquid ferè mundi vastitas complectitur, manuum solertia nostri sit iuris. Quid illa scribèli maiestas, quæ tantarum rerum scientiam nobis comparat, vetustatem propagat, nil finit interire, & quod omnia cõterit, tempus nostris cogitur manibus succumbere? quid hoc magnificentius? quid æquè miradum, si esse homini datum, in quod ne mortis quidem auida rapacitas ius vllum habeat? Quid tot, tantarumque legum contexta volumina, quàm demum ciuilioris vitæ præferunt eminentiâ? Quid distorum conuentorumque publicis tabulis comprehensa fides aduersus ingeniorum prauitatè? Ausim dicere, seiunctis manibus, fuisse non inermes modo nos futuros, sed vel brutis infeliciores. Quem enim vsum rationis habeat lumen illud diuinum omni ope destitutum? Hinc rectè mihi fecisse videntur, qui rationis ac sapientiæ ministras esse manus pronuntiarunt. Anaxagoras verò ille antiquior, sicuti ab Aristotele traditū scimus, & in Moralibus ab Plutarcho repetitū, ideo sapientissimū videri hominem dixit, quia manibus foret instructus. Nā vt ego interpretor, quod caeleste in nobis est, debile, mancum, nulli prorsum rei partè hac orbem erat futurum. Harum multiplex emolumentum, vel tritum Græcis explicat proverbium, τὴ δὴττα χεῖρὸς ἐν ἀδὲ ἰσχυρασάλατο. Quid enim non efficere valeat manus? Dextram porrò in fide porrigi, quis vel ex Plinio non nouit? Cuius rei causam Varro Callimachum securus esse ait, quod omnis veterum autoritas dextræ manus virtute constaret. Propterea, inquit, maiorum hæc fuit salutatio, vt hac potissimum se corporis parte venerarentur. In Nebulis Aristophanes item ait: λυτοῖσι μὲν, ἢ τῶν χεῖρῶν ἀδὲ τῶν δεξιῶν. At interpretor, ἢ ὁ ἄδὲ τῶν χειρῶν, ἢ τῶν δεξιῶν. Videor & super hac re quippiam obseruasse apud Plethonem Rerum Græcarum libro secundo. Id ipsum & Persis sanctissimū fidei pignus cæseri: author Diodorus est. Quid quod inter agendum non vt cæteræ partes loquētē adiuuāt, sed ipsæ quodāmodo loqui videtur: nis nimirū, vt Fabius inquit, possimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, supplicamus, abominamur, timemus, interrogamus, negamus: gaudium, tristitiā, dubitationem, confessionem, pœnitentiā, modum, copiam, tempus ostēdimus. Quin in tanta linguarum dissonāq; varietate, hic com-

P



munis quidã gētiū cunctarū sermo planē potest videri. Quid verō artifex illa digitorum structura, quōdam ingenium admirando non fatigarit? Nescias venustatis inde maius sic specimen, an emolumentorū amplitudo clarior. Maximus est in numero decor, maximus & in gradibus ac serie. Digitorum contractio facilis est, protensio non minus ex commisurarum mollicie ac concinnitate. Tendines vocant nonnulli, quibus digiti moueantur, haud ab similes his qui tōni ab Hippocrate nominantur: orbiculata nāq; sunt, eas ἀνωστυχοσ, id est à neruis prodeuntes nuncupant plerique. Quam verō opportuna est in apicibus ad apprehendendum globata caro, forinsecus vnguiū obuallata firmitate: quorū inibi augmentum insignitius est, Alexandro Aphrodisseo tradente, quoniam illis insitū est in superna deferrī. Ad delicias, quin etiam & fastum argutiūsq; abiit pars hæc: & qui in soleis fastu tumentes quippiam subseruientibus iniungerent, digitorum crepitu id significabant, quod monstrat quandoque Martialis: & Hieronymus adnotauit non citra sugillationis fœditatem, aduersus eum qui digituli crepitu silentium impareret. Digitorum etiam quibusdam esse in manibus senos, sed digitorum monstrat appellatio: de quibus item quaritur Digestis de adilitio edicto, an morboſi credi debeant. Piodorus Bibliotheces sexto, dactylos putat idæos ob parem digitorum numerum appellatos. At Geographus, idæos dactylos in Ida Cretæ ferrū elaborasse scribit, & ab numero ita nuncupatos, quod repetit Eustathius quoque. Alij etiam aliter. Manuum porrō emolumentum duplex: alterum est sensus, alterū verō retentionis. Proinde excogitauit optimus maximusque rerum perpensor Deus mollissimam palmam, quo sensus fieret solertior exactiorq;. Cutis præ terea palma, vt auctor Auicēna est, temperatior cōtigit omni alia cute, excepta tantū ea quæ in digitorū vultur extremitatibus, præsertimq; indicis. Galenus primo De cōstitutionibus, manū internā esse astruit tēperaturę sinceriter medię inter extremitates omnes, hoc est inter calidū & frigidū, humidū & siccū, durū & molle, veluti ea sit sensiliū corporum regula & planē sensus instrumentū homini, animalī sapiētissimo. Indēq; pars ea nudatopilis est, ne hirsuties tactus præstantiam oblaederet. Illud verō nec admiratione caret, Viros vtraq; manu vtētes serpentum: ro esse viso; mulierem verō ambidextram non effici, author grauiſ

grauissimus Hippocrates est. Retulit & septimo Naturalis historia Plinius. Ratio verō est ex naturæ debilitate: si enim ambabus manibus ob neruorum robur ac musculiorum, quidam viri vtuntur: optima ratione, nulla mulier vtetur: sed satis abundēque habeat, si vna dextra vel modicē vtitur. Non omittendum quod produunt Græci interpretes, ἀπὸ τῆς δαξιλάς, quæ fatua sunt, id est *μυγα. Αξία ἢ τὰ στυχία*, id est prudētia. Chirurgia, quod scitu dignū est, nō medicina modo partem indicat, sed & de artibus itē pronuntiat aliis, vnde est pictorum *κατὰ χεῖρας* apud Anaxandridē, Athenæo referēte. Amazonidas quidē ambitere dextrā solitas māmulam, tradit historia: vt in proximā manū plus cōmeans alimēti valentiā cōciliaret ei, quæ etiā per naturā inualida habeatur. Circū dextrū, vt sic nunc mihi dicere permittā, quem Græci amphidexion vocant, Asteropæum Homerus dixit, manū vtraque pariter vtentem. Ambidextrum verō Aristophanes hominē vocat, ambisariam læuum. Ambidextrum etiam nominat Hipponax. Est eius rei mentio apud Herodotū quoque. Ambidextrum fieri hominem, illa produunt ratione physici, quod affatim sese promat in sinistrum latus cordis calor, & hepatis in dextrum: si porrō in ima splen amplius delabatur. Quod verō sinistra vtatur aliquis pro dextra, causam præbuerint cor item ac hepar, vbi eorum viscerum affluētiō sese vis in sinistrum corriuet, dextra parte tantum non destituta. Id verō contingere, vbi in sinistris tam cor quàm hepar situm nanciscantur: aut in dextra collocatum quidem hepar, obductis pannulis crassioribus, ne quid virtutis in dextrum refundat, præpediatur. Potest & perpeti consuetudine sinistra effici, vt dextra. Gya Græcis dicuntur manus proprię, *κατὰ τὸ γὰ, τὸ χεῖρ*: id est ab excipiendi commoditate. Verūm & abusiue corporis membra reliqua vocantur gya: sunt qui de pedibus dici peculiarius interpretentur gya, *ἀπὸ τῆς γῆς*, id est γῆς, quæ terra est. Gyalus verō est quadrangulus lapis, & decubo pronuntiat. Gyalas Macedonibus poculum est. Cyllos ad manum ita refertur, Hieronymo interprete, sicuti ad pedem *χάλας*. Nam cui manuum altera demutilata est, dicitur *χάλας*. Brachiū ossibus cōstat duobus. Brachij prominēs summitas dicitur acromia, aut humeri caput: itē epomis, & acrocoelia, apud Iuliū Pollucem: vbi articulus obfirmatur, entyposis, vel humeri acetabulū, extrinsecus musculi, intus parolene,



Stnus sub summo brachio, axilla, apud Græcos *μωχαλα*, unde ducatur amphimafchalos, quo nomine manicatâ intelligenti vestem voluit, alij verò seruilem. Erat item heteromafchalos, quo vterentur operæ. Moris fuit veteribus, vt cognata ceteris, ac insutas sibi circumponentes sub alis ferrent præcipuè, opinati hoc modo interemptorum vires cõtundi, ne quid in reliquum possint obesse: dicebatur verò hoc *μωχαλασθῆναι* vnde apud Apollonium, *ἔξορμασθῆναι θανόντων*, de Iafone & Absyrto. Porro vbi ossa brachij componuntur, ancò vocatur: quanquam, vt obiter id monstremus, plura signat ancon. Est enim eo nomine detestata nauigãtibz Nili pars: vnde & per euphemismum quendam, dulcis appellatur cubitus. Est & in foribus pars, quam prothyrida vocant. Anconas montium summitates intelligunt apud Sophoclem. Erat item eo vocabulo perobscurum Carthaginienfibus domicilium, in quod compingebantur quibus iratior factus esset tyrãnus. Dicitur item cubitus pygon, id est *πυγών*: vnde appellari pygmaeos, Eustathio credimus. Pygusion certè cubitale intelligimus. Vocatur & pachys, id est *παχύς*, discriminatim ab superiore tamè, vt Herodoro placuit. Ab aliis in idè corriuatur. Aduertendum verò quod de brachiorum sinibus est dictum: ab eorum similitudine in harundinibus, & plerisque aliis, geniculos concauos, mafchalas item à Græcis dici, à Latinis etiam alas. Quæ vtrique caua nunc bina, nunc singularia vifuntur, semper autem interuallata. Brachialia, sunt brachiorum ornamenta, quæ chlidonas item dicunt Græci. Nam chlidas vocant, delicias & molliciem: vnde est Xenophontis illud, *ἐν τῷ χηλιδῶν τὸ βέλτιον, ἀλλὰ χολῆναιον*. Et in Parallelis Plutarchus ait, *ἀνεχθῆναι βελήσῃ*: quod est deliciosè incedere. Sed ad rem. Extrorsus prominès olecranum vocatur: vnde apud comicos *ἐξωστῆναι* verbũ. Os minus brachij nos radium appellamus. Græci *ῥαδίον* nũcupãt, & parapechyon: maius verò cubitum dicimus, hoc est pechyn, vt docuit Pollux, vocatur & propechyon: sinem eius vocant carpum, Plinius verò brachiale, offibus compactum octo. Cui quod præiacet, appellant procarpion. Manum mittere in carpum medici dicuntur, Galeno auctore, vbi arteriæ motiones explorant. Quòd si est, ridicule pro vola quidam interpretatur carpum. In sanctis literis vbi legitur modo, Labores manuum tuarũ manducabis: nõnnulli Græci

Græci ambiguitate verbi in tendiculum illapsi, *καρπὸς* interpretati fructus sunt, non manus. Quum tamen *καρπὸς* etiam manus dicantur, quod scribit Hieronymus. Sunt qui carpos, esse cenchramidas ficorum opinentur propriè, ac oliuarum sansas. Pericarpion verò, circumiectum iis humidum cum ambeunte corio. *καρπὸς ἄνω* in eos intenditur, qui fructus obleserint. Metacarpium verò expãsa est ante digitos pars. Encarpus apud Vitruuium inter Ionicæ columnæ ornamenta legimus. Bassi, inquit, spiram supposuerunt pro calceo. Capitulo volutas, vt capillameto concrispatos cincinnos propendètes dextra & sinistra collocauerunt, & cymatiis & encarpis pro crinibus dispositis frontes ornauerunt. Carpæa verò salationis species Xenophonti *ἐν ἀναβάσει*. Carpias, inquit Menander rhetor, ciuitates dicebant in præripiis fluminum ab Romanis ad Barbarorum impetum reprimendum cõditas. Mensura ab magno digito ad minimum spithame nũcupatur. Si pollicè explicès, & indicem, lichas nominatur mensuris. Ab olecrano ad extremum medium digitum quod interualli est cubitum dicas. Si digitos contraxeris, ab ancone ad ipsos dimensio pychon dicitur. Si ambas manus explices à pectore in lineam rectã, vlna. Manus verò portio interior à magno ad indicem digitum vocatur thenar, à quibusdam etiam rr. Sunt qui thenaris nomine spatium ab digitis intelligant ad carpum, ab verbo *θῆναι*. Apud Pindarum dicitur ararum thenar, id est latitudo, aut cauitas, qua excipiuntur sacrificia: etenim manus concauum à multis nuncupatur thenar, ab *θῆναι*, vt præmonuimus, aut ab *θῆναι*, quo signatur verberum incussio. Est & in pedibus thenar. Extima verò manus pars opisthenar. Quam in dextra, inquit Plinius, auersam osculis appetimus. Catone de prouincia digrediète, Plutarchus scribit, milites manum reuerenter esse osculatos. Quod genus, inquit, honoris imperatoribus modo, idq; perpaucis id temporis contributebatur. Qui adorant, ait Hieronymus, manus solent deosculari, & capita submittere: quod se Iob beatus elementis, & idolis fecisse negat. Et Hebrai iuxta linguæ suæ proprietatem deoscultationem pro veneratione ponunt. Seneca, Hos ego deprehendam alienorum seruatorũ osculantes manum. Relatu non indignum id quoque: Principes Romanos peregrè profecturos, & mox urbem reptentes, ita condito more, senatores osculo solitos excipere. Propterea in



LECTIÖNVM ANTIQVARVM

Nerone Tranquillus: Neque adueniens, neque proficiscens quęquam osculo impartiuir, ac ne resalutatione quidē. Quod ab indice ad minimum est spatij, hypothenar. Quod in meditullio est, thenaris, hypothenaris, ac pectoris, *ἡ δὲ ἄνω* manus, id est cauitas item appellatur. Alij cotylen dixere. Digitorum verò partes hæ: Quod prominēt in cōmissura, vocatur condylus: dicitur & eodem vocabulo, percussus eò inflisus: & inde verbum *κονδύλιον*. Sunt qui hoc nomine, pugnum intelligant. Hinc est illud Plutarchi in Iunioris Catonis vita, forma prouerbij enūtiatum: Erat, inquit, *ἡ πλεὺς ἢ τῶν ἀδελφῶν*, *ἡ δὲ ἄνω* *ἡ δὲ ἄνω* *ἡ δὲ ἄνω* *ἡ δὲ ἄνω*. Martianus: Complicatisque monocdylos digitis vulnerabat. Hinc & digiti plerumque monocdyli vocantur, aut dicondyli. Pollex monocdylus est: at reliqui, dicondyli. Cōdylum inueni, qui & grōntum interpretatur. Est condylion Aeginetæ Paulo indicium conchylum. Nam apud eundem, ostrei genus dici inuenias condylon. Conchylj porrò indici testam onyem vocant idem quoque. Pedum verò digiti omnes monocampiti, id est flexus vnus. Qui subsunt articuli, scytalides nuncupantur, vel (sicut Aristophanes) phalanges. Insunt cuique digitorum tres, pollice sequestrato. Condylō interemptum ab Hercule in Oenei conuiuio, puerum legimus, qui manibus aquam infundebat: quęmque Archiam Hellenicus nūcupatum scribit: Eunomium alij, Architelis filium: quo factō, Calydone excelsit is, eadē quanquam non voluntaria. At in secundo Phoronidos, Cheriam fuisse nomen, relatum scio. Theritē quoque condylis ab Achille interemptum, Græci scribunt, quoniam Penthesilæ ab se interfectæ oculum hasta percussisset. A brachio denique id vsurpari prouerbiale potest, ex diserto viro Philippo natum, qui ad dicendum ita solebat surgere, ut quod primum verbum prolaturus esset, nesciret. Dicebat tamen, Optimē quum brachium concallescisset, se solere pugnare. Martiū imperatorē Romanū in digitis neruos habuisse dicitur, nō venastata vi, ut nullius manus ad scribendum aut impellendū præstantior tradatur. Quippe vententia carra salutari obnixus repulit: fortissimū quęmque uo sic demum digito afflixit, ut perinde ac claua ferroque icti torquerentur. Hic est qui ferrarij traditur fabri filius: propterea in concione, Ars mihi obiciatur ferraria, dum me ferrum tractasse suis sentiant cladibus exterę gentes, quę

popul

LIBER IIII.

231

populum Romanum ferratam gentem putent. Sed & Claudius imperator, non is de quo Suetonius, sed alter, saepe equis & mulis ictu pugni dentes excussit. Non pratereūdum quod est in veteribus memoriis traditum: Agri certum genus dextratum dici, sicuti sinistratum quoque: nam est subciffius ab subsecante linea, ut scribit Agenius Vrbicus, dicitur & citratus, sicut vlratus: tetragonus item & tessellatus, cultellatus, normalis, epipedonicus, triumuiralis, solitarius, Syllanus, Neronianus, podismalis, iugarius in quinquagenis iugeribus, meridianus, commutatus ex beneficio. Xanaon affectionem intelligunt muliebrem hyeme inortam, quando summę digitorum partes ex lanificij labore vix moueri queunt. Et *ἔτι* eo modo laborare est. Vnimanum puerum manus vnus dixit Liuius.

Pectoris ratio, & vocabula partium. De costarum numero. De vberibus, & partium nominibus. Rhoc. Thorax, De osse sacro, & sphondylorum meatu. Item costarum vocabula. Quid pleuritis, artbritis, nephritis. Pectus vincendi mos. Terentij locus explicatur. Cardia, cyamos, chondros, spatha, platea, copia, orobopygium, coccyx, solen, fistula sacra.

CAP.

IIII.

Pectus inter lacertos homini constitutum est, ceteris verò in crurum priorum meditullio, quibus etiam carinatum inest, & volucris eo amplius, aquaticis autem vel maximē. At in homine laxitas admissa est, brachiis nil proflum interpellantibus. In brutis coarctatio necessario est infecta, inter ambulandum protendentibus priora crura, propterea nec eodem loco illis māmā: quas nostri pectoris recipit carnosa latitudo, quę cordis foret tegumētum aptius. Costas homini octonas natura distribuit, reliquis aliquāto plures. Auicēna, Galenúsque, septenis cōponi ossibus hominis pectus affirmāt. Sed iuguli os costis adnumerat Aristoteles. Teniores molliorēsq; costas Græci *ῥῶα* vocāt. Qua in parte cōsiderātū amplius in hoc opificio rerū naturę maiestātē succurrit: pectoris hanc laxā cōplanationē & vtiq; sublimē, oculisq; occurētū expositā, mirabilē præ se ferre cōformatiōis dignitatē. Aristoteles primo De historiis, & Galen^{us} in Isagogico nō

P 4

mine thoracis partē intelligūt, quæ collo ad pudēda protēditur, & dicitur alio modo holmos: huius superiorē ad iugulos partem vocant Græci *στήθος*: vnde & intima dicunt entostathidia. Inferiorem verò nomināt sternon. Vnde & sternonantis / sophocles dixit quæ dicatur etiā engastrimythos, de qua dictione alibi plura. Sternon autem dici putant etymologice *στέρον* τὸ στερεόν τὸ ὑπὸ τῆς ἀναίης τὰ ἄλλα, quod hic mentis infirmitas solidior, quando est inibi cor, *στέρον* τὸ στερῆλον, id est vitallis portio: vnde sibi vim haurit mens. Verum haud praterreamus parte ista Galeni sententiam ex secundo De morborum interstitiis: Et thoracis, inquit, parietes ab nutricibus plerumque deprauantur, dum ipsos educatione prima nimium arctē extrinsecus viciūt. Maximē verò, inquit, quotidie apud nos fieri hoc intuemur in virginibus: nam iis dum student nutrices coxas augere ac latera, vt magnitudine thoracē exuperēt, vittis quibuldam totum comprehendunt, ac omnes scapularum partes, & thoracis cohibent vehementius, ac cōprimunt. Quo fit, vt quum aliquando non æquē omnes intendantur, aut pronum in anteriorem partem reddatur pectus, aut posteriores partes, ad spinam quæ pertinent, gibbæ reddantur. Sic illud quoque, vt velut perfractum, ac ad latus adductum fiat dorsum, ita vt altera quidem scapularum non aucta, sed parua, & compressa satis appareat. Ex iis verò pluribus paulo de medici nobilissimi sententia repetitis Terentio in Eunucholucem inferri multam, nemo non vider.

Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, vinclo pectore, vt graciles fient.

Pectus verò vt plurimum portionem ossibus constipatam, communitamque accipiunt, vulgus & Auicennæ interpret cassum vocant, ab spatio (vt opinor) intus vacante, inanique. In eo singularis item pernoscitur naturæ prouidentia: quæ non integro ossē pectus communierit, ne vitio partibus illato, in totum grassaretur mox vis mali. Affuit & laxitatis ratio, vt expanderetur facilius ad commoda membrorum anhelitus, vt sensit Auicenna. Pectoris summi medianas portiones vocant stathenia. Vbera autem mastos dicunt. Ex quo & supercilia terrarum eodem dicuntur nomine. Titthia verò mammæ sunt muliebres. Quod vberibus subest, procardion appellatur, in recessu quodam & cauitate. Id molle est ac corpulentum, ita dictum, non tam quia præ

præiacet cordi, quàm quod sit ante stomachi os, quod dicitur Græcis *λαμπή*. Eandem rationem habet hypocardion & anticardion, quod & sphage dicitur. Vberum apex papilla vocatur, seu thele: de qua similitudine fontium tabuli ab Varrone in Re rustica, papillæ vocantur: sicuti ab Casiodoro, vbera. Nigricans circulus papillam ambiens vocatur *στίβη*, id est lumen. Prima verò lactis sub eo *στίβη* nominatur cyamos, id est faba. Quæ lac continet portio, colpos, id est sinus, aut ascoma. Vbera decoris gratia viris contributa, velut neuulos Damascenus scribit. Potest & euaporatio aliqua in iis intelligi: laxa nanque inibi caro est. Sunt & apum vbera Palladio, quæ imitantur: pendentes: vvas dicunt alij. Super procardion est os pectoris, seu chartilago dicta chondrus, vel xyphoides, à similitudine capitis gladij: vt Galenus interpretatur: vocant & malum punicum ex corticis imagine quadam: prominet super os stomachi, propugnaculi vice. Inter costas verò, quæ auctiores, dicunt *σπυρίαι*, id est legitimas: at minores vocantur nothæ. Costarum quidem ossa dicuntur *σπάθæ*, latiora verò *πλατæ*, angustiora autem copia, id est *λωρίαι*. Vbi verò desinūt sphondyli, sacrum dicitur os: à lato incipiens, in angustum desinens, vbi coccyx est, qui & sphondy lion & orrhopygium nominatur. Sub costis os chete, item ceneon, & zona, quam Romani fasciam. Costarum affectio pleuritis est, sicuti articulorum arthritis: & nephritis ihenum. Ligures heptapleuri nominantur in veterum monumentis, quod significat costarum septem. Sphondylorum meatus, quæ residet medulla, *σπονδυλον* vocatur, id est canalis, aut aquæ ductus: item *σπίλα*, id est sacra fistula.

Ventris partes, & vocabula. Cœliacus morbus. De umbilico, & partium circumiectarum vocabulis. Etron, abdomen, peritonæum, siringotoma, echynus, ceryphalus, apocriticus. Strophidi dolores. Gangamon, græa. Prasagium ex umbilici nodis. Cholera quid. Iliæ, ceneon, lagon, lapara. Qui sint versus Procœly, sphæcodes, lagari, myuri, acephali, phricœalum.

CAP.

V.



A pectore costis venter subiacer, non cluſilis ob eam videtur licet cauſam, ne aut cibi tumorē, qui per calorem neceſſario euenit, aut vteros plenos impediatur. Imum ventrem appellat Hippocrates partem ventris imam, quæ vmbilicum accipienda interiacer. Ita vt in hæc tria totum epigaſtrium, id eſt locus ſupra ventrem, diuidatur, in hypocōdriō, id eſt ilia, & vmbilicum, & imum vētrem. Superiorem quoque vētrem dici ab eodem obſeruauimus, ſedem, quam thorax à pulmone occupatam circumſcribat, & ambeat. Hypocōdriō eſſe ſuper vmbilicum, Ariſtoteles ſcribit. *κοιλία* vocāt Græci ventrem vnde coeliacus, in ventriculi porta morbus eſt, ſub quo indureſcit vēter, dolorque eius eſt & *μονοκόιλια*, ventris vniuerſi vocant & gaſtera, ex quo & hypogaſtrium dicitur pars ſub vmbilico ad pubem, quam etiam *ἠγάρον* nōminēt: vnde & etridia fruſtra apud Comicos: & abdomen, ac lactes quoque, vt Probus. Etron item geniculum in ferula, vel vmbilicum dicunt, vel enterionem. Etrion etiam hepar vocatur: vnde eſt *ἀτρίς* in *πείθις*. Abdominis poſtremum aqualiculus. Abdomen porro ab parte exteriore cutem habet euidentem, inſorſum membrane includitur leui: peritonæum dicunt quidam ex Græcis, mendōſa in Celſi codicibus diſtione. Meminit poſt alios ſexto Therapeutices Galenus: qui & *περιτοναίος* partem nuncupari ſyringotoma ſcribit, id eſt *συνεργητήρια*, in gaſtrographiæ pragmatia: quam ventris intelligi conſuſionem voluit, vbi ſitis vulnere diductus aliquo. Sciēdum verò ab Græcorum doctiſſimis proditum, In bobus ventrem dici propriè echinum, etiam ſi de ceruo item pronūciari animaduerti. Cæterum & triplicem haberi ventrem, tradunt: quorum primus, qui & ſupremus, dicatur cecryphalus, quia cibum occulit: ſequens, echinus eſt, *διὰ τὸ ἐχιδναί ἢ τὸ τρωφίον*, vel ob aſperitatem: tertium appellant apocriticū. Alij in animalibus, quæ *μηννοκόιλια* vocant, ventrem ſtatūnt primum euyſtrum, id eſt *ἰώνυρον*: ſecundum verò echinum: tertium autem cecryphalum. Relatu verò non indignum: Strophos dicit à Græcis dolores, quibus circa vmbilicum infeſtāmur. Sicut autem hi, morbi alicuius perpetuò velut aſſeclæ, ac proſuſa ſymptomata. Quod ſub ventre eſt, ſtachys item appellatur, id eſt ſpica. Mediij ventris concauſ, vmbilicus dicitur, & meſomphalion. Ambicēs verò locus, gāgamon: quia ſit ibi neruorum implexio, ſagenæ modo, quam etiam gangamona nuncupant.

cupant. Mediana verò vmbilici, acromphalia: ſicuti de ſuper, epomphelion. Circuncicta vmbilico cutis, vocatur *γυμνα*, id eſt anus: quoniam corrugata, ſenectutis indicium eſt. Vmbilicus verò ad hoc naturæ prouidentia factus videtur, vt per eum factus dum eſt in vtero nutriatur: quod Ariſtoteles ſcribit libro De hiſtoriis nono, & ſecundo De animalium generatione. Dignum verò ſcitu eſt, quod primo Introductorij Albumaſar ſibi prodendum putauit, Numerum ſuſcipiendorū deinceps liberorū ab puerpera, peritas obſterices facile concipere ex nodis ſpatiſque vmbilici eius, qui natus ſit infans: quot nanque nodos obſeruarit, totidem deinceps parituram pronuntiat. Ilia imo ventre poſita ſunt, inter coxas & pubem, vt inquit Celſus. Græci, ab inanitate vocant ceneona: & quòd ſaccida ſint, etiam lagona, vt ſcribit Athenæus. Ilia certè dicta ex tenuitatis ratione, imbecillitatis ſue: quando inanis eſt pars ea. Lagonem vulgus pullatum barbarè galonem vocat: ſicut laparam Homerus. Cholera, id eſt *χολέρα*, inquit Medicinæ tertio Paulus Aegineta, immodica eſt ventris perturbatio, quum deiectione, tum vomitu, ex ciborum perpeti cruditate, ob ingurgitationis nimietatem, aut humorum redundantem prauitatem. Cholera pro bile accipi audies paſſim, & ita ſcribit Lampridius: cui tamen colaphum incutiunt noſtri. Verum & Hieronymus ad Furiam: Amariſſimam cholera tua ſenſere fauces. Quin Mathæſeos ſecundo Firmicus: Quicumque, inquit, in genitura horoſcopo arietē habuerit, ad ignem cholericamque naturam declinabit. Sed & ab eodem leo ſignum traditur cholericum. Morbi duplex agnoſcitur genus: nam Hippocrati eſt quæ ſicca nuncupetur cholera, quæ rationibus quidem comparibus obuēniat, verum citra vomitum & alui deiectionem. Cholericam verò cauſationē pluribus exſequitur Celſus: ſed & in ſlagoge non præterit Galenus. Illud verò impenſius obſeruandum, metaphora honeſtiſſima in Homeri carminibus, coeliacas dici affectiones duas, ſive *πύρι* expreſſius enuntiaudum eſt: altera, magnitudine ſit & abundātia, indeque proceclion nuncupatur pathos, ab animalibus quæ protuberanti ſunt ventre: altera ex defectu, id eſt eclipſi, cooritur: proinde ſphecodes appellatur, vel ſphecoides, tralatione ab vespis producta. Dicitur & lagaros, ab inanitate, quam in lagone monſtrauimus: cuius exēplum extat Illiados ſexto,



Μῆνι ἀπορροήσας μὲν ὁ ἀδύς τε δάδουα.
Quoniam pes quartus iambice trichronus est, qui retrachonus esse debuerat per spondeum vel dactylum, heroici metri lege. At proccelij exemplum est,

Ἰν ἀρχῆν αὖ ὠγῆν ὁ γι.
Quippe tertius pes tetrasyllabus est, ac proinde tumet tanquam venter, ac metricam requirit systolem. Porrò sunt & versus, qui vocantur acephali, vt qui à breui ducant initia. Nam myuri in postremis peccant subsultantque: in medio delinquit lagarus proccelijusve. Quod vitiosè cludant, dicitur videntur myurinam *μύριν*, claudere est. Obiter illud adiecerò: fuisse item dialogos nomine Acephalos, ab philosopho Aethiæ concinnatos. Frigus circa ventrem assiduum, phrico-cœlium vocant, id est *φρικόκοιλον*.

Pubes, epesium, ephebum, hebe, phallouitroboli, acylos, orrhon, taurus, pipinna, lipodermi: peos, ac pæos. Item penis: eius vocabula plura. Fascinum cur. Pudendorum Liberi patris cultus. Taurus, & dactylios. Congilia. Capros, caprea. De nanis. Nonos quid: & vepent. Onos, onobelus, monobelus. Tentum quid. CAP. VI.

Vbi verò inhorrescunt pili, pubes dicitur, hebe à Græcis atque epesium, hoc est *ἐπίσιον*: nam ephebum, medicorum tantum est. Hebe tamen plura in Græcorum doctrina signare animaduertitur: quippe pilorum in pudendis succretio prima eo censetur vocabulo: sed & in quo id prouenit, locus ac tempus quoque sic nuncupatur. Prominens autem pudendum, penis, vel coles, vt Celsus: nam & Græcè, *ναός*: à quibusdam etiam, muto. Summa pars vocatur corone, ab Græcis: & quinto Therapeutices, à Galeno balanus: à nobis etiam glans, per similitudinem. Tegumen balani, praputium: à quo, dempto & præfecto Iudæi, appellæ dicti. Et vitium, phymosis: vbi glans nudari nequit, & infra cutis incidenda præcipitur vsque ad frenum: de qua re mox item paulò. Eius foramen, vrethra nuncupatur. Est quidem acylos, seu aculos Flomero, glans iligna: verum & pro pudendo positum inuenias, ea forsitan ratione, quam de balano protulimus. Apud Strabonem libro decimo sexto, ex Artemidoro, aliquot apud Arabas & Aethiops recensentur populi *λερόβολ τὰς βανόνας*, id est

id est mutilati glandes. Sunt & in iis vocabula plura, sed alibi latius. Honor quidem in iis præfandus erat, quando apud castas aures vix vlla eorum mentio fieri honestè potest: ac in prætextata sæpe incidendum verba est, nuptaque. tamen quia ordo ipse rerum, & naturæ contemplatio sese nobis ingerebat, tam commentanda nobis sunt visa, quam necessaria creduntur suggerendæ proli, intra hominis ætatem alioqui defecturæ. Nec tamen hæc ipsa dixeris sine prouidètia: quippe formas harum partium tales, necessariò ad officium propositum esse debere, quales iam sunt, obscurum non est. Augetur hoc etiam vnum membrum, & minuitur sine vlla morbi mutatione. Quorum alterum vtile ad coitum, alterum etiam ad ceteros corporis vsus commodum est: nam si semper simili modo se haberet, impedimento foret non paruo, quod in priapismo dilucet amplius: id enim est colis accidens, sicut gonorrhœa, instrumentorum seminis affectio est. Dicitur enim sic seminis assidua excretio, cole haudquaquam extenso. Priapismus verò quum coles & longitudine & laritudine totus augetur, nullo stimulante ad libidinem aut desiderio aut acquisito calore. Constat porrò eiusmodi partibus, vt eorum quæ diximus, vtrûque possit euenire, partim siquidè neruum habet, partim chartilaginem: itaque & contrahi potest, & extendi, atque etiam flatus capax est. Verum tamen vbi hac in neruum dicimus, non eiusmodi intelligi debet neruus, qui sic dicitur propriè, quales ex cerebro & dorso profuunt medulla: quum quia nerui illi non adeò insigni cavitare sunt, quam membro huic necessarium est, tum etiam quia nimium habent sensus: nam quum extumesceret pars ea, non contingeret citra præsignem dolorem. Neque item cuiusmodi in colligationibus, quoniam duricies nimia officeret, neque in musculis, ob molliciem & soliditatè. Quæ si quis dignè perpendat, miretur necesse est, singularem opificis sapientiam. Etiam si Paternianos scio hæreticos, ab Paterno quodam nuncupatos tradidisse, inferiores corporis partes ab Antitheo conformatas compactasque. Quòd si venas, arterias, neruos ad eam corruatos partem ad disquisitionem amplius reuocaris, longè magis author fiet mirus. Arterias certè in cole ac lingua maiores existere, quam in ceteris membris, docuit medicus nobilis Galenus in libello qui est de moribus liquidis. Proinde Auicenna quoque particulam hanc componi ex



membris venosis prodiit. Porrò adnotarunt periti rerum tres esse in cole meatus: vrinæ: ac spermatis, qui duplex dicitur: item meatum, quo profuit humiditas quadam semine tenuior, aut in medullis seminis, & aquosus sudoris, Alberto auctore. Hæc verò tunc prorumpit, vbi lasciuus puellam atretatimus. Cæterum hocce meatus facillè visum effugere contendunt. Imòque in dissektionibus, quas vocat anatomas, non deprehendi. Ex quibus omnibus id colligi denique potest, partem hanc venis, arteriis, meatibus ex toto factam cauitatibus peruiam: vt sequax loci natura faciliore se erectioni praberet: quæ citissima est, spiritu, vento, vapore inanitatibus oppletis. Hæc enim est natura intentio prior in membri huius constitutione, sicuti Auerrois quoque testatur. Sequens verò, vt sit meatus, quo superfluitas egeratur aquosa, id est potest effluant recrementa. Sed & illud dignum omnino relaxat: Excogitasse naturam, vt coles detumescens reslirer in ventrem, ne profum frigore debilitaretur. Quo argumento, rigoribus nimis pereuntes, genitalia tum vestibus, tum manibus confouere deprehenduntur in ea nanque parte primus sensus frigoris mortificantis, vt verbo medicis vtat pertrito. Pudenda in maribus etiam, vt est ab Hieronymo adnotatū, *φίσιον* Græci vocant, Latini verò naturam. Phallouitrobolos in imperatorum gestis rebus legisse me, sum memor, eos intelligunt vitreos priapos. Strutheū item ab pueris salacitate, dici virile membrum, scribit Pomponius Festus. Nam est ite struthion, potorium vas. Sunt qui membrum hoc item fascinum appellent: vt carmine obsceno & apud Horatium,

Minusve languet fascinum.

Vbi Porphyrio, fascinum pro virili parte posuit: quoniam fascinantibus hæc membri deformitas apponi solet. Sed aduertant quæso eruditi, an verior ex historia elici ratio possit. Lectum siquidem apud Varronem est, in Italiæ compitis Liberi patris sacra solita celebrari tanta turpitudinis licentia, vt in eius honorem virilia colerentur pudenda, palam exultante nequitia. Nam Liberi membrum per dies festos magna celebritate plostellis per agros prius, mox & in Vrbein vectabatur. Lauij integer mensis Libero dicabatur. Quibus diebus vniuersique spurcissimis abutebatur verbis, donec per forum id transferebatur membrum. Cui in spectantibus omnibus, matremfamilias honestissimam, coronam necesse erat impo

imponere. Sic Deus is propitiabatur ad seminum euentus, sic ab agris fascinatio auerruncabatur. Vnde opinor, turpi membro impositum nomen, ab eo quod præstabat. Appellabatur & verpa: vt apud Catullum,

Nihil minore verpa

Farti estis.

Nam verpos dicunt Iudæos, ex illo Satyrico,

Quasitum ad fontem solos deducere Verpos,

Sunt qui eodem nomine infamem intelligant digitum. Martialis de mentula:

Incipit in medios meiere verpa pedes.

Quum verò genitalia mutilare ab Adriano vetaretur Iudæi, velut pro laribus & focis in bellum exarserunt. Dicitur & caprea verò sunt in natura cameli, prominentes carnes. Orrhon & taurum, vt scribit Ammonius, eam vocant portionem, quæ testiculos interiacer: quam in auibus orrhopygium vocant, non orthopygium, vt imperitiores: vnde orrhodiam, pro formidine interpretatur, quoniam in timore bruta eam obtegant partem, inserta cruribus cauda. Hinc *ὀρθοπυγίον* melanurum vocant. Dicitur id item perinzon & tramis, desinitque in sedem quam dactylion dicunt. Quanquam Hippocrati sunt dactilij, quibus in mededi ratione vt mur, pafstili, orbiculiue: nam globos pusillos, Galeno interprete, ac pilulas seu catapotia congyliorum appellatione intellexit idem: quod à nostris scienter est obseruatum. Peos apud Aristophanem veretrum indicat: quod si per *α* scribatur verbum id, id est *peos*, tunc signatur triticum: hinc *πρωτογάριον*, est spicilegium facere. Sunt qui *ωείον* scribant, quo nomine annum quoque intelligunt. Ab tauro apud Tragicos formatur *ἀτάριον* & atarotos pro virgine, quasi sine tauro. Tauros pro pincernis accipiebant Ephesi. Theophrastus putat nanos dici, quibus virile membrum sit prægrande. Nanum inuenio apud Lycophronem dici Vlystem: sed Nonon pronuntiant Tyrreni, vocabulo erronem significante, id est *τιμωλακόντιον*. Scribunt alij, Vlystem vel prius solitum dici Nanum. In tractatu hoc obseruanda item Lampridio prodita in Cômmodo Cæsare: Habuit, inquit, in deliciis homines nominibus verendorum vtriusque sexus appellatos, quos libentius suis oculis applicabat. Habuit & hominè cuius prominebat penis ultra modum animalium, quem onon appellabat, id est asinum, sibi charissimum, quem & ditauit, & sacerdotio Herculis rustici præposuit: Hinc



Hinc etiam onobelos dici cōiectant: sunt autem hi, qui viriliores videntur, vt in Heliogabalo sentit Lampridius, velut asini telum praeferetes. Obseruatum apud Graecos est, praepura scire admodum epagogia nuncupari, opinor, quia vti fuerit collibitum, inducantur, retrōque agatur. Sunt tamen qui monobelos dici mutoniatos malint. Dignū relatu illud quod, tentum pro virili positum membro apud Catullum:

Grandis te medijs tenta vorare viri. Item Horatium: Tentaque rumpit.

Meminit & libro primo Diomedes. Vepenam apud Martialem accipimus pro parua mentula:

Drauci nata sui vocat vepenam, Collatus cui gallus est priapus.

Quaquam interpres pipinam legit notione eadem, quia pipare sit minorum pullorum: vnde & pipillare apud Catullum de passere:

Ad solam dominam vsque pupillabat.

Antiquiss. Graeci intelligunt, quos Latinis appellas dicere, moris est receptissimi. Testium ratio praestantissima. Membra dominantia quae sint. Didymus panniculus. Muliebrium pudendorum partes, ac vocabula. Sacandrus, lanuuii, clitorini. Pessus, & pessulus. Porta, & hostium, pro genit ali. Dupondium. Locus ex proemio Digestorū restituitur. Item Propertius explicatur. Cremasteres. Lyta qui dicantur, & prolyta. Dipondium. Chlunem entomiam quid vocent Graeci. Monij sues qui: item mellina, viduulus, vidularia, mesofcelos, apocopi, cochone, detestatio, cremor, cremium, superamenta, crimnon. Crimnodes vrina. Monolia. Heliogabali historia. Phimosus. Periphimosus. Lumbi, & umbilici, pro genit alibus.

CAP.

VII.

Svbsunt porrō genitali membro testes, de quibus sententiam Aristotelis alibi hisce commentatiunculis forte inferemus. Interim medicorum vestigia insecuti flores modo rerum

rerum inde praererpemus. Inter illorum verō placita est, quantū ex Avicenna & illius consequimur interprete, non solum in iis esse generationis adiumentum, sed principatum ac necessitatem summam: adnumerant siquidem membris principalibus sublimibusque ac dominantibus & in corpus totū influentibus. Ea verō esse quatuor omnino, deprehensum ab scientissimis est, cerebrum, cor, hepar, testiculos. Hisce verō tantum dignitatis attribuit Galenus, vt cōseruatione speciei dixerit esse nobiliores mēbris omnibus ad id ipsum destinatis, quum quia caliditatem ac robur suggerūt animalibus, tum quoniā prolem sufficiunt. Cōspicua est, inquit primo De spermate, com mutatio, quam subtrahtis testibus contingere animali deprehēdimus. Id enim reddi frigidius, certum est. Flaccescit quoque robur, non secus ac senescentibus: venae coarctantur, sanguinis flos hebescit, minuuntur & arteria, pulsus relanguescit. Ad haec glabreta corpore sunt toto. Venereorum restinguitur appetentia. Quaquam exectum sacerdotem etiam coisse, scribit Albertus, ac genitalem profudisse vrinam, sicut taurum Aristoteles. Et Varro: Admirandum (inquit) accepi, exemptis testiculis, si statim vaccas admiseris, cōcipere. Confirmat Columella, ratione non omitta: necnon Palladius: sed sanguinis fluore vitulum interire opinatur, etiam si generet certissimē. Inde colligit idem author Galenus, esse testes bene viuendi principium: cor autem, viuendi solum. Bene viuere autem, praestantius longē est quam viuere solum: id verō testibus praestatur: ergo & pars ea ceteri praestantior debet, quam optimus maximus Deus produxit, vt posset cōcipi semen virtute corpulentiae testiu: sicuti docuit item Avicenna. Id enim ad custodiā generis necessarium, dant quippe spermati formam, qua ipsum est id quod est, per quam meretur vt sit vehiculum virtutum, immutantis & informatis, decifaru à toto corpore. Est praeterea, vt attigimus iam, principatus eorū in redundantia virilis cuiusdam vigoris, qui ab illis in mēbra corruatur. Haec verō testiculorum necessitas in iis tantum quae perfecta sunt, absoluta intelligitur: neque enim omnibus adiuncti animalibus sunt. Sed quo amplius excellentiūque in se rationale animal, cuius causa haec nimis diu fortasse musitamus, mox in publicam abitura materiam, diuinā bonitatis exuberantiam recognoscat: attendat, quae so, harum obseruationum studiosi, quid author



242 LECTIIONVM ANTIQVARVM

non incelebris Auenzoar, quem sequi quandoque pigritū non est, quum pleraque indidem opera minimē inani liceat expiscari, prodendum super re ista censuerit. Testes ambo, inquit, inter præcipua recensendi membra sunt, magna eorū virtus, nec occulta: etenim prætenuem in eunucho vocem audimus, malos agnoscimus mores: sunt porrō imberbes, rationis irē pessimā, nec ferē inuētus est exsectus aliquis bonæ legis aut intellectus nō diminuti. Sed cur nam ea portione resecta hebetatur calor? an quia seminaria superfluitas retinetur? an quia non sit tanta spiritus generatio, vt prius, deficiente iam sine, ob quē generabantur congregabanturque ad testiculos? An etiā absentia genitalis spiritus, effectu ad generationem concurrentis? Verūm recalescūt item membra ob testes quodam caloris reperessu; argumēto id esse aiunt, animalia non exsecta pluribus moueri motibus; motus autem calorē excitat, & auget, quem hebescere cogat quies. Inuenio apud aucthores, esse panniculum quendam qui dicatur didymus, quique duplici contineat testiculos sinu, & mutuos eorum contactus dispescat: idque maxima naturæ solertia, ne sic (vt affollet, oblatdatur vnus, in alterum quoque transeat vitium. Quisdam seminaria vasa eo nomine intelligere maluerunt. Galenus in libello Isagogico, didymos testes vocat: vnde illud est in Græcis relatum monumētis, Didymon tiben in adulterio deprehensus ἐν τοῖς διμῶν & ἰνὴ μῶν, ex nomine suspensus est: quod signat, ἐν τῶν διδύμων, id est ex testibus. Alachis verō Longobardus aduersus regem suum Cunipertum bello constato, iurauit, Si postridie victoriam aduissit Deus, puteum vnum se clericorum testiculis oppleturum. Ceterum voto frustratus impietati satisfecit. Hos Auicenna similitudine quadam etiam oua nuncupare solet. Dicuntur & colei ab eruditis, atque item lanuuii & cliternini: vt est in Ciceronis epistola ad Patum, apud quem tamen arriserit magis, si clitorinos legas, potius quā cliterninos: dictione ab Græcis producta, apud quos clitorinū est muliebri pudendum, quod & sacandrus dicitur: vnde & λητρογίσεω, turpiter membrum id atrestare significat. Pollux per ἡ scribere manule, vbi ait libro secundo Onomastici, Totum in virginali, siue interfemineo vocatur κρῆσις, id est pecten, aut epilon. Rima verō dicitur schisma, quod arctū illatenus quandoque est, vt mulier fieri nequeat, sicuti cōmeminit Vlpianus. Quæ interiacet

LIBER IIII.

243

iacet subsultans caruncula, nympha nūcupatur, aut myrton, siue epideris, aut λητρογίσι, id est cleitoris. Est & κλητρογίσι, hoc est cleitorum, apud illos: sed id verbum quandoque mensam indicat regiam, quādoque etiam gloriā. Iam opinor restitutus est candori suo M. Tullius: apud quem cuiusmodi interpretamenta hætenus sint excogitata, neminē arbitror paulò humaniorem, & à Musis freto nō ita magno disunctum latere. De lanuuiis autem, seu lanuuiinis, arbitror Propertium intellexisse quadam vltimi libri Elegia, his versiculis:

Cantabant surdo, nudabant pectora cæco,

Lanuuij ad portas, heu mihi, solus eram.

Significat poeta se inter subblandiētes meretriculas iacuisse ita, vt Veneria obire nusquam eualuerit, quamuis scortilla cantillarent, quamuis ad prolectandam concubitus appetentiam, & libidinis pruritum papillas retegerent, quamuis & ipse inscēderet, ac iam mutonem & coleos genitalibus admoueret, quæ poeta festiuē portas dixit: nihil minus potuisset nihil, & iacuisse perinde ac solūm. Nā muliebria naturalia nunc portam, nunc hostium dici, indicant pleraque: quando veteribus traditum sapiētibus est, Portam ingredi nefas, qua exieris. Et Teretianus ille adolescens, pessulum hostio obdidit, non fores ocludens, sed quod acutē solertioribus excogitatum est, genitalibus immissum mutonem præmonstrans: quoniam sunt medicis pessi, auctore Cello qui forminarum naturalibus subiicitur, siue lana, siue aliud quiduis teres sit, digiti forma, quo medicamenta (vt Paulus inquit) cōtineantur. Allusum autem puto, ad Græcum verbum κλητρογίσι, quod misceri signat, id est coire: etiam apud Paulum Aeginetam libro primo. Vnde Virgilius, Mixta Deo mulier. Id & apud Homerum vel frequentissimū. Hoc quia nō viderunt interpretes, imagine quadam oculorū per interualla media paulò productiora caligantiū, censuerunt eam elegiam præcedenti adnectendam, in qua de lanuuii sit mentio, contra fidem veterum codicum: in quibus, quod nec inficiantur interpretes, disparatur, seu unctimque legitur. Sed hæc quidē dictaueram adolescens: nunc forsā aliud sequar. Sicut fuit quando apud Senecam Diuisionū sexto, dupondios dici testiculos, sim opinatus, veluti bilibres: propter illud Satyrici poeta,

Ergo expectatos, & iussos crescere primum

Testiculos, post quā coperunt esse bilibres,



LECTIONVM ANTIQVARVM

Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus.

Nunc animaduerto, dupondios ibi capturâ & quæsticulum diobolarium meretricû significare. Dupondius, inquit Priscianus, à duobus ponderibus: quod vnû pondus, asipòdium dicebatur, quod as erat libræ pondus. Verba Senecæ sunt ex Còtrouerfia de lenone, qui decê iuuenibus denuntiarat, vt in lupanar accederent, & foueâ igne repletam terra superiecta obruit, in qua adolescētibus còsumptis, accusatur rei publicæ læsæ. Itâne peribunt, inquit, decê iuuenes propter dupondios tuos? Omnino dupondius minutû quid nobis indicat. Seneca ad Luciliû: Tunc, mihi crede, Lucilli exultabis, dupondio factur, & intelliges, ad saturitatē non opus esse fortuna. Hieronymus quoque eleganter: Quis te, inquit, dupondio suppubat? Et Cicero pro Quintio: Si dupondius tuus ageretur Sex. Neui, si in paruula re captionis aliquid vererere, non statim ad Aquilium, aut ad eorum aliquem qui còsulantur, concurrisses? Etiâ si sunt, qui ista non videntes, de prædiis tuis legere malint. Hinc arbitror factum, vt olim studiosi scientiæ Iuris, primo anno dicerentur dupondij, friuolo ac ridiculo cognomine: sicuti quarto anno dicebantur lytæ, quinto autem prolytæ: quod emensi iam scientiæ anfractus, tantum non ex difficultatibus se absoluisent, ex sinuassentque. Hæc verò scripturam præter Politiani sententiam ex priorē nostrâ additione mutuatus quidâ, vti alia innumera, in suos regessit libellos, authore dissimulato, quod plagiarium est. Dipondium apud Columellam duorum pedum est mensura, etiam si alibi dupondium item legimus. Sed redeo, vnde in hæc diuertit. Relatu dignum est, quod Arrianus Iureconsultus scribit Digestis de re militari: Syllâ & Cottam vno tantû fuisse testiculo insignes: author item Vlpianus est Digestis de adilitio edicto: Sanum videri, qui vnû testiculû habeat, quoniâ possit generare. Testiculi simile quiddam medullis habent, nâ sanguinem non emittunt, & omni sensu carent. Dolent autem, inquit Celsus, in ictibus & inflammationibus tunice, quibus hi còtinentur. Dependēt verò ab inguinibus per singulos peruos, qui cremasteres dicuntur Græco verbo: at cremor Latinum est, Græcè nanque crim nō dici videtur, etiam si qui tradunt, haud asseueratē comprobēt. Vtique Galeno interprete, Crimnodeas nuncupauit vrinas Hippocrates crassimeto denfiores, quando accipitur pro succo crimnon, cremorue. Sunt qui

LIBER IIII.

245

qui eo nomine lac intelligant ex grano expressum, vbi amplius aqua immaduerit. Apud Iureconsultos Digestorum trigésimosecundo, aduertimus ligni appellatione cremia contineri, & superamenta materiarum, etiam si legitur gremia quoque. Cremia, inquit Columella, vocant rustici tenuia ligna. Detestationem, nouator opifexque verborum Apuleius vocat testium abscissionem. Sciendum verò in hoc genus pragmatia, chlunem dici ab Græcis *χλυνος*, id est exsectû, eunuchumque aprum. Id quod Aeschyli doctrina cōprobat, atque item Aeliani in libro De prudentia. Sed meminit Aristoteles quoque. Fiunt verò eunuchi attritis arbori, aut saxo testiculis, infestante vsque ad affectionem pruritu. Sunt qui chlunem dici suem putent liberè in agris pascentē, velut *χλυνος*, id est in herbis foenōve dormietem. Alij magnitudine visenda chlunem accipiunt. Aristophanes grammaticus in libro De atatum nomenclatura: Sunt ex suis, inquit, qui dicuntur monij, quibus similis forsan fuerit, quem vocant chlunē, scuitia, & viribus. Sunt ex eruditis, qui illud ex Truculento Plauti, Cluinum pecus, hinc putent chlunium legi oportere. Monium sunt, qui monolycon interpretentur. Alij suem ferum, qui cum aliis minimè aggregetur. Cyrillus in Oseam prophetam, asinum eo nomine intelligit. Thomas Magister in Atticis elegantis, chlunem ac monion & chauliodonta esse putat pœticas voces. Alexandrum Macedona Demosthenes monolycon appellabat, vt scribit Plutarchus: Iupum modo interpres reddidit. Monolia scriptoribus haud ita veteribus, ac perinde non Latinis admodum, pro monilibus videntur accipi. Sed hæc Græci monia item vocant. Cynomorion appellarunt orobanchen herbam, de canini genitalis imagine. Apocopi, ab Iulio Materno vocantur exsecti. Cochone dicitur pars infra pudenda, quæ coxis interiacet. Vtuntur municipes mei in coitus significatione verbo eiusmodi. Græcorum communi lingua vocatur *μυσοκρία*, quia sit inter crura medius locus, quæ vocant *ουδρα*. Obiter verò, & tantquam superpondium adiciatur illud: Operimentum pudendorum dici quandoque mellinam, quandoque verò etiam vidulum: vnde & vetus Plauti fabula Vidularia titulo circumlata olim est: sed & nummariam thecam signat vidulus. Verum ab hoc genus prætextata pragmatia resiliendum protinus, ne in nobile argumētum obrepisse Milefia credi pos-

246
 sint. Nisi quod illa praterisse nequeo: Principem Heliogabalum, ingenij hominem portentosissimi, medicos ingenti allectasse pretio, uti in muliebrem ipsum naturam conformarent, sectione pudendo sexus illius expresso. Phimosin, id est *φίμωσις* Græci vocant, ubi præputio sic obtegatur glans, ut renudari non queat. Quod si deducatur præputium, ita ut reduci denuo minimè possit, periphimosin dicunt. Est verò Græcis phimos priuatim peræ, aut sacculi obligatio, quò funiculo nectitur os. Lumbos, & umbilicum accipit Hieronymus pro viri mulierisque genitalibus: ubi de diabolo sic pronuntiat Iob, Virtus eius in lumbis, & potestas eius in umbilico. In Ezechiele item legimus de Hierusalem: Non est præcificus umbilicus tuus. Babylonem Assyriamque reliquam tributum nomine Persarum regibus exsectos pueros, id est *ἰσχιόνων*, numero quingentos persoluisse, prodit Herodotus.

Nates, apoglutii, glutos, ephedrana, pyga. Hypolipsa quid: item lipsa, lipsi. Cur Athenienses Depygæ. Thesei petra. Virgily locus. Cur cadantur nates postissimum. Callipygos, catapygon, pygostolus, anorrhopygia, vrrhopygium. Syracusanarum puellarum bistoria. Venus callipygos cur. Pygargi notiones aliquot. Melampygos, lecopygos. CAP. VIII.

IN postrema thoracis parte retrorsum nates sunt, à quibus nec abest admiratio, quando non sine prouidentia homini tantum sunt hæ, & quidem conglobatæ decentissimè, ac sedendi muniis peraccomodatæ, solidiore tamen quàm in cæteris membris, carne, ne premente corporis mole, ossibus cederet. Quadrupes stare diu infatigatis viribus possunt, quoniam quasi iacere videntur, quò quaternis innitantur futuris: at homines non facile surrecto corpore stâtes perseverant, sed requiè subinde requirunt. Porro quia caruit rationale animal cauda: quæ partem eam, qua reddi ciborū onera saluberrimū est, obtegit obducâtque: ideo artifex creatoris sapientia carnosas etiâ esse voluit nates, ut extumescentes idem implerent munus. Quibusdam tamen tum natura tum laboris genere attenuantur adeò partes hæ, ut inde apud Græcos cognomina inuenerint: nam *ἰσχιόνων* dicuntur, quia glutos signet ischion,

ischion, id est coxarum vertebrâ apud Homerū Iliados quinto. Sed & prominentia in iisdem locis eodem celsentur nomine, quæ & ephedrana dicantur ab sedendi vsu: Sunt qui sic stant, ischia dici, quæ vtraque ex parte ilibus subiacent ossa, quibus incumbat quod sacrum vocatur. Ischiis porro inesse cauitates, quibus coxarum insinuentur cæpita: nuncupari autem caua id genus glutæ, & cotylas. Scribit Eustachius gluton signare spharoma coryles in coxa. Pygas & glutò pro eodem à quibusdam accipi, prodidit Rufus, inde ab mollicie impostum nomen, hoc est ab *γλυκύς*. Vocantur & hypolipsæ, quia eo nomine dicta sunt attrita & vsu depolita deminutaque. Vnde lipsa etiam lingua: & astragali in medio pertusi, lipsi. Athenienses præcipuè comicis, salibus ex hoc asperguntur, quòd nautici magna pars quum essent, ob sedendi assiduitatè depygæ reddebantur. Additur & fabella: Theseum cum Perithoo inferos petentem, in petra quadâ Proserpinæ imperio coactū sedere: à qua quum ab Hercule auelleretur, affixas petræ natiuum partes reliquisse: quâ obrem honoris eius ergo, cæteris item Atheniensibus habuisse cognomentū. Ad eâ verò petram alluisse credi Vergilius potest: ubi Aeneidos sexto ait:

Sedet, æternumque sedebit Infelix Theseus!
 Cæli pueros parte hac, ideo receptum aiunt, quòd sint nates sensus obruti ob cutis crassitudinè, cui insit callosum quiddam, & solidius duriusque, quàm reliquo corpore, præsertim superno. Tradunt peritissimi artis medicæ, tantam esse natis cum toto affinitatem, ut in illis scarificatio facta dicatur phlebotomiæ vicaria. Nates quidem Græci pygæ vocabulo significant, ut dictum est, magno errore grammatici cuiusdam, scrotum, siue (ut ipse ait) byrsam testiculorum eo nomine accipientis. Probant id voces inde productæ: nam & callipygos ab natiuum vocatur pulchritudine, & catapygon scortillum signat, sicut & pygostolus, & Athenienses digitum in manibus medium catapygonâ dicunt. Anorrhopygia vocant, quæ inter voladum nullo reguntur caude gubernaculo. Vrrhopygium, seu orrhopygium, inquit in libro De communi animalium gressu Aristoteles, perinde volutibus ad dirigendos volatus affigitur, ut nauigijs gubernacula. Hinc apud Syracusanos, puellas quasdam ex partis eitis insigni specie callipygos nuncupatas, scribit etiam Cercidas ambicus poëta,



Ἡ δὲ λέξις ἀρχὴν ἔχει ἐν τοῖς ἀρχαίοις.

Fuere autem sorores duæ in agris educatae, pulchritudinis vifenda. Has sapius inter se difceptantes de natium præstantia, demum iudicio adolescentis vrbani rem permiffiffe, tenet fama: qui vtraque inſpecta, grandiori natu calculum adiecit, moxque eandem fibi vxorem allegit, fratre etiamnum alteram gratè excipiente, quo ex facto Veneri templum ſubſtrictum, quam dixere Callipygon. Pygargum eſſe aquilæ ſpeciem, ſciūt omneſi inde Græcis rapacem quoque indicat vox ea. Sed & in Venerea procliuior ſic item dicitur, veluti cui mimimè ſit pyga ocioſa, nam *πυγα* vocant Græci ceſſantem. Quin & timidum rectè pygargum dixeris, quod albicans ei ſit pyga: cui diuerſum eſt proverbium, Melampygo necdum occurrifti. Hic enim vti Hercules, robore intelligitur inſignis: proinde leucopygi imbellia infames concipi ferè valent. Melampyguſ lapis in Thermopylarum monte legitur apud Herodotum hiſtoria ſeptima, vbi deſinit Anopæa via, qua graſſantes Perſæ pylas occuparunt, Epialte duce.

Aniratio & vocabula. Sphincter, phictēris, ſtephanuſ, daſtyliuſ, archuſ, archoliparouſ, aniſchia, liſpi, hedruſ, ſedes, coryphe, chiliarchuſ, archontes, cimeli, archuſ, cimelia, arcuthuſ. Anarchiaſ annuſ. Sedis procedentiæ. Exomphali. Hedrica vitia. Peritonæum, polemarchuſ.

C A P. IX.

Poruſ verò excrementiſ addictuſ, quem Latini tum poticem tum anum vocare conſueverunt, ab Arabibuſ phictēriſ nominatur, fortè quia Græci *φικτήριον* nuncupant, ab arcendo conſtringendoque, vt docuit Galenuſ. Id verò Græcum indicat verbum *φικτήριον*. Appellat itè ſtephanum & daſtylion, id eſt annulum, atque item hedram: vnde & Pliniuſ, ſedem. In eam decumbens oſ, vocatur coryphe, id eſt apex. Poruſ hic cutiſ ratione frigiduſ eſt ac ſiccus, quo nomine illi maximè inſeſtum friguſ eſt, ſicuti etiam pudendiſ & veſicæ ac vuluæ, vt author Hippocrates eſtiſiquidem neruoſuſ plurimum eſt, & ideo reſiſtere obnitique minus poteſt. In imo poſituſ eſt ingenioſè, quoniã nutu ſuo excrementiſ, grauiſq; materia illuc feratur. Proinde Auicenna ſinit, eſſe anum ſemitam quandam & callem ſeculentæ craſſioris, & humorum malo

malorum, qui illam conſectantur. Inuenio etiam archū dici, vnde lepiduſ proreſpſit iocuſ in quendam, qui appellabatur chiliarchuſ: nã & princepſ nominatur archuſ ex quo archoliparouſ: qui conſequendæ dignitatis cauſa prehendiſ omneſ. Nam archontes ſummi erant, vt inquit Pollio Treuelliuſ, Athenienſium magiſtratuſ, dici Latine princepſ valent. Sed & pro magiſtratu ſimpliciter interpretatur Priſcianuſ. Archonta fuiſſe Atheniſ Adrianuſ, ſcribit Spartianuſ: & Galienuſ Pollio. Cimeliarchiuſ verò Iuſtiniani principiſ peculiare verbum eſt: eo ſignari animaduertitur rerum pretioſaruſ auguſtius conditoriuſ: quando *λεπιδία* Græciſ theſauri ſunt, & ſepoſitæ opes. Sunt qui cimeliarcham interpretent ſacrorum vaſorum, quæ diuino deſtinantur cultui, cuſtodem. Cimelia eccleſiarum nominantur Paulo Diacono libro vltimo. Arcuthuſ autem cedri fruſtuſ eſt, verum & arbor ipſa ſic dicitur quandoque. Sunt qui eo nomine plantam accipiunt ſpinofam, cuiuſ odorem auerſentur reptilia omnia. Anarchiã legimus in Græca hiſtoria dici annuſ Atheniſ: quo impoſiti ſunt tyranni triginta. Nam etiam ſi tunc princepſ foret Pythodoruſ, quia tamen oligarchiæ tempeſtate fuerat electuſ, nominare non ſuſtinent. Polemarchi, inquit Polybiuſ, claudendarum portarum vrbis curam habebant, ac noctu clauſeſ ſeruabant, interdiu ad portarum cuſtodiam commorabantur. Sed ad inſtitutuſ. Porro procedit anuſ, ſicut & vuluã, ſediſ procedentiã dicimus, vel ſedē conuerſam, quã ſtypticis repercutere officinæ ſolent. Aniſchia, ſiue liſpa, vt ſignificauimus, dici inuenio, quæ cluniũ tumote vacante, cuiuſmodi auſ ſunt. Meatuſ porrò hic quibuſdam coaluit beſtiis, quas Græciſ *ἀρχήριον* vocant. Nam & vaccam fuiſſe Perinthi accepimus, cui cibi excrementuſ extenuatuſ per veſicam tráſmittebatur, diſſectuſque anuſ denuo coaleſcebat prope, nec reſecando euinci poruit vitium. Puerum eiuſmodi natuſ in patria mea Ioanni Lodouico Stellæ vidimus, qui diſſecta parte obducta, etiã anuſ ſuperſteſ eſt. Illuc nec omiſerim parte iſta, in Galeni obſeruatuſ libriſ, piſcatori cuiã inter piſcandam uſu veniſſe, vt ſedi ac veſicæ incũbenti tanto corriperetur frigore, vt eo quãuis obnitate, ſimul alui, ſimul veſicæ effluerent recti mētitiæ ſordes: ſed mox calidiſ remediis maturè muſculiſ reſorſiſ, qui fuerat obleſi, in integruſ eſt reſtitutuſ. Sunt qui monumētis prodāt, ab excellēti excretioniſ niſu, præcur-



ante insigni dolore, lapides callosos à quibusdã deiectos, iis qui in vesica succrescunt, haud ita absimiles. Id ego, inquit Galenus, nec vidi, nec alium qui viderit, audire contigit. Postremò *Agulã inuy* dicuntur Aeginetæ Paulo, quæ sedi adnascuntur: *ai. Anit. x.*, quæ pudendis. Sedis proidentiam, de qua dictum est, in Plinij Medicina legimus quandoque, sicuti & hcorũ muliebriũ proidentia dicitur quoque, quum ad natura lia & eorum hostium delapsa vexant mirifice. Apud Græcos, *ὄρρηκτος ὄρον ῥόκτος* dicunt: legimus & exomphalos vocari proidentes umbilicos. Quod pluribus de causis malum obtingit, vna est, vbi mēbrana perumpitur interior, quæ interaneis obtenta peritonæum appellatur.

Testiculi muliebres quam habeant rationem. An conferat mulier semen ad generationem. Semen quid. De menstruis. Cur femina minor viro.

CAP. X.

Cæterũ prius quàm habeamus lógius, & erurũ ingrediamur explicatiõnẽ, id minime dissimulandũ, Galeni medicorũ principis post Hippocratem, celeberrimã esse sententiam, Inesse mulieri quoque testiculos, sed internos, vnde nobilis exorta ambiguitas inter medicos ac philosophos, An ex muliere seeratur semen generationi cõgruens: inã esse testiculos generãdi causa, cõsentaneũ est. Verũtamen Auerrois secundo Colliget, capite De iuuamentis testiculorũ, hos dicit nullum in generationis ratione effectũ habere. Placẽtque itẽ plerisque, non aliã esse testiũ in femina rationẽ, quàm vberũ in viro. Quoniã argumentis peruincatur, feminam semen ad generandũ excernere, Siquidem semen sit superfluitas digesta, crãssior, viscosa, tenaxque, & albicãs, ac calida. Mulierẽ verò esse frigidã, & proinde digestionis nõ bonã, vnde & redundãtiis scateat aquosis, inconcoctisque, propterea colligit Auerrois, semẽ muliebre esse excrementũ aquosum, indigestum, ex quo mēbra progigni sit omnino impossibile. Additur etiã, pleraque concepisse absque vlla feminis secretionẽ. Porro vuluã ita naturaliter affici, vt suũ euomat semen, attrahat autem quod virile est. Addit Auerrois, nouisse feminam in vicinia cohabitantẽ, probis moribus & fidei integrã, quæ iureiurando confirmaret, concepisse infantem semine ex balneo attracto, quod profudisset lasciuens masturbator. Infert Aristò

Aristoteles, Menstrua esse in fœminis, quod sit in maribus genitura: nec fieri posse, vt duæ simul secretiones seminales agantur. Ideo semen à fœmina non conferri ad generationem: nam si semen esset, menstrua non essent. Sunt verò hæc planè excrementa, sicuti semen. Nam est semen excrementum concoctum alimenti sanguinei, quod vltimum in membra digeritur, & propterea ab sanguine sit diuersum. Proinde concoctum, aut per vim emissum, quum quis præter modum in Veneria fertur præcept, cruentum iam aliquibus prodit. Sed quum infirmioris plus excrementi, minũque cõcoctum fieri, id quæ copiam cruenti humoris esse, necesse sit: infirmius autem secundum naturam sit, quod minus caloris adipiscitur, talisque fœmina sit, hinc secretionem illam sanguineam fœminæ excrementum esse, necesse est. Talis autẽ est eorum eiectio, quæ menstrua vocantur. Argumento est, ætate eadem maribus genituram fieri, & erumpere fœminis menstrua: vocem item mutari, intumescere mammas, necnon desinente atate, aboleri maribus gignendi facultatem, fœminis proflua menstruorũ. Ad hæc indicium illa faciunt, esse excrementum huiusmodi secretionem fœminarum, quod non mariscæ, non confluuium è naribus sanguinis, non varices, non eiusmodi alia fœminis ferè obueniunt, quamdiu profluunt menstrua, & si quid tale accidit, deteriores fiunt purgationes, tanquam materia menstruorum in ea abierit. Minus etiam venosæ sunt mulieres, quàm mares, lautiores porro, lautioresque: corporibus item minores, pallidæ quoque, ac venis obscurioribus. Aegyptiæ gentis sanctio fuit, solũ patrem conferi generis authorem, nam matrem nutrimentum modo, & locum infanti, velut substratum exhibere. Galenus verò secundo De spermate libro, & decimoquarto De vtilitate particularũ, secerni à muliere semen ad generandi rationem, niti tur probare. Idẽ sentit Auicẽna doctrina quinta fen primẽ primũ. Quo in loco eiusdẽ interpret multa ad refellẽdũ profert Auerroẽ. Qui nosse cõcupierit, locũ habet quẽ enotauimus.

Crurum ratio. Itẽ vocabula plurima ad imũ vsque. Plix, plix, pligmata, acetabula, cotyla, cotyled, ischi, bubon. Iycophrenis taxatio. Coxendix, callimerus, patella, coxa, mole, sphyres, rabi, varri, varica. Tarsus ciuitas cur dicatur. Cotyla item chimetta.



Murcellion, ganglion, sarapiss, chærapiss, cumari- des, asceera, ut aria, perisphyrta. Pes magnus. Pedem posuisse. Podia, pedicinus, petiolus. Tenax quid? Periscelides que sint. De Pittaco. CAP. XI.

Cruca sequebantur quæ cum femoribus & suris, ut edo- res ceteræ non viuiparæ modo, verùm quæcunque cruribus constant, vacua carne hæc habeant: neruosa enim sunt, ossulen- ta, spinosa, rigida. Causa verò omnium propè vna est, quòd ho- mo solus animalium erectus est: ob id quæ, ut facile sustinere superiora possent, natura parti superiori corpulentiam, dempsit, inferiori addidit. Ob id item cauda caret, nam alimentum, quòd caudam adit, in hæc ipsa absimitur. Os in medullionem coxarum vocant plixin, sed & vocabulo eodem interuallum intelligunt inter pollicem ac indicem. At Dorici plicias, id est *πλιξιαν*, cuius vocabuli rectus est plix, vocant gradus. Sed & proculcationes stigmata nuncupant. Circa ilia sinuosa ossa vocantur acetabula, quæ coxarum capiti accommodantur, co- rylas Græci vocant. Caput autem coxæ dicitur cotyledon. Vbi sit commissura hæc, plestrum coxæ vocatur. Neruus, quo eius- modi colligatio fit, nuncupatur ischion, nomine eodem quo & vertebra. Adnotatu digna parte hæc, quæ ab Lycophronis produntur interpretem: nam ubi bubonis tormas nuncupat poe- ta, ipse peripherias exponit: & addit, bubon est, *ἰσχίον τῆς σπονδύλης*, id est vertebrae locus. Quid autè sapientissimus Lycophron, inquit, bubona intelligat, non percipio, vel quia barbarè mul- ta profert, ac nugatur, vel quia ipse incertus labor: nam hic qui- dem Angei bubonem percussum scribit, mox autem paulò adnectit, *ἰσχίον ἀπὸ τῆς σπονδύλης*: ego sphyrum scio astragalo circumiectas partes, at bubonos sphyron non noui. Ceterum in historia mentiri plura, insitum illi est. Nec ab aliis solum diuersa tradere, sed & pugnantia loqui. Coxendices interpre- tantur aliqui, quæ Galeno sunt ischia. Quo nomine ossa duo is intelligit in posteriore hominis parte ossi sacro, in antero re mutuo *ἄλλη ὀστέων*, id est per conserctionem coherentia. Carnes ab ischio ad inferiora desunt, hypoglutides, quasi sub glutino, id est vertebra. Coxa tota ad genu pertendit, à Græcis dicta mecus, unde ex coxarum pulchritudine callimerus: & lacæna phænomerides nuncupatæ quod incessu partem hanc

retereg

tetegeant. Intra coxas femora sunt, parameria dicta: nam quod coxas interiaceret, mesomerium est. A pectinis osse femina oriuntur, inferiora coxarum capita media sinuantur, quo facilius excipi à cruribus possint. Quæ commissura osse par- uo, molli, chartilaginoso tegitur, patellam vocant. Suffragi- nes sinus curuaturarum dicuntur. Vbi crus coxarum comitti- tur extremitati, dicitur cruris caput. Ibi est genu, cuius ossa Pausanias vocat molas. Posterior incuruatio, poples: unde & vigesimooctauo Plinius, Poplites (inquit) alternis genibus imponi. Apud Herodotum eleganter dici obseruauimus; *ἰσχυρὸν ἴσχατος*, id est in genu deiecit, pro eo quod est prostrigauit, depressit. Ipsum autè crus ossibus constat duobus: alterum ab ex- teriore parte supra positum est, & vocatur paracnemium, parastata verò in iumentis, Vegetio tradente. Ab priore alterum, cui ti- bix nomen est, Græcè autem *πρὸν ἰσχίον* dicitur. Sub crure pars vocatur *εὐρύπερον*, unde nomè calcaribus lingua videtur de hisse vernacula, encntridas nuncupant Græci, sicuti meminit Phe- recreates, & author est Iulius Pollux. Vtrinque prominēt astragali, quanquam non sunt in homine tali, in quos perona de- linunt. Sunt verò ossicula, quæ item paratercides nuncupan- tur, quia propè est cercis, id est radius. Sic enim item dicitur os maius, quod totum fert crus. Peronas etiam sterin gas ap- pellant nonnulli: hinc datum peronibus nomen. Nerui lati à poplite orsi, ac in calcem producti vocantur tenentes. Sphy- ron alio vocabulo pezam dicunt, unde Argyropeza Thetis apud Homerum, veluti argento similes habens pedes. Qui- bus introsum obtorta sunt crura, auctore Polluce, nuncupan- tur rhabbi: varos dicunt quandoque Latini. Ouidius tamen Metamorphoseos nono:

Tenuis à pectore varas In statione manus. Apud quem varica item legitur sermone in Amoribus: Ambulat, ingentes varica fertque gradus.

Quibus verò extrorsum, blesi. Cruris vniuersi pars anterior anticnemion, posterior gastrocnemion, id est cruris venter, nos suram nominamus. Totum verò ex coxa confurgens, & crure, sphyro, pede, scelos nuncupatur. Coxa cum crure tan- tum, dicitur colon & colyma. Calcaneum autem scelis, & perna, quasi patera, quoniam *πλάτῃ ἔσται*, id est proculcat terram, ut probat Eustathius, unde & perna ciuitatis apud Lycophronem pro basi. Obiter notandum, hinc periscelidas dicit,



LECTIÖNVM ANTIQVAVRVM

dici, quæ vulgò gremialia vel trauerſas dicunt: nam & Menander puellas geſtare perſcelidas ſcribit. Quod propter illud Horatij ex Epistoſis infernum volumus:

*Nota refert meretricis acumina ſepe catellam,
ſepe perſcelidam raptam ſibi ſtentis.*

Hieronymus in epiſtola ad Fabiolam: Quæ Græci, inquit, *περſκιδά* vocant, noſtri feminalia dicunt, vel brachas vique ad genua pertingentes. Sunt & codices in quibus perſcelidas ſcriptum comperias. Perſiſphyria in Herodoti libro quarto, ſimbrias intelligit Valla. Pes autem, totum id vocatur quod aſtragalis ſub eſt. Talam in homine agnoſcit in Epistoſis Seneca, quin & Herodotus libro tertio: negat cum Ariſtotele Plinius. Eſt autem eo nomine rectum in articulo pedis os, ventre emineſs concavo, in vertebra ligatū. Eius intima vocant Græci cola, quod Venerem interpretantur: extrima, dicunt iſchia, hoc eſt canem: capita verò ceræas, Theodorus antemnas quoque. Mons pedis ante digitos oſibus conſtat & neruis. Montis anterior pars ab digitis, tarſus dicitur etiam apud Homerum. Vnde & ciuitatem Tarſum dici, opinatur Dionyſius Thrax in iis, quæ de Rhodo ſcribit, ab Bellerophonis caſu, & claudicatione. Aut quia inibi plantam fregit Pegasus, & errarit Bellerophon. Quod in Periegeſi probabile ſit Dionyſio Aphro. Sunt qui ab diluuiſo ea primum loca exaruiſſe prodant, vnde ab *ῥοσκαλλιῶν* ciuitatem nuncupari, quæ & Terſos ſit dicta, vt Stephanus, hinc apud Lucanum poſſe legi augurantur, Terſeaque Tarſos. Inferna pedis portio vniuerſim quidem tylo naz quod digitis prominet, pedis peſtus, vel proſtheris dicitur: mox eſt concavum pedis. Pelmaræ Rhazes interpretatur dorſa pedum, alij plantam. Cavitates autem corylas vocant nonnulli. Sub digitis quæ ſit ſeiſſura, chimetlon nominatur, quo vocabulo etiam locum ipſum putant aliqui intelligendum. Chimetla, id eſt *χιμῆρα*, inquit Medicinæ tertio Paulus, *ἐκκαθάρσει δὲ τοῖς δακτύλοις*, id eſt vlceroſæ affectiones in manuum digitis acpe lum, hyemali tempore. Marcellion medicamen ad hoc genus celebre Græcis eſt. Contingit malum in plerisque partium corporis, ſed in iis quæ motui ſubſeruiunt præcipuè. Neruorum reuolutionem ex percuffu vel labore, ganglion vocant, id eſt *γάγγλιον*. Pes verò etiam baſis vocatur. Scribunt Græci, Pitaracum ab Alceo appellatum ſarapoda, quod latos pedes tra

LIBER IIII.

255

traheret: nec non chærapoda, quod vlcera in pedibus ſentiret, quæ vocant chæradas. Hanc quoque partem vnguentis line-re, luxuria Athenis excogitauit. Addamus & ſuperpondij aliquid. Eumaridas calciamenta vocant ab inducendi facilitate. Aſceras verò propriè pilia in pedibus, id eſt velut pileolos, quæ & artaria dicunt: quia verò ſtandi fundamentum pes eſt, dicitur in ædiſiciis area pes magnus, & qui negotium inſtituit, pedem poſuiſſe. At Columella libro vltimo: Vuis proculcatis, muſtū quod defluxerit, ante quàm prelo pes eximatur, ſatis de lacu in vaſa defrutaria deferamus: id eſſe videtur pes, quantum ſemel prelo ſubiicitur: vnde vinaceorum pes circuncuſus legitur. Pedem à pedo dici, id eſt ſolo, putat Ariſtoteles libro De communi animalium grefſu, Podia, Græci vocant pedum inuolucra. ſcribit Athenæus ex bulbis lanigeris podia intexi, & indumenta alia, ſed & craticiiſ podiis granaria diſtingui debere, lectum alicubi eſt. Dicitur & podium ſuggeſtus lapideus per totum apiarium exteſus, apud aluearia ſuſtinens. Sunt & ſua in calcatoriis podia. Pedicinus menſuræ nomen Catoni: Silicem, inquit, longum pedicinis duobus, craſſum pede vno ſtatuito, Petiolus pomorum, velut paruus pes: tenax etiam dictus Palladio.

Inferiorum proportio cum ſuperioribus. Quoſdam pedibus mira efficere. Pedum ratio. Cur inferna mulierum craſſiora. Apodes, cypſeli, trogletes. Elephan-tos genua non ſuſttere. Adoleſcens ſine humeris ex India Romam miſſus. Colon. Iphiclus vnde irem Colias Venus. Scarthmus. Chira quid, & Chropoda. Chirodora.

CAP. XII.

Cæterum ſingulari dignus admiratione tanti operis artiſtex inſinitus, qui vt ſuperna mundi minoris affabrè, ac ſumma compegit perfectione, ita ne in imo quidem eius deſyderari eſt paſſus quiſpiam. nam hæc vtique ad progreſſionis motum cõtributa potiſſimum agnoſcimus: ſed tamen, vt cum ſuperioribus pleraque magnâ habere cognatione intel



LECTIONVM ANTIQVARVM

intelligantur. Quippe manus cum pedibus insignis proportio inest, quanquam ad sunt pedibus digiti ad figendum fortius, manus verò ad apprehendendum tanta prominet tamen similitudinis vis, vt quosdam natura manibus mutilos pleaque pedibus exsequi, quæ manibus solent alij, maxima omnium qui inspiceret admiratione, visos à se, sint qui prodant. Etenim pedibus scripsisse, ligna cõscidisse, atque etiã nescire, ac id genus implese multa. Cuius rei ita demum solida continget admiratio, si fuerimus exactius contemplati, crura, brachia, manus, pedes, membra esse laxarum cõpagum, musculis suffulta ad motus tres, arrectionis, cõtractionis, circumductionis. Nõ est ab Dione prætermisum inter munera Augusto missi ab Indis, fuisse tigres Romæ tunc visas primo: & adulescentulã sine humeris, qui tamen pedibus manuum functione obiret: nanque arcũ intendebat, sagittas etiam excutens. Quin & tubas, inquit, inflabat, *si cõtra nos, ydã pã rã nã pã rã*. Hominis verò pes singularẽ præfert naturã in eo quoque prouidentiam: nam hic corporis reliqui ratione analoga videntur amplius excreuisse, sed id, vt possent duo incumbere, utri sufficere, proinde longiores aliquãto ceteris, latioresq; facti. Inter polypoda nullũ est, quod vicenũ excedat numerum. Vno tantum pede nullum item moueri continẽ potest, vnde Monoscelorum historia conuincitur vana, sicut & Sciopodum: qui si comperirentur, inutili profum onere præpediretur, quum robur in pedibus requiratur, & leuitas. Digitorum quoque ratio seruata est summa: nam nec oblongi acque sunt ac in manibus, quarum in eo præcipuum munus, vt apprehendant. Sed breues non tam ad speciem, quã ad vsum aliquem, vt nisi concitato in cursum iuuarent: etenim pressis in humum digitis, mirum est, quanto tutius totum propellatur corpus. Adde, quod pedis in partes non dissecti portione affecta, totus consentiret: id quod minus modo fieri potest, breuitas etiam adminiculo est non paruo, vt oblecti possint trinus. Sciendum & illud quod antea quoque attingimus, Inferna mulierum magna parte crassiora esse, in viris autem superna. Ratio verò in frigiditate est & calore: nã frigidiore muliebri natura, alimenti, vnde augetur corpus, portio minima surrigitur, quod efficere calor potest. Residens verò in imo, id corpulentius efficit & auctius. In maribus autem cõtrarium euenit: siquidẽ caloris copia delatã sursum

LIBER IIII.

257

sum nutrimenti pars magna, ibi effectũ ostendit ampliorem. Bisulcum Græci nũc *διχυδον* vocant, nunc *διχυδον*. Quæ vsu pedum carent, apodum vocabulo significatur, & inde auiculis inditũ nomen, quas alij cypselos vocant, hirundinum specie. Psellus in libro De victus ratione troglotas nũcupat, quia in foraminibus & cauis ferè latent. Genua elephanti non seclunt, vt Ambrosius prodit: quia rigidior crurum vsu opus fuit, quo velut columnis tanta posset membrorum moles fulciri. Calcaneum modo leuiter inflectunt, riget cetera pedum à summo ad imum. Pedẽ Græci *πίδα* vocat à quiescendi ratione, *πιδά* vel ab *πιδά*, quod meatũ signat, elisa litera *g*, & cõtractione duplicis vocalis in *s*, qui mos Græcis frequens. Aristotelis opinionẽ recensuimus. Vocatur & pars ea *λύρα* proprie: vnde etiã Iphiclus dicitur, quasi iphicolus, ex pedum celeritate. Sed & Colias Venus nõ aliunde corripitur, cui templum & cognomentum constituit adolescens Atticus, puellæ Tyrrhenæ beneficio cõpedibus exsolutus, quibus tenebatur captiuus. Pes item dicitur quãdoque *συνεχόμενος*, vt inquit Eustathius, quanquam vox ea & cursum signat, ac basin. Est ab parte hac proverbium elegans, ab citharædo vsurpatum Stratonico. Minnaco siquidem super musica cum eo dissertare ingresso: Non intendo, inquit, quoniam *ἀνθρώπων το σπυρίδιον*, id est supra talum dicit. Denique in pedibus quæ sunt rupturæ, vocantur chiræ, vnde ita affecti chiropodes nuncupati, velut rhagopodes. Chirida verò manicam Græci vocant: quo verbo vtitur Galenus quoque: vnde chiridota indumenta dicuntur manicata.

Hypoglottides, antiades, paristhmia. *μάδα*, id est mala.
Columella. Staphyle, id est vna. Carotica phar-
ca, vel anodyna: item trigona. *Νόσος*. Larynx, pha-
rynx, laryngus, asphragus, spharagascirruca, pi-
glottis. Tomi nerui. Stomachici qui sunt. Asa stoma-
chi quid. Carotæ nerui. Carotica vena, & sphragti-
des. Celsi locus restituitur. Sphragtides nymphæ.
Hyordes os, sine parastates. Fistula colli duplex. Sto-
machi rati. Cardia, cardiogmos. Plados stomachi.
Stomachi præcordia.

CAP. XIII.

r



LECTIONVM ANTIQVARVM

Ceterum opinor, diu iam multumque in extremis humani corporis elaborauimus, proinde peraccommodum videtur, eiusdem intima, qua poterimus breuitate, recensere: ut quum subiecta oculis omnia fuerint agnoscamus: denique quae sit diuinæ maiestatis ratio in struenda qualibet particula. Igitur summa repetentes, ab collo ordiemur, quonia de capite satis multa cōpēgimus. Sub lingua ergo sunt, quae vocantur hypoglotitides, quibus coheret, Ab iis à lateribus que prominent carnes, antiades nūcupantur, & paristhmia. Subiacet rubedine quidem conformiles, verum auctiores orbicularioresque, quae dicuntur *μύξα*, id est mala. In oris parte intima, inquit Aristoteles, portio visitur staphylophoros nuncupata, id est viigera, Columelli dicunt. Hæc humoris vberitate itumuerit, staphyle vocatur, id est vna. Apud Celsum Cornelium vna appellari & locum & vitium obseruauimus. Traditurum ab Alexandro est in Questionum natura, Columellam id est cionida dici ex figura, vbi humoris affluxu productior euasit: quod si in orbē lobetur, staphylen. Sunt & in collo nerui utrinque valentes, sine quibus sustinere caput non possent ceruicis vertebrae, tenentes vocantur ab rigore. Celsus libro octauo, cerotas nuncupat. Qua in parte Hermolus Barbarus, vir singularis ingenij, & doctrinæ multifariæ deluxatam, subdititiāque dictionem arbitratus, ea expuncta substituit ipse tenontas pro cerotis. Ego & si primæ notæ viris semper assurgō, publico tamen bonarum literarū emolumento, non tenontas sufficiendum puto, sed carotas, aut caroticos & id magnis fultus authoribus. Siquidem in libro De iunamento anhelitus, author Galenus est, Caroticas appellari venas quae in collo sunt, quas si quis comprimat, corruat homo dormienti asini milis, sequaturque corporis totius immobilitas, vnde & inditum nomen. nam *λαρῶν* Græcè soporem signat, ac ebrietatem. Sed & apud Apolloniū in argonauticis vertiginem, ut alibi probabimus. Chalcidius in Platonis Timæum, inde dici caroticas opinatur, quod vulnere impactio mortem afferunt soporiferam, perque eas spiritum ad caput ferri, vnde sint sentiendi initia. Caroticas item venas nō ignorauit tertio De animalium historiis Aristoteles, & qua sciuntur primum sphragitidas appellari scribit, id est iugulares, ut Theodorus vertit. Adde, quod libro quarto idem Celsus ita scribit: In dextera sinistraque circa guttur venę gran-

LIBER IIII.

259

des, quae sphragitides nominantur: itēque arteria, quas parotidas vocant, sursum procedentes ultra aures feruntur. Ut quis interpretari possit, corruere hominē non tam venarum cōpessione, quā etiam neruorum istorum oblesione, quando eadem habentur parte ac situ. Aut si nō ab effectu, ab conuici-
nia facti sciant nomenclaturā. Erat & in Citheronis vertice vno Sphragitidum nympharum antrum cum oraculo. Spiritu affidabantur diuino incolarum multi, quos nympholeros vocabant. Carotica pharmaca legimus item, quae anodyna vocant, & sensibus stuporem iniiciunt, cuiusmodi esse Philonis dicitur, & quae trigona nuncupantur, id est *τρίγωνοι*. Nicandri interpretes nocar, inquit, id est *νύκτωρ*, est caros, siue sopor, quasi *vs luxuriosus*. Sed readeo vnde sum digressus. Antiadibus subest os, quod *βουβας* vocant, ab literæ imagine. Herophilus, quia assistat antia libus, parastatē nominauit. Eodem nomine testiculos dici, probat Athenæus. Sunt porro itinera duo, alterum asperam vocant arteriam, alterum stomachū, ut putat Celsus. Arteria exterior ad pulmonem pertinet, stomachus interior ad ventriculum, qui dicitur *ή κέρω ναικω*, illa spiritum, hic cibum recipit. Lactatius spiritalem, & cibalem vocat fistulam, sed gurgulionem etiam canaliculam alij, quae commeal spiritus. Quem Celsus vocat stomachum, alij gulam, sicut arteriam guttur: Hæc corpore constat charitiliginoso: neque enim spirandi tantum causa est, sed etiam vocis. Quod autem sonet, leue ac solidum esse oportet. Gula verò ex neruo constat, & carne: ex neruo quidem, ut extendi possit, ingestio cibo: ex carne, ut mollis sit & cedat, nec lædatur defluentis cibi asperitate. Arteriae item caput larynga vocat Græci, hoc est guttur, quod approbat Theodorus quoque, & antea docuerat Galenus, partē verò ante larynga & cesophagum pharynga nuncupant Græci iidem: in quo significato, Galeno tradente, dicatur Homero quoque, vbi per pharyngam & humanas carnes eructatas cecinit. Pharynx, inquit Thomas magister, est qua commeal vox. Larynx, qua cibi, ut ex Aristophane liquet in Batrachis. Laryngizo tamen non ad cibos refertur, sed ad sonatiorem vocem. Quin stultus loquuntur, Laryngus vocatur. Sūt qui guttur itē alphasragum vocet: sed spharagum scribere maluit Apion grammaticus. Nam Theophrasto asparaga esse videtur aspharagorū locus, quem corruam dixerit Cato. Spōgias holitores vocant aspa-



LECTIONVM ANTIQVAVRM

ragi radículas illigatas & connexas. Epiglottida vocant minore linguam, nunc connuentem, nunc resurgentem, quæ duabus sit interposita fistulis duplici opere: nam inter epulandū operit arteriam, ne spiritu ac voce illac meante, si cibus potusve in alienum deerrauerit tramitam torqueat. Vbi verò spiritus tantum, aut vox com meat, gulam integit, ne restagnatio intempestiva alui obstrepat. Stomachi nomine Plinius postremam gulæ partem accipit, cui mox adnectatur venter. Nerui in stomachi lateribus vocantur toni. Vbi coheret stomachus vètri, dicitur os vètris magnum. Oesophagus, etiam stomachi appellatio est, de quo dictum est. Sed iuniores barbarè isophagum vocat, quo nomine gulam intelligunt, qua defluit in stomachum cibus, vbi etiam conficitur. Lactantius hanc partè alui appellat. Plinius alui nomine accipit eam portionè, in quam medio adnexa vmbilico delabantur cibi iam in ventre percocti. Qui sit terrestriū quibusdam denticulata asperitatis, aliis cancellatim mordacis. At Galenus, Os ventriculi, inquit, vt veteres *κρυδιαν* appellabāt, ita nostra tēpestate stomachus vocatur, id est gula. De eo, libro De animalibus decimo, sic prodit Auicenna: Stomachi ima esse carnulenta, vt in de ad concoctionem vberior suppetat caloris vis. Os verò neruosum haberi, vt exactior sit ibidem sensus: illuc verò ab medulla cōmeare neruos magnos, vt sentiatur fames, & inanitio, qua obueniēte, expergeficiat animā. Perficit verò cibos stomachus, tum insiti caloris potestate, tum aduentitij, adiacentibus splene ac iecore. Vbi verò incisus ferro victimarū stomachos, Homerus canit, non vti que pars quam præstruximus intelligenda, sed eius tēpestatis more, infima gutturis, bronchi que. Stomachi *δυσπεψία* quū audis, gulę intima intellige, aut ventris os. Author Paulus Aegineta, stomachicos dici nō continentibus cibū. Alam stomachi, & stomachū *σπλιν* vocat rei medicæ periti, quum cibi nimietate inoritur alimonix fastidium, ab verbo *σπλιν*, quod satiare indicat. Quia verò stomachi hostiū cardiā vocant Græci, in stomacho erosiones factas cardiogmos nūcuparunt: etiam si nona defunt, qui eo nomine cordis tremores malint intelligere. Stomachi pladon accipimus lentores ea parte putres, aut simplicius humores aquosos: sic & in vlcèrū ratione Therapeutices quarto pladon intelligit Galenus, quo præpeditur curatio, si *σπλιν*, id est excrementum producat. Idem Galenus

lenus libro quarto De accidēte & morbo scribit, os stomachi præcordia nuncupari. Plinius multa stomachi præcordiis prodesse tradit. Stomachū pituitæ lacunam eleganter vocat Mesue, de copia humoris eius, inibi affatim succrescentis.

Intestinorum ordo, & vocabula. De lactibus choladibus & mesenterio. Mesarchus, mesochorus, Omentum quid: item enterione, & enterionis: ecphyades, paraphyades. Allium cur rusticorum theriace. Et aliamenta. Peritoneum. Syntexis intestinorū. Ileos morbus, seu veluolus, aut chordapjos. Splanchna. Chorda. Orya.

CAP. XIII.

AB ventriculo excipiunt intestina, ex quibus pleraque multis implicantur orbibus, ne semper adfit cibi appetentia, neve alimenti inopia perpetuò famescamus. ideo cavit artificis prouidentia, vt inibi moram duceret nutrimentum, donec iecur necessaria leuocasset, sicuti docuit Auicenna. Alioqui edeli desideris semper infestaremur. Ergo ima ventriculi pars paululum in dexteriore conuersa partè, in summum intestinum coarctatur. Id pylorum Celsus vocat, quoniam portæ modo in inferiores partes, quæ excreturi sumus emittit. Græcè apud Pollucè scribitur *πυλωπι*. Galenus pylorum esse ita nōminatum scribit, siue pro ima ventriculi parte, siue pro intestino huic adnexo accipiatur, vt veluti ianitor iustus nihil permittat exire, quod nō fuerit prius in chylum conuersum atque concoctum. Talem autem chyli bene concocti substantiam certum est per pylorum ad inferiora deduci, non vt excernatur, sed potius vt intra corpus retineatur, vi hepatis in sanguinem transmutada, ex quo omnia membra debent nutriri. Quo nomine libro De vtilitate partium quinto, aperte pronuntiat, intestina non esse superfluitatum excretionis, sed alimentorū potius instrumēta. Illud sciendū ab Galeno & Auicenna, pylorū, seu portonariū, vt recētiore vocat, inter gracilia nō numerari intestina. Sed ex illis primū vocat Galenus, *ἐκφυσιον*, id est exortum, quia ex pyloro primū exoritur, aut dodecaylū, seu (vt nūc dicimus) duodenum ab digitorū mēsu duodecim. Omnino pylorum in imo stomacho foramē accipiūt, cui primū adnectatur intestinum. Leiuū quod vocat intestinum, dictū Græcè nestis, id est *νεστις*:

quoniam minus implicitum nunquam quod accipit cõtinet, sed ad inferiora protinus transmittit. Inde tenuius sequitur intestinum in sinus vehementer implicitum, qua ex caula vocatur à Græcis *ἰσχυρὰ*, quia *ἰσχυρὰ* signet circumuoluerè. Helicem Aristoteles dicit, id est clauiculam. *ἰσχυρὰ* verò dicunt Græci reuolutum pampinum, hederæ speciem Dioscorides. Nam *ἰσχυρὰ* hederæ vocant florem, *ἰσχυρὰ* *ἰσχυρὰ* *ἰσχυρὰ*. Hæc tria Plinius lactes vocauit, in homine & oue: quãquam Suetonius in Vitellio, murenarum lactes etiam vocat: sicut Spartianus, in lupis quoque, quibus rusticos pauerit Helio galus: Quidam lactium nomine, pinguia intelligunt intestina, ut inquit Probus: unde apud Persium, Lactes vncti. Quidã etiam membranas, quibus mutuo nexu implicentur intestina, quæ *ἰσχυρὰ* irem dicuntur Græcis, quoniam in ea corruentur *ἰσχυρὰ*, id est bilis, quam vocant xantham, id est flauam, quæ ex calfaciens acrimoniamque irritans, velut pruritu ad superfuitarum excitet egestionem, ut ipsi interpretantur. Porro ieiunum intestinum Varro hilam siue hiram vocauit, ab hilo, hoc est minimo: sic enim vocatur, quod grano fabæ adheret. Mesenterium dicitur, quo lactes inuoluuntur, ne contactu spinæ duro lædantur. Pollux autem sic: Mesenterion pellicula est ex venarum, neruorumque complexu, rhenibus ac ventri proxima, alimentum in hepar emittens. Macrobius mesenteron pro intestino accipit, ita distribuens, Intestina principalia tria: vnum dissipium vocatur, quod ventrem & cetera intestina secernit: alterum medium, quod Græci *ἰσχυρὰ* dicunt: tertium, quod veteres hiram vocarunt. Cuius autoritatis fulero communitus miror minus, Theodorum lactes pro mesenterio accepisse, etiam si ab Hermolao plurimum vellicetur. Dicit verò mesenterion in Anatomicis libris Galenus scribit, quod in medio sit intestinorum collocatum. Sicuti & mesarchon vocant item Græci quoniam omnes quæ ad ipsum ex hepate venas feruntur, vna cum adiacentibus arteriis circumaque ambit & complectitur. Mesenterion Latine medianum rectè dixeris. At mesochorũ intelligimus, qui in turbæ medio stans reliquis signum proponit vel laudandi, vel quidlibet agendi aliud. Apophyades apud Aristotelem sunt intestinorum appendices. Sed & cephyades dicuntur quandoque. Sunt & in pedibus plerunque paraphyades, quas velut furculos dixeris, & propagines. Sunt qui affectionem

tionem quandam ad mesareũ pertinere autumet, vocentque ita laborantes mesaraicos, quod cibum animaduertat per venas mesareo & mesenterio intextas transmitti de more haud posse. Icur quippe mesarei venis perinde vtiur ac manibus: quæ ex ventriculo suggerant ei cibum. At ij falli videntur, si medicis credendum eminentissimis est, veluti si manus eorum, quos syncope prostrauit, cordis aut gulæ vitio, affectas arbitrere, quod consueta cesserit functio. Sed ad tenue intestinum redeo, id in duos desinit fines: alterum vocant colon, & ventrem inferiorem, quem Homerus niaram nominat, hoc est *ναιφίω*: iacet autem dextra potissimũ parte ad hypochondrium, & quia ibi sit maxima dolorum causa putant grammatici inde *ναιφίω* verbum desecti, quo supplicij significatur irrogatio. Quod verò tenui coheret intestino, cæcum vocatur intestinum: ideo sic nuncupatum, quod à dextra parte incipiens, in sinistriorem peruium & longum est, in dexteriorem non est. At id quod peruium est, late fufum atque sinuatum post multos anfractus denique dextra recuruat in imo dirigitur qua excernit: & proinde ibi rectum vocatur intestinum. Plinius parte infima colon constituit, quod Latine vocatur ile. Longanorem dicunt aliqui intestinum, quod *ἰσχυρὰ* *ἰσχυρὰ* vocant Græci, nos etiam rectum, ut diximus. id crassioris intestino subest, Pollux scribit, quod colon vocat, ac in sedem desinere. Omnia verò hæc contegit omentum, id est *ἰσχυρὰ*, ex interiore parte leue ac strictũ, ex superiore mollius: cui adeps quoque innascitur, qui sensu item sicut cerebrum & medulla caret. Omenti nomine membranã quoque cerebro circũiectã intelligit Macrobius, quam & vestitum vocat. Tunica, inquit Pollux, ab renibus ad omnia quæ digerit intestina, nuncupatur peritoneũ. Denique intestina Græcè dicuntur *ἰσχυρὰ*: unde enterione, lignorum quorundã medulla, quæ tibiis faciendis, aut id genus aliis eximi plerũque solet. *ἰσχυρὰ* apud Aristotelem *ἰσχυρὰ* signat, id est nauium interna: aut ligna, quæ ab carina consurgunt: *ἰσχυρὰ* pronuntiant alij. Entera *ἰσχυρὰ* dicuntur terrestres vermiculi quidã. Dysenteriam Galeno interprete dicimus, non modo vbi exulcerantur intestina, sed & eã quæ crueta ob excretorum specie nominatur. Splanchna vocant Græci interanea, extorũ nomine Latinis celebrata, cuius est modi cor pulmo, iecur, & si qua porro suere vaticiniis destinata: hinc splâchnica

leguntur medicamenta. Dignum relatu: Quadrupedum interanea chordas dici quandoque Græcis, sed & ouium crassius intestinum: vnde est apud Alexim chordarium, Athenæo referre, forma de minuta. Hæc chordas etiam oryas dixit Epicharmus, cuius fuit drama item Oryæ titulo. Syntexis intestinorum est morbus, vbi sese promittit excrementa, cibo minus percocto: vt ex Aegineta Paulo dilucet. Nec ab instituto dissentaneū ita fuerit, subnotasse illud quoque: In sublimioribus intestinorum partibus euenire quandoque dolores eminentissimos, grauitè vomitu infestantes, nonnullis denique stercores etiam reiectantibus, vt vix vnquam euaserit quispiam: *id est*, hoc est voluolum, vocat: nonnulli etiam *χρησθησάν*, quum se tumor ostendat aliquis in tenuium intestinorum portione, vt videatur spiræ imaginem præferre intestinum. Ab inflammatione autem vel aridi stercores obstructione vsu venire id, deprehensum veteribus est. Meminit post alios etiam Paulus Aegineta, mortem huiusmodi vocans *σπινθηρ*, Medicina tertio. Et quia de colo actum paucis, non insuper habenda quæ ad id ex Græcorum prompta thesauris nuper sunt: Rustico intentum operi, vbi colica grauius affectio infestare adorta eum est, remedio vsu hoc genus: nam extra morem se primum præcinxit, mox & cum pane allium esitando ventri satisfacit, ac malo intulit leuamentum: sic, vt ex iis quæ adfuerat omnino interpellatum omitteret. Inter diu vero bibebat nihil, in vespera autem meracius, ac somno fulsum nocte tota perfruebatur, ita vt mane consurgeret *ἀνὸς ἡνῶς*, id est citra doloris sensum. Ex quo, inquit duodecimo Therapeutices Galenus, *ἐπιπυρρὸν τῶν ἀγροῖν ἢ διὰ χυλοῦ ἀποκρίσει τὸ σπινθηρ*. id est ego agrestium theriacen nuncupare soleo cibum hunc. Et si Thracas quis, aut Celtas, vel omnino frigidibus oblecta incoleantes esu eiusmodi auertat, insigne profum intulerit nocuumentum. At, inquit Ambrosius, mirum est, allio delectari homines, quod fugit leopardus: nam sicubi parietes situ infeceris, exilit protinus, nec resistit. Cuius tamen venenata fera odorem non patitur, in mensam admittunt plerique, ac internis infundere visceribus non delinunt. Sed doloribus, dicat aliquis, medetur quandoque: sit ergo medicamentum, non cibus. Condimentorum halimenta legimus apud Hieronymum. Scribunt Græci, lege cautum, vt qui allio vesceretur, sacrarium Matris Deum ne ingrederetur. Eo neglecto

glecto quum intrasset Stilpon, per quietè oblata est ei dea species coarguentis quod legem exculcaret, & philosophum professus. At is insulurraie est visus, Da quo vescar, & alii abstinebo.

Pulmo qua natura prouidentia factus. Cur Latini & Græci pulmones quandoque dicere malint, quam pulmonem. Sitis ratio naturalis. De branchijs piscium. Qui pneumonici, seu pulmonarij. Brachæa, id est breuia. Pulmonea. Pulmones cur dicantur rudes, & insulsi. Aër pestiles cur cibus insciat prauus. Brucorum festum. CAP. XV.

Dicebamus in præcedentibus, meatuum quos in collo recognoscimus, vnum ad ventrem produci, ad pulmonem alterum. Et iam prioris rationem cum intestinis omnibus, vt nostra tulit imbecillitas, executi sumus. Nunc cõsentaneum videtur reliqua persequi, ordiētes ab pulmone, quod est aëris conceptaculum, & spirandi artifex officina, vnde alitur anima, sicuti cibus corpus. Est igitur destinato muneri ita temperatus pulmo, vt esset natura spongiolus, & fistulis inanis bus cauus: ideoque spiritus capax. A tergo spinæ ipsi iungitur, atque in duas fibras vngula bubulæ modo diuisus: propterea Cordubensis Moyses aphorismorū particula prima, Esse pulmonem ex iis scribit, quæ duplicia sunt, quamuis vnitatis speciem præferant. Et primo De animalium historiis Aristoteles, esse (inquit) bipartitus pulmo omnium expetit, verum in iis quæ animal generant, distinctio non aequè apparet, minimeque in homine. est enim hic simplicior, nec ita multiformis, vt nonnullorū procreantium animal est. Caterum ad pulmonis media delabens panniculus, quem iuniores mediastinum vocant, manifesto distributionem eius in duas quasi alas indicat, vt author Albertus videtur comprobare. Ratio autem est, corporis in dextrum sinistrumque partitio: vtrūque enim sibi simile exposcit. Addit Auicenna, datum eum ab natura ingenio sagaci, vt si in parte vna sese ostentari affectio, nihilominus citra noxam altera corpus anhelitu recreet ac confoeat. Quæ causa, inquit, etiam duplicauit aures, oculos, nares. Proinde alterutram partem pulmonis bifariam etiam, si attendas, distribui, ac duos præferre lobos, vt affecto

yno, superfit alter incolumis. Ex iis quæ astruximus, manifestum fieri arbitror: cur Plato in Timæo, & Aristoteles quandoque pulmones multitudinis numero dicere malint, quod & Plautus in Curgulione facit, & De natura Deorum libro secundo M. Tullius. Sed grammatici intra pelliculam se continent, ista minus pensitarunt. Sicuti vel Sophoclis interpres in Trachiniis, qui *πνεύμων* à poëta pro *πνεύμων* dictū pronuntiat, obseruationis huius incuriosus. Qui pulmonē sanguinis expertem dicunt, ex medicorum sententia falli videntur, quia in dissectionibus nusquam apparet: sed perire illū, certissimum est. Contineri verò sanguinem, quum venis magnis, quæ in eo deprehendantur, tum substantia ipsius, eo tamen interstitio, quod qui à venis pulmonis profuit sanguis, fluitantem modo spumam habeat: quia autem ex substantia demanet, ubique sit spumofus, summo, medio, imo: quoniā propior est alendo pulmōni, qui omnino spumofus est, acque inde bene digestus, qui que mox in pulmonis transeat substantiam aptior. pumofus verò pulmo est, simul aëris copia, simul quia bilioso sanguine connutritur plurimum. Quæ pulmonem, inquit Aristoteles, sanguineum habent caloris excessu, qui in eo ipso membro continetur, sitibunda præcipue omnium animalium sunt. Quæ verò non sic, parum bibunt, quoniam fungosum pulmonem habeant. Porro philosophi pulmonē cordis vocant flabellum ac ventilabrū, quo calorē cordis refrigerari, necesse sit. Omnia quæ spirant, tradente Aristotele, pulmonē habent: ideoque piscium nulli pulmo inest, sed pro eo branchiæ. Quanquam non me fallit, ab Aristotele Plinium dissentire, dum posse piscibus inesse scribit viscera alia quæ sunt pulmonis analogæ. Sed in libro De morte & vita, philosophus idem probat amplius, nullum esse animal, quod pulmonem simul habeat & branchias: quoniam sit pulmo respirandi organum ad cordis euentationem, aëre attracto. Branchiæ verò instrumentum aduocandæ destinationum a quæ ad idem opus: cui vnum per se membrum sufficiat. Et enim quia ab natura nil frustra produci consuevit: quum vna sit satis omnibus euentatio, aut ex aëre proueniens, aut ex aqua: vnum tantum ad hoc constitui debet membrum, non duo simul. *βράγχια*, id est breuia, ad branchias pertinent nihil, meminuit vocabuli, vt ceteros faciam missos, historia secunda Thucydides, *αὶ δὲ ἐς βράγχια χριστῶν ἀναπέλα ἕκαστον*, id est,

id est, nauium alia per impericiam locorum in breuia sunt impacta. Breuia legimus apud Melam Pomponium. Addamus etiam illud ex Agricolationis libro Græco: Brucorum, festum veteribus celebratum octauo calendæ Decembris, id est *τῆς ἑβδόμης ἑπέμβριου*. Ab hoc verò spirandi vsu apud Græcos pulmo nomen habet, dictus *πνεύμων*: vnde & pneumonia, siue peripneumonia nuncupatur pulmonis inflammatio. Qui ita affecti sunt, pneumonici vocantur à Plinio & Celso. Pulmonarios non incertè interpretari possumus, Columella docente. Ex spirandi autem ratione id inter noscimus quoque, infectum aërem corruptumque maius longè nocuentum inferre ac conficere celerius, quàm ingesta alimenta itidem non syncera. Hac enim vitalibus non insinuantur protinus, ni concoctione mutata, vnde mitescere prauitas potest. Aër autem ad cordis & pulmonis euentationem pertractus recens assidue, ac inde per latentes meatus vniuerso obrepens corpori vim afferre letiferam confestim valet. Quoniā verò pulmonem esse cordis culcitram, scribit Auicenna, iure caput sequens illi dicabitur, si illud comouero prius, Esse inter mala, quæ pulmonea dicantur stolidè tumentia, vt inquit Plinius, quo argumento factum opinor, vt rudes insulsi que homines, pulmones item dicantur.

Cordis ratio. Itē de vetriculis cordis disceptatio nō inelegans. De igne a vi promēte se ex corde, vnde effingatur sensus. Thalami. Distributoria. Plinij loca expeditur nonnulla de ratione cordis. Accipiter ab Aegyptiis cur dicatur paruo. Cor paruum cur audacie signum.

CAP. XVI.

COR in vtero nascentibus formari primum, traditum ab natura prudentibus est: semen quippe maris in vulua conceptum resoluatur in spiritum: hic verò menstruo sese insinuat humori, atque ibi domicilium quodammodo struit, quod est cor. Sed & ibidem mox reliquorum confurgit generatio. Eandem porro & exanguium esse rationem voluit, in quibus non cor quidē, quod illis abest, sed cordis analogon produci- tur primo. Author nobis Aurelius Augustinus est: Humanū corpus ex quatuor compingi elementis: in carne verò & ossibus terram præcipue fieri perspicuam ob terræ soliditatem: in hu

in humoribus aquam: aërem in pulmone, proinde in motu esse perpetuo, quoniam cordis sit ventilabrum calori contemperando, ne inde illud amburatur: ignis in corde sicut in domicilio est. Quo argumento infra latum est, superioribus sese fastigantibus, quæ sua est ignis figura: ex corde verò ignea vis aëre temperata cerebrum scandit, ceu nostri corporis calum, inibi que expurgata & percolata quodammodo per sensuum sese organa promit, ac extimorum cōtractu formata quinque corporis sensus effingit. Caterum vis eadem sic in sensorii conformata, naturæ potentia introrsum reuocata, cellam petens phantasticam imaginatio efficitur, quæ ab capitis priore parte in mediana transiens rationalis animæ substantiam contingit, ac discretionem excitat attenuata tenens, vt spiritui mox coniungatur, verè nihilo secius corporis naturam seruans, & proprietatem. Est verò cor, vt Galeno tradente condiscimus, omnium viscerum & membrorū corporis radix prima, vitæ, caloris innati ac vitalis fons. Id, vt Peripateticis placet, ita se in humano corpore habet, sicuti in orbem intelligentia prima, & est veluti quidam microcosmi rex nobilior, proinde est illius substantia solidior duriorque, quam vt affectionibus nocuentis que minus foret obnoxium, cum ne spiritus calorque vitalis omnino euanescerent nullo cohibiti solidamēto, sed raritate molliti que efflati. Quod tamen non contigisse, fatendum est, ex terrestris firmitatis redundantia, tunc enim nimio plus aresceret: neque sanguinis concretione sola, vt in aliis, nimis nanque sic remolliretur, quod in hepate perspicuum sit ac splene: sed caloris præpotentis viglobitis densantisque mutuo partes eius. Locus verò ac situs eius sedem obrinet principalem, in medio nanque positum est, ad superna tamen amplius, quæ ad inferna, itémque in antica vergens, magis quam in postica: quippe nobilibus nobilem quoque sedem elargitur natura, ni grauius quid offecerit præpeditur. Venarum esse principium cor, liquer simulatione exuberantis ibi caloris, simul quia cum per cætera viscera venæ transigant, nulla per cor tendit. Porro mediana cordis spissa cauæque sunt, plena etiam sanguinis, veluti ducant inde initia & venæ: ob idque excavatum intus, vt sanguinem contineat, vtque caloris seruare principium queat. In hoc absque venarum conceptaculis subsistit sanguis: in reliquis ferè siua venoso continetur. Sed rectè utique, nam ex corde

corruatur in venas: at in cor nec vnde profluere, perspicuum est, quæ quidem ex anatome, quæ quod in generatiōe cor consistit primum, statimque sanguis scaterere animaduertitur. Motus etiam tristitiæ ac lætitiæ, denique omnium sensuum hinc orti, eodémque deriuari, Peripatetica consentit schola. Præsto est & ratio, quoniam principium esse vnum oporteat, quatenus fieri valeat. Aprissimus verò inter omnia locus est medianus, mediū quippe vnum est. Extrema cordis in mucronē turbinantur firmissimum. Homini tantum paulo vergit ad lauam, vt eius partis frigus contemperet. Huic siquidem inter cuncta maxime frigent sinistra. Copia item neruorum in corde est: hinc enim motus oriuntur, qui intensione remissio neque constant. Cor sine osse est in omnibus, equis modo & bobus exceptis. Magnitudinis id exprimit ratio, vt sit adminiculi loco, cui innitantur. Ventriculus inest triplex animalium cordi prægrandiorum, duplex minorum, vnus postremo. Dexter sanguinem habet plurimum & calidissimum, quam obrem pars item dextra calidior. Sinister modicum eumque frigidissimum. Medius tum copia, tum calore mediocrem, sed puriorem. Caterum commonendi parte hac studiosi omnes, Iulium Pollucem secundo Onomastici, ventres tantum in corde duos agnoscere, quos ipse *lūxax* vocat, id est sinus: item *lūxax*, id est ventres, quibus sanguis insit & spiritus: sed ille exeat per venas, per arterias hic. Verum qui in sinistra, inquit, crassior est, vt qui spiritus sit conceptaculum: dexter verò tenuior quidem, sed spatii latior, vnde sanguinis profunduntur riuus. Quid ergo, dicitur ne hic vt grammatice, toto (quod aiunt) celo aberrasse? eumque cum Philostrato incertum tabulas reiciemus? Minimè verò: nā Celsus idem quoque ait, & primo Colliget Auerrois, cordis statuit cavitates tantum duas, & utique amplas: in dextra vnā, in sinistra alteram, inter vtranque verò meatus solū. Quin & Rasis ad Almansorem duos modo finit ventriculos. Sed nec Galenus in meditullio cordis ventriculum recipit, sed meatum vel foueam. Imò verò & in libro De aëlitus emolumentis, apertam aduersus Aristotelē dirigit aciem, qui tres statuerit ventriculos, quum sensu sit deprehensum, duos modo esse: à quoru altero vena propagetur magna, ab reliquo arteria. In paruis autē animalibus vnum tantum esse. Propterea miror Pliniū scribere, In maiorum animalium corde triplex visitari speciem in nullo



nullo autem non geminum. Hocce ventriculos in libro De
sensu & sensili Aristoteles etiam thalamos vocat. Nos decem
metaphora, & diribitoria possumus nuncupare. Illa vero di-
gna prorsus quæ nõ pratereantur: Quæ hebeti sensu sint, cor
habere durum & spissum: quæ autem sensu valēt, mollius. Et
quia cor, *σπλῆν* Græci veteres dicunt, *σπλῆν* legitur
apud Sophocle pro timido & abiectē frigidior: sicuti con-
tra, *σπλῆν* pro virili ponitur, ac strenuo. Au dacia, inquit
Plinius, creditur, quibus parvū: pauida, quib⁹ prægrande. Sed
cur nam sic? Nempe, quod affectus quē producit metus, iam
iis inest, quoniam calorem proportionē cordis non habeant.
Verum caloris parum in magno exoleseit conceptaculo: pro-
inde sanguis frigidior item cõperitur. Item in venis & ven-
triculis cordis obuenire ferē liquet. Sunt enim frigidiores ve-
næ ampliores, & eodem modo ventriculi. Porro alieni motus
calidum refrigerat. Plus autē spiritus in amplioribus est, ma-
gisque valēt: quam obrem nullā venis grandioribus, aut ven-
triculis obesum, opimūque eua sit. Approbantur hæc ferē
ab Auicenna, tum in Canone, tum De animalibus tertio &
decimo volumine. Opinantur Aegyptij, animæ conceptam
esse cor: qua ratione quum accipitris nomine in dicari animā
putent, illum vocabulo gentilitio *βουδ* nuncupāt, quod ani-
mam signat & cor: siquidem *βουδ* anima est, *νδ* vero cor. Hiero-
glyphico argumento adiiciunt, accipitrem aquam non bi-
bere, sed sanguinem, quo & cõnutriatur anima. Idem porro
cor signare volentes, ibi exprimunt, quæ Mercurij creditur
propria, cordis domini, ac *νεφεως*. Sed & per se ibis, cordis
imaginem præfert. Cor inter viscera omnia nullam prorsus
affectionem sentit: & iure id quidem, nam quod principium
est, ipsum citra noxam seruari debet, ne illo viciato, corruant
reliqua. Scribunt Græci, Hermogenem, cuius De rhetorica
libri extant, multum præferētes ingenij lumen, cor habuisse
hirsutic ac magnitudine extra mortalium reliquorum ratio-
nem in signe. Id ipsum ferē de Leonida in Paralleliis Phluta-
rchus prodidit. Idem de Aristomene Messenio Plinius. Repe-
tium quoque scio ab Maximo Valerio memorabilium prima-
ti. Propterea in carmine Homericō *δένον* lē, nõ densum pi-
lis cor accipi putat Eustathius, sed prudens, *βῆ* τὰ μέλας *βῆ*
σάρα βῆδ *δύναρα*, uti est apud Aeschylum. Quanquam, inquit,
ex

ex historia in quibusdam repertum sit pilosum cor, ut in Ly-
sandro necnon in Alexandri cane. Illud verò Platonis, *ἐχον τὰς*
εἰς ἄγαθὸν δὴ δειτ ἄδι *ἄ φυχῆς τῆς ψυχῆς*: id est habens in anima ser-
uiles pilos: in fatuitatē rudem scõmma est, quod de seruorum
ducitur consue, qui appellatur Thrix seruilis. Sicuti rident itē,
quod duplicatum in quibusdā animantibus dicatur reperiri
cor, quod Plinius recensuit: principium etenim vnum modo
esse debet, ut antē docuimus. Aut quod quibusdā defuerit vi-
ctimis: hæc enim citra possibilitatem dici. Quando, ut Peri-
pateticis traditum scimus, corde carens nullum vnquam ani-
mal ortum est. Sicuti neque item iecore: quāquam quod non
totum haberet, iam innotuerit. At, ni mendum exemplarium
est, hoc carēs viscere cõpertū quādoque pronficiat Auicenna.
Aequē dictari ineptē putant, augeri id per singulos annos in
homine, ac binas drachmas ponderis accedere ad quinquage-
simum annum, ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere
homines vltra centesimum annum defectu cordis. Quā rem
Aegyptiorum doctrina contineri, Plinius idem author est.

*De iecore, pancreo, holecymo, elco, helco, ac felle. Plinij lo-
cus explicatur. Item ratiū longioris breuiorisque vi-
tæ. Augustini Barbadii historia. Fissum iecoris quod
sit. Cicero explicatur: Hepatici qui, & vnde sūt. Fel-
lenus Deus. Hepatus piscis. Hepation. Lucij locus
perpenditur.* CAP. XVII.

Omnibus igitur quæ sanguinis expertia non sunt, duo
comperimus necessaria in primis, cor, & iecur, & cor
quidem caloris ratione: locum enim adesse aliquē, quasi lares
foecūmque oportet, quo naturæ fomites, & primordia ignis
natiui cõtineantur seruēturque: eundēque tutum esse, ve-
luti arcem corporis totius, necesse est. Iecur autē membrum
(ut Plato inquit) nobilissimū, cõcoctionis cibariæ gratia con-
tributum esse dilucet. Illud verò ex Galeni doctrina est, Ex
spiritu resolutō ab hepate in toto effici corpore appetentiam
oblectantium seruantūque. Hinc parti huic præfici Vene-
ris stellam, veteribus est traditum: dici quoque iecur, quod
iuxta cordis vires potestatem exerceat suam, velut illi assidēs
in excitanda vi appetitionis, quæ ad vitæ pertinet fomenta.
Nec citra appetitionem animal esse sentiens queat. At ani-
mato

mato spiritu exhalante ab felle, indignationē vbiq̄ue coor-
ri. Vnde proclit Plinianum illud ex libro vndecimo: Ex fel-
le, inquit, & in mores crimen bilis nomine, adeo magnū est
in hac parte virus, quū se fundit in animū. Sed quid bilis vo-
cabulo propriē intelligendum, in capitis sine insinuaimus.
Auzozar eo libro, quē supra aduocauimus, proclit, Hepar esse
per se membrū maximē præcipuū, cuius maximi pernoscan-
tur effectus: nō aliunde deducta virrite, sed ex seiplo propa-
gata. Quod si vita nobis cōtingat optabilis, & optima, ieco-
ris id virtute fieri, auctore Hippocrate. Galenus & medico-
rum ferē vniuersa schola, iecur esse præcipuū sanguinis orga-
num statuunt, & venarū principium: siquidem mearibus sto-
machū & iecur interiacētibus ascēdens chylus ad sanguinis
formam disponitur, mox vbi hepar paratum exceperit chy-
lum, ac velut subfigurationem quandam obtusam, sanguinis
modo speciem à subseruientibus ei miseracis adeptum, su-
perinfert ornatum, vimque ad perfecti sanguinis percoctio-
nem cum superfluitatum excretionē. Habet item iecur prin-
cipatum virtutum circa nutrimentum operatium, quoniam
sit naturalis virtutis fons. Admirabile est, quod hac parte refe-
rendum censuimus: Quum Venetiis Augustini ducis ex Bar-
badica gente disseicaretur defuncti cadauer, vt eximerentur
interanea, in hepate inuentus est lapis propē cystin fellis, ma-
gnitudine grandioris oliuæ, coloris serpētini in nigredinem
tendentis. Iecur porrō intrinsecus cauum, extrinsecus gibber-
um, quod prominēs leuiter ventriculo insidet: & in quatuor
distribuitur fibras. Quanquam verō quandoque repertum sit
animal liene carens, vel duplicem habens, item altero vacā-
rhene, quod tamen toto careat iecore, necdum est comper-
tum, etiam si partem deesse, sit adnotatum: cuius rei author
Aristoteles est libro De animalium generatione quarto, vt
paulō antē commemoramus. Hinc veterum superstitione pesti-
fera nuncupabat auspicia, vbi caput in iecinore non fuisset,
eo nomine summitatem eius intelligentes, quæ vocant Græ-
ci *supra* id est gibba: sicut inferiora dicunt *infra*. Fissum ta-
men iecoris appellat in Diuinationibus Cicero, quia sicut vt
tradunt aliqui dux fibræ, Fissum, inquit, familiare tractant, &
vitale: caput iecoris ex omni parte diligentissimē conside-
rant. Idem alibi apertius, fissum iecinoris dicitur. Lucanus
primo Iharfalix:

Eccc

*Eccc videt capiti fibrarum increfcere molem
Alterius capitis: pars ægra & marcida pendet,
Pars micat.*

Quod autem familiare fissum ait, illuc spectat, quoniā pars
vna inimici dicebatur, familiaris altera. Lucanus:
*Veniſque minaces
Hostili de parte videt.*

Maximum, inquit Pollux, iecinoris munus est, alimētum in
sanguinem digerere ac fel, quam *cholus* appellant: & hęc qui-
dem conceptaculo affundere, quod maximo eius inhaeret lo-
bo, idque humoris nomine cholen item dicunt, vnde & acho-
lon felle carens dicitur, Sunt & in iecinore quæ vocantur py-
la, id est portæ, à Græcis, quibus sanguinē excipit, quæ vnus
venæ opera reliquis infundat omnibus. Nō omittendū, quod
curiosa veterum sedulitas nobis prodendum censuit. Siqui-
dem locorum captantes salubritatem, pecoribus immolatis
quæ in iis pascerebantur, vbi oppida constituere, aut statua ha-
bere cōcepissent, ex iecinoris habitu aëris modum coniecta-
bant: nā si liuescens, vitiosumque in pluribus compertū foret,
insalubritatis videri argumentum arbitrabantur, pabuli &
aquare ratione. Sciendum verō, si causatio se in iecinore osten-
tarit, qua imbecillius factū suas minus obeat functiones, effi-
ci inde hepaticos, seu iecinorosos. Tametsi non me fallit Ga-
lenū ita sanxisse, Hepaticos censeri, qui longiore infestentur
iecinoris dolore, cum tumiditate solida, & corporis vitiatō
colore, vnde astuosa ferē succedatur febris lingua inarescen-
te amplius. Iecoris pinnulas nominat ad Fabiolam Hiero-
nymus: Pinnula, inquit, iecoris offertur super altari. Durat
etiamnum appellatio hæc apud Rhodiginos meos. Sunt ve-
rō in eo viscere prominentes pinnulæ, quas & fibras dici opi-
nantur. In Athenæi tertio, hepaticæ legimus: vnde illud Lucil-
lij apud Nonium ita emendari potest: Gigeria sunt, siue adeo
hepaticæ, vt hepaticæ legamus, etiam si ab aliis aliter legitur
locus is, videntur autem hepaticæ non aliud quàm iecinora,
quando Attici probaton dicūt & probation pro oue, vt apud
Aristophanem, Pluto. Pancreon inter carnes & adenes, id est
glandulas, medium lieni adiungitur, & stomacho ac iecori.
Ab carne nomen est sortitum. Dignum scitu: Hepaticæ dolo-
rem ab Archigene dici holcymon, id est tractorium & inha-
rentem & torpidum, atque atrocius molestū. At verbum id,
inquit Galenus, inusitatum Græcis. Sunt tamen qui admit-



LECTIONVM ANTIQVAVM

tant, sed pro viscido accipiunt, cuiusmodi viscum est, vt cuius vna parte tracta, insequatur illi coherens altera. Sub hac verò notione hepatis dolor dici holcyms nequit. Sunt qui holcymon hepatis interpretantur dolorem, quum hepar vel induratum vel inflammatum detrahere iugulum videretur. Alij quum diuturno laborat morbo. Alij cum mediocri afficitur dolore. Sunt qui tardum intelligant, vt qui acuto aduerfetur. Nonnulli vrgentem, alij vehemētem. Holcos nauium apud Thucydidem historia tertia, phalangas interpretantur. Est eo item nomine apud Sudam aqueductus, id est *ἀγναις* *ἰσχυρῶς*. & cauda quoque, verum sic dicitur proprie draconum tractus, ab utriusque carina per totam procurrens nauem: sic enim est *Ἀγναις* *ἰσχυρῶς*. Holcos quoque dicimus tum lora, tum homines de potestate trahēdi. Olcia verò aurea apud Athenarum libro quinto, crateras accipio magnos, aut pelues. Denique dura hepatis dispositio nūcupatur scirrus, quod scribit Paulus Aegineta Medicinæ tertio. Ex inferiore autē parte adsidet fel, cuius folliculus ab Græcis dicitur cholechus, qui siccum contineat humorem, pallefcētē quādoque ab Galeno, visum, vel coloris cyanei, aut isatis herbe. Est verò aliud nil, quā purgamentum pessimi sanguinis. Iocur tamen magna ex parte, maximoque animalium numero felle caret, quod inspectis visceribus innotuit. In parte quadā agri Chalcidici Eubææ fel nullum pecori est, at in Naxo quadru pedibus ferè omnibus adeo grande, vt qui sacris incumbant, satis aduenæ nequeant mirari. Qui fellis naturam sensus alius cuius rationem habere sunt opinati, tota errant via: idcirco enim esse contributum ratiocinantur fel, vt morfu animæ partem excitet in iecore sitam, rursūque exhilaret laxādo. Anaxagoras item per errorem acutorum morborum causas inde profluere, nobis persuadere voluit, quoniam eo redūdante inspergatur pulmo & venæ, atque item costæ. Nam ferè accidunt ea viria felle carentibus. Sed enim vt bilis, quæ quilibet corporis parte gignitur, excrementitium quiddam est: sic adiunctum iecori fel nulli delegatur muneri, sed recrementum tantum est. Quibuscunque iecur adest salubre, & sanguis id subiens dulcescit, ea vel fellis sunt expertia, aut id habent quā minimum. Sanguinis impuritas fellis tum presentiam, tum magnitudinem facit. Quia verò sedimentum fel est, & exuperans inutilisque materia, inde veterum nonnulli,

LIBER IIII.

275

nulli, vitæ longioris, ac (vt Græcis dici assuevit) polychronia, ratione scrutari, ex fellis vacuitate demanare id sunt suspicati, argumento ex ceruorum vita deducto. Sed & delphinus, qui fellis expertus item est, longæuus est. Iecoris enim natura pro qualitate sua parum multūque viuendi rationem habere innexam potest. Medicorum scholæ ita sanciant, adiumentum ex felle haberi non postremum, vt exalfaciat, proindeque cōcoctionem foueat secundam. hepatis innatum calorem fulciendo, esse nanque iecori subiectum fel ratione feruescentis humoris, perinde ac ignem sub cortina successum. Porrò ab eodem profluere non negligendam in eo vtilitatem, dum vim ad intestina transmittit, qua extimulante, celerius feculētā materia fiat secretio. Eius verò præfarto præclusioque meatu, morbum obrepere regium deprehendere periti, quem ictericum quoque dicunt aut arquatam, toto corpore felle suffuso. Submonendi tamen amplius parte hæc legentes sunt, quod & paulò antè indicauimus, apud Latine loquentes, vt obseruatum eruditus est, bilis nomine intelligi corpore toto humorē sparsū, dissectūque: fel autem esse, quod folliculo conclusum in iecoris visatur materia, etiam si *χολή* Græcis vtrūque indicet, parum distinctè. Quidam nihilominus ex medicorum præcipue decuria, biliosos humores *χολή* nūcupant, *χολή* haud quaquam. vbi verò cholendicis simpliciter, inquit libro decimo Simplicis medicinæ Galenus, flauā intellige: alijs enim cū adiectione pronuntiamus. Fellenus cum felle cōmercij habet nihil, fuit eo nomine Aquileensium Deus. Dignū scitu: Haberi piscem nomine hepātū, vt cōmeminit Athenæus post Aristotelem, cui abesse felle creditur. Propterea Eubulus ex paræmia forma, Rebaris felle carere me, nec mecum aliter quā cum hepato pisce loquebaris. Lesbiam hunc dicit Arhelstratus cœnarum *δοξα*, & gulonum Hesiodus, Theognisve.

De liene, & risus immoderatione. Plinius, Cicero, Quintilianus declaratur. De Canna liensis. Asplenon medicamentum quid. Cur Traianus piscum appellarit lienem. Splenici, tussici. Canum siuor unde sit. Splenia emplastra. Interim quomodo mortuus Zenxis.

CAP. XVIII.



Equidem dum magis magisque mecum repeto diuinæ maiestatis in hominis fabrica exuberantē prouidentiam, nequeo tantæ bonitatis amplitudinem mirari satis: quæ omnino intactū nil liquerit, quod vel necessitas requireret, vel etiam vsque ad delicias foret optabile, nedum ad ornāmēta profecisse nobis, satis habuerit. Sed nimia hæc indulgentia sæpè per infirmitatem, ne quid grauius dicam, alliditur, quandoque etiam, veluti puerulos mollius in sinu parentū educatos prouehit ad querelas, quod non hoc vel illud cōtribuerit nostri corporis artifex, ceu parua sint quæ modo accepimus. Nam quale est, quod nunc subtexendū est, lienis emolumentum? Quod parte læua situm aduersus iecur, ideo laxum molliūsq; est, spōgiæ quadā imagine, sicuti à Cordubensī Moyse proditum scimus, vt facilius sanguinis crassio rem secernendo alliciendōque repurgaret feculentiam. Sunt ex authoribus, qui ioci intemperantiā huius visceris amplitudine arbitrentur constare, quod in naturali historia relatum non me fallit. At M. Tullius quāuis sub aliena persona, miratur: quod mutatus ab hoc & Quintilianus facit; vnde affluentissimus quandoque proueniat risus, qui sæpè ita erumpat, vt etiam si maxime adnitaris, nequeas tamen cōprimere, quin & latera, os, venas, oculos, vultum occupet. Zeuxin pictorē risu emotuum prodidit. Verrius, dum animum à se pictam rider affluentius. Author Auicēna est, lienis virtute ex iecore prolici melancholici humoris vim quum naturalis, tum accidentalis, id est adusti: nec ratione canonica proueniētis, quēque non intendat natura. Euenit id vi duplici, hepatis exigentis à se redundantia, lienis verò excipiētis perliciētisq; Vnde prouenit sanguis benignus, clarus, copiosus, lucidus: quem esse risus causam, naturæ rerum periti tradūt: ex sanguine quippe ita affecto cōsurgit spirituum multitudo & claritas animam exhilarantium. Proinde traditum quoque, meracius vinum moderatè haustum frontem exporrigere, ac latos reddere, quia inde sanguinis profuit bonitas. Siquidē humoris egregie dicitur humanæ naturæ accommodatus. Scribunt item medicorū scientissimi, Cordis ardores temperari plurimum atræ bilis frigore ad alienis conceptacula subductæ, Id verò fieri, vt læua sint dextris frigidiora, quod locali conferre motui plurimum, rationibus colligūt. Ex iis verò omnibus mirari succurrit Erasistrati prudentiā, à quo promptū in literas est,

est, Lienem frustra videri productum, quādo nulla prorsum in eo se promat vel operis vel utilitatis ratio. Aristoteles quoque ab sententia eadem videtur non abiisse lōgius, quum tertio De partibus, lienem per accidens esse necessariū scribit, sicuti retrimentatū alui, tum vesicæ, vnde sit vt in nonnullis magnitudine deficiat. Lien vapores, inquit, vacantes, diuertit, & attrahit ex ventriculo, & concoquere eos potest, vt qui sanguineus sit: quòd si plus excrementi adfuerit, parūque insit lieni caloris, corpus immodico languescit alimento, & humoris confluio fit, vt lienosus quis euadat, & obdurecat venter. Splenici quoq; nūcupātur sic affecti. Firmicus Matheos quinto: Si verò, inquit, luna fuerit minuta luminibus, animo pariter & corpore lāquidos faciet, alios tussicos, alios splenicos efficiet. Dignū relatu, quod prodit Horus: Splenicis rōnas: nec odorari, nec ridere, nec sternuere item posse villo modo: quin canis seu in mortem incidit, seu in furorem, ex splene promi causationem. Nec reticendū, hoc viscere volatilia non præmuniri, quoniam pennarū vis recrementū absumit melancholicum. Quare homini, & quadrupedibus præcipuè, splē necessarius fuisse videtur. Caterū id nō in postremis dignum occurrit admiratione: Esse quādam terrarum parte hac discernicula, siquidem in terra Caria prope Rhodum Caunij pestilente celo sunt, & lienosi, vulgato apud Strabonem aliōsq; Stratonici citharædi sale: qui illos intuitus colore admodum viridi, dixit hoc illud esse quod poeta Homerus cecinisset:

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

Quūque illum incusarent, quòd urbem vt morbidam carperet: Ego, inquit, eam morbidam dicere ausim, vbi mortui ambulat: Prope Cortynam in Creta apparentem splenē pecora non habent: quod amplius medicorum scrutantes scholæ, in illis enasci herbam locis, denique compertum prodidere, qua vescentia pecora lienes imminuerēt: vnde & lienosis curandis medicamen excogitatum, quod ex re asplenon Cretenses dicunt, Elegantissimum est & illud quod in Iuliano Sextus Aurelius prodidit: Traianum exactiones improbantē detestantēque solitū dicere, Piscū esse veluti lienem, quod eo excrecente, artus reliqui contabescerent. Prius verò quā hinc digrediar, Platonis quoq; sententiā collubuit apponere. Proximus, inquit, iecori locatus est lien, vt purū hoc

semper, clarumque reddat, & modo speculi nitens atque perspicuum, ad imagines exprimendas accommodatum. Crassissima verò in liene portio dicitur visceris caput, nominatur & splenium. *σπληνίον* apud Græcos, est splenis vitio, seu lienis laborare. Sunt & in genere emplastrorum solenia, de lienis forma nomēclaturam indepta, videlicet in longitudinē producta, fronti plerunq; arcendis doloribus solita impingi. Græci sic finiunt: *αδρυσίαν* *αδρυσίαν*. Galeno hæc quandoque *σπληνός* vocantur, id est splenes. Dicitur & lebeti subiectus capreolus, id est helix splen.

De rhenibus. Perinephra. Grammaticorum defensio in rhenum etymo aduersus philosophos. Rhenū vitia, & vocabula. Nephritis, nephritica. Matula intercus. Diabetes. Dyspacos. Stegnavitia. Astricta febres. Osphys. Ixys. CAP. XIX.

Rhenes verò quo nam & ipsi ingenio producti? aut quā mirabili vsu? hi lumbis, vt credit Celsus, sub imis coxis adnectuntur, parte quadam resini, parte globati. Venosi porro sunt, & ventriculos habent, ac conuelantur tunicis. Rhenes nulla haberi necessitate Aristoteles putat, sed vt melius & locupletius sit. Humoris enim excrementij gratia, qui cōfluit in vesicam, adiunctos esse ex sua natura, in quibus plus eiusmodi sedimenti fieri solet, vt vesica melius suo munere fungeretur. Dexter in omnibus, sicuti repetit Auicenna in Animalium historia, superiorē obtinet locum, minúsque pingui obducitur, & sicior est. Habent sinum exiguū, à quo meatus duo insignes ad vesicam desuunt. Alij etiam ex aborta frequentes perueniunt. Rhenum igitur munus (inquit Galenus) est, quod in sanguine serosum est, ab hepate attrahere, vt exuperantia humoris aquosi sequestrata, corruptionis absit discrimen: quanquam sunt etiamnum, qui ab tota substantia eiusmodi fieri attractum putent, suffragante iecoris vi expellere. Diuersum verò in corpore sunt fortissimi locum, nō absque prouidentia ratione, verū ne aliter constituti sibi inuicem officerent, minúsque ob id destinatū impleverent munus: Fuit & in sinistro ratio peculiaris, ne si altius assurgeret, ab liene cōprimeretur, qui sinistris maximē accumbit. Ita in structura huius ratione nil se ingerit fortuitum, nil quod sapiētia summe

maiestate

maiestatem nō praeferat amplissimē. Sicuti quod visceris huius caro densior, compactior solidiorque est, ne quid exfugeret, præter serosam sanguinis tenuitatem, neque enim bilem atram aduocat, non pituitam, quibus crassescerentibus oblædi posset præfartis oclusisque meatibus. Porro soliditas alterum quoque parit propugnaculum, ne potus recrementa acuta mordaciāque quid valeat labefactare. Sic denique validius suo defungi munere potest nam rarefcēte viscere, aut aliquo modo ex affectione facto imbecilliore, impurior profuit vrina, carniū recentium loturæ consimilis. Id ipsum & affecto hepate prouenire exploratissimum est, quum sanguinis vis maior in rhenes defertur. Duo porro sunt, tum ratione quam in aliis antea protulimus, tum quia defluentis humoris copie par non fuisset vnus. Quod si forma ampliozem natura produxisset, non paruo statura fuit magnitudo ea corpori, nō ita late patenti susoque, *πυγνίον* dicunt Græcorum scientissimi, quæ rhenum obesitate opplentur. Grammaticos incessant ex philosophis nonnulli, qui rhenum etymon scrutati, *ῥήν* *ῥήν* *ῥήν*, id est ab defluxu obscœni humoris nomen defecti opinantur. Non rectē inquiunt, quippe riuū humoris eiusmodi spinæ coherent, & sunt ab intestinis separati. Caterum viri doctissimi, aliud est de natura disertare, aliud discendi perpendere rationes. Vos humoris obscœni appellatione genituram accipitis, nos vrinæ sedimenta. Docere vos id Laëtantius potuit, sic scribens: & velut de scripto antecedens aberrare, aut prapostere quippiam enuntiarī haud patitur. Vena, inquit, in maribus, quæ seminum rationem continet, duplex est, paulò interior quàm illud humoris obscœni receptaculum. Et ne addubites, paulò antè mentionem de vesica fecerat. Ex caloris postremò redundantia vrinæ consequi incontinentiā, stillicidiāque traditur. Rhenum morbus dicitur vtique nephritis, sæpe lapide magnitudinis visendæ, vel in rhenum altero, vel in vteris inorto impactoque. A quo prouenit colico haud absimilis dolor. *ῥήν* inde dicuntur *ῥήν*. Extat apud Paulum ad rhenū vitia cōpositio, quæ vocatur *αδρυσίαν*. Est & rhenum affectio, quam matellæ intercutem nonnulli vocāt vrinæ profluuium alij, aut diabetem, & *αδρυσίαν* quoque. Verū rara est hoc genus ægritudo. Sitim parit extra modū, vnde dicitur dyspacos, vt author est Medicus tertio Paulus Aegineta, vt rescribam? statim, quod mutuo su-

mimus. Diffinitur ab eo, ταχὴν τῶν πνεύματων διέξω: unde & διὰ τὴν νύcturam, velut trāitus, ἀπὸ τοῦ διὰ τὴν νύcturam. Est tamen apud Aetium diffacos, quam voce alia sonchou dicunt lactucā similem. Authores sunt existimationis haud diluta, à quibus rhenum vitia quaedam vocantur στυρία, id est alstricta, quā prapedita vel non fuit vrina, vel difficulter fuit: nā & alstrictas febres dixit Celsus, sicut & in diffinitionibus Galenus, vbi retrimentiorum omnium impetus inhibetur, sudoris, vrinae, pituitae, alui. Quippe vasa Graeci στυρία vocant, humoris per rimas nil remittentia. In rhenum meditullio qua cingimur, partem eam Galenus ἰσχυρὸν dicit, & ἰσχυρὸν: nostri, lumbos vocant, sed apte parum.

Vreteres vena, siue vrana. De vesica, & vesica affectionibus. Opisthuretica, emprosthuretica, vretici. Galeni historia, Ischuria, dysuria, stranguria, immeiere vrinam facere: incontinentes vrina. Orionis historia fabulosa. Thrombus, grumus, paresis, ptyriasis, lithiasis, vretica, chalastica, catotERICA, anotERICA, emetica.

CAP.

XXI.

ARhenibus autem singulas venas colore albicantes delabi, compertum est, ad vesicam. Eas ab re vreteras, siue στυρία Graeci vocant, quod per eas in vesicam, quam cystin dicunt, destillare vrinam, conceperint: nam opisthuretica dicuntur retro vrinam mittentia: sicut quae ante, emprosthuretica. Qui vero frequentius mingunt, vretici appellantur. Scribit Galenus, sibi ipsi accidisse dolorem vehementissimum, vt videretur in ventre intimo terebra perforari, in eo potissimum spacio, per quod à rhenibus ad vesicam vreteras scimus extendi. Quod eo libentius apposui, vt eorum coargueretur vanitas, qui vixisse Galenum prodere sunt ausi, sine corporis incommodo profum vilo. Quae vero attulimus, ex libro sunt De locis affectis secundo, vbi inferit, mox excretum à se grauisimo cum dolore humorem, vitream à Praxagora nuncupatū, quod sit vitro fuso similis, aut ob frigiditatem. In viris autem vesica recto adsider intestino, ad sinistra vergens. In foeminis, in genitale procumbit, subiectamque vuluam habet. Vrina iter in viris spaciosius & compressius, ab vesicae ceruice colē petitur: foemina breuius pleniusque super vuluā se ceruicem ostēda

ostendit. Hanc prouida, sagaxque natura neruofam compedit, duram, tenuem quoque, vt vrinae mordacitati sufficeret ex bilis permixtione: item, ne prater voluntatem profliueret vrina. Sunt qui ex tunica duplici cōcinatam tradant, tamen si Galenus, & alicubi Auicenna, secus literis mādant. Sed circuncinctum vesicae indumentum speciem praebet tunicae duplicis: verum id vesicam ipsam non componit. Ischuriam, id est, ἰσχυρίαν, vrinae integram vocant retentionem. στυρία vero vrinae stillicidiū: id est (vt inquit Caro) vbi lotium substillum est, id est stillatim fuit. Id & ἀστυρία dicunt: sed proprie, vbi lotium agere it. Aristophanes: στυρία, ἡ δὲ τῶν ἰσχυρίαν λέγειται. Siquidem vrinam supprimit cardamum: vel, vt Graecē dicam, ἰσχυρὸν ἰσχυρίαν. Sed & ἰσχυρία. Sunt & qui vrinae nuncupantur incontinentes Plinio. Luxatio musculis ceruicis vesicae, id est, χάνασ τοῦ τραχήλου τῆς βύσσου μύου: vt Aegineta inquit Paulus, vitium progignit: hī à Graecis ἰσχυρία dicuntur ferē, id est immeiere, etiam si Persio aliud signet verbum id. Vlpianus hosce vrinam facere dicit. De vrinae vocabulo conciliatum item Orioni nomen, quem Candaona dicunt Βεοτίj, sciunt omnes. Nam quum Orieo ex Clonia non nasceretur liberi, Iupiter, Neptunus, Apollo suscepti hospitio in bovis corium vrina emissa, Oriona prodixerunt, quo argumento Tripatrum appellauit in Alexandra Lycophon. In sunt vesicae item, quos medici ὄψιθες, id est grumos dicunt: sed hī tamen & intestinis, ventriculo atque thorace nonnunquā continentur. Eos animi defectio & color insequi foedus solet. Esse autem non aliud videtur, quā globatus sanguis ex vasibus suis effusus, qui vesicae meatum obstruit offarcitque quandoque. Est enim grammaticis grumus, terrae prominentia tumulo minor. Vesicae item affectiones Galeno sunt haec, πάσις, siue resolutio. Nam & ὀψιθες resolutos dicimus. Fortē vero haec fuerit vrinae incontinentia. ὀψιθες, quippe πύρις furfur est. ὀψιθες, quia λίθος est lapis. ἰσχυρία, id est vlcera, praecipue in collo, hoc est ὀψιθες τῆς τράχηδος. Dysuriam à stranguria dispecuit Galenus idem, quoniam illa modo sit, vt praenunimus, ἰσχυρία τοῦ ἰσχυρία: hac vero uacat ὀψιθες ἰσχυρία. Vretica pharmaca tertio decimo Therapeutices legimus dici sapiculae, pro iis quae vrinam prouocent. Qua in parte Chalastica item dici quaedam animaduertas, modicē exalfacientia, & praefarcta corporum attenuantia, & inflandi compotem

spiritum minuentia: insuper & factam digerentia inflammationem. Catoterica in libro eodem videntur dici, quæ purgant per infernum venter: sicuti anoterica, quæ per vomitum, vnde & emetica vocantur.

Præcordiorum, siue diaphragmatis ratio, & nomina plurima. Phrenes. Prapides. Plinij obscuritas illustratur.

Hypocondria. Chartilago quid. CAP. XXI.

Quum diuina prouidentia in hominis structura scienter omnia confingeret, thoracis capacitatem ad summum sapientie æquilibrium conformare sic adorta est, vt quum in pectore, sicuti Plato vult, mortale genus anime foret collocatum, quumque inibi quod melius, quodque natura deterius est, viseretur, locum ita disparatit, vt discerniculo clariore sedes altera secerneretur, vt virilis à reliqua, quæ veluti feminarum foret. Chartilaginem quippe mediam interlocutit, quæ animæ portionem fortitudinis & iracundia: participem contentiosamque parte contineret superna, vt rationi obtemperans hæc concupiscibilem pariter coerceret, tanquam vitulata, si quado rationis imperia detrectaret. Est verò membrana hæc tenuissima medio sub pulmone transuersa, velut pectoris septum, costis & subchartilagineis, & spinæ adnexum, parte media tenue, membranæque exilitate contextum, atque item venas habens. Musculum tamen, non membranam nuncupat Galenus. Est autem musculus non aliud ferè, quam nervus intexta caro. Septum hoc Plato. Hippocrates & Galenus phrenas item nuncupant, quod verbum nobis mentem indicat, tanquam in prudentia: participatum veniant: verum id haudquaquam fit. Sed ita dicuntur, quia adiacent iis, quæ facultatis eius expertia non sunt, vt placet Peripateticis, cordi nanque prætenduntur, ex quo à nobis præcordia vocantur: & à Græcis quadoque *πρεκordia*, sed & *πρεκordia*, quod eundem Theodorus transfert. Appellatur & *διαφραγμα*, quoniam in naribus interseptum eodem censetur nomine. *πρεκordia* etiã potest vocant, vt scribit Eustathius, deflexo verbo ab *πρεκordia*, vt sit *πρεκordia* *πρεκordia* *πρεκordia* *πρεκordia* *πρεκordia*, id est prævidens, ac futura præcipiens mens. In præcordiis, inquit Plinius, fuit peculiaris causa, vicinitas alui, ne cibus supprimeretur animus. Intellige, vt anima sentientis origo inoffensa seruetur, nec facile cibi exhalationibus distringatur, & caloris aduentitij

titij copia. Nam & sic quoque, vbi ex conuicinia attraxerint præcordia humorè calidum atque excrementitium, continuò mentem sensumque perturbant. Quamobrem parte sui media tenuia sunt, vt minus vaporis excipiant: nam si carne pleniore constarent, copiam vaporis & haberent & traherent. Porro & partem hanc, inquit Aristoteles, calefactam celeriter, sensum mouere, indicat id quod titillatu euenit: diffiunt enim risu, quos titillaris, quia motus celeriter ad eum locum perueniat, qui quanquã leuiter calefacit, tamen mouet etiam præter voluntatem diffuso spiritu ac resolutio. Facit autem cutis tenuitas, vt homo vnus omnium titilletur, simul etiã quia ridet vnus. Ictu in præliis traiecta præcordia risum attulisse, proditum est, ob calorem quem moueat vulnus. Meminit doctrina: huius Auicenna quoque in Animalium historiis libro decimotertio, sed obscurus. Ex iis verò lux Plinio infertur nonnulla libro vndecimo. Et hæc quidem sunt de diaphragmate obseruata veteribus, qui balbutisse quodammodo videntur, si spectes ea, quæ mox ingeniorum acumina excogitarunt, quando exploratū est obseruatione acerrima & scientificissima, inspirationis & vocis, & omnium virium corporis initia referri accepta oportere diaphragmati. Etenim corporeas potestates expansu imbecilliores effici, experimētis commonemur, sicuti cōtractu cōstipatūque iuuari imprimis. Hinc sefermit singularare præcordiorum emolumentum: quod Galeni principis artis medicæ prudētia compertū creditur. Quippe horum facultate præcipua aëris in spiritali reciprocatione comparatur ingressus, atque item egressus: quod Cordubensis non displicuit Moyse ex Galeni doctrina in libro De lacertorum motibus. Nam lacerti facultate proprii cōtrahente, vbi retrahitur diaphragma, insuit spiritalis aër. Rursum vbi eiusdem virtute diuersa expanditur, egreditur spiritus. Huic inuentio suo in tantū Galenus applausit, vt in lucubratione De motibus liquidis prodendū putarit: Eã in medēdi sciētia indagine videri ceteris prælatiorē, qua peruestigetur, quo instrumento clibanus moueatur, id est pectoris concavitas, per quã spiritus vltro citroque cōmeat. Quin Galenus idē *πρεκordia* quinto, terminū quo thoracis pars finitur inferior, antiquiores (inquit) phrenas appellauerūt, siue simpliciter, siue quia eo inflammatione affecto, mens itē obladata. Verū qui Platonis tēpora sunt insecuti septū ipsū nominare

nare instituerunt, etiam si Plato veterum more phrenas vocat. Hypochondria Græcis dicta, velut subchartilagia, Latini præcordia item vocarunt, id est vno nomine extra in homine, sicuti interpretatur Plinius. Chartilaginem verò anatomicè in anteriore hominis parte locum dicunt.

Spermatis vasa esse quinque numero. Varices. Quæ dicuntur præparatoria. Maris, & femina ratio. Seminis à cerebro defluxus. Gona, id est genitura quid.

CAP. XXII.

Quoniam verò seminis rationem paucis attingimus, illud commonitos velim rerum naturæ contemplationis studiosos: Conceptacula spermatica, quæ genituræ gratia sunt comparata, ex anatomicorum observationibus accuratius videri quinque numero. Et principem quidè locum habere venas arteriâsque multifariam implicitas obvolutâsque ad testiculos tendentes, ex quo imagine quadâ varices quandoque vocantur. Postea habentur testes ipsi, quos *σπέρμα* hoc est cauernosos cognominat Galenus. Tertium habet locum epididymò incumbens testiculo sub vase, quod seminarium dicunt. Et quartam obtinet sedem, quod in viris capax est oblongumque ac velut sinuosum, vbi mutonem adit, in imo tamen angustius breuiusque. Postremò est parastata seminarium interiaccens & virgam. Comprobantur hæc primo De genitura apud Galenum. Conceptacula primo à nobis loco constituta vocant *σπέρμα*, tanquam tu dicas præparatoria, quoniam seminarium humorem ad testes deferentia præfingere, & (vt sic dicam) delineare videntur. Duo verò sunt hæc pro testium numero. Origo autem ista: Seminarium vas dextrû à parte superna ducit initia ex aduerso rhenis dextris, ab vena concava & arteria. Quarum altera ab hepate, à corde altera exordium sumit. Sinistrum verò non adeò ex alto profluit, sed ab vena sinistra emulgente, & ab arteria. Cæterum hac in parte illud singulari admiratione dignum, vim illam feminariam, quæ lumbari dextro, sic nanque iuniores hocce irem nuncupant meatus, inserta dextrum adit testem, hinc effici calidiorem, magisque spiritosam, quoniam vena eiusmodi atque arteriæ directè ab magna propagatur vena magnâque arteria, quo fit vt sanguinè protinus concipiant depuratum, egregieque percoctum. In sinistris verò aliter obuenit, sicut

siquidem non protinus defluit vena vel arteria ab magna itidem, vt dextra: sed ab ea quæ ad rhenes delabitur, proinde sanguine oppletur non expurgato, sed aquoso plurimum. Quæ ratio creditur potenter efficere, vt pro decurrentis modo seminis, nunc mas producat, nunc femina: cui calculû addicit Galenus, à quo longius abire, in iis præsertim, summè delirantis videatur. Cæterum plura de hoc genus quaestione libro De animalium generatione quarto Aristoteles. Nonnihil & Lactantius. Astruunt porro medicorû sagacissimi, seminariam vim in huiuscemodi vasis in album demutari colorè ex sanguineo. Fieri verò ista, non in venarû principijs, sed in portionibus iamiam testiculis se insinuantibus, quando morula certa indigeat concoctio hæc. Genituræ autem modum præsignem ab cerebro secerni, à Galeno traditum scio, quando cuidam salacissimo ab obitu capite dissecto, eius partis deminutio comparuit manifesta. Adnotandum verò quod in principe philosopho est obseruatum, *σπέρμα*, id est genituram, spermatis indicare corpulentiâ. At sperma generatiuum spiritum formatiuumque, qui genituræ potètia inest, & in quem genituræ corpus resoluitur.

De vtero muliebri. Itè an matrix barbarè dicatur parte ista. Hysterica mulieres. Geminorum ratio. Didymi, & didymaones quo differant. Didymus Apollo cur. Item obiter de Branchidarû oraculo, & Philesio Apolline. Gona quid. Vnde sit sexus disparilitas. Fœtus multiplicis exempla prodigiosa. Vteri vocabula, & partes. Item de mulierum testiculis. De Eugio, & Hymene, Psyllis, & psylleis. Metrèchite quid. Catheteres, clysteres, otenchyta, chorion. Echolia medicamina, & phthoria: atocia, ecrysis, cetrosmos, utriculi. Rhoica mulieres. Locarû quid. Loculata piscina, ac Laciniata. Locularis resina. CAP. XXIII.

Fœminis verò intus eadem ferè omnia, præterque vesicæ iunctus utriculus, vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant, quoniam inibi nascendi cõsistunt initia. Hoc inquit Plinius, in reliquis animalibus vuluam. Aristoteles verò ex interpretatione Theodori, pars, inquit, vuluæ interior loci,



loci, & uterus appellatur, vnde vterinos dici fratres, sci-
 mus. Ostium autem, & cervix, matrix. Extrema plurima-
 rum vuluarum, quæ cornua appellant, inuolui perspectū est.
 Græcè verò Aristoteles sic, *λοχάρα δὲ τὸν τοῦ ὤφθι ὅτι ὄφθαλμὸς*
ἀναπύσσει καὶ ἀναπύσσει τὸν ὄφθαλμον ὡς τὸν ὄφθαλμον ἢ ἡ *λοχάρα* ἢ ἡ *λοχάρα* ἢ ἡ *λοχάρα*
 Hystericas mulieres intelligunt eruditi, ab vte-
 ro suffocatas. Sunt & symptomata, quæ nuncupantur *ὄφθαλμοι*.
 Obiter, ne scioli ac nasutuli, vel me, vel Theodorū conuelle-
 re audacius pergant, non barbarè matricem hac vsurpari par-
 te, quod plerique rentur, commonemus, quando & Iulius So-
 linus matricis nominat penetralia, capite tertio. Aliàs Matrix
 ciuitas nuncupatur, quæ metropolis Græcè. Apud Tranquil-
 lum matricem arborem intelligimus, ex qua stolonum re-
 pullulat soboles multa. Sic boues dicuntur matricem Varroni:
 quas & fructuarias rectè appellatis. Apud Palladium, matrix
 idem est planè quod mater. Uterus ergo hic in duos funditur
 sinus, qui in diuersum diffusi ac reflexi circumplicantur mo-
 do arietinorum cornuum. Quæ pars in dextrâ retorquetur,
 masculina est, inquit Lactantius: quæ in sinistram, foemina.
 Horum sinuum ita distributorum author item Auicenna est.
 Qui & vicesimo primo, tertij. Causa, inquit, geminorum semi-
 naria provenit copia, quando vteri sinus uterque fuerit opple-
 tus, & dextra quidem parte, vt plurimum, concipi mares vo-
 lunt, sinistra verò foeminas. Cui sententiæ suffragari Hip-
 ocrates videtur, sententiarum libro quinto. Hinc porrò contin-
 gere arbitrantur sexus disparilitatem. nam si in leuam vteri
 portionem masculinæ stirpis genitura profundatur, marem
 quidem gigni, sed volis euiratisq; corpore ac moribus. E di-
 uerso quoque comparem sortiri euentum, quod foemini se-
 xus seminium dextrorsum se proclinarit. Enasci quippe fo-
 minam, quæ viri speciem præferat in multis, *ὄφθαλμοι* dicitur
 vuluam vocant bifidam. In cæteris animantibus tot esse in
 vulua sinus, Auicenna probat, quot proferantur vberum pa-
 pillæ. In homine autem, sicuti totum corpus didymum est, ex
 dextris sinistrisque, sic & uterus. Sunt tamen quibus septem
 in vtero cellula placeant, ternis dextra, sinistraque constitu-
 tis, vna modo in medio composita. Totidémque posse see-
 tus concipi, tradunt. Serapiam Alexandrinam scribit Caius
 Digestorum libro tricesimo quarto, quinque liberos vno eni-
 xam partu. Prodigiola sunt, nec sine cunctatione proferenda,
 quæ

quæ magnus Albertus censuit prodenda, vt præteream quæ
 scribit Iulianus iureconsultus, atque item Paulus Digestis si
 pars hereditatis petatur, vbi & superfætatione admittere vi-
 detur. Scribit in quâ Albertus, mulierè quâdam in Germania,
 cõfiguratis cõformatisque iam in vtero duorū & viginti in-
 fantium corpusculis, aborsum fecisse: aliam verò etiam se-
 ptuaginta: imò, vt amplius increseat admiratio, aliam etiam
 num eiecisse in peluim embryunculorum auricularis digiti
 magnitudine corpuscula centum & quinquaginta. Cuius rei
 facta fides est, tuniculis quibus obuoluebantur, cõscissis. Ad-
 dit quoque, pluribus eorum affuisse dilatationis & con-
 strictionis motum, & signa alia vitæ complura, oculis tamen im-
 perfectioribus. Manuum verò, & pedum digitos fuisse
 veluti capillares. Geminos Græci nunc didymos di-
 cunt, nunc didymonas, eo tamen interstitio, sicuti in rhetori-
 co adnotatum lexico est, vt sint didymaones diuarcatis se-
 iunctisque corporibus, didymi autem cõiuuctis cõnexisque.
 Cuiusmodi fuisse Astorionas, traditum fabulis, scimus. At
 Didyma locum dicunt, & manteum Mileti, sacrum Ioui &
 Apollini, qui inde cognominatur Didymus: vt planius iam
 & Plinium intelligas, & Melam Pomponium: sed & Papinio
 feramus opem, Thebaidos octauo:

*Nec Claras hac luce fores, Didymæaq; quisquam
 Limina, nec Lycia supplex consuler adibit.*

Quod autem oraculum id Branchidarum quandoque nun-
 cupatum, scribunt iidem: lego quidem Didymorum incolas
 dictos olim Branchidas fuisse, qui Barbaris templum prodi-
 derint, quo nomine pœnam veriti demigrantes in Asiam lon-
 gius Brâchidas, ciuitatis id est nomen, condidere, quâ veteris
 odio flagitij rerū potitus Alexâder solo exæquarit. Brâchum
 esse Apollinis filium, prodidere grâmatici, qui fuerit ipse quoq;
 futuri sciētissimus: vnde & Papinius Thebaidos tertio,

Patrioq; equali honori Branchus.

Sunt qui eo prægnantem matrem vidisse per quietem memo-
 rent, per fauces solem insinuasse se, qui per ventrem mox eru-
 perit, vnde sit conciliatū infanti nomē. Est qui putet, ab Apol-
 line adamatum, ac ex pueri oculis Apollinem esse Philesum
 appellatum, vnde & Philesia templa, siue à puerorum certa-
 mine. Sed vt ab diuerticulo fabulam repetamus, illud neuti-
 que prætereundum: In vteri lateribus introrsum haberi
 mulie

muliebres testiculos, partus quidē, nec orbe pleno, sed instar sphaerula à polis cōpressa. Iacent autē initio colli vterini, partibus seorsum colligari, nō vt in viris, seroto vno contenti. Horū ratione videtur Auicenna pronuntiasse, vterū esse generationis principū effectiuum, quoniā Galeno astipulante, accertati medicis omnibus, gutta mulieris actiue ad generationem cōcurrit, qua ratione fortassis Auerrois quoque veterum ita laudibus extulit, vt membrū diceret principale quoddam principatus modo. Verū, vt ab grammaticis aliquid item mutuemur, vterū dicunt etiam delphyn, vnde à *delphyn* vocāt fratres, qui vtero prodierint eodē. Hippocrates etiam *γαστήρ* appellauit, quod verbū illis gentibus partim quidē factum signat, partim verò genitale profluuiū: vt antē paulō preterxiimus. Vteri supernas quasdam portiunculas obliquatas, nuncupant careas, id est antennas, & plectanas, hoc est retia. Vtrinque verò habentur *ὄμωι*, siue humeri: postea est collum, vel trachelus, cuius os vocatur porus primus. Cellus canalem interpretatur. Quā mox sequitur inanitas, *λίανθρον*, id est sinus dicitur muliebris. Vuluam denique Græci nuncupant *μύτρα*, nunc *ὄστρον*. Vnde sunt *μύτρα* organa, cuiusmodi & catheteres, id est *ναδύτρον*, atque item *εὐφύτρον*, quibus in vulua causatione sese ostentante: intro medicamina infunduntur. Ex forma eadem nuncupantur *οτρυχίτρον*, id est *ὄτρυχίτρον*. Catheteres propriē fistulas in directum foratas intelligunt, quibus in vesicam medicamēta infundimus. Describitur à Galeno vulua, *ἀγγύλιον* nunc *ὄστρον*. id est vas ferum conseruans. Insignis eius affectio est, vbi *αλειψήτρον*, id est obdurefcit. Scirrhī simile est, quod in vuluæ collo nuncupatur *σελερόμα*, id est *σελερόμα*. Habetur apud Paulum hysterica pnix, siue *πνίξ*, quam vertere suffocationem possumus. *μυσοειδὲς* quandoque, id est tumescit spiritu, ex frigiditate interdum, aut *ὄστρον*, hoc est partitionis difficultate: ore præfarto obstipatoque, vel etiam, *θρομβόν* *ωσπερ* *γλυκὺν* *βρωτὸν* *ἐν* *αὐτῷ*, hoc est, thrombo siue malis grumum dicere, in eo amplius concreto. Inuenies item *ὄστρον* *ωσπερ* *πυλόν*, quam rectē procidendam vuluæ dixeris. Fit in ore interdum & *γίγνησις*. Sunt eadem quoque parte *παράσχοι* ex partione violenta: nam & *παράσχοι* impetuosis dicitur. Ipsam verò parientī molestam difficultatem *δυστοκίαν*, vt significauimus vocāt, vel parientis ratione, vel infantis, aut *τὸ* *χρόνιον*, crasis nimis aut

aut pretenus. Oblēdit aēr extimus quoque, caloris vi, aut frigoris. Appellatur verò *χρόνιον*, quia sit *χρόνιον*, id est infantis alieus: aut quia *χρόνιον*, id est supeditat ei cibū. Embryon porò duplex ambit tunica: interior, quæ & tenuior est, ac mollior: Amnion ab Empedocle appellatur, vt author est Pollux: exterior verò choriō. Intra muliebree pudendū eugio est, siue hymen integritatis argumentum. Ea verò neruosa intelligitur exilitas, quam primus conuellat congressus. Ecbolia dicuntur medicamina, eiiciēdo scerui comparata, phthoria item vocant: nam atocia cōceptum præpediunt. Apud Aristotelem comperias, ecrysin nuncupari partus effluxum intra diem septimum. At ad quadragesimū ectrosmos dicitur. Illud sanē admiremur licet, quod prodit Diō, Pnyllos esse omnes viros, neque enim compertam esse Pnyllam sceminam. *φύλον* *δὲ*, inquit, *ἔσθλιν*. Natos experiendi gratia serpentibus obiectat. Hinc doctē admodū, & scitē Pnyllos nuncupamus, qui pnyllos agunt quodammodo, obrectatorū occurfantes. veneno. Rhoicas mulieres vocāt. Græci, quibus ē locis distillationes contingunt, toto se illa expurgante corpore, mensum omnino ratione diuersa. Locarium ad locos muliebres attingit nihil, sed ea voce intelligimus, inquit Varro, quod datur in stabulo & taberna vbi consistant: vnde Martialis illud liquidō explicatur, Hermes diuitiæ locariorum. In quo fluctuat Domitij sententia. Loculata areolæ pictorum. Et loculata piscina, vbi disclusi habentur pisces dispares, sunt apud Varronem. Dicit & laciniata possunt, ex Columellæ octauo libro, qui lacinias vocat partes diuisim seuinctas, Locularem resinam legimus in Palladij libro tertio. Vtriculos dixit Plinius frugum tuniculas, quæ si exterantur, gluma iam nuncupatur, vel acus.

Septenarij ratione, intima corporis constare: intē extima
De septenario paucula. CAP. XXIIII.

Adiciamus porò Macrobij ex Naturaliū priore libro sententiā præclaram, qua cōprobat is, humani corporis tam intima, quam extima numeri septenarij ratione consurgere. Septem, inquit, sunt intra hominē, quæ à Græcis nigra membra vocātur, lingua, cor, pulmo, iecur, lien, rhenes duo: septem item alia cum venis & meatibus quæ singulis adiacent, ad cibum, & spiritus reciprocationem destinata, gut-

tur, stomachus, aluus, vesica, & intestina principalia tria,
 dissipium, mesenterion, hira. Septem sunt quoque gradus
 in corpore, qui dimensionem altitudinis ab imo in superfi-
 ciem complent, medulla, os, neruus, vena, arteria, caro, cu-
 tis. In aperto item septem sunt corporis partes, caput, pectus,
 manus, pedesque, & pudendum. Item quæ diuiduntur, non nisi
 septem compagibus iuncta sunt, vt in manibus est humerus,
 brachium, cubitus, vola, & digitorum nodi terni. In pedibus
 verò, femur, genu, tibia, pes ipse sub quo vola est, & digito-
 rum similiter, nodi terni. Et quia sensus eorumque ministeria,
 in capite natura, velut in arce constituit, septem foraminibus
 sensuum celebrantur officia, oris, deinde oculorum, narium,
 aurium binis. Quare numerus hic totius fabricæ dispensa-
 tor est, ac dominus. Sed occurrat fortè nunc aliquis, ecquid
 ista corporis humani structurâ faciant augustiorem? Respon-
 dendum verò, facere vtique, quoniã numerus hic perfectio-
 nis plenitudinem continet. Nam & Cicero septenarium esse
 rerum omnium nodum pronuntiat: quippe geminam vim
 obtinet vincendi, quia ambæ partes eius vincula prima for-
 titæ sunt, ternarius cum vna medietate, quaternarius cū dua-
 bus. Porro is est perfectus numerus, qui ex pari cõsurgit atque
 impari: nã impar numerus mas, par verò femina creditur.
 Sed & numeralis scientiæ studiosi patris appellatione impa-
 rem cõsent, parem verò matris. At dicat quis, inest virtus hæc
 aliis item minoribus numeris. Inest quidem, sed vt septenarij
 partibus. Possem hoc loco argumentis pervincere, totam in
 vtero infantis fabricã isto dispensari numero, necnon totam
 hominis vitam: sed superest de hac re pragmatia, vbi pleræque
 attingemus. Quæ modo allata sunt, præmõstrant, dum ne ce-
 quitiamus, diuinæ maiestatis sapientiam, à qua tot tantisque
 insigniti bonis sumus, vt in delicijs esse nos, fateamur neces-
 se sit, modo succinat vnusquisque sibi, Nosce te ipsum. Nec
 Origenis deliramenta recipiat, Adam peccante, imaginem
 Dei periisse, quam sententiam, vt alia præteream, quæ non
 omisit Epiphanius, illud facile subruit apostoli Pau-
 li, qui euangelicam doctrinam sua prædi-
 catione compleße creditur, Vir co-
 mam nutrire non debet, quum
 gloria & imago Dei sit.

Sum

*Summum hominis bonum esse in Deo, non in volupta-
 te aut potentia vel virtute. Impietatis humana ta-
 xatio.*

CAP. XXV.

Hæc habui de hominis præcella natura, quæ in literas
 commentatione iusta promerem. Ea labore non paruo
 ex diuersis congesta, si exactius quis paulò humanior vocarit
 ad libram, fatebitur (opinor) quod initio astruximus, Homi-
 nem esse miraculum magnum atque diuinum: sed tum equi-
 dem maius etiamnum miraculum, si tanta diuinitatis cura
 & prouidentia inenarrabili & creatus & ornatus, & singulis
 momētis cõnutritus, defensus, ad vitã verè vitalem tota vi pro-
 uocatus, vt plerūque fit, sensibus m̄cipatus obbrutescat diro
 peccatu prorsum, nobilitatis, & finis oblitus. Ac sacrum illud
 numisma nõ cõcidat modo exculcetrq; sed aggere adobruat
 altiore, vt scelerũ labe pressus altissima vix dici arbor queat,
 iuxta illam veterũ sapientiũ animarum tropologicam trans-
 migrationem. Est profecto, vt ab nostræ religionis patribus
 astruitur, & nos supra attingimus, summum hominis bonum,
 etiã si in zonula supersit nihil, æterna, & vltamundana vita,
 Summũ malum antitheï consortiũ impiissimi, & mors pro-
 rogata in infinitũ. Præclare siquidẽ vt omnia, decimo Ethio-
 corum philosophus: Oportet, inquit, nõ quod moment nõnul-
 li, humana nos sapere, quod simus homines, nec mortalia,
 quia mortales, sed quoad effici potest, immortalitati ipsos
 nos afferere, cunctaque efficere, vt ea degamus vita, quæ ab eo
 profluat, quod in nobis est præstabiliissimũ. Quia ratione Ho-
 merico more nuncupantur homines *βωαι ἄνθρ*, id est Deo simi-
 les, sicut mali nunc ceruis alsimulantur ab eodem, nũc tygri-
 bus aut leonibus. Verũ diuersi abeuntes in terrenã deuergen-
 tia quadã refectimur naturã, hanc tractamus vnã fallaciosiss-
 illecti oblaquearique ambagibus, hæc cogitamus, huic inhæ-
 remus affixi, efferamurque: adeo vt persapè quod M. Cato dice-
 bat, Succidias humanas faciamus. Sed imperitiores mire-
 mur minus, quoniã vt dicitur nec Falernum canes. Inter eos
 qui sibi sapientes videntur, mira est de felicitate diceptatio.
 Nec illud perspiciunt saltè, vt cõq; bellicũ canãt, inferat signa,
 diuersam acie impressione vltius facta, fundant fugentque,
 cõmori omnes perinde ac bruta. Bonũque, ni perniciosior
 superesset anima: interitus cum æternis pœnarũ cruciatibus.

quãdo (vt fertur) Dei summatis tessere nũquã nõ rectè cadit, ac illius iudicio præcipue excusso fieri impostura nequit, quoquo nos torserimus, vel Proteo multiformes magis. Nil suspici animaduertas, rapi omnes calle quidem diuerso, errore tamen vno, quo ab parente reuellimur, veluti hac vna ratione nascamur, vt vel voluptatibus irretiti, in earũ titillationes scylleum renidentes caput animãque demergamus. Aut vi crassemur in proximũ, omnia nobis corrogantes vendicantẽsque: aut scientiã inanis gloriolam captemus. Erumpere agminatim maximè videas, qui voluptate cuncta inctantur, nilque habeat ratum, nil pensum, nisi quod ex illius fuerit decretis. Siquidem eò passim ab mortalibus cõcurritur, vt Seneca inquit, vbi voluptatis laus insonuerit, Sed pulatos nil moremur. Eudoxus philosophus, nec astrorum inde colligebat, quod eam affectarent omnia. In quam sententiam toto pede Philoxenus iuit, & vt Aristotelis monumenta exoptauit, quo diutius bibendi edendique titillatione posset perfrui. iam passim commonentem audias,

*Ite (ait) ò pueri, pariter sudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura vestra columba,
Brachia non hedere, non vincant oscula conche.*

Et Persarum rex Xerxes nouã voluptatis repertori præmiũ constituit. Hinc est & Ephesiorum nobile decretum, qui (Strabone tradente) cum singularis modestiã ac frugalitatis virum Hermodorum eiecissent: Nemo, dixerunt, apud nos frugi sit, nemo vnus excellat, vel si excelluerit, abeat. Quo nomine dignos fuisse qui strangularentur omnes, pronuntiauit Heraclitus cognomento *enostivis*, vt planè impudicos, expatratos, fures, perperos, appetones, tenebriones, vt mihi sic interim loqui permittam, nec tamen sine exemplo. Plerique etiamnum ex philosophis ita voluptatis imaginẽ concipiunt, vt illam in folio statuunt regio, veluti humanarum planè reginam rerum. Quod verò ferendum minus sit, virtutes ei subiciunt vt famulas, nutum quoque, ne quid indignationi desit, obseruantes, vt euestigio, quicquid visum illi fuerit, exsequantur, tanquam illud demum productio hominis spectet, vt cibum porũque delectamenti implicitus percipiet: vt in Quæstionibus Seneca dixit seuerissimè: ac libidine omnifa

Omnia diffluat conturbetque. Quum tamen sciãt, ab Antisthene pronũtiatum, insanire se malle, quã voluptate deliniri. Et rectè ille quidem: nam quintodecimo Punicorum apud Silium ita legimus, Quippe nec ira Deũ tantum, nec tela, nec hostes,

*Quantum sola nocet animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus & atris
Circum te semper volitans infamia pennis.*

Alij verò Liuium illud assiduè mente repetunt, & verbis idẽdem ingerunt. Regnum res est inter Deos hominẽsque pulcherrima. Reges putãt Deos esse terrenos, qui ab exili tenuique initio coorti ad præcellã maiestatis instar exereuerunt emicuerũtve. Quod & Anaticum dixisse quãdoque, proditum memoriã est. Hinc & illud Cæsaris tyrannico spiritu tumentis in Alpium transitu: Mallem hic esse primus, quã Romã secundus. Equidem præfici gentibus, longè latẽque sum motis omnibus imperitare, honestissimũ cõferi posset, ni ita nos instrueret Seneca, Simul ista posuit cõditor mundi Deus, odium & regnum. Proinde & rex ille, vbi amplius diadema expendisset: O nobilem, inquit, potius quã felicem pannum: quid enim, vt inquit Catullus, solutus est beatus curis? Partim sunt qui relictis abdicatisque omnibus, virtutem modo amplexentur confouẽtque, veluti sapiens sit planè omnia, & vt Horatiũ inquit,

*Vno minor loue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex demique regum.*

Profecto non abnuerim esse virtutem altum quiddam & eximium, multa vndique splendoris luce circumfusum, si modo recta insitas via, nec quod multis vsũ venit, *αἴαν το πᾶσι* philosophis, ac *μῆχαι το νέγαι*: etenim adnexum video superbiã stuporem, & quod grauissimum est, inscitiam aut negligentiam eius, qui omnium est virtutum pater & largitor. Quanti demũ scientia est impietate constipata? Imò quid inauspicatius, vel vt *αυτοῦ τῶν* dicam, quẽ esse fortunã spurcior potest ac fœdior? Expende conspectius, Tument colla sapientis, riget ceruix, os obsignatur: dum intra se nescio quid cornicantur, vel stupentibus in terrã oculis, vt inquit Hieronymus, tumẽtia verba trutinantur, Vt si præconẽ addideris, incedere præfecturã pures. De Deo nulla, aut rara profus sit mētio. Quid cũ Platone mihi, quid cũ Aristotele: si laudibus

perstrepunt schola, resonat forum. animā suppliciorū diritate distrahi audituri, ac visuri sunt inferi? O felicitatis infelicissimum genus. Quid porrò cum felicibus xui tam brevis, imò verò nullius? Quid quod præcisa combinationū ratio in corporeis rebus, & noti coaptatio ad ignotum seita, congruāque humanum supergreditur captum? Quo sanè argumento expressum Socrati est, vti se vnum modò prædicaret scire quod ignoraret. Quando & astruit Solomon, cūctas res difficiles, ac sermone inexplicabiles. Et alius diuini vir spiritus absconditam esse profatur sapientiam, & intelligentiæ locum ab cunctorum oculis viuientium. Quin & scientiæ profundioris Aristoteles in prima philosophia, eiusmodi nobis difficultates oboriri scribit, in natura manifestissimis, quæ nycticoraci offundantur solem inspicere tentanti. Hinc eruditorum nobilis est illa coniectatio: quum scire expectat omnes, nec frustra omnino esse appetitus queat, desiderare quæque, vt se ignorare sciat. Quod si plene, affatimq; assequamur doctā prorsus nos assecuturos ignoratiā: quo nil magno opere perfectius posse homini obtingere, quàm vt in eo quod est illi genuinum, cōperiatur doctissimus. Quæ in re tanto item quis censetur doctior, quāto se recognorit indoctiorem. Quæ quū ita planè sint, expergiscere infelix anima, respice: quid ueneris, amplius ad examē reuoca: quid sis, metire. Miraculum esse, te docui, & quidem diuinum, addidimus venerandum & adorandum: docuerat, addideratque prius Aegyptiorum regalis sacerdos Mercurius. Tu verò diuini adiectionē exhorrescis, sarcinale brurum sponte & cōsulta opera amplexaris, & perficis: velut que graui libramento plūbi recellis ad solū. Maximū dici miraculū maui. Quid enim maius quàm diuinam imaginem, im mortalem, tot, tantisque luminibus illustratam, tam lato, tamque numerofo honorū agmine obualatam, cœciosa semet ac rediuiua sceditate circūlinere, glomerariāque ac sanguinariā, & virgilianū Vealegonta subinde referentē, ingrūcis securū mali, brutū induere: distū enim veteribus est, hominū effigies habere animos ferarum: Illum verò omnia supereminentem, luminū, ac bonitatis patrem, qui nos ab angelis paulò minus deminuerat, qui vultus sui lumen signauerat super nos, aut ruditer nescire, aut per summam impietatem consertis (vt dicitur) manibus negligere? Hac ratiōe esse cœpit bulla hominis vita, humana omnia pul-

uia

tis atque umbra, Magistratum instar, quos dicit codicillares, qui dignitatis contenti nomine, à re absunt procul. Nec tot fuerint notariorum puncta, quot nostrorum sunt detrimenta temporum. Nos tamen nil omnino Neuiantum illud attendentes,

Pati necesse est, multa mortalem mala:

Eum qui solus est, fuit, erit, liquimus, ad imaginosa reclinamus. Vitalis lux nobis erat contributa, vt per illius essentiā veram, vnicam, fecundissimam, & nos aliquid esse inciperemus verè, vnicè, fecundissimè. At nos terrena respectamus, quum animas nostras esse voluerit præperes Deus, non inferas, vel tanquam chrysomallas oues, ceu cum Epicuro succinentes, Quod supra nos, nihil ad nos: mentis instatia & vigore hebetato. Nec aduertimus, mortalem esse hanc, & per momenta euanescentis naturæ prouinciam. Sed vtinam vnicus ille, verus bonūque summi patris, summus filius, humanæ impietatis diuino & pretij incōparabilis sanguine, in terrarum conspicua altitudine ineffabiliter profuso, expiator infinitus, ita quandoque mentes omnium suæ claritatis fomite incendat illustratque, vt nouum hominem induamus omnes, & quod abstulit peccati labes, restituat pietatis candor, qua efficiamur vna velut argentum purum, purū ac emaculatum & candefactū, nullaque sit dies *μυτίζη, ἀλλὰ μὲν τὸ πρὸς τὰ ἀσπί:* vbi iuxta prophetici afflatus proloquium in domini montē conscenderimus, in semitis eius ambulantes. Quibus etiam si fuerint vti coccus peccata nostra, dealbabitur tamen, perinde ac nix. Deus omnipotens mirabilia facit solus, Dei instrumentum homo est, ad magnifica perpetranda accommodum. Sed tam diu mirabilia exsequitur feliciter, quam diu diuino morigerum se præstat artificio. Proinde bracteatum illud recinendum sæpius, Viuendum esse hodie, quando qui cras viuunt, nunquam viuunt. Quod si hodie expectis viuere, Deo utique viuendum, quippe in vno eo heri & cras nō prorsus aliud sunt, quàm hodie. At hominum plerique malè viuunt hodie, cras solū bene. Caterum iam hinc nos ad musarum nostrarum gustum & saluam conferemus, eo tamen præscripto, vt respicere liceat, ne prorsum refugæ credamur, dum Cleanthis reclinemus spinas, & cōtorta etiam Chryssipi.

64



LECTIONVM ANTIQVARVM
LODOVICI CAELII RHODI-
gini in Libros antiquarum lectionum Pra-
fatio quinta, ad praecellentem phi-
losophum & medicum Ni-
colaum Leonicensem.



SCi, opinor, vir eminentissime, in studiorum meorum
(vt sic dicam) infantia, Ferraria prima moralis
philosophiae stipendia tuo me ductu & auspicijs fe-
cisse. Quam verò ex eo tibi multiplex eruditio tua
& lectio tantum non infinita, ingenium feracissimū,
& omnium capax memoriae thesaurus: addo etiā Graecae Latinaeque
facundiae scientiam praesignem, quam eruditus ita es, vt excellas: haec
in quam omnia, quam tibi me affecerint addixerintque, sum ipse mi-
hi testis vel locupletissimus. Sed animaduertere potuisti tu quoque,
nec enim tibi defuit vnquam obseruantia mea: quae auctior reddita
in dies facturo nunc mihi publicam materiam, quicquid in literarum
quasi palaestra peruigilatum ad hanc horam est, amplius expressit,
aurem quodammodo peruellens, vt te veluti clarissimum artium bo-
narum lumen in huiusce gloriae, quātulae cunquae ea sit, participatum
clemēter aduocarem. Ita enim futurum, ne officij tui & meritum
in me dilapsa videatur memoria. Esse quidem reuersionem hanc ope-
ra leuioris, ac pedariam, nil me fallit: etiam si scruta vt vendat, scri-
tarius laudat: sed & quae nec verti vitio possit, aut debeat, quando
falsa tamen mola litare creduntur, quibus defuerint thura. Te quo-
que in excelssissimo doctrinarum fastigio surrectum stare, dilucet at-
bitror, & norunt omnes. Quo sane nomine temeritatis agi posse me-
cum, animaduerto, vt qui nugilibus forsitan inuentis alitudinem tuae
contemplationis ineptius obstrependo auocandoque videar interpellare.
Etenim scitum illud est, *Nuscas ab aquila non cerni*. Et quis agat
in scena gestum, spectante Roscio? Caterum vir praecellens praefato
mibi parte hac Platonis sententia diuini est, quae scribit is, resposum
quandoque ab Amnone, Pluris se Lacedaemoniorum aptam facere
orationem, quam aliorum munera vel opulentissima. Quae tibi
laudis ac gloriae compendium ijs magnum non praemonstramus, sed
pectoris intima prospicienter referamus, vt gratum memoremque me-
iam hinc noris agere discipulum, cordisque ac memoriae insigniter ha-
bere, quae me hilaritate, quam mihi oratione aduentem, etiam si
sole occaso sepius, haerentemque exceperis assidue. Quod phaleris nil
mo

moreris, & nomina vana Catonum, patefactis ingenuè faciēdq;
quibus velut moramenti molestioribus tenerer implicitus. Quo sit,
vt quum immensa sint quae inde tibi debeantur, insita verò imbecilli-
tate pauca vel prorsum nulla queam praestare, in hoc reclinarim di-
uerticulum, vt procliue saltem, nec (opinor) ingenerosum animi pro-
positum ingererem tibi, inque memoriam ceteris darem: & quod ille
apud Senecam facit, Ipsum me oblatum vellem, etiam atque etiam
comprecatus, munus istiusmodi, quale id cunque sit, boni cōsulas, pu-
tesque ceteros, etiam si amplissima contribuant, plura tamen multo
sibi relinquere. Qui ipsum se tradit, reliqui sibi facit nihil. Et fue-
rint haec quidem aut *ἀγαθὸν ἀρὰ βλάδης*.

LODOVICI
CAELII RHODIGI-
NI LECTIONVM ANTI-
QVARVM LIBER VNVS,
QVI ET QVINTVS.

*Historia incunda belli in Venetos gesti, qua tempestate
nobis ista elucubrabantur.*

CAP. I.



QVIDEM si alias vnquam res hominum esse
omnino nihil, & statu incerto, quam dicunt
πρὸς θεῶν, rotari omnia, concipere licuit, id
clarissimum diuina potentia, nobis ista pro-
dentibus effecit: vt si quando in dubium vene-
rit, essetne prouidentia vlla, nunc luce confiterit clarius, vi-
gere praepotens numen, cuius nutu vel minima quaeque diri-
gantur dispensenturque. Quo enim tempore commentabamur
ista, exortum est atrox in Venetos bellū, cōspirāte in eos vni-
uerso occasu. In primis verò Romanae ecclesiae pontifex loge
clarissimus Iulius, eius nominis secundus, aduersum praepol-
lens terra marique imperium spiritus erigere ausus est, re-
uocaturus ciuitates ecclesiastico imperio superioribus annis

vi ademptas. Sed ad tantam belli mollem prætenues erant animi ingentis vires: peregrinis ergo auxiliis opus videbatur, ne yana fieret sine robore indignatio. Adiunctus igitur Maximilianus primus imperator, mox & potentissimi reges Duo, Gallus, Hispanusque. Aderant in Italia parati ad partes reguli aliquot, Alphonfus Ferrarie dux, cui pater Hercules fuerat, singulari prudentia vir, & in bellicis rebus cui libet ferè veterum comparandus. Eum nos viuentem vidimus sepe, nec sine admiratione præsigni, quum prouerbij vice passim tota Italia vsurparetur Hercules ducis calliditas, cui plus inesse ingenij, quam ceteris omnibus, quotquot belladi vsu censerentur ab Alpium radicibus ad fretum. Eum Veneti annum vigesimū septimū ante quā nos hæc promeremus in literas, illato bello ex cōtentione de finibus, bona principatus parte exuerat: ademptum enim Rhodigium metropolis regionis eius, quam inter Padum Atesinque positam Policinum vulgò dicitant, Cheronesum Græci, sed & Latini nuncupant. Interluit Plinii testimonio nobilis Tartarus. Apparent multis locis Philistinæ fossæ vestigia, cuius est apud eundem mentio, durat etiam nomen, sed paulum modo luxatū, qui verustatis mors est, Pistrinam dicunt. Adempta & agrorum numerus, magnus, qui fertilitate ac frugum bonitate certant cum optimis quibusque, vt non minus verè dici possint Italiae sumen, quā olim Rosæ campos dixerat Vopiscus Cæsar. Iniuriæ tam insignis memoria perurgebat filium: qui paternæ virtutis hæres quoque, ac multis nominibus Venetorum in fensus summa vi affectabat, reuulsas ab corpore velut particulas pro virili in integrū restituere. Affuit & Franciscus Mantuanus marchio, vt nunc loquimur, cuius maiores iidem Veneti male multatasse videbantur. Affuerunt & alij, qui omnes tanquam ad commune incendium restinguendū coorti conspiratu mirabili, Venetum vndique infestare cœperunt. Galorum rex Lodouicus Italia ingressus copiis egregie ad bellum vsus simul armis, simul ductoribus ac bellandi pericia instruetis, ad quadraginta fuere hominū millia, citra Abduam fluuium ferè millibus passuum duobus confedit. Pontificis exercitus Fauentiam Rauenamque inuasit. Venetorum copia ad quinquaginta hominum millia Gallis sese obiecerant. Defecerat oppidum nomine Triuilium ad Gallum. Id situm est

in Abduæ ripis. Aduam vocat Polybius. Eo nomine inflammatas ira Venetus, & indignatione præceps summa vi id oppugnare adortus cepit. Vbi nullum non crudelitatis genus in oppidanos aditum, quanquā ducibus inuitis. Ciues interfecit omnes cum puberibus. Patuerunt ad libidinē vilissimi cuiusque infeliciter natae virgines mulierisque. Viceni tricenique miseræ etiam in propatulo constuprabant. Nec sacris corporibus ira pepercit victoris. Oblatam audio CHRISTI suffixi tremēdam imaginem, additis, quas tempus exigebat, luctuosos precibus. Sed cæca rabies, in suamque surda perniciem exculcat omnia, æquatque solo. Dictu nefas est, quod sequitur, & ipse narraturus contremisco, quod militaris impietas perficere non expauit. Conditorium sacrosancti corporis, in quo restituti omnes sumus, rapturus auarissimus miles, ineffabilis mysterij panem dicam, an verius Dei præpotentis filium profudit, vt vilius nescio quid, ac gaudio gesties, quæ superælestis natura reformidat, laudat cæli, veneratur quicquid est, humi etiam, vt opinor, liquit iacētē. Sed audi quod insegutum est, Haud ita multo interiecto tempore, discordi ab hæc belli primitiis exercitu Veneto, pars vna Gallum, Prandinū oppidum haud ita ab flumine dissitum inuadere cogitantē, ducentis ferè ab fluuio passibus audacius adorta est inter Calsianum, Triuilium & Rioltam siccā, id loci nomen est. Ibi commisso prælio acri, victor Gallus, tum consilio & viribus, tum bellicis tormentis, quæ inter vepreta mirabili arte defixerat, ad decem millia hominum confecit ex hostibus. Machinas omnes, quæ innumerabiles erant & pretiosissimæ, cepit. Captiuorum numerus, & spoliōrum immensus. Tantis verò Venetū terror incelsit, vt equitatus omnis turpiter seminudus fugæ se mādaret, tam præcipiti cursu, vt per multa millia passuum munimenta equorū, hominūque abiecta passim viserentur. Nec tamē incrueta stetit victoria tunc Gallo: quinque ferè milia desiderata. Quod si, vt prædicant plerique, ambitione resecta, Bartholomeo Aluiano, qui in hostes impressionē fecerat, comes Petilianus opem ferre nō recusasset, non mediocri clade constaturam fuisse Gallo putant eius diei pugnam. Ceterum vtrunque, ab eo prælio tam improspere, tamque ominoso, vt mox euentus docuit, insigne spectaculū cūctis gētibus de se præbuit Venetū imperiū. Iquid veluti accisa foret omnino vires vibis paulò antè florētissimæ,

exercitum militibus conscriptis reparare, ciuitates confirmare, valido imposito presidio, Venetus negligere est visus. Scires altius, quam pro specie infixum vulnus stare. Nec id ferè latuit. Nam quum accepta foret clades quartodecimo Maij, salutis anno millesimo quingentesimo nono: intra diem tertium & vicesimum amisit Venetus Italiae principatum non paruū, ad lacunas suas tantū nō infeliciter redactus. Mira ceterē res fuit, tam breui spatio exui imperio, quod defudantes maiores vix annis centum, maximis artibus domi bellique administrata republica, ciuitati omnium nobilissimæ adiecerant Admirationem augent vrbes munitissimæ, quæ veluti dato signo, ad hostem nulla prorsum vi expectata defeecerunt. Arripuit ergo Gallus Cremonam, Bergomū, Brixiam, oppida multa, quæ in regionibus illis visuntur. At imperator sedens etiam num domi, & (quod aiunt) post principia constitutus, nec visa omnino Italia, Vincentiam, Veronam, Patauium, vbi tunc nos ista euigilabamus, Goritiam, Tergeste, totum Iulij forum, Vtino excepto. Alia ex parte Pontifex ad vexillum reuocauit ecclesiasticum Rauennam, Fauentiam, Ariminum, Ceruiam. Ferrariensis dux Rhodigium, & reliqua eius loci summa alacritate recepit. Cedit hoc in laudem Cheronesi nostræ plurimam. Ab ea intercepta prius non desuisse Italiam Herculis ducis ingenio agitari motibus, dum possessione Venetos deturbare studeat. Quin & ipsum hoc tam funestum bellum illinc parte plurima pullulasse constans opinio est. Adiecit imperio Alphonsus Montē silicis & attestet: vnde citat imperitum vulgus. Id postea quā resciuere Veneti, negotio ad senatum relato, credo, alia super aliam nuntiata clade, principes aliqui prudentissimos, & Leonardum in primis Lauretanum tunc Venetiarum ducem adeo concepta vicit indignatio, vt euestigio decerneretur, copiis omnibus quum terrestribus tum naualibus petendum esse Rhodigium, atque ita æquandum solo, vt deinceps Rhodigium quæreretur Rhodigij. Cæterum vbi id amplius perpendentibus mox est visum irati potius senatus consilium, quam principū electissimorū sententia, antiquata statim res est. Porro vtcumque imperatore nimio plus cessante, quum sine presidio esset omnino Patauium, Venetus, qui paulo ante de salute publica despondere erat visus, oblata rei benè gerendæ oportunitate, ad

Ad sextumdecimum calendæ Sextiles, ad solis emersum cum delecta manu equitum leuis armaturæ prius, mox & peditū, qui cladi superfuerant, Patauium irrupit. Adeoque inopinata res fuit, vt in foro prius diui Marci vexilla sint visa, quam vltus omnino hostium præsenferit aduentum. In quo mirari licet Venetorum illustrem clemētiam, capta erat vi quodammodo vrbs Italiae clarissima, superfuit illis tamen altitudo animi tanta, vt citra vllam omnino cædem transacta res sit, etiam si defectione fuerant vehementer commoti, quod Venetæ vrbs esse veluti cor, Patauium videatur. Cessere in prædam Iudæi modo, necnon domus omnes eorum, qui nouis rebus studuisse videbantur, in quorum aliquot Venetias missos scuitū amplius est, & certè Parauina nobilitas in sequentibus temporibus, atrocissimo ex defectione constato odio, tantum non ad extrema dilapsa est. Vidimus ipsi per summū terrorem milites auide propozita diripientes bona, clamores dissonos hinc inde audiebamus inuicem se vulnerantium prædatorum & fœminarum sese affictantiū, impuberūque miserabiliter fortunam deplorantium suam. Affluit & rusticorum vis magna, quibus connitentibus maxime confecta res erat. Proinde in prædæ partem irruerat efferata illa quoque multitudo: vnde, sicuti necesse erat, tumultus obstrepabat intolerabilis, insueto præsertim, quando & incognitum erat, quoniam progressura foret victoris ira, expectante vno quoque cædem, incendia, rapinas, suspendia nobilitatis Parauinæ. Sed clementius mox acta omnia. Ex Veneto exercitu violentius, & præter institutum grassantes plerosque, rapientesque vidimus gula fracta passim tota vrbe propendentes, seuerissimè pœnas exigente Andrea Grito, quem tum copiis Venetus præfecerat, quique annis aliquot post dux est Venetiarum creatus, & nos patriæ nomine gratulatorium illi Panegyricum diximus. In sequenti die capta arx quoque deditionem faciente Leonardo Dresano Vincentino nobili, qui Imperatoris nomine Patauium fuerat ingressus. Capti ibi quoque ciuium multi, omnes Venetias missi. Paulò post & Parauini alij, qui modo suspicionem aliquam de se facerent. Eodem impetu recipitur Mons silicis, Arteste, Montagnana. Contigit & mira res: plebs omnis, non Patauij solum, sed alibi quoque pro Veneto imperio stare, rustica turba eodem tendente. Qua etiam latèter grassante, Mantuanus marchio

chio Franciscus rei militaris peritissimus, & imperatoris artibus insigniter perillustri apud Insulam Scalæ, id in Veronensi agro loci nomen est, interceptus Veneto traditur, datusque Patavium diui Laurentij die, qui est Augusti decimus, confestim & ipse Venetias mittitur. Iussu denique Pontificis diu post liberatus, in patria se in posterum continuit. Eodem ferè tempore affuit Imperator exercitu numerosissimo Patavium expugnaturus. Erant in castris prævalidarum gentium peritissimi ac fortissimi milites, Germanus in primis, deinde Gallus, & quum ab rege tum ab Pontifice missi Hispani. Nec Italicæ virtutis flos deerat, Hippolytus Arretinus, & idem Alphonsi Ferrariæ ducis frater, vir animi excellens virtutis expertæ, ingenij semper in numero, & rerum novarum avidissimi eos ductabat. Erat hic quidem honore Cardinalis ac Pontifici gratissimus, sed Herculi patri similior, quàm eius loci sacris viris, Veneto infestus in primis ex antiquarum iniuriarum memoria. Quamobrem paternis odiis nimio plus imbutus vim magnâ tormentorum ad belli usum in castra conuenerat, quibus mœnia Patavina sic quæiebantur, vt stadiorum ferè trium spatio, ea vrbs parte, quam Caudam vocant longam, non procumberent solum muri, sed penitus exererentur. Cæterum miro ingenio & celeritate inenarrabili Venetus introrsum militarem excitauit aggerem per totum ferè vrbs ambitum, qua modo viderentur hostes impetum daturi, die noctûque opere continuato. Adiacebat aggeri extrinsecus fossâ pedum altitudine quatuor, in imò substractus erat puluis ad apprehendendum ignem, & omnia fumo incendiòque momento complenda mirificæ naturæ farmenta puluerem conuelabant, si quando insurgeret hostis mœnia inuasurus, summa alacritate deuolabant delectissimi pedites lanceis instructi, ac introrsum insidentes imò aggeri, qui ab ea parte accliuus erat, maximo contemptu irruptionem operiebantur. Tantam verò præ se ferebant animi altitudinem, vt sibi pollicerentur identidem, nihil vnquam ausurum hostem quamuis audacissimum ferocissimumque, & (quod maximum est) miro fortunæ assilum elatum. Quin & feles lancearum apicibus, orbe ligneo suffixo, alligabant, surrectisque in procestriis (sunt hæc munimenta castrensia) lanceis, iocis militaribus & inconditis hostem ad felium venationem prolecebant. Vidimus nos vniuersa hæc, quumque arderent bello

lo omnia, & anei globi tormentis excusi noctu magis, sed & interdiu sæpe circumuolitarèt aures, & singulis horis pro aris, focis vitæque dimicaretur, tamen etiam si terrore tum præsentium, tum iamiam ingruentium malorum æstuarer mens, omniaque non simulacris, sicuti assolet plerûque, atque imitamentis, sed vlulatibus veris ac spirantibus quaterentur, ista commentabamur. Durauit se sequimensem ferè obsidionis calamitas. Nam repente Octobribus callendis nulla euidenti causa, conclamari vasa iussit Imperator, ac re infecta raprim transmisit Alpes. Quo tanto successu Venetus, de quo paulo antea conclamatum videbatur, gloriari plurimum cepit, vt qui peditem quindecim millibus, equitum leuis armaturæ millibus quatuor, grauis, seu cataphratorum non octingentis amplius, quas vires sub obsidionem ipsam mira celeritate contraxerat, hostiles copias, in quibus ferebantur peditem ab octoginta millia, equitum viginti, summa virtute præter omnium spem reiecesset. Fuit ea ætate sicitas adeò aestuosa, vix vt perennes suffecerint amnes. Ea res plurimum iuuisset hostes credebatur, ita vt passim militari iactaretur ioco, Deum esse Germanicarum partium. Conmeatus haud ita arcti habebantur. Quod si diutius oppugnata vrbs foret, in tanta hominum multitudine haud dubiè tandè ventum esset ad inopiam vltima. Sed hoste demigrante, confestim laxior rediit annona. Omnino toto eo tempore terrores vrbi inferebatur atroces, tanta Barbarorum multitudine circumstrepente, ac subinde assultante. Nusquã tamen armis mœnia inuadere adortus est tam formidolosus hostis. Nec vnquã ad certaminis aleã ventum: semel tantum Hispani quidam, trecentos fuisse constat, munimenta inuasere, quibus ferro ignique absumptis, plus deinceps minarum, quàm vis apertæ fuit. Cæterum Venetus iamiam sibi fidens animosus, veluti interceptas vrbes reperiturus per magnos imbres Vincetiarum signa intulit. Aqua nullo negotio deditione facta, belli pestis Veronã petere est visa: sed ibi maior se rerum moles ostentauit: quã obrem deslexit Venetus, Rhodigina Cheronefo recepta, velut summa vi Ferrariã oppugnaturus, passim per edicta euocatis omnibus ab vrbs opulentissimæ præliã. Aderat classis ite instructissima, triremes ad viginti, aliarum nauium numerus nõ paruus. Iã progressus erat nauticus exercitus aduerso Pado ad locum, quem vulgò dicunt Guardiam: vicus is est Sumini adiacens, distat Rhodigio septem milli

millibus passuum. Ac in Padi vltiore ripa, quæ agri Ferrariensis est, militaria excitat munimenta, tormentis omnifariam instructa. Promptissimus quisque miles locum tuebatur. Galli verò, qui Brixia, ac passim in ceterioris Galliaë vrbibus hybernabāt, Venetorū impetu excitati Veronam citatissimi petūt, protinusque Vincetiam inuafuros se cōminantur. Quo terrore Venetus ab instituto retractus, Leonicum petere cogitur, agri Vincetini id est oppidū. Classis interim quauis terrestri exercitus præsidio destituta, nihilo minus suum obtinebat gradū. Præerat Angelus Triuisanus. Munimento tantum erant equites ferè mille armaturæ leuioris, & pedites totidem. Nauticus miles nulla non die Ferrariensem agrum peruagatus, ferro & igni omnia deuastabat. Bellicis terroribus squalebāt vniuersa. Infederat eas res altius Alphonso duci, quàm tum præ se ferret. Sed rei bene gerendæ opportunitatem opperiebatur. Quæ vbi adesse est vīla, contractis Gallorum Hispanorūmq; millibus aliquot, suis nimio plus ad omne facinus animo paratis, miro stratagemate manipulos aliquot emisit, qui munimenta inuaderent quidem, sed mox simulata fuga, retrò cederēt, sinerētque leuioribus se tormentis spoliari. Factum id per biduum aut triduum, Veneto inde spes crescere, hostisque esse contemptui. At is mox infra munimenta, ex aduerso stātis in Pado classis machinas robustissimas capacissimāsque ad fluminis aggerem impexit, ea arte, vt eo perforato, pilæ ferreæ pōderis maximi ad æquilibriū aquæ excuti possent. Aduuabat negotium fluminis incrementum, quo altiores factæ naues machinarū ictibus facillè scopi cuiusdam modo exponebantur. Igitur ad arbitrium compositis omnibus, quicquam eorū Veneto ne suspicante quidem, dato signo, hinc munimentis signa noctu inferuntur: hinc classis impetu inenarrabili tormentorū ictibus peti, confringi ac comminui cœpta est: tantus verò siue ex re inopinata, siue periculi magnitudine timor nauticos corripuit, vt passim deslirent in Padum. nec cogitatio vlla versaret animum, præter quàm de fuga. Omnibus ergo attonitis, naues aliquot deprimitur, inter eas insignis fuit etiā Prætoria triremis, auro splendida, & ornamentis aliis regie instar exulta. Eam tamē mox ducis Ferrariensis industria reuocauit in siccū, concinnatāq; cū quatuordecim aliis Ferrariā perduxit. Captæ itē naues aliæ non pauca. Munimenta in fluminis ripa statim expu

expugnata. Fuit ea res Alphōso magna omni no, ac nescio an cuiuslibet veterum pars, siue ingenium cogites ipsius ducis, siue rem ab eo perpetratam, quæ ex Attestinis nemo vnquam sperare esset ausus. Quippe Venetū paulò antè latè terra marique pollentem, ne toruè quidem spectare sustinisset. Accedit ornamento, hostis confessio, Palam siquidem Venetus prædicare, tot bellis mari aduersus Turcarum gentem validissimam gestis, non ferè vnquam atrociorē cladē vno prælio reipublicæ inflictam. Etiam si in Crotoniate sinu bello in Mauros siue Sarracenos triremes sexaginta cum bellatoribus tantum non absumptas, proditum annalibus sit, quin Ligustico bello etiam multò plures. Gesta verò res est vndecimo calendas Ianuarij, millesimo quingentesimo nono. Insequens annus mitescēte demum ira Pontificis, Venetum ab diris liberat imprecationibus. Verū cum Gallis perseverante nihilo minus bello, Liniacū alioqui munitissimum ab illis per proditiōnē interceptum. Situm id in Atesis præcipiis est. Venetiis verò remittitur dux Mantuanus, pontifici prius Federico filio obsidis nomine tradito. Hoc eodem tempore copii ecclesiasticis quati cœpit Ferrariæ dux, cōspiratu in Venetos iam dilabente, ac ciuitatē nobilissimam Pōrtifice reponente, quæ iuris foret ecclesiastici. Insuper & in eundem exercitum anathema est. Sacrum ductabat exercitum Franciscus Maria Urbini princeps, à quo milite infesto Mutina occupatur, mox & Ferrariæ oppugnari cœpta, quarto ab vrbe lapide castris locatis. Regium quoque Lepidi per deditiōnē captum. Obsidione premebatur & Mirandula. At quū segnitè agi res videretur, ingēris animi Pontifex Bononia digressus, contempta frigoris, ac niuiū atrociorē vicāstra petit, confestimque facta deditiō. Iam circumegerat se annus: quūque munimentum Pado adiacens ab copiis obsideretur ecclesiasticis, Bastia nomē loco est, expugnatam iam Lugo, Coptignola, Bagnacuallo, ex inopinato irruente Alphonso, insignis ibi accepta clades. Eodem ferè tēpore Gallis suffragantibus, quod ab Pontifice disidere cœpissent, Bononiam ingrediuntur Bentiuoli, multaque in Pōrtificis dedecus excogitata. Præterque rusticorum simul & Gallorū impetu afflicta Venetorum copiæ cum ecclesiastico exercitu. Quæ rerū prosperiore fortuna, Bentiuoli audacius Bononiæ arcem miro ingenio, & Pōrtificis cura haud ita pridem substructā oppugnare ador-



FUND. 1876

ti, captam denique solo æquarunt. Paulò post initum fœdus est à Pontifice cum Aragonum rege Ferdinando & Venetis. Qui tota vi coorientes, vt a missa recuperarent, biennio ferè post Brixiam Gallo extorquent, atque item Bergomum. Sed nec dum aspirate Veneto fortuna, omnibusque in diuersum credentibus, mox vi recipitur ab hoste Brixia, & diripitur crudelissimè per maximam cædem, in sacra prophanaque ira belli grassante. Repetitur & Bergomum, grandi pecunia multatis ciuibus. Cæterùm, quia historiam scribere, non est nostri instituti, iam sequestrati ab terroribus bellicis ad nostra regrediemur studia, benignè studiosis impertiendo, quæ per tot annos, quibus in hoc defudamus puluere, sunt intentissimè obseruata nobis. Proinde initum post tanta mala cum Gallo ab Venetis fœdus prætereo: atque item prælium atrox prope Rauennam inter Gallos Hispanosque, quo tempore ita accise res Gallicæ sunt, vt paulò post accepta clade altera ab Heluetiis, Italia prorsum exigenteretur, & hoc pontifice Iulio etiamnum supersite, cui fuerat id in votis vel maximè. Verùm prius quàm hinc diuellar omninò, patriæ meæ cladem non reticebo, quam ab Hispano milite occupatam inuadens Bartholomæus Aluianus Veneti dux exercitus, leuis armaturæ equitibus non multis, ac pediatu perexiguo constipatus, nocturno itinere hostibus elusis diripuit, moxque inde sese proripiens Hispanis iterum deuastandam reliquit. Quando nullum crudelitatis genus, quod edi in ciues possit, est omissum, tectis parte plurima exustis, vt agrorum depopulationem transeam, & iniunctam omnibus commigrandi necessitatem, ne militarem diutius feritatem & hosticam rabiem pati cogentur, eò progressam impudenter, vt à miseris saccharum rubens & austerum parari sibi exigeret. Ac sunt hæc quidem bellorum stipendia, quibus pro dignitate explicandis Thucydides mutus sit, ac eo magis Salustius. Hi discordiarum intestinarum euentus, quarum atrocitate Italix vires conuulsæ Barbararum gentiũ cruentæ immanitati conterenda omnia permisere. Verùm hæc non Catonis animo ferenda, sed Ciceronis porius, ac temporibus inseruiendum, petendaque ex studiis malorum lenimenta,

Digest

Digestionum species, & secretionum. Obseruata multa de sudore. Virgilij locus explicatur. Pulorum orige. Cuius sordida ratio. Stegnosis quid. Psammisimus. Assa sudatio. Heliosus. Xeralephia. Interibi adnotatur quid chylus, chymus, chilus, chloe, chela, hemitymbium, ardalialia, ardanium, hemitybium. Hæmio la fibula qua dicantur. CAP. II.

Qui medendi scientia imbuti aliquid in ea facultate posteris elaboratus, soli citiusque procudendum censerunt, non vnum esse perficendi alimenti modum animaduertunt. Nam concoctionem primam in ore quidem incipere, verùm in stomacho fieri, peragi tradit in intestinis. Secundam exordia in meseraicis ducere, fieri in hepate, perfici in crassioribus venis. Tertiam in minutulis venis initium habere, fieri in capillaribus, cõpleri in earundem extremitatibus. Quartam denique addunt alij in membrorum poris, seu meatibus. Cæterùm digestionem prima ex cibo fit chylus. In sequenti ex chylo, chymus. Ex Theophrasti Aristotelisque sententia scribit Simplicis medicinæ libro primo Galenus, chymum intelligi, qui gustu deprehenditur: chylum verò, quod ex elemento est humido & sicco, caliditate iam percoctum. In tertia porrò ex chymorum globo humiditas quedam, nomine quidem proprio insignis nullo, verùm *αἰμαίνω* dicitur, id est innominatus humor. Percoctioni autem postremæ suus est locus, vbi quæ diximus, humor membrorum sese meatibus insinuas maturatur, eisq; perfectius assimulatur. Quærem scieter anadosin vocat Galenus, quum intelligatur digestio solum, vbi in stomacho perficitur cibus. Apud Aristotelem quarto Meteororũ lego digestionũ vocabula tria, *πρωτον, μεσον, & τριτον*. Pepantin efficit per se sumptus calor, epesin calori combinata humectatio, optesin arefcens siccitas, lis verò opponuntur tria, homotes, molyntis, stateusis. Cæterùm vocabula hæc non ad stomachi rationem spectant, verùm ad fructus & carnes vel elixas vel assas, super qua re multa philosophus. Admonendi verò amplius tyrunculi sunt, Chylum, si per pilon scribatur, ab chilo differre plurimum. Est siquidem chilus per i, herba vel fœnũ, quod scribit Aelius Dionysius, apud quem tamen per a diphthongum cõperi scriptum



FUNDACION DE LA BIBLIOTECA

xeni: vnde apud Pausania, *ἐν χιλοῖς*, quo ferè neglectus signi-
 ficatur Chilos porrò dicitur item chloe, quanquam est & Ce-
 leris cognomentū, cuius in Attica visebatur templum. Che-
 las verò, quod relatu dignū est, in primis lapides nuncupant
 marinis obiectos fluctibus, ne vndarum impetu violentiore
 perpetim assultante cōuellantur aggerum munimēta, vel id
 genus ceterorum. Dicuntur autē sic, quòd boum vngulis ferè
 sint asimiles. Platamonem Hippocrates saxū è mari promi-
 nens vocat, ac leuigatius, *λεωγία χιλοῖς*, in Historia septima
 Herodoti cassides intelligit forcipiculas, nimirū vngula-
 rum imagine quadā, quod genus verbo vno *χιλοῖς* vocat,
 ac intextu sūt: nam *χιλοῖς* implicare est. Sed redeo ad insti-
 cans Galenus super iis prodidit: Cibus, inquit, non it in cor-
 pus, neque alit, ni omni exuatur qualitate exuperanti extra-
 neaque. Proinde necessaria digestiones sunt, quarū ratio tri-
 plex pro superfluitatū ratione: est enim redundantia quedam
 crassior & feculentior, quæ secretio est cōcoctionis primæ in
 stomacho: alia verò aquosa est, quàm sequestret digestio se-
 cunda in urinā, estque hepatis & venarum, quod idem docuit
 De virtutibus naturalibus secundo, & primæ primæ Auicēna:
 tertia porrò exuperātia subtilior etiamnum, quam efficit di-
 gestio tertia, seu vocatūque per sudores: qui propterea falsi
 sunt, quod pars quidem dulcissima leuissimāque tota ad cor-
 pus nutriendum assumpta est, pars autem alienissima, maxi-
 mēque inconcocta tantum absoluitur, quæ partim deorsum
 collapsa, & subsidēs in hypostasi vocatur vrina, partim in cor-
 poris summa emergēs sudor est, vtraque tamen falsa ob ean-
 dē causā prodeūt, quoniā portiones aqueæ terrestribus admi-
 scentur, quod in falsis omnibus contingere, deprehensum ab
 eruditis est. Quod si terrestris portio redundarit, sapor resilit
 amarus, si verò aquosa, insipidus. Adnotanda obiter medicæ
 scientiæ ratio insuper non habenda: quorum sit constitutio
 excellenter calida, quorumque stomachus bilis citrinæ afflu-
 xu redundantior, hosce crassioribus alendos cibus, minimè
 verò tenuibus, ac concoctioni obuiis, quoniam bilis potesta-
 te facillimè corrumpantur hi, quod in diuersis fieri nequit.
 Inde minus accidit admirandū, esse qui bubulas carnes nul-
 lo perficiāt negotio, pullinas minimè. Sed exorsa repetū. Hic
 verò non id abique perpensione transeundum, sudorem non
 esse

esse perpetuò eiusdē saporis. Sudor certè capitis aut nullum
 emittit odorem tetrum, aut minus quàm reliqui corporis.
 Est enim locus capitis spirationibus opportunus, quia laxior
 est, etiam capillorum indicio. Loca, & quæ locis continentur,
 grauius nares offendunt, si præfactis meatibus euaporationi
 nulla præstetur libertas. Est tamen excrementum aliud ferè
 innominatum, quippe quod multis haud sit per cognitum,
 quando & nimia sui tenuitate visum effugiat. Ab scientissi-
 mis tamen, quibus referat arcana omnia ingenium maximè
 excussum, ac vt poeta inquit, capitale, *ἡ δὲ δὲ αἰθέρων ἀπὸ πνεύ-
 ματος* finitur, id est sensum latens exspiratio: cui tamen insit cras-
 sioris retrimenti non nihil: proinde ampliorem caloris re-
 quirat vim, & fluoris imperum violentiorem, ne subsistat.
 Inde pilorum origo creditur, & cutis sordidæ ratio. Illud in-
 signi perpensione dignum, vocari Græcis stegnosin, id est
ἡ ὑπόσφις, meatuum cutis vitium, quo transmittere superua-
 cua prohibetur: cooritur affectio id genus aut meatibus præ-
 factis aut constipatis addensatisque. Denstationem mysin ap-
 pellant Græci, velut conuiuentiam. Obstructio ex lentis con-
 tingit, crassisque retrimenti, si fortè confertius ad cutem
 fuerint dilapsa. At prouenit densitas tum ab iis quibus adest
 obstringendi potestas, tum ab iis quibus refrigerandi. Ex iis
 quæ de sudorum astruximus ratione, amplius (opinor) inno-
 tuat, quo maximè argumento eminentissimus poeta, non re-
 rum modo, literarūque veterū doctus, sed secretioris item
 doctrinæ absque ostentationis odio peritus, falsum alicubi
 sudorem defluxisse, canat. Illud verò Dioclis sanè absurdum
 viderur, tradentis, Sudores esse præter naturam: ni medico
 haud ignobili efficax maximè suffragetur ratio, quippe si
 suo defungatur munere innatus calor, restetque ab natura inge-
 stus peruincatur cibus: ita exsuperas diffatur humor, vt neu-
 tiquàm sensu percipi valeat. Quæcūq; verò vel balnei ratione
 vel exercitationis vel astiui etiamnū caloris secernimus, ex
 uolētis proueniūt causis. Certè in cōmentatione De viribus
 naturalibus, ita Galenus sanxit: Quāto validius intensiusque
 cōperiat intimū calidum, eo amplius effugit sensum diffila-
 tio. Nec illud in hac sudorū disertatione cōtemnendū: quod
 vsu quidem venire compertius est, quàm vt probatione in-
 digeat: sed cur ita, ambiguum sanè potest videri. Quanto
 curiosius intentiusque sudorem abstergere perrexerimus,

tanto is demanat profluētius. Ratio verò esse potest, quoniam refrigerari extrinsecus contingit, si nō abstergetur: fit autem ad contingētis nos aëris frigore, qui quantumcunque sentiatur calefcens, dici tamen frigidus valet nostrorū comparatione spirituum. Suppetit ratio item altera, quod qui iam profuxit sudor cuti adhuc adiunctus, ita meatus præfarcit occupatque, vix vt non pateat secretio. Promitur verò amplius in tergo sudor, quàm antè, argumento illo maxime, quod in parte quidem priore intus esse concavum locum animaduertimus, parum ab extimo secretum, in quem corruari sudor valet: id in tergo fieri nequit, sed foras obrudatur oportet. Addunt, postica diutius seruare sudorem posse, quia frigeant minus, qua ratione in aliis maxime redundat item sudor, quod frige factari nequeant. Quid, quod terga item corpulentiora habentur, proindeque & hument amplius: neque enim aliud caro est, quàm densatus sanguis: vt comprobatur secundo De animalium generatione Aristoteles, ex frigiditate ac humiditate. Nam ossa ex ficcitate ac caliditate volunt generari. Præsto item est humentis in tergo carnis ratio ex medullæ admotione, qua per spinam delibatur. Ea item humectandi vim habet præcipuam. Nec id contemnendum, quod in postica decumbimus magis, quàm innitamur pectori stantes, maior item ibi ex brachiorum iactatione motus. Porro si per se profuatur sudor, spontaneus nuncupatur rectè: si arte, tunc aut per harenam fit, paraturque: vnde & Aegineta Paulo vocatur psammismus, nā sabulū psammos dicitur: aut est elibani defudatio, seu concamerata, qua ignis inclusi æstu prolicetur sudor, cuiusmodi assa item dicebatur: aut est insolatio, quam heliōn dicunt. Aridum sudorem, id est *ἄρδρον* dici putat Eustathius, qui non balnei proueniat vi, sed exercitatione aut labore: sicuti xeralæphiam intelligimus citra lauarum obunctione factā sanguineū sudorem efficit cōstitutionis prauitas, corpore laxiore, sanguine præterea humecto, aquosone, ex insiti caloris imbecillitate, cuius potestate decoqui debuit, ac densere. Hanc verò cibi plerunque præstat exuperantia. Sudarium verò est, quod Græcè hemitybium vocant: id Aegyptiū arbitratur Pollux, & in comœdia quam mediam appellant, capsidrotium inuenio nuncupatum. Hemitybij meminit Aristophanes in Pluto. Exponit interpretis dici ita *ἡμισυβίον ἀνδρῶν*, id est semitritum lineum pannum:

sum: vel *ἡμισυβίον ἀνδρῶν*, id est vtrinque simbriatum phaciolum: Videtur esse mendum Pollucis exemplarium: scribitur enim modo hemithymbium, quo vocabulo dicitur Græcis paruum sepulchrum. At hemiolas fibulas Historia quinta nuncupat Herodotus, dimidio aliis maiores. Cōgruit huic loco vel præcipue quod Phercerates scribit, quendam inducens è febre extergi se iubentem, interimque insuffrantem, sudorem mihi, & ardaliā *ἄρδρα*, id est sponsia persiccato. Ardanium verò siglinum est, inquit Paulanias, vnde potat bruta, quod ante ianuam proponebatur, ab *ἀρδρα*, quod rigo signat: sed & vas, vnde aspergimur aqua templum ingressi, dici Ardanium valet.

Saltationis laus, & origo de Græco penit. Hymnorum generosa. Profodion, hyporchema, stasimon, profodiæcum, apostolicum, parthenion, spasinum. Aethiopū mens. Merione, Pyrrhi, Syracusanorum historia. Pyrrhichium. Elephantis saltationis periti. Virgily locus enarratur. De Proteo pauca. CAP. III.

Saltationis rationem non fuisse veteribus vulgare aut corripibile, argumento esse multa possunt, id verò in primis, caerimonias nullas, aut teletas paulò antiquiores fuisse, quibus non adhiberetur saltatio, quam rem eo grauiorem animaduertimus quod à magnis profecta authoribus videtur, Orpheo videlicet, ac Musæo; qui vt honestissimū quiddā sanxisset traduntur, cum rhythmo initiari, & saltatione: Quo factum est, vt qui mysteria prodidissent, eos dittearent plerique *ἄρδρα* dicitur, id est desaltasse: ad quod aduersus Androtonem alludens Demosthenes, *ἄρδρα* pro eo, qui vertisset terga, posuisse videtur. In Delo certè sacrum obibant nullum absque saltatione, ac musica: prodibant autem puerorum chori, tibiis, ac citharâ præcipientibus, è quibus selecti peritissimus quisque saltabant. Eorum item cantilena ab saltationis vsu dicebantur *ἄρδρα*. Erant autem hymnorum genera tria, profodion, hyporchema, stasimon. Profodion *ἄρδρα*, siue supplicatio dicebatur cum hymno, vbi Deos adirent, ac sacrificium ad altare profèrent. Sunt qui cantum putent modo, qui Dei hymnum contineat: nani & Athenienses Demetrio aduentanti præanas concinebant;

& profodia. Genere autē foeminino profodia cantus est, si musicum accedat instrumentum. Hyporchemata verò concinebant saltantes in altaris ambitu, vbi iam igni admota forent sacra. Celebrantur cretica hyporchemata, ex Cretensium saltandi studio, vti scribit Athenæus: illis enim saltatio erat patria. *ἡγεῖ λυβιστῶν*. Hyporchematicè saltant apud Pindarum Lacones. Communis videtur viris, mulieribusque. Modi eius censentur præstantissimi, profodiaci, apostolici, qui & parthenij dicuntur. Dicit hyporchemata putant, quod inter saltandum ferè generosum quiddam seruaret, ac virile. Mox autē, quum quiescentes canerent, vocabantur stasima. Spasinum vero valli nomen est, iis qui Tigrin accolunt, vt scribit Dion. Ceterum vbi aram saltantes obibant, ita more condito seruabant, vt ab sinistris dextrorsum pergeret prius, zodiaci quadam imagine, cuius motus caelo diuersus appareat, ab occasu ad exortum: inde à dextris lauersum, pro ratione caelestis vertiginis. Hæc verò eo apposui gratius, quod iis Maroniana sensa proferuntur in lucem, quæ illotis pedibus adeunt plerique omnes, versus sunt Aeneidos quarto,

Delon maternam inuisit Apollo,

Instauratq; choros, mixtiq; altaria circum

Cretes, Dryopesq; fremunt, picliq; Agathyrsi.

Proditur memoria, Theseū quoque in Delū insulā appulsum ex Creta, inibi saltationē inisse cū pueris, quæ Labyrinthi præferret errores, orbibus orbes impediēs, apud arā *ἡσπασίωνα*, ex sinistris modo compactam cornibus. Ceterum de saltatione id genus mox item aliqua. Ne verò quispiam hæc Græcis tantum in more fuisse opinetur, inuenimus Indorum gentem, quod vel Arrianus significat, quibus orientem solem venerari consuetum est, nō arbitrari plenam perfectamque esse numinis consalutationem, ni adhibita saltatio fuerit: quod & supra tempestate facere, in situ veteris fuerat, sed cum tacitate Dei, vt opinantur ipsi, effingere conabantur choream. Græcis verò pluribus præceterum demum perfectæ videbantur, si inter eas manum exoscularentur. At Aethiopes, cū iam cecinerè bellicum, inferunturque signa, saltant venerabundi, nec apud illos citra saltationem excuteret aliquis sagittam: quæ tela capiti, pro pharetra instar radiorum circumponere, gentium illarū mos est. Quin eo modo iniicere sese hosti formidinem opinantur. Sed & propinqua Aegyptus saltationis

nis mirata excellentiam, sub fabellæ inuolucro sententiam & ipsa suam videtur non oculuisse, quando Protea illum in varias se demutantem rerum facies, non ferè alium intelligunt, quàm saltatorem eximium, ad effingendum in primis docilem, vt nunc humectam liquidamque exprimeret aqua vim, nunc ignis celeritatem motus vehementia, nunc leonis feritatem, aut etiā pardalis impetū, furorēve: postremò etiam virgulti flexum, & quicquid omnino collibuisse veluti Empusa quadam, cuius ipsius decantata poëtis deformationes. Sed rogo te, audi, quid ex Homericæ item lectione ad negotium præsens venati simus: hic nāque poëtarum longè clarissimus, & literarum etiam parens, quum iucundissima homini in digitos mitteret somnum, amorem, cantum, postremā addidit saltationem, sed præclaro distinxit epitheto, dixitque *ἀνύμωνα*, vt quæ reprehensionis morsum nesciret. Sed & alibi, huic quidem à Deo contributam bellandi rationem, vimque scribit: illi autem saltationis artificem modum & optabilem cantum. Versus Homeri sunt hi,

ἀλλὰ μὲν γὰρ ἄνευ δῖος ἀοριμῆος ὄψεαι,

ἀλλὰ δ' ὄρχησάτω, ἡγεῖ ἡσπασίωνα ἀοιλλῶ,

Ceu planè innuat, eam esse prædulcem musicam, quæ non sit à saltatione abiuncta, dicaturque Deorum pulcherrimū donum. Vbi & illud attendendum amplius, quum bifariam res distribuerit, in bellum & pacem, duo hæc tantum, vt pulcherrima, bellicis apposuisse negotiis. Verum & Hesiodus speciosissimæ laudis loco protulit, quū de Musis ita cecinit Theogonia initio.

Καὶ τὴν ἠρωπὴν ἡσπασίωνα πᾶσι δῖα

ὄρχησάτω, ἡγεῖ προπέην ἡσπασίωνα ἡσπασίωνα.

Quod circa fontē nigri molliculis saltat pedibus, in arā paternæ tripudiantes ambitu. Quin Apollinē Pindarus orcheſtè dicit, id est saltatorē, quod & Homericæ cōprobarint hymni. Quinimò etiam alicubi saltantē cōperias Iouē, Deorū, vt veteres intelligi voluerunt, principē. Propterea Socrates ille sapientissimus tantum abfuit, vt saltationē duceret vituperandam, vt inter illius documenta legamus, hæc quoque esse perdiscendam, velut multū inſit venustatis in apto, concinnòque motu, & corporis afformatione composita, nec erubuit iam magno natu vir inter disciplinas serias habere saltationem. Ceterum inquit secundo Legum Plato, reliquæ animantes

sensu ordinis, in ordinationis que suorum motuum vacant, quibus bene compositis nomen iudicatum est numeri, & concentus. Nos autem Deos nostrarum celebritatum comites habuimus, qui sensum numerosum, concinnum, suauem, peritendum nobis dedere, modulos saltandi que genera docuere. Choros *ἀνὶ τῆς χορῆς*, id est à gaudis nominauerunt. Itaque primam eruditi rationem efficit Musarum & Apollinis opera, perspicuum est. Ineruditumque hominem esse, qui choream Musarum expertus sit, eruditum verò, qui compos eius est. Torumque id genus in choream, saltationemque & cantum distribui declaratur. Quo fit, ut qui bene eruditus est, bene cantandi saltandique peritiam habeat. Ex quibus utique omnibus amplius perpendenti liquere potest, saltationem haudquaquam facillimum, expositorumque artificem videri. Imò sicuti grauisimam pròditum authoribus est, disciplinarum excellentium apicem attigisse, nec musices modo, sed & rhythmicis, nec non geometriam, in primis verò philosophiam tum physices, tum ethices: sed nec rhetorices expertus cognoscitur, quatenus mores indicat, & affectus quos rhetores permouent. Verum nec à grauissima coniungitur, aut plasticæ, quoniam harum cōcinnitatem eurythmiamque sibi vendicat. Sed in primis memoria præcellens in saltatore exigitur. Imò verò iuxta Calchatem Homericum scire saltatorem oportet, *τὰ τὴν ἄρταν, τὰ τὴν ἰσθμὸν, ἢ τὴν ἰσθμὸν*: quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur, ut nil prorsus eum lateat. Caput autem summamque saltationis est, imitationis scientia, eorum quæ conceperit enuntiatrice, obfcurorum latentiumque illustratrix. Et quod de Pericle pronuntiavit Thucydides, præcellens est saltatoris laus, nosse quod deceat, & id ipsum posse explicare. Quoniam verò imitatrix est saltatio, prima in eâ virtus perspicuitas, quæ *ἀεφθίτου* vocant, quæ in oratore desideratur in primis, ut eorum quæ exprimuntur gesticulatione ac motu, tanta sit claritas, ut nullis prorsum sit opus interpretibus, & quod Pythicum cecinit oraculum, saltantis spectatorem deceat, non loquentem etiam, omninoque mutum quodammodo audire ac intelligere. Pròditum memoriæ est, quod ad præsens negotium mirè facit, Cynicum Demetrium, cui vilior erat saltatio, dicere solitum, id genus artificij tibi arum videri & fistularum parerga quædam, quando ipsum argumento conferret nihil, morum modo adhiberet vanum, & ab intellectu

tu seiunctum omnino. Id quum inaudisset Neronis tempestate celebris saltator, & (ut videtur) non imprudens, nec rudis quispiam, sed multa historiarum memoria præcellens, & saltandi artifex mirus: Quæso (inquit) Demetri, ne sit onerosum, me saltantem tua præsentia honestare: idque nullis incinentibus tibiis, aut cantibus prorsum demulcentibus: mox si videretur, id artificij exploderet allideretque, Adnuuit Cynicus. Saltauit ille Veneris adulterium & Martis, Vulcanum à sole commonitum utriusque struem infidias, illos claudi artificis fabri technis irretitos, assisettes spectaculo deos, suffusam rubore Venerem, timidius supplicante belli deum, ac quæcunque fabella continet. Omniaque tam subtili, tamque artifici gestu, tanta rerum (quod difficillimum est) perspicuitate, tanta denique venustatis gratia, tamque plausibili ingenio, ut exclamaret Demetrius, iam (ut videtur) hilarior, plurimumque negotio oblectatus, *ἀνὶ τῆς χορῆς ἢ πρὸς τὴν χορῆν, ἀλλὰ μὴ δυνάμει τῆς χορῆς ἀδρῆς δυνάμει*: Audio, o homo, quæ facis, nec video solum, sed etiamnum ipsis manibus mihi videris loqui. Confirmarunt hæc ab Cynico pronuntiata barbari regis apud Neronem non incitata verba. Is ex Ponto ob necessitate quamdam petierat Romam. Forte ita accidit, ut saltator idem neficio quid saltaret tam perspicue, tamque (qui mos illius erat) concinne, ut spectans modo, nec eorum quæ dicerentur quippiam audiens percipiensve, nihilominus intelligeret omnia. Igitur quum mox discessurum Barbarum benignius amplexaretur Nero, ac petere iuberet, si quid futurum vsui arbitraretur, elargiturum se munificens: Plurimum me, inquit, inueris, si saltatoris illius mihi copiam feceris. Miratus Nero, quum amplius quæreret, quid ita petere institisset? aut cui inde rei futurum emolumento artificem duceret? Sunt, inquit is, accola mihi Barbari, lingua & moribus diuersi, interpretum haud serè superest facultas. Quod si præsto mihi fuerit hic, & re quapiam ab illis fuerit opus, nutu ac renutu, ceterisque sui artificij modulis, saltator mihi omnia conficiet, ut in reliquum valere iubeam interpretes. Tantum docilis imitatio, & artifex peritia cōcinnusque ac peragilis motus gestusve authoritatis adeptus erat, ut nec immerito Pantomimi nomen Italiæ irreperit. Lesbonax quidem Mirylenæus, honestus planè vir & bonus, saltatorum *ἡγεμὸν*, hoc est manu sapiens solabat nūcupare, pergebatque subinde ad spectacula, tanquam

theatro melior reuerſurus. Equidem inter ſtudia reliqua hoc
vtique oblectationem ſpondet, illud verò emolumentum: at
ſaltatio, ſi rectè perpendas, vtrunque complectitur. Quin vti-
licas tanto inde vberior locupletiorque eſt, quanto plauſibi-
liorem adnexam habet voluptatis titillationem. Propterea
multa mihi variæque rimanti, illa videtur ratio veriſſima,
vna cum mundi generatione, & amore illo vetuſtiſſimo di-
uina quadam vi in lucè prodiſſe ſaltationis primordia. Hanc
quippe cœleſtis illa præmonſtravit, & longè clarifſima ſtel-
larum ſyderumque chorea, errantiumque cum inerrantibus
complexio, ac concinna proſum ſocietas, harmonicûſque, ac
mirus ordo. Hæc ſi quis ſaltationis putet incunabula, ac exor-
dia prima, vt reor, ab veritate aberrarit non multum. Ea ve-
rò per ætates incrementis adaucta iuſtis apicem ſummû attig-
ſſe pridem videtur, vt varia quedam res cenſeatur, & omni-
fariam cooprata, congruensque, & bonû quoddam *πολύμορφος*
hoc eſt ſcientiæ multiplicis. Principem verò omnium Rheam
aiunt, oblectatâ artificio, in Phrygia quidem Corybantas, in
Creta verò Curetas ſaltare iuſſiſſe. Affuitque inde mox emo-
lumentum, ſi fabulatores libeat audire, euident. Hęc enim il-
li ratio Iouem præſtitit incolumen, proindeque is arti præ-
ſtantifſimæ *ὄπισθεν* debet, id eſt ſalutis contributæ præmium:
ſic enim paternos euasit dentes. Ea ſaltatio armata fuit, quam
à Curetibus excogitatam primo, Eufebij quoque tēpora re-
ſtatifſimum faciunt. Erat verò gladiatorum cū ſcutis collifio,
ſaltabantque bellicum quiddam & entheon. Mox verò opti-
mus quiſque, vt maxime in Creta nobilitate putabatur excel-
lere, ita ſaltandi artificeſem haberi, pulcherrimum honeſtiſſi-
mumque cenſebat. Id ne quis ambigat, Merionem Homerus
non vtiſque ſuggillaturus, verû honeſtare meditatus, *ὀρχηστών*,
id eſt ſaltatorem nuncupauit. Qua in re is adeò celebre iam
indeptus erat nomen, vt non Græcis modo nota forent ea, ſed
& Troianis hoſtibus, fortè quia inter bellandum non tacita
quedâ agilitas & concinnitas, quæ ex huius artis peritia ino-
leuerat, ſeſe ſubinde oſtentabat. Homericæ verò carmina ſi
quis exhiberi ſibi protinus expetat, hæc ſunt:

*Μυρίων, τὰ χεῖρα λείπει καὶ ὀρχηστών τῷ φθόνῳ
ἔρχεται ἰμὴν λυγρὸν ἄνωγε.*

Sunt qui Syracuſis ſaltationem primò exortam prodant, à ty-
ranni Hieronis immani ſequitæ: qui inter alia dictu immittia,
Syrac

Syracufanos etiam mutuis vti colloquiis veterit. Quæ verò
necessaria forent, pedum, manuum oculorum nutibus indiciumque
iusserit petere, vnde mox saltationi exortum peperit necessitas.
Pyrrhus verò ille tantus Achilles filius, quo bellate corruisse
Ilium creditur, alioqui inexpugnabile, celebratus hoc artifi-
cio vsque adeo est, vt quum speciem illi pulcherrimam adie-
cisset, Phyrriachium sit ab eo nuncupatum, de quo tamen plu-
ra mox. Sicuti etiã in metro pes, quanquam ab præceleri, &
proinde ignea mobilitate infecti malint alij. Nam & à pedum
celeritate ipsi quoque conciliatum nomen Pyrrho astruunt nõ-
nulli: quo argumeto etiam Cinesias sit cognominatus, Apud
Lacedæmonios, qui inter Græcos diu habitati præstantissimi
sunt, saltandi studium non erat incelebre, quando epebi non
accuratius *ἐπιπορευόμενοι*, quam saltationem perdiscebant. Ab Cas-
store verò ac Polluce acceptum *καραρίσιον*, id est caryatissare.
Species verò ea saltationis erat, vocabulo à Caryis ducto, quæ
est in Laconia ciuitas, vbi maxime exerceretur: Eiusdè porro
rei studium eo vsque progressum in Thessalia legimus, vt stre-
nuos viros, & in dimicando principes, quos vocant *προσάτας*
ἢ ἐπιπορευόμενοι, illi *πορευόμενοι* appellarent, hoc est planipe-
des primos. Manifestum id ex statuarum item titulis: quas iis,
quorum strenua fuisset opera, excitabant, *πρόσθεν ἐπιπορευόμενοι*
ἢ τῶν πορευόμενων. Et alibi, *ἐπιπορευόμενοι τὰς ἀλόννας ὁ δὲ μὲν ὀρχηστώνος τὰν μά-
χην*. Non paruo quoque argumeto fuerint epitheta ite varia,
quibus saltator eximius distinguebatur apud Græcos. Ea vt
propria ipsorum lingua habentur, ideo apponere consilium fuit,
quonia vix citra fastidium audiri tralata poterat. Sunt verò ex
multis hæc præcipua, euphos, elaphros, pedeticos, halticos,
euarmostos, eurhythmos, euschēmō, hygros, epidiēticos, pan-
tadapus, eutreptus, demagogicus, demoterpes, prochiros, ta-
chychir. Apud Indos Arrianus scribit, elephantes quoque salta-
tionem doceri, & exercere. At Sybaritæ in cõuiuia equos intro-
ducebant ita imbutos, vt incinetis tibiæ cantu audito, statim ar-
rigeretur, ac pedibus ipsis prioribus, vice manuum, gestus quos-
dam chironomicis, motusque ederet ad numerum saltatorios.

*Saltationis species: podismus, comus, pyrrichæ. Quantilia-
ni obscuritas illustratur. Pysurides, pyrimachos. Vir-
gilius locus explicatur ex Georgicis. Saltationis partes.
Sicilissare quid. Pan chororum proxenus. c. A. P. III. I.*



LUDOVICUS DE WETTER

LECTIONVM ANTIQVARVM

18
 S Alationum verò non vnu m fuit genus prioribus, erat si-
 quidem in primis à cantu nuncupata emelia, quæ tragi-
 ca cenfebatur, sicuti cordax comica, de qua mox item paulo.
 Eius commemorat Arrianus in commentario Indico: sed sa-
 tyrica putat, & à Libero patre in India institutâ. Sicinnis ab
 aliis, vt scribit Athenens, satyrica intelligitur saltatio, vnde &
 Satyri Siciuustæ nuncupati, quâ Sicinnus excogitarit Barba-
 rus, quâquam Cretensem intelligit aliq. Saltatores enim fuis-
 se Cretenses, author Aristoxenus est. Alij à verbo *σάδω*, pri-
 mùmque Therippum eandem saltasse. Has sunt qui à Diony-
 sias ministris excogitatas, & item nuncupatas prodidere.
 Enopliæ saltationes, siue armatæ, fuere pyrrhicha, thelelias
 item, quæ ab saltatoris nomine sic nuncupata fertur: fuit item
 xiphismus, podisimulque, nec nò *λέω*, id est comus, & tetra-
 comus Herculi sacer, & bellicosus. Nam quæ comastice dice-
 batur, non pugna modo erat insignis, sed etiam plagis. Arma-
 tos in Panathenæis pueros saltare solitos, traditū est. Quin &
 Mineræ sacrum maximè id habebatur genus, quod & cate-
 noplion dicitur. Opla verò dici arma, nemo est qui nesciat.
 Interim de pyrrhicha illud non siluerim, inuentam à Laco-
 stoxenus scribit. Bellicosa verò saltatio est, quoniam & Spar-
 tani bellaces diu sunt habiti, quorum filij *ἰσχυροὶ κούροι*, id est
 embaterios perdiscebāt cantus, quos & enoplios dicunt. Spar-
 tani quoque ipsi in congregiendis hostibus Thyrtæi repe-
 rebant poemata, vt eurhythmos cōcinnâque fieret motio. De-
 nique pyrrhica Laconibus belli progymnasma fuit, à quinto
 atatis anno condiscantibus singulis *πυρρική*, id est pyrrhi-
 cham exercere. Hinc autem aperitur Quintiliani locus ex
 Oratoriarum institutionū primo, de gestus institutione pri-
 ma: Nam inquit, Lacedæmonios quidem etiam saltationem
 quandam, tanquam ad bella quoque vtilē, habuisse inter exer-
 citationes, accepimus. Author Aristoxenus est, gymnopædica-
 cam exercentes (pueri in ea saltabant nudi) mox ad pyrrhi-
 cham solitos emigrare. Sunt vt meminimus, qui Cretas pri-
 mum enopliam induxisse saltationem opinentur, rursus ab
 Cretensi ordinatam Pyrrhicho. Et in ea Thaletem primum
 hyporchemata concinnasse. At hyporchematicos cantus om-
 nes, dici creticos, author probat Sosibius. Lectum apud Ari-
 storem est, omniū principem, in Patroeli pyra vltimū pyr-
 ili

LIBER V.

rhicha Achillem, vnde & inflexa nominis ratio sit. Apud Cy-
 prios autem Prylin hanc nuncupari. Pyrrhicham dici & Chi-
 roniam, Græci scribunt. Sunt qui à Pyrrho inuentam pyr-
 rhicham prodant, vt diximus: à qua purrhicharij recte ab
 Iureconsultis nuncupantur. Digestis de pœnis libro qua-
 dragesimo octauo, quem tamen locum Græcæ ignari lite-
 raturæ inuertere sibi permittunt. Sunt qui arbitrentur, Pyr-
 rhicham, *ἢ το δούπερον ἄνω*, esse vocitaram, id est quoniam
 sit ignita quodammodo saltatio *ἢ σούτων*. Est &
πυρρική χλαμύς, ἢ πελταδέρω, id est, est chlamys, vel pelta parua.
 De Pyrrhi autem Epirotæ nomēclatura Pyrrhiadē nūcupati,
 quos nunc Molossos appellant. Pyrrhides, ad præsens insti-
 tum pertinent nihil: sunt tamen militares eo nomine phani,
 id est lampades, aut obeliscolychni, etiam apud Aristotelem.
 legimus enim *ἐν τῇ πρῶτῃ ἐκ μάλιστα, ἢ τὰ πρῶτα τοῦ μανθάνειν*
κατανοοῦσθαι μὲν πρῶτον ἵστας, ἀπὸ τῶν ἱξίως ἐμὲ δὲ τὰ πρῶτα
ταχὺ γινώσκουσα Pyrimachon dicunt in pugna *ἀδύκτων*, id est in-
 superabile. Sed à diuerticulo fabulâ repeto, ne sit superpondij
 nimium. Ascoliasmus saltatio erat Bacchi dicata festis, quæ vo-
 cant ascolia. Quod theatri medio vtres, quos vocant *ἀκρότε*
ἰνφλατος obunctōsque, vno tantū insilirent pede, vt delabentes
 risum excitarēt. Hoc agere apud Græcos dicitur *ἀκλουδία*.
 Ad quod apertissimè Virgilius respexit Georgicon secundo,
 illo versu:

Intollibus in pratis vntos saliere per vtres.
 Quod ineruditè nimis, *ἢ ἀκρότερος*, id est ineducatè nō per-
 pendunt interpretes, negligentia prorsum fustuario digna.
 Aduertendum quoque, qui vni tantum innitētes pedi saltant,
 quod vel tempestate nostra frequētissimū est, dici item *ἀκρου-*
λίσσω, & saltandi modū, ascoliaismum. Sed nunc non ab vtre
 inclinatur vocabulum, verū ab scolon, quod impedimentum
 icineris signat, quod claudicantibus euenit, atque surrectum
 palum. Apud Aristophanē, *δὸς μωροῦ ἰστας* est oclasma, sal-
 tatio Persica, quâ & *ἰγρὰν* nominant. Fuit & Dionysio sacrum
 genus Phalicum, sicut Herculi Callineus: nam Thraciæ gen-
 tis & Carum colabrisimus. sed armata itē fuerat saltatio hæc:
 fortēque fuerit ea, cuius meminit *ἀκρότερος* sexto Xeno-
 phon, dum ita saltantes prodit, se inuicem *τεχνητῶς* ad modum
 solitos ferire, demūque qui alterum exuisset armis, exisse
 Sidalca incinentem, illo perinde ac mortuo planè elato,
 Fuit



LECTIONVM ANTIQVARVM

Fuit & armata saltationis species carpa nomine in qua, possis armis, bullequa iactabat semina, respectas subinde velut formidine. accedebat praedator, id animaduertens bullequa, correptis armis depugnabat. Haec vero fiebant omnia rhythmicè prorsum, praecinente tibia, demumque à praedatore colligatus sator cum bobus abducebatur. Quodque illum hic, vinctis à tergo manibus praese agebat. Inuenimus & Baucismum saltatoris Bauci, Comon cognominabat: sed mollicula fuit, delicatiorque saltatio. Inter lasciuiora genera haeriatismus est, ac apocinosa, apocinosa, strobilus. Mochon verò nautica res erat, ac onerosa. Fuit & geranos saltatio: quam nostris literis dicere gruem licet, numerosa erat saltantium turba, quadam volantium gruuum similitudine. Instituta primum saltatio fertur à Theseo apud aram Deliam, dum exitum de Labyrintho imitatur. Dipodiam legimus Laconicam saltationem: nam quae tibiis praecinentibus exercebatur, gingras dicta est, putò quia sint tibiæ quas nuncupant gingrinas, fuerunt item saltationes quæpiam enixiores, hecaterides & thermastrides. Verum hecateris manuum potius opera costabat: pedum verò thermastris, saltu quippe exercebatur. Eclatissima mulieres erant saltationes. Apud Laconias erat item bibasis, in qua etiamnum proponebantur praemia non pueris modo, sed puellis quoque: saltu erat opus, interimque nates pedibus contingere. Pinaxides cur maximè discerentur, non satis constitutum Pollux habet, an quod super tabulatis fierent, an quod tabellas manu tenerent. Ballissimum dici inuenio saltationem tympanis crepitantibus, vel etiam cymbalis. Cuiusmodi Parilibus fieret Romæ, quæ mox Romæ dici coepere, ciuitatis fortunæ templum struente Adriano. In Sicilia Ionicum saltationis genus erat Dianæ sacrum. At angelicum habitum praeferebat nuntiantis aliquid. In morphasmo diuersorum animalium erat imitatio. Erat item scopis seu scopias saltatio, ex colli circumlacione, quadam imitatione auis. Leo autem formidolosa fuit saltandi species. Erat sua idiotis saltatio anthemæ nomine, quam saltantes sic ferè pronuntiant, Vbi nam mihi rosæ? vbi violæ? vbi apia florentia? Fuit & saltatio dicta *κίρκος* *κέρκυρα*, id est mundi deflagratio. Quæ verò dicebatur hormus, ephebis constabat, ac virginibus planè hormo similis, hoc est segmento. Praecedebat quidem ephebus iuueniliter, & (vt mox in bello facturus erat,

Handwritten marginal note in the left margin, possibly a library or collection identifier.

LIBER V.

erat, saltans: sequebatur puella decenter admodum, vt hormus is videri posset ex modestia conexus & fortitudine. Fuit quædoque saltatio dicta Phrygia, conuiuui dicata & ebrietatibus. Bacchicam saltationem in Ponto & Ionia tantæ fuisse voluprati gentibus illis Lucianus scribit, vt statutis temporibus obliu omnium aliorum, desiderant dies totos spectantes Titanas, corybantas, satyros, bubulcos. Quod verò mireris amplius. Exercebant id genus nobilissimi quique, ac ciuitatum maximè principes: præcipuam id opinati gloriam spectare. Dicit inde Italicas Carnispruij debacchationes protulisse. Nyctias item saltationes Dionysiacas interpretantur, ab Nyssa. Eadem & Berecynthiacas credunt. Porro ne quid prætereat, quo hi qualescunque Lectionum antiquarum libelli sint adminiculatores, legimus haud ita pridem rhetoris Vlpiani commentatiunculas in Demosthenis Olyntiacas, vbi sic adnotatum inuenimus: Cordacismus, saltationis est species turpis indecentisque: nam saltationum alia quidem bellicæ sunt, vt pyrrhica: nonnullæ verò ridiculariæ, quibus modo conciliatur risus. Iis autem in conuiuui vtuntur & theatris. Verba Vlpiani Græca sunt *ἡ ἐκ κορδακισμοῦ ὄντι ἀλλ' ὀρχήσασθαι αἰσχροῦς καὶ ἀσχηρῶν, ἢ γὰρ ὄρχησασθαι, ἢ μὲν ἔστι τῶν λυρικῶν, ὡς καὶ ἡ τῶν ἰσθμικῶν, ἢ ἡ γυμναστικῶν, ἢ χροῦντι δὴ ἄσχηρῶς καὶ ἀσχηρῶν*. Harpocratio autem in verbo cordacismus, cuius meminit in Philippicis Demosthenes: Cordax, inquit, comicæ saltationis species, sicuti Aristoxenus tradit in libro De saltatione tragica. Reperitur nomen & in veteri comædia, vt apud Nicophontem. De cordace idem ferè Aristophanis interpres quod Vlpianus, *κορδακισμῶν*. Græcis turpiter saltare signat. Sunt qui putent, duo saltatorum genera Homerum nouisse, cybistateras, & sphaeristas: qui sphaera vtentur siue pila, vnde & sphaeristica dicitur, sicuti meminit Athenæus quoque. Aristonicum Carystium Alexandri fuisse sphaeristen, prodit historia, quem ob artis excellentiam ciuitate donarint Athenienses, statua quoque erecta. Cybistateres videtur esse, qui in caput saltat, quod *κυβιστῶν* dicunt in caput mittere. Scribit in Moralibus Plutarchus, Saltationis esse partes tres, *μορῶν, σχῆμα, καὶ τὴν αἰσθησιν*, latione, schema, demonstrationem. Siquidem confurgit saltatio ex motibus & habitibus: sicuti melos ex phthogis & diastematibus, hoc est ex vocibus & interuallis. Hic verò mansiones motuum fines sunt. Ergo *μορῶν* vocant motus: sche-



Iphicratides

LECTIONVM ANTIQVARVM

mata verò habitus, vbi Apollinis, aut Panos, aut cuiuspiam figuram, & modum effingentes, graphice formam seruant. Tertia verò res, quam *Aëiv* nominauimus, nō imitationem, habet, sed rerum subiectarum demonstrationem: indicant enim caelum quandoque, aut terram, aut etiam spectatores ipsos. Androna Catanæum scribit Theophrastus, incipientem tibiis primum omnium motiones corporis & rhythmos excogitasse, vnde natū, vt *αἰχμίστω*, id est sicililare, positum inuentas pro saltare. Celebrantur ab Athenæo saltationes ethnica, Laconica, Træzenica, Epizephyria, Cretica, Ionica, Mætiaciæ. Est & saltatio quā modo Mauricā dicimus, cuius modi ferè antiquis fuerat chironomia. Pana deniq; chororū proxenum credebāt priores, vt est apud Sophoclis scoliasteo, *Iphicli in currendo agilitas mira, Hyginus vindicatur à vitio. Iphicratides quid, Iphic oues cur, De Melampode relatu non indigna. Perpenditur etiam Plinij locus.* CAP. V.

Iphiclus, inquit Apollonij interpres, Phylaci creditur & Clymenes filius. Eū cecinit Hesiodus, tanta fuisse corporis hoc est super triticeas aristas, nec obladeret. Demaratus verò etiā per mare incessisse prodidit, inde natus adagio, vt Iphicli agilitatē pro celeri, inexcuperabilisq; vsurpemus. Meminit Iphicli huius Argonauticon primo Apollonius eo versu.

Ὀδὸν ἄλλ' ἰκνῶν & γυρῶν ἐν ἀγρῶν ἰκνῶν.
Porro adnotatu nō indignum, Iphiclum ab Apollonio tradit Iafona fuisse affectatū, in Colchos cū Argonautis properantem. Id verò Hesiodus nō scribit; nō itē Pherecydes. Cōmeminit quoque Iphicli Hyginus, sed dictione luxata decurtatē: nam de Orione sic ferè scribit: hunc Hesiodus Neptuni filium dicit, ex Euryale Minois filia natum. Concessum autem ei, vt super fluctus curreret, perinde ac in terra, quem admodum Phiclo datum, vt supra aristas curreret, nec eas comminueret. Tu scribe, Iphiclo, Cui inditum, ex currendo potestate nomen, veluti diceretur Iphicolos, nam *ἰφί* potenter signat, vnde & Iphicrates, quoque, & ab eo Iphicratides, attica calciamenta, quorū in philosophica historia cōmeminit Damascius. Iphicli filios tradunt Protefilaum & Podarogen. Oues Iphias ab Græcis per *ὀφίον* dici inuenias, quæ debil

LIBER V.

debiles sint, *ἢ δὲ ἰκνῶν.* Nō prætereunda parte hac in sanitatis ratione, Galeni post Hippocratē medicorū principis placita, nostrum iuuantia propositum vel præcipue: Omnes, inquit, imbecilliore sumus cernendi potestate, si aquilarum, & lyncis acuminibus conferamur. Confusianens quin & hebetiorq; inest auditus, nobis si Melapodi. Pedibus quoque subsultamus, si Iphiclo. Et manibus valemus haud multū, si Milo nobis componatur. Quod de Melampode scribit author nobilis, obsecro te lector humanissime, cum Plinio, cōferas, libro Historia naturalis decimo, sic prodēti: Qui credit ista, & Melampodi profecto aures lambēto, dedisse intellectum auium sermonis dracones, non abnuet.

De Palma scitu digna. Nicolai cur dicantur. Nicolaita heretici. Spadix vnde. Lunam amatoribus præesse. De palma cerebro, & Tegyra ciuitate. Item palma, & oliua fontibus. Suda error, & interpretis Philostrati ac Plutarchi. Psen quo distinguatur à Balano. Iouis balani. De Phraote pauca, cum enarratione Horatiani loci. Encephalos, encardios, elate, fusterna, sapinus. Palmam Aegyptiis annum indicare. Batis quid. Perirrhacides.

CAP. VI.

Palmam in Syria, & Aegypto balanos producere tanta aspectus iucunditate, ac suauitate gustus, proditum est, vt tragemata omnia, bellariāque præcellere faciliè tradantur, quāuis in Græcia fructus is feratur incoctus, nec esui proinde satis gratus. Inter Phœnicobalanos autē eximie præstare, tum magnitudine, tum etiā pulchritudine, quas vocant Nicolaoas, obseruatum est, de quibus ex Plinio pauca hæc ascripsimus: Sicciore, inquit, in hoc genere Nicolai, sed amplitudinis præcipue, quaterni cubitorum longitudinem efficiūt. Sed cur nam dicantur Nicolai? Quæsitū id quidem diu, sed inuentum in paucis, ni Grammaticorum commenticiis, & inde inanes sequi opiniones malumus. Nuper Græcum veris exemplarium, quod venabar, denique sum visus, qui, Sic enim comperio, Fuisse Nicolauum quendam disciplinam Peripatericum, patria Damascenum, moribus suauissimis

ac prælucis quadam iucunditate, corpore procero quidē, sed non indecoro, facie paulo pleniore, interlucente grato rubore. Bene doctus, quoque: nā historiam polybibulum concinnauit, id est centū ac triginta quatuor librorū. Quo quum maximē oblectaretur Imperator Augustus, vt scribit Athenæus, eique afficeretur plurimum, similitudinis argumento, balanos magnitudine præcipua, & pulchritudine Nicolaos dici instituit. Adiciunt quidā, ex Syria balanos id genus, quibus præcipuē oblectaretur Imperator, Romā alsidue mitti solitas. Et Xenophō prodit. Selectas Dominis Balanos fuisse tum pulchritudine admirabili, tum magnitudine, vt aspectu ab electo nil profum differrent. Nicolaitæ in sanctis literis, & Canonicis decretis ad præsens nil attinent institutum, quā lo eo nomine hæretici fuere, quorū & Hieronymus commemorat, ab Nicolao, qui fuit cum Stephano Diaconus, Eorū fuit dogma, Vxorū cōmunio. Sed ad diuerticulum, Inest omnino arbori eiusmodi decor non ingratus, quando poetarum princeps puellæ Phæaciæ venustatē palmæ ramo alsimulare sibi Homerus permiserit. Propterea fuere qui ita arbitrarentur, In certaminibus sacris varias quidē singillatim coronas dari, vniuersim tamen ex palma solenni quodam more consecrari, vna ea de causa. Etiam si ab foliorū æquabili ordine, institutum opinentur alij, ceu certatim cooriatur, & quodammodo simul currant quadam cōtentionis imagine, idque tacito naturæ consensu. Nam & victoriā Græci inde dici putant *πύλω, ὡς ἂν τὸ μὴ ἀνῆν, ἢ non cedendo.* Alij verò, quod sit palma inter arbores cunctas macrobia maximē, id est longioris æui, sicuti Nicephorum, sic enim victores dicunt, gloriam addecer esse perpetuam, nec vnquam consensescere. Quod de palmæ vita diximus, Orphicum illud videtur comprobare, *ἄνδρ' ἢ τῶν ἀνθρώπων φωνῆν ὄντοσσι, animal æquale longicomis palmæ ramis.* Epitheta porro illa *ἕμασι φωνῶν, ἢ ἀφ' ὧν, quæ firmiter, ac perpetuò virentem foliis signant, huic congruere vel maximē. Inter ceteras nanque arbores nullam planè videmus eadem custodientem folia, sed decusis prioribus, succrescent alia. At palma nil, inquirunt, abiicit, & proinde constanter cognominari *ἀέφωλλος* potest. In rebus porro Atticis adnotatum legimus, Theseum in Delo primum posito certamine, ab sacra palmaramum auulsiſſe, qui & Spadix inde sit dictus. Neque irem*

in

in hac palmæ mentione illud prætereundum, in Babyloniorum literis compertum, esse palmæ arboris trecentas & sexaginta vtilitates. Nec omittenda prisæ vanitatis superstitio, quia sit balanorum nucleus non modi vnus: aliis enim longior, his mollior, illis durior, quibusdam etiam ossus lunatusque: hunc potissimum quadam religione positum dente cōtra fascinoſ arbitrabatur pollere. Quum verò lunatum dicimus, curuatum arcualemque intelligimus, cuiusmodi in luna à coitu contistitur schema. Cur autem ea maximē figuræ expeteretur, luxuriantis fuerit otij quærere, ac superstitioſis potius, quàm eruditionis: nisi quòd in libro De Iſide Plutarchus author est, quia solem appetat semper luna, & persequatur: inde argumento eo ab amatoribus aduocari lunam. Et amatoria ab Iſide dispensari, Eudoxus scribit: quæ nō alia omnino sit, quàm luna. Scribit tamen Pindarus: Ex amantiſſimo soli quidem viros vota concipere, lunæ autem fœminas. Quod inde Hippolyto apud Euripidem facit Phædræ, & in Pharmaceu tria significat Theocritus. Rationem aucupantur nonnulli, quoniam amoris furtiuo congrua sit nox: proinde Menander,

ὦ νύξ, σοὶ γὰρ αἰὶ πάντων ἀφροδίτης.

Vel quod amatoriæ affectioni obnoxia quandoque fuerit luna, vel quia sicuti amor *διάνυσι ἢ θείσι.* Inuenio in monumentis, & Plutarchi in primis in Pelopida, fuisse in Bœotia montem cognomento Delum. Nā Stephanus in Tanagra, regionis eiusdem fuisse urbem paruum nomine Delum scribit. Apud montem erat Apollinis templum, post templum duo mirabili suauitate fontes, copia aquarum ac frigiditate insignes: alterum *φόνιλιον*, id est palmam vocant: reliquum oleam, sicuti commemorat in libro Cur oracula defecerint, Plutarchus idem. Vbi & natum Apollinem narrant. Ad quod respexisse Catullum volunt, eo versu de Diana sic canentem,

Quam mater prope Deliam Deposuit oliuam.

Quamquam & de arbore posse intelligi, author Ouidius est Metamorphoseos sexto. Aduertenda verò Plutarchi interpretum inscitia ex Pelopidæ vita: Fontium, inquit Plutarchus, alterum palmam, oleam alterum, nunc quoque nominamus: non quòd inter plantas duas peperit dea, sed in fluenti duplicis meditulo, id est *ἑρῆθρον.* At interpres, Sed quia fluuium dea peperit, quoniam Græci ferè codices *ῥέτρων* præ-

316
 ferunt accufandi casu. Sequitur Plutarchus: In propinquo
 Proū est, siue *Ἰσὴς*, dea conterrita repente viso apro. Nomen
 prateriit interpretis. Quidam ex eruditioribus, esse in Laco-
 nia Tegynam tradidere falso, vbi natus Apollo sit. Id vt verē a-
 me dici, intelligant studiosi, audiant quid Stephanus: Tegy-
 ra, inquit, Bœotia ciuitas, in qua genitum Apollinem dicunt.
 Samus autem Delius Apollinis, inquit, natalitia in Lyciam
 referunt aliqui: in Delum alij, aut in Zosterem terræ Atticæ,
 nonnulli ad Bœotia Tegynam, vnde & Tegyreus Apollo. Sed
 lectum & illud est. Ephesios Tiberio imperante Romam ve-
 nisse, memorâtes, non (vt vulgus crederet) Dianā atque Apol-
 linem in Delo genitos esse apud se Cenchrium amnem, lo-
 cum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidā, & oleæ que tum
 etiā maneret, adnissam, & didisse numina ea, deorūque moni-
 tu sacratū nemus: quin & ipsum illic Apollinem post interfe-
 ctos Cyclopas Iouis irā vitauisse. Meminit post alios Strabo
 γωνυαφαιμίου libro quarto & decimo. Ex iis porro quæ de pal-
 mis Syriis & Aegyptiis attulimus, liquet opinor, cur poetæ
 palmiferas quandoque in Aegypto Thebas nūcupent: cū que
 palmarum fructus Thebaides item Plinio dicantur, & à Papi-
 nio Thebaicæ, quod illo ex Syluis versiculo libri quarti sine
 ad Plotium liquet,

Chartæ, Thebaicæ, Caricæ.

Quoniā verò de palmis agitur, scribit Plinius, in palmarum
 cacumine medullam haberi dulcem, quā cerebrū vocant, me-
 minit secundo De alimentis Galenus. Et in Præceptis sanita-
 tis Plutarchus, prædulce quidē id tradēs, verū esse κεφαλαίη
 id est inducere capitis dolorem. Adnotandus hac parte error
 Sudæ manifestarius, qui in verbo *ωῶρ* ita scribit: Porum
 hunc de victus ratione interrogauit Apollonius: at is, Ego
 (inquit) vini tantum haūrio, quantum soli prolibo, capris in
 venatione vescuntur ceteri, mihi exerceri satis est, alimenta
 mihi sunt ex oleribus, & palmarū cerebro, ac fructibus. Hæc
 quidem apud Philostratum leguntur libro secundo: sed non
 de Poro, vt retulit Sudas, nimis hercle incuriose, nimisque in-
 scite: incuriose quidem, quia de Phraote Indorum rege hæc
 prodit Philostratus: in scite verò, quoniam per maximā tem-
 porum ignorantiam lapsus misere est, quando vixit Apollo-
 nius Domitiani tempestate. Porus autem quem faretur ibi-
 dem Sudas cum Alexandro depugnasse, multis seculis antea,
 sicuti

317
 sicuti temporum historia præmōstrat apertissimē. Sudam fe-
 fellit, quod paulò ante sit de Poro apud Philostratum mentio,
 & parte ista regem Indum nominat, qui quum sit congressus
 Apollonius, putauit Sudas esse ad Porū ea quoque referenda:
 quum tamen paulò ante ea quæ exscripsit, testetur Philostrat-
 us Phraotē illum fuisse, Porum minimē. Philostrati inter-
 pres reprehensionē nō euadit: nā vbi Græcè scriptū ita est, τὰ
 δὲ ἐν αὐτῇ λέγειται, καὶ τῶν ἰνδίων ἐπιφάσεις, καὶ κατὰ τὴν οὐρανὸν
 id est cibus verò meus est olus, & palmarum cerebrum, atque
 item earundem fructus. Interpretis de palmarum cerebro ta-
 cuit, puto, quia inusitatū videbatur dici in palma cerebrum.
 Etiam si commeminit vel Xenophon *ἀνὰ δόρυ* secundo, vbi
 ait, Græcos milites Cyro perempto cum quo expeditionem
 hūierant aduersus Artaxerxem, tunc gustasse primum ἐπιφά-
 λον το φαίνεσθαι. At plerisque demiratos voluptatis inusitatam
 speciem, propriamque Strabonis interpretis libro decimo quin-
 to, palmæ ἐπιφάλαον pro medulla putauit accipiendum. In iis
 verò si cui mordax videor ac virulentus, putent eruditi mul-
 tam dici à nobis disceptandam mox, certandamque. Palmæ
 cerebrum Galenus, encephalon appellauit: encardion Diosco-
 rides. Lectum verò apud Palladium est: Palmarum plantam
 dici cephalonem: elatem accipit Galenus, palmæ pratenerunt
 germinat fructus integumentū eo nomine intelligere Dio-
 scorides maluit. Scire autem licet, arborum plerumque partes
 distingui appellationibus. Nam ecce abietis superior portio,
 fustertia dicitur, ab odorum duritia: inferiorem sabinū vo-
 cant, siue sapaenam. Umbriam dici tribum sappiniam, author
 T. Lilius est Macedonici belli primo libro: meminit eiusdē
 quoque tertio. Adnotatum Hōri monumentis est, apud Ae-
 gyptios expectam palmam annum indicare, quoniam hæc ar-
 borum sola per singulos lunæ exortus vnā producat Bain,
 vt anni sine duodecim fiant. Quo argumento & Bain præmō-
 strare mensē prædicant. In Collectaneorum ad agricola-
 tionem spectantium libro secundo, adnotatum comperi
 castaneas dici *ἀπὸ βαλάνου*: quod & libro decimo repetitum
 aduertat: vbi & nucem basilicam dicit author, quæ nuncu-
 patur *κόκκον*, nucem verò Ponticam, quæ *καπυάριον*: cocy-
 mela, quæ Damascena: Armeniacon, quod Bericoecon. Illud
 aduertendum quoque, palmæ quam marem intelligunt,
 fructus *ψύ* dicitur, sicut fœminæ balanus. Pfenas Aristo-

teles ficarios dicit culices, velur galbas: sic enim poëta caluos glabrosque nuncupant, quod exposuit Suda. Sunt & nomenclatura eadem pisces. Porro vnde propendent balani, vocatur *ονάδι*, meminit cū Xenophonte Herodotus, ex spathe arcus sibi nonnullos cōfessisse prodēs. Quod de palma cerebro scriptū, confirmatur Eustathij auctoritate, qui ita dici prodit partem in ea arbore excelliorem, quæ dulcissima sit, proindeque exempta vescantur indigenæ, quod Athenæi monumenta testatissimum faciunt. Quia verò de Phraote facta nobis mentio est, dignum perpensione videri potest, ecquid Phraotem illum significarit Horatius Carminum secundo:

Reddum Cyri folio Phraoten

Dissidens plebi, numero beatorum. Eximit virtus.

Quando illius restitutionem in principatum, abs quo pater fuisset excussus, & viri præterea singulares animi dotes, frugalitatemque, ac in primis liberalitatem copiosè exequitur Philostratus libro secundo. Verum discrepant nonnihil tempora, quæ in digitos mittere, nunc minus vacat: iudicabunt volentes, quando interpretum cura non satis constat sibi. Phraotem Parthorum regem legimus apud T. Livium libro quinquagesimo nono, cum quo ab Antiocho Syriæ rege sit bellatum, Gracchanis temporibus. Perirrhacidas palmæ ramos dicunt propriè, sed ramū quēlibet accipit in Theriacis Nicæder,

Laurus tacita cur: item cur lauro uterentur vaticini.

Tibullus explicatur. De puella Daphne, quæ Paphæ. Lauri contra venenum vis. Corydus avis. Laureum baculum gestare quid. Vbi comperta primum laurus: & cur dicta tempis, daphnides, myra. Turiones quid. Daphnatum. CAP. VII.

Quoniam verò paulò antè poëticas perstrinximus amoenitates, in quibus multiplex interiorque delitescit rerum scientia, quam sæpe ingenium acre, lectio varia, iudicium excussum emittumque promit in literas, quo studiosissimus quisque accuratius exerceatur, nec concepta semel facilitate, in vtranque aurem dormiat, hic illud potissimum subnotabimus, quid ita laurus tacita sepicule ab poëtis nuncupetur, leuicula quidem res, sed non inconcinna: verum ne absinthij plus in sit huic lucubrationi, quàm decoqui possit, ac confici

sto

stomacho paulò inualidiore, ac nunc primum resumente vires ab inficitia diuexatione, vt adit & mellis aliquid, simplaria non reclinabimus quādoque. Laurum igitur Apollini vaticino Deo sacrum, futurorum habere præfensionem quandam, creditum vulgò est. Siquidem nil crepitantius vritur, sicuti à Lucretio proditū quoque nouimus. Sed eo prior etiamnum Theocritus canit. Nam & hinc Daphne dici videtur, velur Eustathius interpretatur, etenim *Δα* intentionis vim habet, *φωάει* verò loqui est, ac canere. Igitur euentus rerum ex crepantis modo veteres aucupabatur: quod nec Porphyrium latuit: nam sic crepuisset abundè ac sonantius, haud dubiè portendi felicitatem rebatur. Quod significat illo versiculo elegiographus nobilis Tibullus:

Laurus vbi bona signa dedit, gaudente coloni.

Ediuerso si tacita deflagrasset, inauspicatissimum infelicissimumque arbitrabantur: quod approbat etiam Propertius.

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Nam & Claudianus, venturi præciam laurū dixit: nisi quod opinantur plerique, lauri folia, si noctu puluillo subiciantur, veritatem somniorum conciliare. Quod non omnino malus author Fulgentius nō omisit. Scribit Hesiodicæ Theogoniæ interpres, Laurum *ἰσχυρὸν ὡς τὸ δὲ ἰσχυρὸν αὐτῶν*, id est efficacis esse auxiliij in numinum afflatu: propterea in Cassandra Sophocles *Δαφνὸς φάει τὸ δὲ ἰσχυρὸν ὡς τὸ δὲ ἰσχυρὸν αὐτῶν*, & Lycophron, *Δαφνὸς φάει τὸ δὲ ἰσχυρὸν ὡς τὸ δὲ ἰσχυρὸν αὐτῶν*. Hinc aperitur Tibulli locus de Sibylla.

Vera cano, sic vsque sacras innoxia laurus.

Vescar, & eternum sit mihi virginitas.

Ex hoc & Latinus item poëta dixit, Laurumque momordit. Certè *Δαφνὸς φάει* dici vaticinantes scimus. Et Aphthonius diuinationis symbolum esse laurum testatur. Dionysius item in Panegyricorum ratione, laurum *μαρτυρὸν ὡς τὸ δὲ ἰσχυρὸν αὐτῶν* appellat, id est vaticinam arborem: sicuti Eustathius quoque, qui & Apollinis corollam fuisse lauream scribit, quæ secum tulerit Chryses in Græcorum exercitum veniens. Lycophronis interpres in Alexandra, dici omnia putat fabulosè, nisi quod chresmologi & vates futura præcinebant lauro coronati, vt quæ vireat semper, ac sit alexicaca. Vorare autem inde dicti, quoniam diuinationum capturis alerentur ferè. Quibus verò eogerentur numina vel recedere vel accedere, illis maxime versibus commonemur, qui appositi à Porphyrio ita



ferme Latine sonant:

Soluite feras pedes liquidus & spargite lymphis,
Eqs manu rannum, lauros auferte virentis,
Linea sitiq; omnis deleta, omnisq; character.

Quod vero ad laurū epīcū attinet, scitu dignū illud quoque, Daphne puellā in arbore hanc deformatā, sicuti Mythicis placet, & cecinit Ouidius, à Spartanis fuisse diuinis cultā honoribus: sed mutato nomine Pasiphaen nuncupatā, à qua certissima aederentur oracula, quod in Agide Plutarchus scribit. Credebatur item laurus efficax aduersus venena. Inde iactatum, vt qui se tutum approbare vellet, *Ανακρινος* diceret *επιβραχίον*, id est laureum gesto baculum. Cui ferē cōsimile prouerbiū est de corydo aue, nido grāmē inserēte aduersus animalium noxia, *επινοσίδης ναίτη εν ορνίθι νικαμένη ται. εγγωστ.* Creditur & laurus sanitate conciliare, quo argumēto lauri folia inuentibus magistratū, calendis Ianuarii à populo dabantur cum ischadibus, de quis suo loco. Neque enim obrubat sacer morbus, aut dæmon, vbi affuerit laurus: sicuti nec fulmen, vbi adit sicus. Quod ex vndecimo est *ινωδών πεισι γροφίος*, vbi & illud comperi: Daphneum, id est laurū, dici palatiū: quod quī Latinus acropolim susrueret, inibi compertam laurū ferentem. Acropolis verō nuncupabāt veteres regū *λεωκαλλιθέοις*, quod *επ' αὐτῆς ἀναγὰς* excitarentur tutelæ causa. Enotatum & id, Apollini sacram videri arborem, id est soli igneo, quia igne arbor plena sit: quā ratione illi auerantur dæmones, & in vaticiniis exuritur. Daphnatum dici genus cinaræ cōperi, vbi lauri fructum perforaris, & cinaræ immissum semen ira seueris. Lauri turiones quum legis summas partes intellige, ac præter eas: idem in plantis item aliis. Aristophanis interpret. Lauro, inquit, sacerdotes coronabantur, & diuinaculi *εἰς γὰρ εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἄρας*: quia esset id artis indicium, ac velut insigne. Lauri fructus, daphnidās vocant: sicut myrrhines, id est myrti, dicunt myrta. Laura verō, id est *λαύρα*, vicum signat angustum imputumque, & sordentia omnino loca sic nuncupantur. Nam Laureum, hoc est *λαύρεον*, in Attica locus erat metallorum ferax. Diuinationem postremò ex foliorum crepitu, dum vrentur, fuisse veteribus celebrem, nec idem tacuit Eustathius, sicut ex pilis quoque quibusdam. Laurum *τυρανία* in Alexipharmacis nuncupat Nicander, quoniam in Thessalia comperta fuerit primum.

Leu

Leuētrica monumēta quæ sunt, & Leuētrica puella. Vin dicatur, à vitio Plutarchi codex, Leuētra vnde. Lenca quid. Alphi quid. Lenron. Lenca Gallorum quid.

CAP. VIII.

Leuētrica monumēta, & leuētricas item puellas in Græca historia legimus quandoque. Id cuiusmodi sit, aut quā habeat rationem, ne quis fortè sollicitus quærat, opera nostra reuelabitur. Scedafus, id est *Σκεδάφος*, inuenio in libris quendam, qui fortuna pauper Leuētra habitabat. Vicus is est prope Thespias in Bœotia. Huic filix aederant duæ Hippo & Mileria, vel (vt alij scribunt) Theano & Euexippe, à quibus nuncupata Leuētrica monumēta, quæ cauenda Spartanis, præcinerant oracula. Siquidem puellas ibi sepeliri ex iniuria cōgit, quoniam ab iuuenibus Spartanis constuprata, mōxque interemptæ in puteum quendam sunt deiectæ. Aberat tunc Scedafus pater, à quo paulò antè comiter Spartani, rei non bonæ homines perfidiarumque prudētiores, quā moderationis, aut fidei hospitalis, excepti hospitio fuerant. Reuersus factū mirabatur. Salua domi erant omnia, filia tantū aberant. Fortè domi alebatur canis. Ea, reuerso domino, subinde cursabat ab eo ad puteum, à puteo ad dominum, vellicabatque interrim, eratque planè similis trahenti: suspicatus is quod erat, ad locum pergit, puellarum comperit cadauera, profusus in lachrymas, ac sese afflicto cognoscit ex vicino, bonos illos hospites pridie visos domum ingredi. Facinus perpetratum Scedafus coniectat, Spartam confestim petit, querelas apud Ephoros depositurus. Eo quum excidisset & conatu & iudicatu, illis, atque item regibus, quos etiam adierat, nil magno opere intendētib; per vrbis media cursu ferri cōpit, porrectis ad solem manibus, ac percussa tellure *αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐργούσας*, id est Erinnyas aduocabat, mox ad filiarum tumulos seipsum confecit. Insequentibus annis, ita ducentibus fatis, in regione eadem Spartana virtus concidit, Græciæ imperio amisso, Thebanis victoribus, Pelopida duce ac Epaminonda, vt celeberrimum posteris nomen Leuētrica monumēta dederint. Hæc eò libentius recensui: quoniam in Plutarchi translatione multa subsultant, & deluxata sensum non recipiunt. Nam vt præterea quod pro Scedafos Cedafus modo scribitur, quandoque etiam Scedaphus: illud cuius

eniūsnam modi est? Exeritationibus, inquit, Spartanis lacertis, Quum historici sensus sit apud Græcos, prolatas in Spartanos execrationes diras. Meminit historiæ Hieronymus quoque in Iouinianum libro primo. Sed puellas amissæ pudicitiae nolentes superuiuere, mutuis concidisse vulneribus scribit. Leustra verò ab Leuastro indigena esse nuncupata, scribunt Græci. Leuca autem aliud est, nam eo nomine medicorum scientissimi affectionem intelligunt, qua in album, vel (vt Græcè dicam) *ἰδί τὸ λευκὸν φαν*, demutatur color, ex viscido glutinosoque humore pituitoso. Quædam verò leuca, id est *λευκία*, dicitur *ὁ φρεσὸν*, hoc est sanabilis, quædā *ἀδύσπετον* *ἔσθ*, quæ curam non recipit. Internoscitur verò hoc *τὴν τὸ ἀδύμυτον* *ἢ πᾶσι*, id est cutis perforatione: nā si inde promiserit se sanguis, adhiberi medela potest. Si humor lacteus, inter conelamata recensetur. Sunt in ratione eadem alphi, id est *ἀλφί*, nisi quòd merlat sese altius leuca, vt inficiantur item pili. Quanquam & alphi *ἡγορῖστος*, id est diu perseverantes, ima penetrant ipsi quoque, vt hic etiā albescant pili ex pituitoso humore: nam ex melancholico nigrent alphi. Legimus in syncerioribus Herodoti codicibus. Apud Persas si ciuium quis lepra cœperit affici, aut leuca, ad urbem eum minimè commeari, nec aliis promisceri: obtingere autem ista, quod is in solem quippiam deliquerit: si verò in hæcæ causationes incidat peregrinus, illū ceteri hinc inde extrudunt. Quin & hoc argumento albas columbas nemo non abigit. Leuron, id est *λεῦρον* *ἔσθ*, apud Pindarum in Nemeis, sunt qui nsem interpretantur latum: at præstiterit, obliquum in plagæ impactione intellexisse. Quod ad leucam spectat, prodit Ammianus Marcellinus, non millenis passibus itinera Gallos meriri, sed leucis. Quantum verò complectatur leuca, ex verbis eiusdem alibi dilucet: Ad vallum, inquit, barbaricum quarta signabatur leuca, & decima, id est vnum & viginti milia passuum.

De Essais, siue Essenis: item de Phariseis, ac Saducæis. Aurum Iudaicum quod sit. De phylacterijs, & proselytis. Prophlace Prophylactica medicina. Philætae: Iudaica immanitatis exemplum. Marci principis dictū in eisdem.

CAP. IX.

Iose

Iosephus Iudæus historiarum conditor, & in eo genere authoritatis non dilute, imò verò Græcus planè Liius, libro decimo octauo Antiquitatum, quas ab mundi exordio repetit, fuisse Iudæis tria genera philosophorum scribit: Essæorum, Saducæorum, & postremò Phariseorum: sed quos primo loco posui miris effert laudibus, quòd vxoribus, vino, carnibus semper abstinerent, ac ieiunium quotidianum vertissent in naturam. Philo etiam Iudæus in libro quem pro Iudæis concinnauit: Præter ceteros, inquit, quos penè innumerabiles sanctio Mosaica ad bene viuendum concitauit, Essæi summi omnium, atque maximi sunt, *ἄνω ἐστὶν ἔσθ*, hoc est à sanctitate, sicuti mihi videtur, nuncupati, qua ratione statilem recipit dictio. Quorum secta non genere, sed virtute, atque humanitate discernitur. Itaque nemo puer, nemo adolescens propter ætatis inconstantiam, sed viri omnes, aut senes sunt, qui nullo corporis morbo, nulla animi perturbatione feruntur: sed hominū soli vera perfruuntur libertate. Nemo proprium aliquid possidet, omnibus in medio positis cōmuniter vtuntur, habitant simul, & cōueniunt quasi sodales, quumque pro cōmuni vtilitate faciant, alia aliorū negotia sunt, quæ impigrè subeuntes peragunt certatim, non frigus, non calorem, non aliquam mutationem aëris formidantes. Quum à laboribus mercedē ceperint, apud quæstorē deponunt, is omnia diligenter procurat, quibus egent. Idem Philo in cōmentario, cui titulus est, Omnes studiosos liberos esse. scriptum reliquit: esse quidē dogmatis eius homines supra quatuor milia, Qui nec ciuitates colant, vulgi conuersatione animo plurimum obesse, opinati. Qui seruos habeant, odere, tanquam naturæ leges transgressos, quando omnes, velut mater, eadem genuit natura. Rationale philosophiam vitæ nō necessariam rentur. Naturalem verò altiorē, quàm vt eā humana cōsequi valeat natura, illam modo portionē consecrantur, quæ de diuinis, & omnium agit creatione, Morali inuigilat præcipue, Triplici regula vitæ transigunt, amore in Deum ardentissimo, virtutis cultu diligentissimo, charitate in proximum feruentissimo. Sunt qui Essæorum nomen *ἑσσηῖται*, id est contemplationis studiosum significare putent. Qui mundi situm terrarūque expingere adorti sunt, Essenos in Occidentali Iudææ parte statuunt, ab Essæis (opinor) nō diuersos: nam eos sic appellat Hieronymus quoque. Quos fugitent nocentes vsque

quequaque, quique orbe toto præter cæteros maxime sine miri, sine fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, palmarum socij. In diem verò ex æquo conueniarum turba renascantur, longè frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctibus agitat, ita per seculorum millia gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fecunda illis, inquit Plinius, aliorum vitæ pœnitentiâ est. Porro inuenimus apud aethores hisce philosophis ita esse libertatis insitam auiditatè, vt principem vnum solùmque fateantur Deum. Argumentum verò euidens, quod speciem mortis formidolosæ ac terre nullam expauescant, cognatorum negligant supplicia, amicorum interitus faciant non magni, modo ne quenquam, vt dominum cogantur agnoscere. Animas putant immortales, & de æthere subtilissimo commeantes quasi carceribus, ita corporibus implicari: ad quæ tamè, vt Charemon narrat apud Porphyrium, *ἄμυ* id est impetu & instinctu naturali trahuntur. A corporibus verò absolutas, tanquàm longæ & proinde grati seruitute, lætitiâ perfundi maxima, & ferri sublimes, vltraque Oceanum degere in locis peramœnis, quæ nec imbribus pulsantur, neque item niuibus, aut omnino vlla infestentur intemprie, quando ex Oceano suboriens Zephyrus suauissimas hyemellesque destinabant regiones. Cæterum quia abundè multa de Essæorum institutis videmur ingressisse, quarat fortè lector curiosus, quid de Phariseis ex mutis magistris compertum nobis sit. Proinde vt breuissimè, quantum ratio patitur, omnium delyderia impleamus, de huiusmodi philosophis hæc fere obseruauimus. Molliciei ac deliciis quàm minimùm indulgent. Quod ratio dicitur, id demum persequuntur. Grandiores natu eximie venerantur, vt ne verbo quidem læsos velint. Fato geri omnia credunt, nihilominus arbitrij liberi potestatem non auferunt. Iudicium Dei sentiunt futurum, nam animas astruunt immortales, sed bonas etiam in aliena emigrare corpora, improbas ad supplicia transmitti æterna. Ob hæc ipsorum dogmata populis mirè grati: adeoque de eorum virtutibus irroboraui opinio, vt magno studio numero multa multitudo, imò verò ciuitates ad eos quandoque confluxerint. Phariseos nuncupatos volunt de vitæ instituto, vt scribit Hieronymus in libro Hebraicarum traditionum in Genesim: quod à cæteris abiuncti ac sequesterati purissimè cuius uiuac

uiuendi rationi, accuratissimeque se manciparint. Nam Phares ex Hebræorum idiomate ἀφορισμός interpretatur id valet Latine segregatio. Mores eosdè sequebantur ἠθῶν ἡγαματῶν, hoc est qui dicerentur Scribæ, Propria illorum virtutes erant, continentia, virginitas, *ἡγῆσι δὲ τὸ σαββάτων*, id est bis in sabato ieiunium. Phariseorum placita apostolus Paulus vehementer extulisse videtur, quæ ait, *ἰσχυρότερος εἰμι, πυλὶς ἰσχυρότερος, ἢ πᾶσι τῶν Ἰσραηλῶν, κατὰ νόμον φαρισαῖος*: Israelites (inquit) sum, ex trihu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, lege autem Pharisæus. Porro quies soporque iis erat super angustis tabulis, aut etiam spinis vel lapidibus ad comprimendas corporis ac sensuum titillationes. Horum tamen proprium fuisse, Chrysostomus scribit, & in Euangelio significat Matthæus, vt decalogum in membranulis scriberent, ligarentque in fronte, vt religionis intimæ speciè præberent. Eas verò membranulas Hebræorum vocabulo dici phylacteria, idem Chrysostomus proditquo innuitur legis cõseruatio. Meminit etiam Hieronymus. Dicuntur & ariorum, ac excantatorum phylacteria in Gregorij Iunioris decretis: & phylacteria facere, legimus in Laodicensi consilio. Prophylacè verò in medendi vsu nuncupantur præmunitiones aduersus mali vim ingruentè, vnde est Prophylactica medicinæ pars. Sicut Therapeutice tractat presentia, quæque iam se promunt. Phylactaris autè planta est spinosior, quam & rhamnū dicunt, superius nomen Lydis frequens, ac Mytis. Sunt qui ex hoc impactam *ε η ρ ι σ τ ο* coronam velint. Phylacteria scribunt alij, vt Græca cõseratur dictio. Saduceos verò, vt de iis quoque aliquid promamus, à loco ita nuncupatos putant. Horum nefaria dogmata inuulgantur hæc, Esse mortalem animam, simulque cum corporibus interire. Si quis eorum scitis renitatur amplius, oblueturque, putat id plausibile in primis gloriosumque. Eorum qui in eiusmodi philosophia profecerint, mira paucitas est, discrepant inter se moribus feris, inuicemque sunt, perinde ac in ceteros, inhumani. Fatum omnifarium negant. Deum extra omnè mali parationè inspectionemque cõstituunt. Hæc de Iudæorum sapientibus, quæ varia suggestit lectio, habui in præsentem, quæ dicerem. Poterant & plura, sed propositum institutumque temperamentum fuit tenendum omnino. Cæterum Iudaicæ immunitatis exemplum illustre ex Dione præterisse nequeo. Nam sub Traiani extrema, qui Cyrenem incolabant Iudæi, Andraea duce, Romanos, Gra

Græcosque indiscriminatim inuadentes ita excarnificauerunt, ut etiã ad mensam producerent, humanis in viscera ingestis cibis. Nec satis, sanguine adhuc stillatibus intestinis præcingebantur. Cutes pro indumentis erant. Plerosque ab imo ad summũ interfecere. Plures bestiis obiecti: alii inter se cõpugnare, ac digladiari coactis. Duceta & amplius hominũ militia is abstulit furor. Qui & in Aegypto itidẽ est grassatus, ac Cypro, cõtrucidatis inibi, Artemione duce, ducentis & quadraginta hominũ milibus. Vnde mox legibus sancitum, uti quis ratione in insulã appulsus Iudæus capite plesteretur. Quam verò Adriano itẽ imperante defecissent, cadibus, fame, morbis, igni desolata est Iudæa omnis. Quoniam verò quæri posse scio, cuiusmodi aurũ sit quod in historia quãdoq; celebratum nouimus, Iudaicum nuncupatum: non grauibimur & hoc obiter explicuisse. Erat autem, quod Iudæorũ nomine quotannis ex Italia & ex omnibus prouinciis Hierosolymam exportari solebat. Propterea Flaccum Cicero scribit, edicto sanxisse, ne ex Asia exportari liceret: quod laudã etiam, Barbaræ superstitioni resistisse, summæ ait fuisse severitatis. Profelytum verò, quum audis in sacra pagina, intellige à gentilitiis ritibus ad diuinam legem tralatam transcriptumque. David: *ἡ προσήλυτος ἐστὶν Ἰσραηλ* id est & profelytũ peremere. Hieronymus Aquilam vocat profelytum, ac interpretem contentiosum: meminit in Euãgelio Matthæus quoque. Adnotandum verò hoc potissimũ loco Marci principis antiqui dictum. Nam Palæstinã quum transiret, Aegyptum petiturus, foetentium Iudæorum (vbi Marcellinus inquit) & tumultuantium sæpè tedio percitus, dolẽter fertur exclamasse, O Marcomani, ô Quadi, ô Sarmatæ, tandem alios vobis inertiores comperi. Iudæorum verò cognominis ratio vnde prorepsit, incognitum sibi fatetur Dion. Multa verò, sed vanissimè, Tacitus scribit.

Cur noctu sonantius audiatur omnia. Quid palmus. Tylos, thibe, tylos, illas, sigmos, clytos. Cur vox intro delat melius audiatur, quàm ediuersò. Aradus quid. Saryriasis, Palmare quid. C A P. X.

S Trepitus omnes nocturno tempore esse manifestiores, ac vocem omnem sonantiozem, non ferè quisquam est adeò impolitus, adeoque hebeti iudicatu, qui non planè intelligat,

gat, dictante ratione, aut magistra saltem experientia percipiat. Cur tamen ita contingat, abditam quandam perobscuramque causam promit Epicuri schola, dum ab atomis suis reuelli nequit. Eam verò apud Plutarchum in Symposiacis Boethius recenset, docens, rarefcente aère, ac sese latius fundente inter atomos non ferè vacuum comparere. Cõstipante verò se, atque amplius coeunte, densari perinde atomos quoque extimumque vacuum fieri spaciosum & velut hians. Id quod noctu obuenire, exploratissimum est, Si coniectemus, frigus cogendi arctandique vim habere efficacissimam. Ediuerso calorem proferendo expedere ac laxare, argumẽto certissimo ex iis quæ colliquata intuemur, amplius multò sibi loci vendicare, quæ concrefcentia compinguntur in angustum. Profusus igitur sonus, si obiectis corporibus occurset numerosioribus, hebescat prorsum, necesse est, reiectus aut conuulsus tardior euadat. Quod si obicibus aut paucis aut nullis moratibus exspatiatur, pertinet in offensus auditum. Indicio esse possunt inania vasa, quæ percussa crepant sonantius, præarcta verò collisa inculsãve quodammodo sonum denorat. Compari modo & solidissima quæq; nõ ferè sonum æuant. Quod spiraculis haud ita abundant, per quæ cõmeet ius aër. Quale sentimus aurum, & saxa: quæ proinde vocantur & sunt *ἡχέλινα & ὑσυχῆ*, hoc est vocis prætenuis, & sonantia malè, quod nimia prouenit densantis se corporis soliditate. Aes verò *ἡχέλινα καὶ ἡχέλινα*, id est sonorum garrulimque, quia sit *παλίνοχος*, hoc est inanitatis multa. Ceterum sententia hæc malè tibicinibus præfulta, nullis concussa arietibus, leni modo agitata impulsu ruit. Neque enim rectè ad vocis rationem inanitas adducitur. Ibi silentij altitudo est, & quies profunda, vbi vacuum est, quod utique nec tangi nec agitari potest: vocem autem esse nouimus sonantis incussum corporis. Et est aër vocis ipsius substantia, ac facultas. Putauit Anaxagoras, solis potestate aërem concitari, & quodam tremulo vibrari motu, quem *παλίνοχος* Græci dicunt. Quamuis est Palmus quoq; neruorum & cordis, ac agrotatũ venarum motus. Nã corporis motus cum exercitio & dolore aradus dicitur. Palmare verbum in Columella, nil ad institutum præfens attinet, indicat tamen materiam alligare. Palmarem scrobem Palladius palmi amplitudine liquido intelligit, Palmatus paries, in Quintiliani declamatione dicitur

manibus pollutis contactus, insignitusque. Sed Anaxagoram
 repeto: Id verò, inquit, liquere ex minutie illorum, quæ in
 lumine visuntur corpuscula, quæ vocant nonnulli *κόκκους*. Nam
κόκκος scimus turdorum vocari speciem minutâ, quâ illada
 dicunt alij. Est & thibe, apud Athenarum libro quarto, argen-
 tea: quo nomine intelligunt eruditi, veluti arculam vasis re-
 ponendis, quæ plurimum erat plexilis. Quum hæc igitur
 obstrepat, insonentque agitata & propulsa, & sonum eum
 efficiant quem dicunt *στυμν*, præpediri vocē obscurarique,
 quò minus sincèriter liquidòque ab sensoris excipiat. Suppetit
 & ratio alia, sed grauior multò & plausibilior, Interdum
 agitari omnia proturbarique. Tunc enim cuncta mo-
 uet Iupiter, vt ille ait, *κόκκους ἐπὶ ἄστρον ἰσάσσει*, populos exci-
 tans ad opus. Qui confurgunt, velut ex palingenesia & re-
 generatione quadam noua quotidianaque meditates, vt
 Democritus inquit. Proinde non illepide Ibycus, diuiculum
 appellauit clyto, quod eo tempore *κλυτο*, hoc est audire iam,
 & loqui liceat. Contra verò noctu euenit, vt interquiescant
 omnia, nec villo fluctuent motu, sed compressa consopiantur.
 Propterea ictus propulsusque aër integer sensorium adit,
 atque ita purius audiendi perficitur actus. Adnexa est huic
 cognata quoddammodo quaestio. Nam vsu venire obseruari
 fere est, qui extimi sint, si loquantur, facile ab iis qui intus
 agant, audiri. Quod ediuerso non fit. Ambiguitatis huius
 commemorat apud eundem Plutarchum Ammonius, sed ab
 Aristotele exolutam tradit, apud quem ita lectitamus: Vox,
 inquit, eorum qui occlusi tenentur, si extra deferatur, in am-
 plum diffunditur, ac velut absorpta deuoratur: quæ verò in-
 tro perducatur, non ita. Siquidem ex amplo corruata in ar-
 ctum consertimque seruat, contineturque, & veluti con-
 ualle delata sensum perspicue attingere animaduertitur.
 Quod de palmo dicebamus paulò ante, scire obiter licet, re-
 centiores Græcorum medicos statuisse, genitalis palmoni
 intelligi satiriasim: quod malum, Galeno in Diffinitionum
 commetario tradente obtingit, mutone arrecto intentoque,
 necnon particulis adiacentibus, cum seminis quando-
 que voluptaria profusione, quandoque verò &
 mentis consertatione, ac distentione
 neruorum.

Iulæ

Iulæ voces in Lactantio quæ sint. Iulos quid, & vlcucu-
 le: epuletica, & iulides. Hæc a quid, & melos. Me-
 lic: pœta. Itē qui harmonici & qui canonici: cano ac
 canonium. Statimides. Concentuum species aliquot.
 Antlet a quitem himonia, him eum, tenellus, nigla-
 ros. Tributorum genera, collecta t alea, indictio, obla-
 tio. Tenerus. Tenericus campus. Ismenium man-
 tem.

CAP. XI.

Quando verò de vocibus agitur, ecce succurrit mihi La-
 ctanij carmen, Phœnicis argumento, nō vtique ina-
 mœnum, sed quod scriptoris eius genuinam sapiat facun-
 diam, ingenique præferat facilitatem haud aspernabilem. In
 eo Iulæas voces, vt præsuaues ac prædulces nominari obser-
 uauimus: sed cur ita, non ferè perspicuum puto: nisi quod ad
 Simonidem cognomento Melicum ex carminis iucunditate,
 vt Sudas arbitratur, referri posse non inficiabitur, qui hoc
 genus sciramentis aures habeat pertritas, cuique non sit cor-
 nea fibra. Siquidem fuit Iulis insulæ Cæa oppidū, in quo Si-
 monides feratur natus. Quod ex Strabone didicimus, & an-
 tea cecinerat Theocritus. Sed coactum nimis ac violentum
 forsitan rebitur id, cuius itē auris acriori lota aceto sit. Magis
 que multò arrisurū putabit, quod scribit Apollodorus: Can-
 tilenam in luctibus celebrem dici Ialemon, in hymnis verò
 Iulum. Quæ de hominibus sic nominatæ cõperiantur: sicuti à
 messoribus vsurpabatur lytierfas. Habitauit autem Celanas
 Phrygia, Lytierfas, Midæ quidem filius, sed notus, ex quo vt
 messor præstas celebretur in Phrygia: meminit Theocritus,
 & exposuit interpres. Sed nec præterit Pollux qui & iulon
 item recognoscit. In libro De Panibus author est Samus
 Delius, hordei manipulos per se solos *ἀμάλλας* nuncupari, con-
 gestos autem ex aliis compluribus vlos dici & iulos: Cere-
 rem quoque nunc quidem vocari Chloen, nunc autē iulo, id
 est *ἰάλλω*, Proinde ex Cereris inuētis, & fructus ipsos, & in deâ
 cõcinnatos hymnos, vlos appellant, & iulos. Sunt qui lanas
 tractantium sisse cantilenam putent. Vle obiter, id est *ὄλλω*,
 cicatrix est: vnde epulorica & synulorica medicamenta, quis
 induci cicatrix valet, iulos etiam Proserpina congruere ar-
 bitrantur. Nam iulides, apud Oppianum primo *ἰαλοειδῆς*,



LECTIIONVM ANTIQVARVM

inter pisces recensentur saxatiles. Meminit in libro De piscibus Dorion, vt scribit Athenæus. Iulos verò etiam dicunt intestina terræ. Sunt qui iulidas item hiccias opinentur dici, vnde & Sicilia civitas nomen sit mutuata, quòd illuc delati primum, id piscium genus factum compererint. Lycophronis interpres iulon vermem dici πρὸς αὐτῶν, qui parietibus arreat: ex quo naues iulopezas nuparit Lycophron, ex remorum similitudine, qui nauium videntur pedes. Iulon item myriopoda dicunt. Sunt qui scolopendras esse iulos coniectent, intestina verò terræ, id est τὰ ἐν τῇ γῆ ἑρπύλας, sic nuncupantur, inquit Theon: quoniam longitudinis ratione intestinorum imaginem præferant, & quia in terræ visuntur profunditate. Hinc in Prognosticis Aratus:

Καὶ πρὸς αὐτῶν ἐστὶν ἄνδρῶν
Καὶ τὰς λυγρὰς ἑρπύλας ἑρπύλας.

Cæterum quia in cantilenas volentes incidimus, subnectamus aliqua, quæ voluptati sit legisse, & vsui meminisse: Melos quod præcipue vsurpatur in musica, propriè quidem apud Græcos membrum corporis indicat. Sicuti verò numerosa in corporibus membra, quâuis diuersum sortiantur & situm & motum, diuersoque perfungantur munere, nihilominus ad vnum tantum opus coarctantur, vnumque habeant finem, veluti scopum: ita etiam ex vocû diuersitate qui confurgit concentus, melos vocatur. Quod in libro De musica Plutarchus scribit. Latini modulum appellant. Et hinc dici melicos poetas, auguror, quos Therapeuticos primo lyricos ferè Galenus intelligit. Id eò libentius adnotatum, quod etiâ doctissimi melicos, & melopæos, aut melocertas esse poetas quosdam, ex Cicerone De optimo genere dicendi, pronúciatæ factis superque habet. Aut certè melos vocare in musica ideo institutum, quia μέλη Græcè signat curæ esse, ceu nihil musica antiquius homini esse debeat, nilque quod curet impèctius. Nos verò etiam nū suo loco de musica cōmentaturi plura sumus. Interim adiciamus pleraque nō indicta quidem, sed quæ in paucorū peruenere scientiâ, vt prætereantur quæ Gellius scribit. Musica studiosos aut harmonicos dicimus, aut canonicos. Harmonicos nūcupamus eos, qui auribus cōtribuunt auctoritatis plus, quàm rationi: eiusmodi fuisse Aristoxeni cōsectatores nouimus. Canonicos autè, qui rationis persequuntur examen: sicuti ab Pythagoreis factitatum palàm est, quos

tamen

tamen genere nec ab harmonicis abduxeris. Canonium verò obiter esse videtur sacris viris destinatus locus, ac canonicè viuentibus. Sed in nauibus quæ cataphractæ vocantur, & castromata habent, id est pauimenta superiora, vel tabulata, ligna quibus tabulæ incumbunt, canonia nuncupantur, & ad quæ dicitur. Alconius Pedianus, tributorum genera facit tria: canonem, vt in portoriis & vectigalibus: oblationem, vt in vini distractione: indictionem, quæ vulgò dicitur talea, Latine item collatio, seu collecta: vt apud Ciceronem libro secundo De oratore. Taleam nummariam sunt qui ex T. Liuij octauo libro clarigationem appellari putent. Erant & canones chronici, in quibus temporum ratio tractabatur. Apud Sphartianum in Seuero ita legimus: Rei frumentariæ, quam minimâ repererat, ita consuluit, vt excedens ipse vita septem annorum canonem relinqueret. In Heliogabalo, canoni dicitur fructuarius pro alimentis in tot annos paratis. Omnino videtur canon, id frumentum quod in vsum cedit annuum, vel quod annis confertur singulis, vnde Aegyptius canon in historiis. Ptolemæi instituta mediam quandam rationem infecta sunt. Tantum enim sensorio attribuit, quantum Aristoxenij: rursumque rationi, quantum Pythagorei. Etenim tum demum enasci iudiciū putat syncerū veraxque, vbi sensus & ratio cōspiratu nituntur consono. Quod ipsum & in astronomia comprobauit, quum rationis libra ab oculis non abit diuersa. Vt verò ad melos redeam, vnde digressus in ista sum, inuenio apud authorum opinatissimos, himæum nuncupati melos solitum, quod concinerent ἀντρίαι, id est aquarū haustores. Himonia verò aliud est: nam sic funiculum dicunt, quo ex puteo attollitur aqua: vnde festiuius ἡμνίαρ dicitur, pro μακρὰ χέλω, id est temporis non parum in excernendo absumere. Himæi verò meminit Callimachus:

ἀέθλη λέει πρὸς τὴν αἰὲν ὑδαρῶν ἡμνίαρ.

Concinitiam & haustor aquæ aliquis himæum. Tenellum verò, id est τένελον, Aristophanis interpres nunc lyre harmoniam accipit, nunc pullatiunculam, id est λεπύτην, quæ in victoria æderetur, Omnino videtur ab sono conformata vox. Eleganter verò Aristophanes:

ἀλλ' ἴαυ μὲν τοι γυνίξες τῆ βοῆ, τένελον δ' ἄ.

Sit tunc exuperas voce, tenellus es: id est maximus musicus: aut nicephorus, hoc est victoriæ compos. Erat & niglaros,

342
 musicum melos exhortationibus aptum. Tenerum verò Me-
 lia, Oceani filia, & Apolline natum fuisse vatem ferunt, qui
 apud Ilium vaticinaretur, vbi & manteum fuerit, quod
 Ilium appellarunt. Sed & Thebis campus visebatur Te-
 nericus. Epilenium melos in Prolomei pompa à fatyris ad ti-
 biam decantatum, Bacchium intelligo.

Proverby origo quod est, Habitus monachum non perficit. Hieronymi locus. De Iside multa. Que linostolia. Sacerdotum munia. Item pauca de Osiride, Tiphone, Anubi. Acephali sacerdotes qui. Lini ratu, uē salis. De apide pauca. Viuis vnde nata. Ebrietatis de testatio. Sphinx cur apponeretur templis. Piscem apud Aegyptios signare odiū. Maris detestatio apud Aegyptios. Nephthis, sothis, astromyos. Nonus quid. Albarum vestium luxuria. Archimandrita, at-chigerontes. synodite.

CAP. XII.

PERRITUM exculcatumque Rhodiginis meis, etiam pullato circulo proverbium est, Habitu monachum nō perfici. Id quo videri grauius possit, sibi que in eo municipes nostri applaudat: vetus est, & quidem ex Grecis corruatū fontibus: cuius rei author mihi Plutarchus est: eius verba subieci, *ἄρι γὰρ φιλοσόφου πρῶτον ἰσχυρὰ καὶ τριβασφῆρας ποιῆσαι, ἄρι ἰσχυρὸν αἰδύσθαι.* id est Nō, inquit, Philosophum facit promissior barba, nec vestis pertrita: non item isiacos linostolia, id est amictus linei. Faciunt ad hæc Gellij verba ex noctibus Atticis. vt prateream quod in canonicis Decretis relatum scio, distinctione quadagesimaprima: Non cathedra sacerdotem facit, sed cathedram sacerdos: nec locus hominē sanctificat, sed locum homo. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum necdum video. Veluti mores & scientia genuinum, non insititium, non fucatum philosophum ostentent. Id tamē quantumuis sanctum prioribus nomen, & venerationis summa, plerique homines erratici, & æruscatores, ac nulli rei, tantum non incolæ sordentium sepe ganearum magna sibi doctissimi cuiusque indignatione, arroganter vendicare sunt ausi. Id ipsum & de Isiacis astruendum, quando moribus integer ac castus, sanctus, virtutis exēplum singulare, Isiacus de-
 mum

num verus cēseri debeat: quique diuinæ veritatis anxius sit scrutator, atque ei denique rei philosophādo tempora imper-
 tiat. Id quod de ipsius comprobatur nomē ex pricorum theologia, quam in primis *σοφία καὶ φιλοσοφία* intelligunt, id est sapientem & philosophum, nominis argumento, quod ab Græca origine inclinatum, scientiæ notitiā significare aiunt: vnde & sacrarium eiusdem, *ἱεραὶ* nūcupetur, quod videamur *εἰσέλθαι τὸ ἐν αὐτῇ ἵερα καὶ ἱεῖς εἰς τὰ ἱερά παρὰ τὸ μὲν ἱερὸν*: id est cognitionem consecuturi eius quod est, si cum sanctitate ac ratione sacra deæ adierimus. Proinde narrant Promethei filiam, alij verò Mercurij: quorum alter sapientiā monstrat & prouidentiam, Mercurium verò grammaticæ ac musices statuunt repertorem. Quamobrem Herimopolitæ Ilium probant musis priorem, vt quæ diuina hieraphoris veris ac hierostolis legitimis præmonstrat: hi verò sunt, qui sacram diuinorum rationem ab omni expurgati superstitione, ac nimia vacanti que sedulitate, in anima gestitant, perinde ac in capsula quadam. Quod sanè felicitatis summæ quodammodo videri potest. Nam qui rectè syncerè que sapiūt, bona quidem cuncta à Deo deposcunt sibi: sed in primis, quantum capax est humana ratio, veritatis diuinæ cognitionem, qua maius nil capere homo potest, nec Deus sua præcellenti bonitate impertiri. Neque enim argento aut auro Deus esse opulentus creditur, nec tonitruis aut fulminibus præpotens, sed scientia & prudentia: quod ipsum egregiè significauit illis versibus Homerus,

ἢ μὲν ἀμφοτέρων ἐμὲ γινώσκῃ, ἢ δ' ἰαπέσσῃ,

ἀλλὰ ἴδῃ πρῶτον γέροντα, καὶ πλάσσει ἡ δαίμων.

Verè vnum vtrisque genus, & patria vna,

Sed Iupiter natu grandior erat, ac norat plura.

Propterea elaborandum sacerdoti præcipuè, vt tanquam pestem, ignorantiam abiiciat. Siquidem ait apostolus Paulus: Qui ignorat, ignorabitur: præsertim intelligere si neglexerit, vt bene ageret. Proinde in Quæstionum libro Augustinus: Non omnis qui ignorat, ab pœna immunis est. Sacerdos vti que, sal terræ dicitur, & mundi lumen. Hinc Malachias: Labia sacerdotis custodiūt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Hinc ab docēdi ac nunciandi proprietate sacerdotes etiā nū angelos dici, in Cælesti hierarchia cōprobat Areopagi ta Dionysius. Certè ita propemodum censeo, cognitione se-

questrata, & abiecta rerum scientia, immortalitatem non recte vitam dici, sed esse verius tempus quoddam. Scitum est illud Hieronymi super Malachiam: Sacerdotem indoctum esse carum animal. Et Typhona Iſidis inimicum, quem esse allium opinamur, quia stupidam imperitamque multitudinem, errore deum, quae conuellat, lancinet obscuratque sacram rationem: quam congregat Iſis, componat, contribuaturque recte initiatis, & latrariam Deo summam vitae castitate, mentis affectu puro, abstinentia voluptatum omnium exhibentibus: horum nanque finis omnium, intelligibilis primi cognitio. Equidem sacerdotis officium ac virtus est, sapientia quaedam pietate feruens, & pietas sapientia collucens. Verum illud Hieronymi quoniam trans eamus piaculo? Monachi, inquit, virtus prima est, hominum contemnere iudicia, & Apostoli semper recordari: Si adhuc hominibus placere vellem, CHRISTI non essem seruus. Nec diuersum est illud dominicum ad prophetas, quo se posuisse astruit eorum faciem velut urbem aeneam, & adamantinum lapidem, ac ferream columnam, ne populi expauescerent iniurias, sed subannarium impudentiam frontis rigore contereret. Quonia vero Iſiacorum ritus attingimus, & si alibi scio futuram nobis de hac ipsa re mentionem, prosequamur tamen interim, quae ex Graecis authoribus sese nobis ostentant, velut cella quadam proma, neque enim aliud censeretur gentis eius doctrina: ita est omnifariam copiosa, & tanquam quoddam bonorum mare. Quod igitur capillitio denudetur caput ab Iſiacis, & totum corpus denique, eam plerique arbitrantur rationem, quod is esset lugentium mos. Ferre autem lineas vestes, coloris eius ratione, quem florescens linum emittit, a thea, ac grata pulchritudini mundum contineri per similem. Caterum ea verior causa: Purum, inquit Plato, impuro attingere nefas. at ciborum superfluitas nulla pura sincerisque essentibus quis non nouit? Proinde nonne ridiculum foret, tondeutes resecantisque ac leuigantes quodammodo corporis proprias partes vaiuersas, aliena circumponere, ferreque superfluitatum (vt sic dicam) germina? quum sint. iridem impura, & proinde diuinis ineptae? Quod adeo verum est, vt Hesiodus, quum ita cecinit,

MN' A' A' D' W' P' T' S' D' W' I' P' A' U' R' I' D' A' D' A' N' S'.

A' V' A' D' I' T' E' X' P' O' S' I' T' I' O' N' E' S' A' D' D' O' C' T' R' I' N' A' M' A' N' T' I' Q' V' A' R' V' M.

Non

Non ab manu ramorum quinque in Deorum caena celebrari
aridum ab viridi resecare splendido ferro:
non ferre aliud praeccepti obscuritate videatur insinuare, quam repurgatos ab iis sacra festaque adire oportere, nec inter sacrificia ritusque solennes redundantia descicare. In nostra quin etiam religione apostolo praecipiente, vt est in canonicis proditum Decretis, comam nutrire prohibentur clerici, caputque in sphaerae modum radere coguntur, id ipsum Gregorio item sanciente, vt sic fastigij praeminentis coronam quoque praferant: quo forsitan argumento apud Tarsum Herculis sacerdos stephanephoros dicebatur, dignitate praesigni, qua honestatus a ciuibus Lyſias philosophus tyrannidem arripuit, veste pro tinus animum indicante, quam fuisse purpuream *μεθρονας*, id est albo distinctam, scimus. Linum autem diuiniae rei maximè idoneum inde iudicatur, primum, quod ex immortali, vt veteres loquebantur, terra prodit. Fructum quoque esui non ineptum adere videtur. Vestem autem puram omnino praebet, & frugi, nec gestanti onerosam, ac tempori cuiuslibet peraccommodam, nec *φθαρτικόν*, id est pediculos producentem. Adeo vero superfluitatum omnium naturam abhorrebant, vt non solum pluribus leguminibus abstinerent, sed nec ouillas aut suillas esitarent carnes, quod multum ex iis fiat superfluitatis materia. Quin sanctimoniam item ratione salem cibus non adhibebant, causis quidem pluribus, sed illa praecipua, quod cibi potusque copiosioris appetentiam facit. Nam quod dicitur Aristagoras, salem ab illis censeretur non purum, quod pleraque animalium intercepta dum denset concrefcitve immoriantur, fatuum omnino est, ac relatu indignum. Illud certe memorabile est, ac vbique sapius recinendum: Apidi nanque suo ex puteo peculiari suggerunt potum, etenim Nili aqua profum putant abstinentum, vt quidam censent, ob crocodilos aut verius quod pinguefacit aquae id genus, inducitque *πικρὸν*, hoc est carnis copiam vberiore. Apim vero ita se habere, profum cauent, imò verò & seipsos. Sed expedita omnino agiliaque corpora circumponere animae student, ne praualente quod morti obnoxium est, diuinum comprimat, & molesto nimisque inutili exteratur pondere. Scitum quippe Graecanicum est illud, quod in nostrum si transferatur sonum, adhibuit Hieronymus, san equè resonet, Pinguis veter non gignit mentem tenuem. Graecè autem sic: *πικρὸν γὰρ ἀπὸ νεότητος ἐπιπέσσει πλάγ.*

y 5

Vinovtuntur quidem, sed preparate. Tam enim in Heliopoli rei diuinæ incumbentes templo nequaquam inferunt vinum, ceu dedecet interdium bibere, domino ac rege inspectante. Omnia non sæpe abstemios agunt, & philosophantes de diuinis aut docent aut discunt. Reges si sacerdotio fungerentur, bibebant quidem ad prescriptum sacrarum literarum. A Psammetichotamen id agere orli sunt: prius enim abstinebant, neque proli babant, ut gratum Deo, sed ut cruorem eorum qui bellare cum diis affectassent: quibus concidentibus, ac telluri immixtis, vitem enatam opinantur. Proindeque ebrietatem, amentiam insaniamque parare, ut progenitorum sanguine imbutis. Et hæc quidem ab sacerdotibus iactari, author Eudoxus est in secunda Periodi. A nostro autem authore ita proditum est, quod si absque vino ardeo adolescentia, inflammator calore sanguinis, & succulento validoque sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est. Veteres porro delicatorem mollioremque victum ita detestatos memorant, ut proditum sit, apud Thebas in templo fuisse surrectam columnam qua execrationes scalpæ contingerent aduersus regem Memnonem, qui molliciem luxumque inuexisset primus. Adnotandum hic illud Hieronymi in Iouinianum: De ciborum, inquit, sibi placet abstinentia, quasi non & superstitio gentiliū costum Matris Deum obseruet, & Isis. Qua tamen id parte haud dissimulandum arbitror mihi, locum insigniter interpellatum videri, primum orationis structura: cur enim dicatur Matris Deum costus, vel Isis: si eum in cibis aspernatur dearum lacris mancipari? Porro nec cõuenit, si sacrum intelligas. Quid enim Aegyptiis cum cosso? In Ponto & Phrygia quidem vermes albos & obesos, qui nigello capite sunt, & nascuntur in lignorum carie, pro magnis redivitibus paterfamilias exigit. At, inquit mox Hieronymus, Coge, Syros, Aphros, Arabas, ut vermes Põnicos glutiant, ita eos despicient, ut muscas, mille pedes & lacertos. Quod si ad Asiacos Romanæ urbis referendū putes, quoquo se torqueas, frigebit excellenter. Alicubi scriptum comperias costum, non coslum. Mendo non caret hoc quoque, sed ad verum gradus est: nam subolet à Hieronymo Græcè scriptum ἀζουρον, id est ciborum abstinentiam, velut ieiunium, ubi nil vel parum prægestes, ac vilius. Extat verbum apud Pollucem, exponitur ab Suda. Cybeleios verò & Isacos luctus ratione cibis abstinuisset propter Atym & Osirim amil-

los,

fos, evidens coniectatio est Augustini libro sexto Ciuitatis diuinæ, & Lactantio libro primo. Quod igitur deydeterio concupitæ rei factitarunt deæ, imitabantur sacerdotes, aut quisquis sacra coleret. Proinde dicitur rectè Ageuston Matris deum & Isis. Ieiunia in veteri religione seruata, in libro de Osiride ac Iside Plutarchus docet, ac in deorum natura Phurnutus. Idem porro & mox error irroborauit, quum sic scribit Hieronymus: Quomodo autem virginitati veræ non præiudicat imitatio virginum diaboli, ita nec veris ieiuniis costum Isis & Cybeles, & quorundam ciborum in aeternum abstinentia, etiam si costum hic quoque repositum in nonnullis comperias. Scitu verò dignum illud est: Ante Aegyptiorum templa sphingem asitui solitam, quo argumento indicarent, theologiam ipsorum sapientiam obscuriorem, fabulisque ita sæpe conuelatam, ut veritatis vestigia vix interlucere. In Sai Pallados erat templum, quam Isin etiam arbitrantur, eiusmodi prescriptione, *ἡγὼ εἰμι τὸ πᾶν τὸ γινώσκον, ἡγὼ δὲ, ἡγὼ ἐπίμνησον, ἡγὼ τὴν ἑμὴν κτῆσαν* & *ἡγὼ τὸν κόσμον ἀποκαλύπτω*: Ego sum omne quod fuit, est, erit: meum peplum mortalis reuelauit nemo. Sunt tamen qui alia ratione sensum in iis promant allegoricum. Nam Osirin non alium esse opinantur, quàm Nilum, qui Isis coniungatur, id est terra. Typhona interpretantur mare, in quod illapsus conuellatur Nilus, ac pereat: propterea sacerdotes detestari mare, quòd & Typhonis vocant spumam. Nec nauticos affatu dignos censent, quia mari vtantur, & inde vitentent. Pisces indidem auersantur, quumque significare odium volunt, piscem appingunt. Inueni item, qui mundi partem infra terram, incognitam nobis Nephthyn vocent: supernam verò manifestamque Isin. Qui autem in medietullo vtriusque orizon est, dicatur Anubis: quem canina facie deformant, ex animalis natura, quod interdium nocturne oculis vtatur æquè. Hanc verò apud Aegyptios Anubin habere vim, quam apud Græcos Hecate habet, terrestrium pariter & celi particeps credita. Sunt tamen quibus Anubin dici tempus placeat. Videtur plerisque Isis eadem, quæ apud Græcos Io, quam Telegono nuptam, quum in Aegypti perrexisset, Epaphū genuisset fabulantur. Scribit Horus, Isin Aegyptiacè dici Sothin, quæ Græcis vocetur Astromyon. Esse verò stellam quæ ceteris dominetur, nunc plenior exoriens, nunc

nunc defectior, quandoque splendida, quandoque minus. Habuit Ius Romæ item templum, quod solū in vrbe Aegyptius sacerdos purum se reperisse dicebat, quum Plotino iuauisset, illuc secum accederet, familiarem sibi dæmonem eo aduocante confestim inspecturus. Cui quum esset obsecutus facile Plotinus, quumque in aspectum dæmon accerferetur, pro dæmone accessit Deus: quo factū est, vt exclamaret Aegyptius, Beatum esse Plotinum, qui haberet pro dæmone Deum. Scribit tamen vigesimo Antiquitatum libro Iosephus: Iſidis phanum solo æquatum ab Tiberio principe, patibulo sacerdotibus suffixis, quod eorum opera Paulinam forma exquisitissima, ab adolescente constupratam comperisset, sub specie accedentis per tenebras numinis. Scribunt Græci, ex destinato per Iſim iurantes morbis solitos consistari: quod Philemon indicat, & significauit Iuuenalis. Quod ad sacerdotalem attingit integritatem, in nostris comperi authoribus, id est Christianus, Acephalos nuncupari sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina vel prouidentia gubernentur, velut sine capite intelligi debeant, sicuti prisca sanxit consuetudo. Sunt inter hæreticos Acephaliti item nuncupati, quod eorum author lateat, nec vnde proreperint sciatur magnopere. Apud Aegyptios Acephali homines obambulantes expecti, rem que fieri nequeat indicare traduntur. Acephalorum fit hæreticorum mentio Codice De hæreticis, & Manichæis, lege. Idem est. Nec id omittendum ex Thucydide obseruatum, moris fuisse Argiuis, vti ab sacerdotibus tempora supputarent, vnde est historici illud, *ἡν ἔχουσαν*, id est Chrysidis tempore: fuit enim apud Argos Chrysis sacerdos. Scitu dignum quoque, Apud Aegyptios, sanctimonia presignes monachos dici. Nonos: monachas verò & virgines, Nonnas. Meminit vocabuli Hieronymus: Castæ, inquit, vocantur & nonnæ. Ex eodem Hieronymo in Iouinianum primo palam fit, luxuriæ datum olim monachis, si vestibus vterentur albis, quod ea res lautitiam resperet, ac triumphalem superbiam. Archimandrita codicis primo, sacrorum monasteriorum esse videntur sacerdotibus præpositi, vti abbates. Legimus

Archigerontas quoque titulo De episcopali audientia, quin & Synoditæ mox nominantur.

Super

Super Demosthene. adnotata quæpiã nõ ingrata. Quid ad aquam scribere. Quid Batalus. Corrigitur error interpretis Plutarchi. De Calauria insula. Ite Ouidij locus. Batus piscis. Bation, nitarion, batyle, batylos, bater, batia, apobatos. Fracti qui intelligantur. Embates, embata. CAP. XIII.

Loſthenem, proditum memoriæ est, quum magnitudinem, vim atque splendorem Demosthenis in dicendo satis mirari non posset, solum ex oratoribus dixisse, animatas planè, nõ malleo cufas, id est *οὐρανῶν*, orationes exhibuisse: quanquam non me fallit, M. Tullium quodam loco ita sibi scribere permisisse, vsque eo, inquit, difficiles ac morosi sumus, vt nobis non satisfaciatur ipse Demosthenes: qui quanquã vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamẽ non semper implet aures meas: ita sunt auidæ, & capaces, & semper aliquid immensum, aliquid infinitum desiderant. Sed alibi tamen suo testimonio amplissimè Demosthenem subleuat Cicero idem, vbi ait: Nemo est orator, qui Demosthenis similem se esse norit. Quin propter hunc vnum Athenas item magis Atticas putat. Sed enim quam incredibile studium, quam inenarrabilem prope laborem adhibuerit, vt superatis naturæ impedimentis, id teneret eloquentiæ culmen, quod est cumulatissimè cõsecutus, quis adeo à multis longiore disclusus interuallo, quem lateat? Maximus certè Valerius, alterum ab natura Demosthenem, alterum ab industria factum prodidit. Ab eius porro immensa atque incomparabili ad dicendum cura adagium effingi nobile, nulla non hora identidem ingerendum inculcandumque rhetoricis nescio quibus, potest: de iis, qui non citra puluerem, quæ sint habitura genium, & teretibus omnino auribus futura non incita, nec putida, peruiuant, Ad aquam scribunt, quando tantus mox futurus orator, non vtique vino madens luculentissimas orationes ex fecundissimo pectore prompsisset. Quod de Aeschilo mordaciter retulit Callisthenes, quem vbi vino satis incaluisse, ac se largius bibendo excitasset, tragedias eo calore concinnare solitum, scribit. Igitur vrbanius in hanc Demosthenis hydroposiam lussisse Demadem ferunt, sicuti Lucianus author est: Cateri quidem, inquit, ad aquam dicunt, *Δυσί-*



Dēns δὲ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἔγραψε. Demosthenes autem ad aqūam scribit. Nam Pytheas nimiam oratoris diligentiam praemonstraturus, τὸ νότον τὸ ἀγνώστου λόγου ἀπέφυγε. prouñtiauit, id est Demosthenicæ orationis sonum lucernam respicere nocturnam. Denique vis in Demosthene peculiari insignique modo celeberrima, sicuti in Isocrate sua uitas, subtilitas in Lyfia, in Hyperide acumen, sonitus in Aeschine, in Platone copia. Scribit tamen Libanius, Demosthenis inimicos in illius mollicie cauillatos, Batalum appellare eum conuenisse: cuius rei ipse quoque mentionem faciat in Oratione contra Aeschinem, sive pro Ctesiphonte. Nam & in prælio apud Cheroneam, quo accitæ Atheniensium res sunt, fuga sibi salutem quesuit. Quod quū ab inimicis illi acriter & contente obiectaretur, ita causam fouebat propriam, ut diceret, ἀνὴρ δὲ φάβηται, ἢ πάλιν μάχασθαι, significans, eum qui mandasset fugæ praesidium, posse denuo in pugnam cooriri. Batalus dicebatur apud Atticos pudendorū pars. Sic enim Plutarchus scribit Δομιτὸν ἴσχει τὸ ἐν ἀναγνώσει τὸ καὶ εὖ δεξιὰ τοῦ σώματος. id est, uidetur autem dici Batalus apud Atticos corporis portio, quæ honestè satis nequit enuntiarī. Sunt qui tibicinis infracti nomen esse Batalum putent, vel poetæ, qui lasciuia & uolenta carmine sit complexus. Ceterum hic obiter lector studiosus monendus est, ubi Plutarchus scribit, τὸ δὲ βάταν ἀδύνατον τοῦ κρηναίου. id est, Erat Batalus tibicen infractorum: quosdam ad corpus referre, quod Plutarchi interpretes uiderent sensisse: cuius uerba prætenuimus, tanquam is fuerit corpore distorto: quod ne utique uerum est: nam, auctore Libanio, ad mores & cantus & habitum tibicinis. Batali pertinet uerbum id κρηναίου. id est infractorum: nam subintelligendum est, cantuum: quoniam etiam Latine, fracti dicuntur fluxi, molles & effœminatī ut apud Quintilianum libro quinto: ut fortasse corpus uillum fractum incessum, uellem muliebrem dixerit aliquis, molles & parum uiri signa. Libanij uerba sunt hæc, τὰ ἴσχυται τὸ τὴν βάταν ἰσχυρὰ ἀδύνατον γυναικῶς πρὸς τὸ ἀποδοῦναι τοῦ ἀνδρῶν ἰσχύος. id est, ἰσχυρὰ ἔχουσιν, ἢ ἰσχυρὰ κρηναίου, ἢ ἰσχυρὰ τὴν κρηναίου. id est, ἀδύνατον τὸ τὴν ἀδύνατον, ἢ ἀδύνατον τὴν κρηναίου. id est, narratur fuisse Batalū quædam Ephesium tibicinem, qui omnium primus in scena calciamentis usus est fœminicis & fractis cantibus, & artem tibiaram remolliuisse prorsum

uide

L. D. O. I. N. O. T. I. S.

uidetur. Ab hoc fluxos, exolutos & parum viros, batalos uocarunt. Porro in molles, batali nomen enuntiarī solitum: Præter Thomam magistrū, Hermogenes item scribit. Meminit Aeschines in oratione πρὸς τὸν πρῶτον ποσειδάσιον, Eupolis uidetur batalum dixisse τὴν ποσειδῶνα, id est podicem, unde & cinædos putarunt aliqui batalos dici, ἀπὸ τῶν τῶν ποσειδῶνα ἐν τῷ ποσειδῶνι βατάνηδες, id est istibus qui in re fœdissima inferuntur. Ceterum, ut ad Demosthenem reuertamur, dignum memoratu quod proditur, Huic tam summo, tam omnibus fere numeris in oratoriis campis, & dicendi palestra absolutio iocorum defuisse facultatē, quæ M. Tullio superfuerit. Ut sciamus, non modo eidem omnia non dari, quod Homerus inquit, & relatum apud T. Liuium scio, uerum esse quædam, quæ nulla ars, nulla unquam uicerit cura. Circūferuntur tamen quædam illius non omnino illepida aut inficeta: Ut quum Pytheas dixisset mordacius, Orationes illius obolare lychnum, Scio, inquit, tibi molestam esse ardentem lucernam. Is enim ut fur, malè nonnunquam audiebat. id uero adnotandum ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς Καλαρίας, dici insulam, Troezenio littori proximam, in qua se ab Archiæ manibus ueneno Demosthenes redemit: nō Calabriam, ut modo in Plutarchi Latinis codicibus fere circumferuntur. Hæc enim est Italiæ portio. Distinctionem hanc agnoscit Eustathius. Inde apud Ouidium in Metamorphoseon libris:

Inde Calauræe Latoides æstat in arua.

Quamquam ibi modo legitur, Calauræ. Sciendum tamen in Periegesi Dionysium Aphrum insulam appellasse Καλαρίας: unde & Rhemnius Fannius,

Calabria dura colonis.

Quod de Batalis diximus, aduertendum quodam loco Plutarchum dicere, Batalos esse Germanorum equites præstantissimos, qui insulam colant quam circumfluat Rhenus. Sunt qui batum interpretentur mollē, delicatum, cuiusmodi fere sit batus piscis: unde & nitarion & bation subblandientiū puellis deminutas esse appellationes tradūt. Nam & Nitarus quidā morsu comico habetur mollicie infamis. Pusilli quoque corporis forminas, barylos uocabāt. Baryle uero est Theopompi drama. Bater autē, hoc est βατῆς pastoriciū nuncupatur baculū, cū quo pascunt. Est & bater, principii caueæ Pētarthlorum. Hinc profluit illud eruditius, ἀπὸ τῶν βατῆρας τῆς βατῆρας τῶν

λέ

aiyy, id est, ipsam pulsasti orationis precipue tempestiuam, & primam partem. Pro virga bater, Latine dicitur pedum. Addamus & Pollucis interpretamentum, Vnde, inquit, profilit Petathlus, dicitur bater, Batiā, & pobaton vocant Graeci rubis confutum locum, Latini senticetum dicunt, vel dumerum. In sanctis literis est item mensura genus rerum liquidarum batus, cori pars decima: vnde in Euangelio illud, sicuti legebat Hieronymus quoque, qui dixit ei, ceterum batos olei. Olus cordum, inquit Columella, quidam battin vocant: est vero aculeata, sponte nascens, marina & hortensis. Embata sunt tragica Graecis calciamenta, sicut embades comica, scribit Ammonius.

Linea poscere, quid: & quid in spectaculis linea. Item de longurijs, ac ramicibus, & vacerris, & caneris, seu cancellis. Cinclides. Cinclidary qui. Longis lineis facere quid sit. Limda quid vocent Graeci. Histopeda. Histodocce. Concades quid. CAP. XIII.

Quintilianus libro undecimo ita scribit, Transire in diuersa subsellia, parum verecundum est: nam & Celsus Severus urbane aduersus hoc facientes lineam poposcit. Quid sit hac parte linea, videri ambiguum, scio. Ego longurium accipio, sic enim longiores perticas, aut robustiora ligna quae in stabulo equis interponuntur, ac ne consurgant in pugna, aut se mutuo feriant, appellari obseruauimus. Varro in Rustica libro secundo: Itaque in stabulis & humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia & fenestras, & inter singulas equas a praesepibus interuicere longurios qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Meminit & longuriorum libro primo, in septorum ratione: Sepes, inquit, fit palis statuis crebris, ac virgultis implicitis: aut perforatis, & perforamina traectis longurijs ferreis binis aut ternis. Caesar Commentario quarto: Hac directa materia iniesta contexebantur, ac longurijs cratibusque consternerantur. Longurios etiam ramices dici, obseruatum apud Columellam est libro decimo: qua in parte, vacerras item clatrorum genus interpretatur. Seruius Aeneidos quinto, ubi in ludorum celebratione Virgilius ait:

Sic quoque repente

Corripunt spatia audito, lumenque relinquunt:

regulam

regulam interpretatur, quod dixit poeta limē, aut signum decreta factum. Ex cuius verbis facile percipi licet, cur in ludis ab eruditis persape linea nuncupetur alba, quam significasse Martialis videri potest illis versibus libro octauo:

Omnis habet sua dona dies, nec lineae diues

Cessat, & in populum multa rapina cadit.

Sed & Ouidius primo De arte, circensia attingens spectacula currentium equorum:

Et bene te cogit, si nolit, linea iungi,

Qua tibi tangenda est lege puella loci.

Etiamsi modo longum sedendi ordinem nonnulli interpretantur. Sicut & illud in Amoribus.

Quid frustra refugis? cogit nos linea iungi.

Porro, ut in carceribus visebatur linea, sic & in meta, ubi vincens proponebantur praemia: ut Pindaricus tradit interpret. Vlpianus Digestorum nono, ad legem Aquiliam, ita inquit: Si maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usu, eaque in scio viro perforasset, ut pertusis in linea vteretur, tenetur lege Aquilia. Sed apertius idem Digestis De furtis, libro quadragesimo septimo: Si linea margaritarum surrepta sit, dicendus est numerus. Longis porro lineis quid fieri, eleganter dicitur, quod est longinquo sit: velut, extrema linea amare, apud Terentium Latinitatis obseruantissimum. Linida vero, id est *λινιδες*, vocant Graeci histopedam, id est cauum in naui locum, cui malus inferitur: nam histodocem, lignum in puppi prominens dicunt, in quod reclinat arbor eadem. Ad lineam praeterea spectat illud Hieronymi quoque, honesta prolatum metaphora in Luciferiani & Orthodoxi dialogo, In gradum rursus ac lineas regredere. Cancelli ab hoc proposito non valde seiunguntur, quando & haec erant veluti septa quaedam ex lignis transversim iunctis obliquatisque, ad defendendam, hoc est repellendam turbam, praesim agminati inque prouertem: quod Ciceronis lectio nobis suggerit, qui De oratore libro primo ita scribit: Nam si quis erit qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias atque causas, & quasi certarum artium forensibus cancellis circumscriptam scientiam, fatebor equidem in his magis versari hanc nostram dictionem. Et pro P. Quintio: Et me facile vestra existimatione reuocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipsi circundedi. Quin & pro P. Sextio, è fori

LECTIONVM ANTIQVARVM

cancellis plausum excitatum scribit. Sidonius item Apollina-
ris quadam libri quinti epistola: Umbra, inquit, stipitibus al-
tatis, cancellatimque pendentibus pampinus superducta te-
xerat. Cancellorum rationem graphicè expinxit Varro Rei
rústicæ libro tertio: Præterea, inquit, è perticis inclinatis ex
humo ad parietem, & in eis transuersis gradatim modicis in-
teruallis perticis adnexis ad speciem cancellorū scenicorum
ac theatri. Hinc cancellata elephantorū cutis dicitur Pli-
nio. Hosce cancellos item caneros dici, quanquam rarenter
admodum, animaduertimus, Inde scitu dignum prorepsit
adagium, ut inter Orci caneros adhaesisse dicatur, qui ita irre-
teat illaqueatusque tenetur, ac impeditus, ut nusquam pa-
teat effugium: quoniam Plutonis septa & Cocyti irremediabi-
lem necessitatis viam, ut cecinit Orpheus, in Mercurij terre-
stris hymno, qui euadere iam tentet, profusus Aethiopem la-
uat. Est qui cæcellos pro abaco selsili interpretetur. Sunt por-
rò, qui cancellos dici à Græcis *λευκιδας* putent, Nonnulli eo
cinclum verò auem motacillam. Pollux, cinclidas arbitratu-
r valuarum species. Aristophanis interpres in Vespis, dicaste-
rij, hoc est stationis iudicialis ianuam dici putat cinclida-
quam (inquit) etiam cancelotem dicunt, id est *λευκιδας*.
Alij ex Græcis cinclidas intelligunt *ἀνκιδας*, id est valuas du-
plices, aut etiam foramen quo immittitur clauis. Cinclida-
rios vocabant, quibus Archiū foret curæ, præsertim ne qui-
buslibet ad libidinem pateret ingressus, Lego denique apud
Cæsarem, & Ammianum quoque, concædes nuncupari fir-
miora quadam ex cæcis arboribus sepimenta. Cornelius Ta-
citus libro primo: Frontem ac tergum vallo, latera

concaedibus munitus. Cinclidas, pro carcere acci-
pit Plutarchus in Lucullo, vbi presfos feno-
re ab publicanis pati coactos scribit, *οχι
νιοις, λευκιδας, ητοι εν πρσ.* Theocriti
interpres, Hysplax, inquit, laquei
species, proprie autè curso-
rum carceres vocantur,
quem nos cancel-
lum dici-
mus,

Lod

LODOVICI CÆLIIRHO

digini in libros antiquarum lectionum Pra-
fatio sexta, ad illustrem Philosophum
& Venetum nobilè Nicolaum Theu-
polum Rhodigij prætorem
clarissimum.



Ostea quàm urbem nostram, vir magnifice, inisti præ-
tor, mihiq; præter summam nobilitatem, multis insi-
gnem imaginibus, doctrina haudquaquã ex trivis,
sed interiore, ac inde admiranda præcipue, moribusq;
philosopho, & eo ritique Christiano dignis es fama co-
gnitus, ita tibi sum affici captus, ut vectorum illud esset maximum,
tibi me arctius ac familiaris insinuasse. Siquidem ex suauissima
consuetudine tua, si modo essem assecutus, ut certa sic & præsigna
perficiebam emolumenta percepturum: illud verò grauisimum, ut
abs te digrederer nunquam non rerum vsu peritior, philosophica ra-
tione solertior, integritate, fide, constantia, omnisvaria demque boni-
tate instructor expurgatorq;. Quamobrem quum te huc primò ap-
pulsum adissem pro more salutaturus reuenter, ea sum à te beni-
guitate, ac fronte exporreclæ latitiae exceptus, quum adiecisses, tibi
me fama, etiam si non de facie, factum Venetys notiozem, quod ple-
raque de rebus meis honore multo audisses, ut confestim non factam
modo rem mihi sim opinatus, sed iam spei plenus maxima quaque de
tanta virtute audacius mihi polliceri sim visus. Nec iam cõceptam
de te opinionem vel minimum falli vnuquam aduertit. Non commemo-
rabo pluribus, qua me accedentem verborum & rerum munificen-
tia sis amplexatus, qua ingenuitate ac animi candore nonnunquam
secretiora mihi sis impertitus, quum de Insuabrum re sollicitum me
nosces, quod in amplissima ciuitate quinquennium iam profectendi
obissem functionem, essetq; bellorum interuentu ea interpellata cura.
Scio quàm honestè cum meis ciuibus de me verba feceris, & quidem
non semel. Vbi insista diuinitus animi minime fucati simplicitate præ-
tulisti quoque, quàm tibi esset presentia nostra grati: nec id ambi-
tione vlla, quantum eualui discere, sed cupiditate sincerissima de
literis fabulandi, præsertim Græcis, quas vel ad satietatem imbibis-
se videris, sic ut qui te, ac rei tuæ publicæ curam peruigilem minus
notunt, vnam tibi eam fuisse prouinciam suspicentur. Sum admira-

L O D O V I C I C A E L I I R H O D I G I -

N I L E C T I O N V M A N T I -
Q V A R V M L I B E R V N V S ,

Q V I E T S E X T V S .

Salis potestas mira. Piscatorum corpora cur cornea videantur. Cutis crassitudo cur hebetudinis indicium, Enarratur locus difficillimus Fabij, In malaco sanum. Citta, cittosis, picatio: item quid malacia. Toleretur mendum ex Seneca, & Casare. Quae apud Herodotum sit Persarum Halia. Interim qui dicatur inexistimati, vel existimati, Gethyllides, Portorium salis.

C A P . I .



ME T V S sententia est, à celeberrimis vtriusque linguae authoribus, literis commendata. Totis corporibus nihil esse vtilius sale ac sole: ideòque piscatorum corpora videri cornea. Sentiri remedium in podagra praecipue, probant. Etenim astringit sal, liccat, alligat, putrescentia quoque corpora ita vendicat, vt ea durent per secula, quod Aegyptiorum comprobant instituta, quibus mortuos sale condire moris fuisse, planè Herodoto credimus. Inde consuetudo inoleuit Graecis quandoque, vt vino madètes, & planè delyros etiam oleo perungerèt, sale admixto, ceu singulare id foret adiumentum. Quin & vino, ne stupefcat, aut in acutum degeneret, salem indere consueverunt. Ex hoc factum videtur, vt facetissimus comicus in comœdia, cui titulus Nephelè, ita scribendum sit opinatus,

ἀνά τινος ἰατρικῆς ἔργου ἐπὶ τῶν ἐλαίων.
Sale perfrictus expurgatúsque hic iuaretur vtiq̄ue. Quem locum eius poëta enarratores ita fermè explicant, vt addant id quoque, Delyrantes oleo linebant & sale, ac proderat. Vt crassioris autem cutis, eum in que mista proferuntur subsan-

L E C T I O N V M A N T I Q V A R V M

Lus & ipse non ingenium modo, nunquam non in numerato, sed & memoriæ capacissimum thesaurum, cuius vi semper prociucta, legitis modo Græcos exhibes authores: sed Homerum cum primis, quod illius præcipue maiestati, non Darij vnguentorum serinia, vt Macedo imperator, sed animi tui diuinius conditorum cemparari. Insignem de me opinionem tuam vir clarissime, palàm fecisti, quum abs te sum inter eos allectus, qui Christiano ritu siliolam recens natam de sacro lauacri fonte tollerent. Quo quidem nomine tibi me ita deuinctum opinor, ac prorsum oberatum, & nexu iusto addictum, vt quantalibet fuerit vita, rationem factum iri parè, iam hinc despondeat animus, ni me vadata fuerint litera, quas vnice amas & amplexaris. Sentisne quos tibi exhibeam prædes, vir magnifice, vel quæ perisus parte contractam alieni æris vim dissoluere accingar? Tam ne tibi decocturum me subleat, in rem presentem manu consortum te voco, vt nostrarum lucubrationum laborem hunc tibi secundum vendices, animi mei gratitudinem portiuicula saltem minima perspecturus. Id quod tibi casurum opinor gratius, quoniam demonum naturam eo fermè explicamus, & tu philosophi eius vestigijs inheres affixus, quem demonij cognomento honestatum à prioribus comperit tibi est. Simul & hominis fastigium nobili censura perpendumus, & anime historiam ex Platone, Aristotele, ac conscriptoribus compingere adorimur: dignam viro philosopho dissertationem, omnibus ed iucundiorrem, quod is est futurus tanti ductor agminis, cuius typum graphice nobis veterum exquisitissima ingenia expinxere.



L. D. O. V. I. C. I. R. H. O. D. I. G. I.

nat: pelles siquidem pinguedine crassiores, sale si emolliantur, laxiores fiunt, & inde capaciores. Puto, quia salis vim nouimus pingue onerosum persiccare depurgareque. Nam & in Medicinali sylua quinto libro Dioscorides, author literis haud inexistimatus, ita enim intelligo quem *ἀσφύρα* vocant Græci. Nam & existimati accipit Gellius, qui sit in pretio censeaturque. Dioscorides inquam, salis multiplicem vltim permonstrans, potentiam habere memorat, smecticam, apocatharticam, id est purgandi & abstergendi. Nimirum suspicantur interpretes hinc cutis crassitudinem subtilitati innati spiritus officere. Nam & Plautini sales illuc videntur spectare:

*Mens herus elephantis corio circumtectus, non suost,
Neque plus habet sapientie, quam lapis.*

Nam maguos stupidosque, elephantorum nomine intelligebant, vel Græco suffragante prouerbio. Legimus in Naturali historia, fuisse nonnullos qui subtilitatem animi consistere non subtilitate sanguinis opinati sint, sed cute operimentisque corporum. Et tunc magis aut minus bruta esse, ut ostreas & testudines. Boum tergora, setas suum obstare tenuitati innati spiritus, nec purum liquidumque transmitti. Sic & in homine quum crassior calliosiorque excludat cutis. Caterum perpersio hæc digna satis, quam hic pro virili excutiamus, nec tamen sermone ita longo, aut lacinoso periodis. Qua in parte inspectienda planè, non ab limine salutanda modo philosophorum volumina, & adyta augustiora, in quibus natura placita cum rationibus suis solertissimè explicantur: ne quis ista nobis nummo, ut sic dicam, putet addicta. Si illud inferuero prius, inter militares animaduersiones fuisse veteribus sanguinis missionem, quod irrogatum primò creditur militibus animi stupentis, atque à naturali declinantis habitu, ut non tam poena videretur, quàm medicina. Scribit in secunda Anima historia Peripatericus nobilis ad hunc feruè sensum, Gustum habet homo certiore cunctis animalibus. Est enim gustus, tactus quidam: hic autem in nobis exactissimus est sensus, in aliis exuperamur excellenter. Inde fit, ut sit homo animalium prudentissimus. Signum est inter homines quoque iuxta sensum esse aliquos hebetes, alios ingeniosos. Quod in alio sensu non contingit, si *ἀσφύρα* id est, duri quidem carne, inepti

mente, molles autè ingeniosi: hætenus Aristoteles. Quæ quia forte ambiguitatis habent aliquid, nec studiosorum vota explent omnino, illud amplius expendendum, Bonitatem mentis ratione duplici tactus correspondere bonitati. Prior est: Tactus sensuum aliorum fundamentum est: manifestum enim, quod organum tactus latè per totum corpus fustum est, & quodlibet instrumentum cuiuscunque sensus est etiam instrumentum tactus. Et id, ex quo esse dicitur aliquid sensuum, est tangendi sensus: unde ex hoc, quod quis habet meliorem tactum, consequitur item habere eundem sensoriam facultatem meliorem simpliciter, & inde esse meliorem item intellectus. Si quidem sensuum bonitas, dispositio est ad intellectus bonitatem. Si verò habeat quis auditum excellentiorem, vel visum, non infertur protinus, eundem sensoria potestate simpliciter præcellere, sed secundum quid tantum. Altera ratio est: Quia tactus bonitas complexionis siue temperate sequitur bonitatem. Etenim quum instrumentum tactus sequestrari nequeat à numero vel genere tangibilium qualitatum, eo quod est elementis compositum, oportet id esse in potètia ad extrema, saltem per hoc quod est inter ea medium, siue media tangibilium proportio: quantoque illas qualitates minus habet excellentes, tantò efficacius mediocritatem sibi vendicat, & tangibiles percipit qualitates. Bonam porro corporis temperaturam siue constitutionem sequitur nobilitas anima: omnis enim forma cum sua materia proportionem habet. Et ex hoc infertur id, quibus præstantior fuerit tactus, præstantiorem quoque inesse animam, atque nobiliorem ac perspicaciorè mentem. Verum hic fortè ingerat se quispiam, non videri vsquequaque verum, Molles carne perspicaciores haberi: quòd ratione ista, sexus muliebris masculino colligetur prudètiorem multò, ingeniosiorque: siquidem muliebri corpore molliculum tenellumque est, & cuniculi capillo, & anseris medulla quoque mollius: ut Catulli versiculis abutamur. Et scimus tamen in Politicis Aristotelem scribere: Puerum imperfectum esse consilij, & feminam inualidi, seruum verò nullius. Verum scire decet, carnis mollicie modis intelligi duobus: siue ut est ex contèperatòis bonitate, quæ rara sit & bene disposita, id est (ut Albertus inquit) ex humecto tenui, & spumoso aëreo, ac contemperato calido: nam & Plato docuit, formam bonitatem inoriri pro materia meritis, siue ex phlegmatis exsuperantia: quo modo qui

sunt, nō ferē dicuntur tactus boni, quia non insunt qualitates sensibiles rectē ad mediū redactę, & proinde nec mente intelliguntur apti satis: quo in genere mulieres sunt, quicquē phlegmatici vocantur. Ex iis verō quę nō omnino incuriosę, aut illotis pedib⁹ ex summis & planē classicis authoribus in mediā litteratorum cohortē produximus, iā opinor illata lux est Herculano illi (vt sic dixerim) nodo, Cimmericis obuoluto tenebris, & Platonis numero itē obscuriori: in cuius enarratione, hactenus aqua hæsit. Et Hermolaus lectionis vir incredibilis, ac in re literaria detritus planē & retorridus, & exactissimi iudicij, quem *ναρὰ νόδα* insequi, turpe videri possit nemini, adeo desponsam destinatamque viris magnis gloriam obscurare in animo non est: in eo tamen Fabij loco, In malaco sanum: quid sentiat, non satis constitutum habere, factetur ingenuē. Quum tamen non aliud significetur ex Peripareticis scholis, quā in carnis mollicie & raritate summam intelligi mentis sanitatem, id est prudentiam & perspicaciam: quoniam ita affectis faciliē item, quicquid est redundantis copie ac retrimentitię digeritur & euaporat, nec phāstasticum aut rationalis potētia perinde syluestri tumultu obturbatur. Quod ita esse, id quoque indicio est, quia fatuos ac rudes *κρυσηύς* appellare Græcis mos est, ac si tu dicas, crassipelles. Quid, quod Quintilianus id verbum fuisse artis alicuius proprium, apertissimē dicit: Vbi philosophos intelligere potes, aut quod amplius aridet, diuinaculos, qui physiognomones dicuntur: à quibus vsurparetur subinde, In malaco sanum: vbi quē ita cōstitutum contēperatūque inspexissent. Est autem physiognomia, mantices pars, ea quę ex ore omniumque corporis membrorū facie motūque ac filo hominū coniectat mores: de qua vt Aristoteles & Adamātius, ita multi alij tā Latini, quā Græci scripserit. In eo genere sunt itē metoposcopi, quos ex facie addiuinantes, Plinius interpretatur. Eorū & Tranquillus meminit, & satyricus poēta significauit.

Frontemq; manuq;

Præbebit vati, crebrum poppy'sma roganti.

De malaco autem si quis ambigit, ac Græcē nescit, norit id verbum significare molle. Nam malacia, pregnantium Plinio est mollicies quædam & defectio, quum languentes modo hoc, modo illud appetit: adeo vt terrā quoque vorare appetant nonnulla, carbones etiam extinctos, aut cimoliam

inq

Inquit Paulus Medicinæ primo: quæ res nuncupatur *λίγη*, id est pica. Nam & Gethyllidas Latonæ sacras, scribit Athenæus, quoniam prægnans id cibi expetisset genus. Gethyllidas, sunt qui cephaloton porrum interpretētur, id est capitatum: sunt qui gethyum, seu gerium. Prouenit incommodum id ab cōceptu mense potissimum tertio, nequeunte fortu interrim delata in vuluam omnia ratione alimenti absumere, insita imbecillitate, proindēque in stomacho multorum facta redundantia. Ex qua etiam absurdorum sese promit appetentia: indidem quoque nomē nata affectio est, *Αὐὰ τὸ πικρὸν* id est ex auis varietate. Vel, vt scribit Paulus Aegineta, quod malo id genus corripatur frequētius. Est & in stomacho malacia, id est debilitas. In Matthæi Euangelio, *μυρμαλία* interpretatur langorem: qui sit leuior morbus ac lentior: non quidem lecto affligens, sed valetudini moramēta obiectans, & quo minus videamur sanitate inculpata, præpediens. Corrigendus obiter error manifestarius in Senecæ Epistolarum libro nono: In otio inconcussio iacere, non est tranquillitas, malicia est. Tu expunge institium verbum, & genuinum ita repone, Malacia est. Apud Casarem Gallici belli libro tertio, Malacia item maris nominatur pro tranquillitate ac velut mollicie, quanquam scribitur modo malacia, sed indoctē. Illud non transliendum ex Græcorum thesauris, ob Paridis necem in morbum scemineum mox Philoctetem incidisse, quo nomine is erubescens deserta patria, ciuitatem cōdidit, quam ex re Malaciā dixit. Cirtosin præterea dicunt Græci, quum ab racemis dilapsi acini pereunt. In Plauti fabula dici legitimus, Mœchum malacum, cincinnatum, vmbatilocum, tympanotribam. Quod de physiognomia mentio nobis facta est, sciendum ex Procli doctrina, morem Pythagoreis fuisse, per signa in corpore constituta venientes ad ipsos perpendere ac pensulare exactius, ad melioremne vitam apti forent. Quoniam natura ipsa, quæ animis confingit corpora, instrumenta eis congrua subministrat, imaginēque animarum in corporibus indicat, per quas & illarum ingenia eius artis periti possunt deprehendere. Meminit Cellius Noctium Atticarum primo. Quod ad sale attinet, abs quo digressi sumus, *ἀλγή* Græci dicunt sale condire: quanquam & eo verbo congregatio significatur, vnde halia Persarum dicitur Herodoto, id est congregatio, seu concilium. Sunt &

z s

halides, seu halia, sali terendo vasa accommoda. Author M. Varro est, ad Rhenum locis quibusdam nec fossicium haberi salem, nec marinum, sed lignorum quorundam combustis carbonibus pro eo uti. Portorium salis dici apud Liuium obseruauimus.

Mos abluendi infantes sale, aut frigida aqua. Enarratur Virgili locus. Salis, fermenti, ac mellis nomine quid intelligendum in sanctis lueris. Chondros, chondritis, hypocondria. Licnos quid, & vnde. Infantium in v annos depositio. Sal Indicum. CAP. II.

ET quia salis emolumenta paulò antè perstrinximus, non negligenda item sunt visa, quæ à scientissimis medicorum insinuantur nobis. Siquidem Galenus quodam loco, etiã si amhigunt eruditiores, sitne de principis medici officina opus id, sale aspersos infantes obuolui fasciis præcipit. Sed & prima primi Auicenna: Festinandum, inquit, vt infantum corpusecula perluaatur aqua, in qua colliquatus sit sal, vt occalleat umbilicus, atque item cutis: ita tamen vt non contingantur nares, aut os. Cur verò sic faciendū astruamus, ratio est, quoniam mox æditum infantem ob nimiam teneritudinem omnia infestant. Quo nomine semel bisque sale abluere persalubre est, præsertim si exuberet sordibus, & nimio plus sese promat humectatio. Confestim verò ab iis tepidiore conuendus aqua. Adicit Galenus, salis potestate curi callum induci sic, vt densior solidiorque iis que intus sunt partibus reddatur. Quibusdam etiam myrti folia inspergi arida, verū iis statum non citra vitium esse. Caterum more suo Auerrois ista putat reicienda, præpositis quæ minus acrimonia morsum, vt sic dicam insignificantiusmodi sit oleum balaninum ex glandibus, effectu eodem qui in sale sentitur, vt credit Auenzoar. Cooriuntur in Auerroem magna vi Auicennæ interpretes, quoniam oleum id genus styptica potestate efficaciquidem habeatur, non tamen æquè sordentes humectationes resoluere, quibus inebrietur cutis ex veterina redundantia. Addunt etiam, vnguine inti mo nõ perinde vt salem, oleum posse callum inducere. In quem usum plerisque item mos est, natum infantem in frigidâ aquam mersare, sicuti septimo Politicorū cõmeminit Aristoteles, sed Galeno De regimine sanitatis

tatis primo, id nõ arrisit, additis etiam rationibus cur fecisse inutile sit. At cõfert. inquit Philosophus, statim à puericia assuefacere, hoc enim ad sanitatē & ad res bellicas vtile est: quare apud Barbaras gētes irroboraui mos, vel amne gelido infantes abluere, vel tenui amiculo cõuestire, qui Gallis mos est: ad cuncta enim quæ possit, initio statim insuescere, optimū est. Adiuuat autē pueros, innatus calor aduersus frigoris vim. Iã ex iis opinor, lucis plurimum inferri Virgilianis versiculis,

Natos ad flumina primum

Deferimus seuq; gelu duramus & vndis.

Caterum Galenus inquit, si ab extimo frigore insitus peruncatur calor, an non liquido sequitur interitus? Quamobrem quis vtiq; mentis compos, nec ferus omnino aut Scythia pinguis proprium subire aleam permiserit, in qua errorem sine vadamonio consequatur mors: præsertim quum ex discrimine non multum sit, quod lucro ascribas. Asino forsam densior cõulerit cutis, rationali naturæ non ita: nam quum corporibus duplex ingruat incommodū, ab extimis vnū, ab internis alterum occasionibus, certè quoru rarior molliorque fuerit cutis, ab extimo faciliè oblaeduntur malo, quoru dura cõstipatioque, ab interno. Propterea Hippocrates: Raritas corporis ad transpiratum iis, quibus plurimum aufertur, salubrior: quibus minus, insalubrior. Quare Germanos, agrestesque alios, aut Barbaros valere sinamus: illis (inquit) nõ magis præcipimus, quã vris, apris, leonibus. Et quia de sale producta pleraque nobis sunt non illepida forsã, ne illud quidē negligendum: In sanctariis religionis nostræ, salem pro apostolica ferè accipi sapientia, propter illud Matthæi bracteatum, Vos estis sal terræ. Ita enim Leuitici secūdo scriptū inuenias, Quicquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. Sed & Apostolus Paulus: Sermo, inquit, vester in gratia sit, sale conditus. Neque enim sequestrato rationis ac discerniculi examine libratiore, Deo placere quicquã potest. Quod autē paulò antè præcipitur, Omnis oblatio quæ offertur domino absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini: intelligi volunt philosophicum tumorem, & ciuilis eloquæ lenocinia, voce quidē, nõ re prædulcia. Author autem in Crasso Plutarchus, lentem ac salem ab Romanis præcipi credi, hoc est lugubria, & proinde apponi mortuis consueuisse: hincque

ingr

ingruentium malorum prælagium Crasso factum, quod militibus duo hæc prima in necessarioribus distributione sunt data. Cæterum ab interprete miro sunt hæc silentio præterita, etiamsi veteris ritus non ingratis cõplectitur memoriam. Salem Indicum Barbaro vocabulo saccharum dici animaduertimus. Illud denique adieciſſe, nõ fuerit otioſum, opinor, *χόνδρος* dicitur à Græcis, de fale qui craſſior fit, velut chondritis vocatur *ωκυθα οκυθαία*, quam ſiliginem interpretantur; *χόνδρος* verò dicunt loca, in quibus concidatur chondros. Galeno, & medicis, aliud prorsum chondros eſt. Venter, inquit in Pragmatia *πρὸς ἀνατολῆς* Galenus, percoctioni deſtinatus orditur à chondri medullis, ubi *σπυρα* dicitur *νοστίος*, id eſt ventris os. Alibi porrò idem author, hoc eſt in partium extremi corporis nomenclatura: Sub ore, inquit, ventris in ſuperficie exteriori congruè nominantur hypocondria, quoniam chondro rectè ſubiiciantur. Sunt autem peritonæo ſubſtrati muſculi, extra cute obuelati. *δυσουρία* autem interna viſcera *κακὰ* vocantur, quando ſub chondris & ipſa ſunt *κακὰ* *καὶ* *πυλῶν*. Quia verò de infantum cura affatim tranſegimus, & illud non inſuper ex Græcorum commentariis habendum, licet non dici ab eis, *τὸ νοστίον*, id eſt cunam, *ωκυθα* *τὸ* *λίγυ* *λυγυδαία*, quia motetur ſubinde: aut licet non intelligamus, *τὸ* *λιμυτιέζον*, id eſt vannum, quoniam æditos primùm infantem in vannos deponerent: quod alimentorum copiam, ac bonitatis ſymbolum conieſtabant.

Cur ſomniculoſi quibus anguſta ſunt vena. Item pumiliones. Cur in cogitatione profundiore obrepat ſopor.

CAP. III.

Multa quidem & copioſe ſatis, ni fallimur, de hominis ratione conſcripſimus: poterant & plura, ſed nobis in vaſtiſſima rerum congerie ſeruare temperamentum quoddam, viſum præſtabilius eſt. Ne tamen cuiuſquam querelis detur occaſio, quod & præfati alibi ſumus, ubicunque oportu num fuerit, omiſſa conſarcinabimus, poterunt à volentibus iungi. Interim in alia diuertimur necum non ita pridem ſuper ſomni ratione. Mirum videbatur, hominum pleroſque ita in ſoporem ſæpe collabi, vt nil procliuius omnino faciant, cuiuſmodi ferè pumiliones ſunt deminuti, decurtatique, ab re-
liquo

liquorum commenſu. Et quoniam iactatum in Græcis literis ſcio, Nil dulcius, quàm omnia ſcire: contuli me ad magiſtros (quod aiunt) mutos, qui me etiamſi aſymbolum ita ſcitè doctèque inſtruerent, vt naturæ rerum non omnino viderer inſcius. Quod verò inde prouerim, etiam impertiendum aliis eſt viſum, ne in ſanctariis recõditum pereat. Igitur ſic habet, Eſſe genera duo, vi inſita in ſomnũ prona maxime: alterũ in iis eſt, quibus venæ adeo prætenues ſunt, adeoque lætèſ, vix vt deprehendi viſu valeant: alterũ eorum cenſetur, qui nimio plus in caput excreuiſſe animaduertuntur. Anguſtia meatuũ, quibus à capite reſluit ſpiritus, nullo negotio præſepitur occluditurque: minuta ſiquidem & propè nulla, quicquid accèſſerit, quãtumuis modicũ puſillumque obſtipar præfareitque. Vbi ergo frigus concipit vena, ſiquidem & inſarctus venter cõfrigeſcit, ſpiritus tamdiu ſuffrænatur, & moramento quoddam compeſcitur neceſſario, donec inualeſcens calor diſſectus alimentum ita conſiciat, vt globatum alioqui dirimat ac diſſandat. Quandiu verò is liberè commeãdi facultatem non nanciſcitur, perſeuerat ſopor. Cæterum ſuggerit ars rei fortè obſcuriori exemplum euidentem: nam tubulo anguſtiori inſuſus liquor tardius lentiùſque proſluit, quòd ſi laxior is & capior fuerit, momento viſ etiam maior dilapſa tranſmittitur. Id ipſum & in ſpiritu fit, qui anguſtè corpulentior ipſe commeãſ ac præpeditè, ſerius munere deſungitur. Et hæc diuertentioris ſomni procliuioriſque in meatuum gracilitate cauſa quidè fuerit. Somniculoſos verò eſſe, quibus caput extumuit, inde pernoſci poteſt: quòd amplius eſt conceptaculum, eò plus item capiat, conſequens eſt. In nanis, ſiue pumilionibus vaporum multa viſ ad caput ſurrigitur, quoniam grandius membrum alimenti amplius requirit. Quod verò copioſe ſcandit, copioſè item ac largius remeet, neceſſariũ eſt, ſed & lentius, quia inſitus calor vim tantam ſublata euaporationis breui percoquendo nequit conſicere. At quibus venæ latiores aperioresque fuerint, ſoporulenti eſſe nequeunt, niſi fortè quippiam obrigerit potentius aliud, quod rationem faciat diuerſam: neque quos item atra inſeſter bilis: nam aliõſis, congelidiſque corporibus, caloris intimi copia nõ magna, vaporum paucitas caput ſcandentium obringat, neceſſe eſt. Hinc illud fit quoque, vt ferè genus hoc ſit edacitatis auida, quando eorum natura ſicca & retortida eſt, nec hauſtis aluntur magno-
pere,

pere, infestante plurimum bilis arrioris frigore alimēti concepracula: quæ ratio efficit potētē, vt parum omnino, aut nil ferē eat in corpus. Quia verò de sopore agimus nunc, appingamus veluti corollarium huic loco, quod intellectum studiosis maximē arrisurum arbitror. In eadem nanque harena, quod dicitur, versamur, & contingit sapicula, vt attentissima cura quid expendentibus ingerat sese vel inuitissimis obnitentibusque insuperabilis dormiendi procliuas. Inde verò hoc fieri, deprehensum à peritioribus est, quis comperta sunt naturæ arcana ferē vniuersa: quod quum cogitatione profundius versante quippiam, suspensa mens sollicitudine est, alimentorum percoctioni impedimentum affertur insigne, proinde qui protrudantur in caput, vapores, dum minus excoqui possunt, crassescere necessariū est. Illud verò paulò doctiores sciunt omnes: quoniā sit somnus, sicuti exsequemur alibi copiosius, quū in cor sese contraxerit calor intimus, quo in ima dilapso, concipere palpebras frigoris vim, frigore autem concepto, desluere, ac denique comprimī, quādo vnus est, qui omnia in corporibus temperet, modereturque calor: frigus in sopore superna contrahunt, & extima, recalescunt inferna, pedum argumento, sed intima eo amplius. Quia verò ex humecta quadam vi progigni, obreperēque somnus videtur, inde Homerice circumfundi doctē dicitur: sed & vs hōm ex hoc sopor ab eodem nuncupatur, abs quo veluti ex humiditate profundiore, emerfus facilis non est, vel vt Gracē dicam, *ἡνὲν ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τὸ κενὸν ὕπνῳ*.

Sudoris species. Diphoreticus sudor. Diphorumeni. Sudatores. Expauescentes. De sudore frigido. Qui sudores buno sint.

C A P. IIII.

Diuertamus nuper in medicorum florētissima vireta, nō vt transfuga, verūm inspectores, exploraturi eequid inde pracerpi posset, quod hosce libellos Lectionum antiquarum instructum adiurūmque iret, ac comptiores efficeret, nō vt calenti ferro inustos, sed solida sinceraque spectabiles venustate. Lectitabamus Canonem Auicenne primum, qui & in hominis ratione singularibus auxiliis obfirmavit aciem, ne quid trespideret, aut moueretur loco, Incidimus in eam quæ sudores aliquo modo perpendit doctrinam, atque in species partitendos tacitē premonstrat, quas & huic inneximus parti

potiss

Potissimum: nihil enim prohibet, à quocunque literarum antesignano versuram facere, non quæ peculiare abditosque loculos instruat, sed vt in republica bene instituta, qualem optavit Plato, cuiuscunque deseruiat emolumentis, neque enim est homo homini lupus, vt ille ait: sed Deus potius, quando & hæc ad æternam gloriam via. Igitur, inquit princeps, sudor qui cōtingit cōsopitis, ex materiæ prouenit copia, quippe per soporē nulla euidenti causa qui sudore diluitur, amplius ingessit alimēti, quàm pati possit. Galenus ad eandem rem, sudor exuperans aut corpore obuēnit rariore laxiorēque, aut materiæ abundantia, aut quia pratenuis subtilisque ad modū cōperitur. Qui principis verba latius suscipere explicant, quatuor ferē sudoris species agnoscere vidētur. Quidā enim naturæ profuit imbecillitate, velut in syncope, in qua spiritus sanguisque in cor se contrahunt, extimis relictis: quæ natura defecta regimine frigidi sudoris humectationem promunt. Alius natura prouenit valida, quod in crisi, & decretoriis euenire dieb⁹ assolet. Aliis occasionē præstat ratio euidēs, vel exercitationis, aut balnei, vel æstiuū ardoris flagrantē, vel etiā alimēti ingurgitationis nimie, aut plethoricę copię. Sudor quoque fulius reddidate, imbecilliores reddimur, diphoreticū nuncupant, quoniā *ἰσχυρὸν* sicuti sit Græcis, quod digeri Celso Cornelio in cardiaci morbi mentione. Sic verò affectos diphorumenos vocat, Plinius nunc sudatores, nunc expauescentes. Imperator Maximinus, qui quādoque vno sudore lixas sedecim vicerat, itē ex militibus septē superarat fortissimos, sudores sepe suos excipiebat in calicē mislos, vt sextarios implerēt duos, nōnūquā & tres. Quod verò de sudore frigido dicitur, amplius perpendi potest, & debet, eo quidē magis, quod poetas quoque, quorū sæpe multiplex est eruditio, & intercutanea, nec oculis spectanda caligantibus noctuinisve nōnquā commeminisse eiusdē, perspicuum est, satisque frigide, quia de frigore agatur, enarrari ita vt ambigas, serio ne & iudicato, an per iocū tam ineptē pleraque effutiant, *ἡνὲν ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τὸ κενὸν ὕπνῳ*, vt quæ nullo concipiatur scientiæ fundo, plurimūque arbitraria sint ac profusa temere. Quis enim illud ex Amphitryone nō legit?

Hic homo locum ad malam rem quærst, quem adiungat sibi:

Non placet, pro monstro ex templo est, quando quis sudat tremis,

Sed & quadam Elegia Propertius:

Quæ si forte aliqui vultu mihi dura negarat,

Frigi

Frigida de tota fronte manabat aqua.

Cornelius quidem Celsus in libris De medendi ratione concinnatis, sudorem frigidum esse morbi indicem scribit. Sollicitè diu sum scrutatus eiusmodi euentus rationem, denique optimus naturæ interpret Aristoteles ita prodens se nobis ingessit. Cur, inquit, calidi sudores frigidis meliores habentur? An quod sudor omnis excrementi cuiusdam secretio est? parum autem excrementi amplius incalescere, consentaneum est. Plus autem non æquè, sed minus. Itaque sudor frigidius excrementi multi indicium est, quocirca morbos quoque longiores facit. Amplius Hippocrates libro Sententiarum quarto: Sudores, inquit, frigidi, si cum febre acuta accidunt, mortem significant: si cum mitiore, longitudinem morbi. Certè summa dignum admiratione est, qui possit elici frigidus sudor, quum æstuosa sit febris. Proinde necessarium videtur (inquit interpret nobilis, cuius frequè est nobis aduocatio) alià esse corporis portionè, quam amburat febris: aliam, ex qua humor profluat frigidus: quod enim ex calecente promitur parte, caleat oportet: ceterum ex cute, quam esse frigidam liquet, proliciuntur sudores, quamuis subtercutanea exaestuè. Porò acutas obrepere febres, patet, quibusdam cõputrescentibus humoribus. At hi nunc quidem toto putrent corpore, nunc in conceptaculis tantum. Vbi verò duo ista simul fiant, vt in vasis cõputrescat humor, & quæ solidum corpus regit natura, quam naturalem esse calorem opinatur Hippocrates, vel perimatur prorsum, vel internationem proximè adierit: quæ profluunt inde, planè frigent. Nil verò officit, quin ex putredine exorians caliditas sit vehementissima, propterea quæ frigidam vim in corpore exuberare, quæ nec insita caloriscopia recalescat, neque itè aduentitia, id est febrili. Quòd si quis experat scire item, qui potissimum sudores bono sint, audiat Hippocratem ita sancientem, Sudores febricitanti si statim inceperint, bono sunt & tertio die & quinto & septimo & nono & vndecimo & quartodecimo & vicesimo & vicesimoquarto & vicesimo septimo & tricesimo & tricesimoquarto. His enim sudoribus morbi indicantur: qui autè nõ ita veniunt, laborem significant, & morbi longitudinè ac recidiuà. Anchimolum & Moschù sophistas apud Elidem, tota fuisse vita hydropotas legimus, ac ficis modo solitos vesci, nec tamen aliis imbec

imbecilliores habitos: ceterum aspernabilis adèd è corpore promanabat sudor, vt certatim in balneis ab omnibus reclinarentur.

Cur facies & superna desudent maximè. Cur item in trepidationibus idem patiantur pedes. Sudoris item frigidi ratio. Cerebrum ne, an iecur sit humectationis fons.

C A P. V.

Accidunt porrò in sudoribus nõnulla plerumque, non parua quæ præferant admirationè. Nam & vsu cõpertum ferè est, in trepidationibus exsudare pedes, non faciè, quæ alioqui obnoxia sudori maximè est. Quippe quæ laxiora sunt, & abundè humectantur, ea sudore dilui congruè est. Caput autè esse planè certum est, humoris fontè: indicio sunt capilli ea maximè parte vberim succrescentes. Quin & vniuersim superna sudoribus amplius infestantur, quàm inferna, quonià calori insitum sit cõscendere, illucque iridem humectationè perducere: vel etià quia sudorè mouet spiritus qui in superna parte sedè habet. Adde, quod est sudor incoctus humor, cuiusmodi humore pars humer superior. Auicènè id quoque autoritas cõprobat, nõ secunda quarti: Sudor, inquit, maximè multiplicatur in superioribus, in capitèque in primis. Ceterum hæc ferè de sanis intelligèda corporibus: nam affectis illuc in primis decubit sudor, vbi amplior cõcepta fuerit eius materia. Proinde Sententiarum quarto Hippocrates, Vbi sudor, illic agritudo, Id ipsum & ab Auicenna traditum scimus. Sudor verò ille pedum in trepidationibus, eà (vt Aristoteles inquit) rationem habet, quòd sit trepidatio metus quidam super re inchoanda. At metu superna frigescent caloriscopia ad intima infernaque. Quo nomine pallent item trepidantes, qui & maximè pedes agitant: indeque ea parte laborate elici sudorè, probabile est. Manus itè assolent perfricare, seque modo infestant, modo extendunt, etià sæpè exsiliunt, nec vnquam quiescunt: sunt enim exciri propensique ad negotiũ, quoniam calor eorum se collegerit in pectoris locum, qui corpulentior est. Quamobrem vndique tum ipso calore, tum sanguine turgescente efficitur, vt motu vario crebroque agitur, sed pedibus maximè insudant, quoniam illi perpetuo teneantur labore, saltè corporis fulciendi. Propterea cum labore vehemènti in primis agitur calidum, inflammeturque: & quod hume

Hum est, in tenuia dissoluatur, sudant illi, facies minimé. Ex affluxu porro calor is eiusmodi in metu maximo ad intima, saepe alui funduntur, & profluunt vesicæ retriméta. Siquidem extrema corporis spiritu, sanguine, calore destituta in algescunt. Humor verò redundans calor is copia solutus retruditur, quoniam vis ea quæ comprimendi potestatem habet, & ab recentioribus retentiva nuncupatur, reprimere nequit. Inde cõsequitur, vt in astuacionibus grauissimis profluat emanérque frigidus sudor. Quod ne quis philosophis modo putet percognitum, optimus quoque maximus poëta libro Aeneidos tertio significauit illis versibus,

*Talibus attonitus visis, & ecce Teorum,
Nec sepe illud erat, sed coram agnoscere vultus
Velatasq; comas, præsentiaq; ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor.*

Si cui verò ambiguitatem fortè mouet quod modò caput huius moris fontem diximus, quum de hepate dici id rectius videatur, quoniam in libro cui τίτλος titulus est, dicit Galenus in signorum tractatu: Ex corde siccò totum arefcit corpus, nisi diuersum efficiat hepar: ex humecto autè hepate corpus item humescit, ni effectum cor producat contrarium. Sed & Hæli: Hepar, inquit, est humiditatum fons. Caterùm duplex humidum traditur à rerum naturæ peritis, humidum verum, & vt ipsorum vtat verbo essentialè, cuiusmodi in iecore est, quod inde dicitur etiam cerebro humectius. Alterum accidentale vocant, vt pore frigiditate inductum, affluxuq; extremæ humectationis. Hoc verò in cerebro agnoscitur, proinde appellatur humiditatis fons: etenim quia est omnium partium frigidissimum, vt Aristoteles inquit in Commentatione de somno & vigilia: in eo superfluitatem concipi multam indigestionis ratione, necessarium est. Affluunt illuc & ab reliquis partibus euaporationes plurimæ, quæ loci frigore percussæ resiliunt. Infestat aër quoque per meatus multos.

De oleo scitu digna. Que dicantur præmissa vini & olei in Plinio. Emendatur locus Ciceronis ex Epistolis familiaribus. Olei officinam quis excogitari primus. Oleum viride, ac condunum. Oliuitates quatuor. Rudicula quid.

CAP.

VI.

Oleum

Oleum Anacharis Scythia infania pharmacum esse dicebat, quoniam eo peruncti Athletæ inuicem magis infanirent. Naturæ tamen prouidentia liquores duos humanis corporibus gratissimos contribuerat, intus vini, foris olei. Id quod ab Democrito pronunciatum, Græci scribunt, quum ex eo quæreretur, τίς αὐτῶν ἀποσι, καὶ μακροτέρως γίνονται αἱ ἀνοσοί. Olei potestatem vtique reprofacere, ac contra algores muniere. Epaminondam verò legimus, quandoque collegis impensarum rationem coquo reddente, olei multitudinem permolente tulisse, admirantibusque illis: Non, inquit, impendij magnitudo me mouet, sed quod tantum olei intra corpus receperim. Memorabile est quod Plinius scribit: Alpibus coërcitas, & tam in exsuperabili munimento Gallias hanc primum habuisse causam superfundendi sese Italia, quod Elico ex Heluetiis ciuis eorum fabrilem ob artem Romæ commoratus, sicum siccam & vuâ, oleique ac vini præmissa remeans secum tulisset. Verùm hic protinus aduertendum amplius, quæ dicantur in Plinio præmissa olei. Hermolaus quidem emendans reponit promissa, publica lectione expuncta. Mihi autem mirè arridet verbum, præmissa: vt intelligamus primitias quasdam, sicuti præmissa sacrorum dicuntur. Vtitur eo vocabulo & M. Tullius epistola quadam ad Plancum: Et tuarum, inquit, literarum præmissa meminissèm. Etiam si in vulgatis modo codicibus passim scriptum inuenias promissa, non præmissa: sensu nullo, aut leuissimo. Fortè hoc sit quod Festus scribit: Sacri ma, inquit, appellabant mustû, quod Libero sacrificabant pro vineis & vasis, & ipso vino cõseruandis: sicut præmissum de spicis, quas primum messuissent, sacrificabant Cereri. Apud Græcos, quod ad oleum spectat, sic reperio subnotatum: Ferri glutinum, siue ferruminationem Samium Glaucum excogitasse primum, enato inde adagio, de iis quæ facillè perficiantur: Glauci ars. Qui remollire ferum cupiunt, oleo tingunt: at qui obdurefacere, in aquâ merfant. Illud quoque ex historia succurrit: Augusti tēporibus, è taberna meritoria trans Tyberim oleû terra erupisse, ac toto fluxisse die, nulla intermissione: quo significatâ interpretantur CHRISTI gratiam ex Gentibus. Olei denique opificiû, id est ἐκασπίαρ, sicuti μύραστουρίον, id est mellis faciendi rationem, excogitasse Aristarum principem omnium tradunt. Ex quo scienter Agrea cognominatum voluere. Quanquam



LECTIONVM ANTIQVARVM

sunt qui ex Stenotrophia, id est iumetorum educationis tradito modo, ac insuper venationis quoque, quum Iouem dici agrea ferant & nomion, tum Apollinem ratione comparari. Oleum viride, sunt qui recens interpretentur, sicuti conditum pro inueterato. Ex Varrone dici virens videtur, ex olea expressum acerbissima: quod precipue creditur sapere. Galenus & Theophrastus omphacinum oleum vocant. Item in uirgibus, id est crudum. Sed ut ista certiore metiamur modulo, sciendum amplius, non unam priscis fuisse oliuitatem: siquidem prima fuit, Columella tradente, in qua acerbum exprimebatur oleum ex necdum maturefcentibus baccis: astiua dicebatur hac. Sequens habebat Nouembrii finem: inde oleum erat virens, ex viridibus manans oliuinis. Tertia Decembri fiebat mense: huius erat maturum oleum. Ultima fuit mensis Ianuarii: album oleum appellat Dioscorides, ut a viridi separaretur, cuius confectionem pluribus idem exsequitur. Seruius in secundum Georgicum illud enarrans:

Et amara pausia bacca,

Amara, inquit, id est viridi: nam de pausia viride oleum fit, unde contra dicitur dulce quod virens non est. De oleo famico, acanthino, thurino Athenaeus plura. De cibario etiam Columella. Rudicula organum est oleo conficiendo, erecta tribula simile. Porro cautum decretis imperatorum nouimus, ad Barbaricum, uti ne quis vini, olei, liquaminis transferendi potestium habeat, nec gustus quidem causa vel usus commerciorum. Ad quod sancendum historia productos arbitror Gallica.

Super Hercule ac Geryone pleraque non extrita admodum. Larini boues, & Cestrini, ac Epirotici. Larimum odor. Geren quid. Geria. Carduus. Cinara. Geranium lignum. Celonum, celon, genys. Ceua vacca. Item Herculis cognomina. Liliorum origo. Herculis stragula qua sint. Balnea calentes cur Herculi sacra, deque Smintheo Apolline. Atabyria boues. Cornopion, cornopes, ipoetonos. Leo trisperus. Erythibios. Pyrrhica boues, ac oues. Herculis filiorum interemptorum nomina. Ceramyntes.

C A P. VII.

Legere

LIBER VI.

Legere nuper Arriani historiam, qua is Alexandri gesta complectitur. In secunda eorum ita relatum obseruauimus, Herculem non fuisse unum: nanque suum sibi vendicant Tyrij, cuius etiam templum omnium, quae memoria feruat utriusque humana, vetustissimum substruxerunt. Sed hunc non videri Herculem Argium, Alcmena natum. Quod multis annis antea coleretur Tyrius, quam Cadmus omnino Thebas condidisset. Caterum Aegyptios quoque alium item Herculem colere, diuersum ab eo quem vel Tyrij vel Graeci venerentur, Author item Herodotus est, Aegyptios inter duodecim Deos Herculem recensere. Sed inquit Arrianus, proximum verum est, Herculem qui Tartesi in Hispania colitur, ubi item visuntur columnae, quas Herculeas vocant, eum esse qui Tyri colatur, quoniam Tartesum condiderint Tyrij, & ritu Phoenicio constructum ibidem sit templum quod Hercules dicitur, eodemque ritu sacra fiant. Quod verum ad Geryonem spectat, ad quem Argiuis Hercules, ut boues abigeret missus dicitur, nihil omnino ad terram Hispaniam pertinere. Hecataeus rerum scriptor memoriae prodidit. Nec ad ullam unquam Eritiam insulam Herculem missum: sed loca circa Ambraciam, atque Amphilochos Geryonem imperio tenuisse, indeque abactas boues, quae mira specie in illis comperiantur locis, herbida regione, & pacuis admodum lata. Nec omnino fieri simile veri, ea tempestate nouisse Eurystheum extra orbem terrarum positos populos, aut speciosas quae ibi nascerentur boues. Vtunque quod scitu dignum est, scribunt Graeci Epiroticos boues Larinos dici ab Larino pastore, cuius meminit Athenaeus quoque, qui ab Hercule, redeunte ab Geryonis nece, exceperit educaueritque: unde Epirotica mox armenta sine celebrata, de quibus commemorerit Lycus Rheginus in his quae ad Alexandrum scribit. Etiam si sunt qui ab narium magnitudine dici larinos velint, ut est ab interprete Aristophanis adnotatum. Siquidem $\lambda\alpha$ particula intendendi vim habet, $\pi\lambda\alpha$ vero naves sunt. Caterum Cestrini quoque vocantur, qui Larini. Larimum verum in Sabais praestantissimum haberi odoris genus, in suffiendo praesertim, author libro decimo sexto probat Strabo: cuius autem sit modi, parum comperi. Fuisse in Epiro eadem Pyrrhicae boues, quas ataurus vocabant, intactas Venere, ut incrementum ampliter caperent, quasi taurus dicas. Sic vero creduntur dictae, ab ignea mobilitate,

LECTIÖNVM ANTIQVAVM

aut à colore: sunt qui diminutiuum putent ex forma Aeo-
 licâ. Alij pyrrihas intelligunt Epiroticas, de regis Pyrrhi nomi-
 ne. Alti nas vaccas ab vernaculis dici ceuas, legisse videor in
 veteribus memoriis. Leguntur quandoque & Atabyriæ bo-
 ues, de montis Rhodij nomine sic nuncupata. Caterum anax
 fuerunt hæc, quas malo ingruente aliquo, solitas mugire pro-
 ditum est. Theogonia: Heiiodicâ interpretes, Herculis nomi-
 ne solarem intelligunt potestatem: Geryonem verò, cuius bo-
 ues ab illo orbi terrarum illatas fabulatur, hyemem esse vo-
 lunt ἀπὸ τοῦ γαργάου, τὸ γὰρ γάρου: id est, ab verbo γαργάω, quo si-
 gnificetur clamor, ob hyberni temporis tumultū. Nam ge-
 ren, hoc est γάρου, ad hoc spectat nihil, vt in parerga excurre-
 mus. Est enim eo nomine, vt inquit Aelius Dionysius, græ-
 scemina. Geria, id est γήρα, flores nuncupant γῆρας in
 Nicædri Theriacis. Est eodē nomine in India ciuitas, Stepha-
 no. Dicitur & gérium, annus antiquus. Nam & in Megaride
 promōtorii vocatur Gerania, in mediterranea vergēs ac ob-

Euidetur à γῆρα λέγεται γῆρας.

Est autem cinara carduus satiuus, meminit Columela:

Hispidâ ponatur cinara, quæ dulcis laccho

Potanti veniat, nec Phæbo grata canenti.

Vulgus ferè arcocum nūcupat, Liguribus pergratum in ci-
 bis, ac Mediolanensibus. Cinaram sunt qui arbitrentur voca-
 ri, quia vt ait Palladius, cinere gaudeat. Id autem quo pacto
 verum fiat, cum testimonio Pollucis apud Doricos poetas id
 comperiat nomen, & esse Græcam vocem testetur liquidò
 Athenæus. Cur autem flores cinaræ, geria nuncupent, forsan
 ea fuerit ratio, quoniam canescant celeriter, quamuis purpu-
 rei, abeantque cum aura. Sed de syluestri carduo hæc memo-
 rat Plinius. Geria sunt & pappi, in Arati Prognosticis: & Ger-
 esse cinaræ flores interpretatur id geramos itē vocat, & ge-
 ramata, id est γήρατα. Geranium vocant lignū, quo ex pu-
 teis hauritur aqua: celoneum item nuncupatū, id est λένον, vt
 velut λένον ab calon, quo indicatur lignum, & λένον, ad-
 nuere. Celonium autem equum dicimus, quoniam λένον signat
 in Venerem præferuidum. Genys verò apud Sophoclem in
 Helestra bipennis est species. Sed ad institutum de Geryone
 sermonem redeo. Hyemem verò sol perimit ab hyemali
 tropico ad vernum conuersus æquinoctium. At boum nomi-
 no

LIBER VI.

373

ne tonitrua intelligunt, quadam soni similitudine, quæ Ge-
 ryonis dicuntur, quod hyeme quidem nō fiant, sed illam sta-
 tim consequantur: vel quia ex humecta eius natura mox hæc
 proueniant. Fabulantur item Græcorum plerique, Herculis
 statuam effingi solitam sinistra manu mala tria gestantem,
 quæ claua conquisiuisset dracone interempto, id est concupi-
 scentia subacta: ita enim comparantur tria poma, hoc est ira
 comprimuntur ardores, & habendi cupiditas temperatur: ac
 denique volupratū sedantur titillationes, sinuosique ac blan-
 di superantur laquei. Leonis verò pellem non aliud fuisse,
 quàm generosam viri prudentiam, qua is circummunitus
 obseptusque, affectiones animi prærabidas exulcarit. Ita sa-
 pientem quendam & summam virum Herculis nomine
 accipiendum putat. Quod & in Floridis non ignorasse Apu-
 leius videtur, qui animi monstra ab illo philosophica claua
 fuisse perdomita, nobis insinuat. Significat etiã in Cōm-
 mēntatione de somniis Synestus: Hæc ipsa tamen, vt sunt ridicu-
 la videntur multis, quãdo voluptrarium in primis Herculem
 intelligunt. Vti de furore interim conticefactam, à quo fertur
 ab Sicalo liberatus. Quo sanè argumento institutum sit, ca-
 leres balneas Herculi sacras dicere, & molliora stragula Her-
 culis cubilia. Hercule Celta vocabulo gentis proprio vocat
 Ogmion, imaginem eius, ritu ab alijs diuersissimo, pictura
 exprimitur. Primum decrepiti senis facies est, capite prorsum
 incompto, pilis quotquot sunt, canicie albicantibus, pelle au-
 tem rugosa striatâque, quin exusta simili vsque in nigredinē,
 quales ferè sunt qui in mari expiscantur senes. Charontē di-
 ceres, aut Iapetum quendam ex Tartaro, & nulli non similem
 potius, quàm Herculi. Adest tamen aliquid Herculis pro-
 prium, leonis circumiectum exuuium, dextra clauam tenet,
 nec non ex humeris propendet corytus, sinistra intētum præ-
 fert arcum: omninoque Hercules est, ac quãquam senex, nū-
 merosam tamen multitudine trahit auribus alligatam: su-
 niculi verò aureæ sunt catenæ prætenues, aut ex helectro, mo-
 nilibus fabre connexis quæ simillimæ: & quãuis imbecilla
 sit catella id genus, insequuntur tamen nullo renisu, nec de-
 fugæ præsidio prorsum meditantes quippiam. Imò festinè
 affectantur, læti quoque atque hilares, illum summis etiam-
 num extollentes laudibus, quin etiam præcurrere gestiunt,
 nunquã non laxissimo vinculo. Catella verò quam diximus,

ad Herculis linguā destinata cōspicitur, ad hunc usum (vt videtur) peruiā. Ille autem vultu renidens insequeūtes respectat. Hæc quidem Celta. Quā verò habeat rationem tam inusitatā species, ne nihil lector studiosus ingenio suo debeat, inenarratum relinquitur: nec reprehensus ferè quisquā est, qui e lege te ad spicilegium reliquit stipulam. Obseruatum in Agriculturae libro apud Græcos authoris incerti, Herculem in immortalitatis participatum ab Ioue admissum, quod dormientis Iunonis lac luxisset: quūque interim diuini liquoris per caelum effusa portio esset, galaxiam effecit, nonnihil verò & terram rigasset, natum inde lilij florem, qui colore sua præferat primordia. Scribit in Heroicis Philostratus. Iusurandum per Herculem à Nestore institutum primo. De Hercule verò illud adiciamus, coli eum ab Oetæis ad Trachina cognomento cornopiona, id est *κρηνηπώνα*, quoniam cornopas fugarit, quo illi nomine locustas intelligunt, quas alij *ἀνγύλας*, aut *κρηνηπώνας* vocāt. Adeo leuibus de causis indebantur cognominā vanissimis diis: nam Herculem eundem nuncupant Erythraei Ipoctonon, quod Ipas repulisset *ἀπὸ τοῦ ἰπάριος*, id est vitem arrodentes. In Alexandria Lycophron eundem *κρηνηπώνας* dicit *κρηνηπώνας*, ex insiti roboris præstantia, & quia in eius generatione triplex in vnam coiuit nox, vel quia triduum in ventre certi trāsmiserit, à quo Hesione liberauit: quū ei immortales equos esset pollicitus Laomedon, quos illi pro Ganymede fuerat dilargitus Iupiter. Ab hoc item maxima quæque dici Herculeana videntur: sic Herculeanas machæras, in Pertinace appellat Iulius Capitolinus. Apollinem verò dicunt Rhodij Erythibion, quoniam Erythiben appellat ipsi, quā *ἔρυθίβιον* alij, id est rubiginem. Vanitas eadem Smintheum induxit Apollinem, sed qui tanti veteribus fuerit, vt orationes etiamnum Sminthiaca: celebrarentur, conditis quoque præceptis, quibus aptè concinnari possent. Smintheus enim dicitur, & Sminthius. Nominis ratio ab muribus ducitur, quos apud Chrysam sminthos vocāt, quū eos vbertim succrescentes fugasset is Deus, quo argumento inibi statuē subiecta videbatur imago muris. Alij sminthē intelligūt apud Troiā ciuitatem, vbi coleretur, sicuti hylatem appellat eundē Lycophrō à Cyprī ciuitate Hyle, etiam si est & in Locris altera. Quod verò Pyrrichas recensimus boues sciendum & *πυρρικήα* dici *πυρρικήα*, id est Pyrrhicas oues, de regis Pyrrī nomine, sicuti

sicuti & boues dictæ, Plinio auctore. At de Hercule id non ignorandum, furore percitū Megaram peremisse cum quatuor eisdem liberis, quorum ex Græcis thesauris nomina subrexi, Onitem, Thoremachum, Democoonta, Creontiadē. Quanquam octo perfossos, canit Pindarus. Aliis adicientibus duos etiamnum Iphieli fratris. Herculem appellant Græci Ceramyntem, quasi fata reiicientem, id est *κρηνηπώνας*: vt fit, qui & Alexicacus. Dicitur & Palæmon, quia in Olympo fit oblectatus cum Ioue. Lucianus faceret, vt solet, trispesum vocat Herculem ab trinoctio illo, quod traditur in eo cōcipiendo insumptum.

Stuporis attoniti species, quæ apoplexiam Græci vocant.

Item quibus ex causis contingat. Quid paralysis. Catulli versus declaratur. Sceletrybe quid. Hamodia quid.

CAP. VIII.

Qvam Græci *ἀπὸ τῆς ἀπopleξίας* vocāt, sunt qui Latine stuporem dicant attonitum. In apoplexiis, inquit Galenus, totum corpus sensu priuatur, ac motu, solus restat anhelitus, qui si & ipse prohibeatur, maxima est & acutissima apoplexia. Si verò reciprocatio adsit quidē, sed vi magna, fortis vehementisque sit stupor. Cuiusmodi itē, sed minus, si neque intentus nec violentus, at inæqualis atque exordinatus interpellatusque fiat anhelitus. Sicuti vbi seruatur ordo aliquis, debiliior censetur: sicque omnia pro necessitate fiant, primo quoque tempore perianatur. Apoplexiæ omnes fiunt, vbi facultas animalis ad partes desuere nequit infra caput existentes, aut ob cerebri affectionem similem inflammationi, aut ventriculis ipsi pituitoso oppletis humore. Cæterum causæ magnitudinem affectionis, seu (vt nunc loquimur) passionis consequitur magnitudo. Magna verò ex parte curationē non admittit ob respirationis læsionem. Auicenna sexta primi, ostensurus vitale potestatem esse animali priorem: Licet, inquit, vis animalis membri alicuius intercipiatur, quæ sensum præstat, & motum voluntarium: nihilominus vita non destituitur partea, ni pariter & vitalis destruat. Membrum vti que stupidū aut paralyticum diu quidem sensu caret, ac motu: vel ratione complexionis malæ, intensius frigida, non permittentis sensum motūque recipi à membro, vehementius oppretis meatibus nerui, per quos commeant spiritus: vel operetis neruis

interiacentibus cerebrum vel nucam & paralyticum mentium, subsistete tamen interim vita. At intermortua pars nec sensu pollet, nec motu, computrescitque ilico, interpellata videlicet corruptaque vitali potestate. Auicenna: interpres ita distinguit: Stupidum dicitur, quod sensu caret: paralyticum, quod & sensu & motu. Cornelius Celsus: Attonitos, inquit, raro videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, apoplexiam hunc Græci appellant. At resolutio neruorum frequens vbiq; morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auriore illud apoplexiâ, hoc paralytin nominauerunt. Nunc vtrunque paralytin appellari video: Est sceletyrbe item, id est *stupor*, paralytis quedam, quum rectum seruare incessum non valemus, & crura, velut ardua tescendentes, attrahimus, ac in sinistram quandoque dextra circumferimus, quandoque ediuerso. Sciendum verò illud, nullum esse morbum adeo lenili atati familiarem, vt est apoplexia, quoniam in ea cerebrum pituitosis repletur superfluitatibus. Ex iis verò, quæ de stupore collegimus, inferitur Catulliano carmini lucis plurimum:

Talu este meus stupor nil videt, nihil audit,

Stuporē dentium ex fructuum acerbitate Galenus ad Paterianum, hæmodiam scribit vocari. Id ex visu item contingere, quin & auditu, apud Græcos alios est obseruatum.

Super comitiali morbo, quid sentiant eruditi. Spuma generatio. Suspendiosorū os spumosum unde sit. Melancholicorum ratio. Cochurnicum, & caprarum natura. An homo tanū huiusmodi affectione infestetur. Magmed historia. Lunaticus morbus.

CAP. IX.

Comitialis verò morbus apoplexię germanus proximūque quodammodo est, quum idem locus in vtrōque pariat, & idem humor causam affectioni præbeat. Verum apoplexia propter omnimodam eius carentiam facultatis, quæ ad neruos demanat. Morbus autem comitialis ob incertam temerariamque, & inconditā motionem cōsistit. Frigidus autem & crassus est humor ambobus. Proindeque adolescentiū ætas calidæ sicæque temperaturæ maximum affert auxiliū his

his qui comitiali morbo laborant. Cōpari modo & locorum mutationes proportionales, quādo ad calidiorem sicciorēque transmigrent. Eodē modo & victum. Comitiales morbos exsuperare in pueris, auctor Hippocrates est; propterea que dici pueriles morbos qui & ætatis conuersione ac mutatione desistant. Accidunt & adolescentibus quandoque ob victus errorem, & quia humi cubant ac soli se exponunt, & imbribus, & eiusmodi alijs. Quū verò spumæ generatio ex duarum substantiarū mixtione perficiatur, altera spirituosa, altera humida: fiat autem earum mixtio, ambabus in multa perfractis, & multis mutuo complexu paruis ampullis plerūque ab ipsis effectis, Ventis quidem vehemētibus mare occupatibus, propter ictum fortiorē spumam fieri contingit: in lebetibus autem caloris ratione, sic & in corporibus animalium, quum adsunt ex morbo comitiali conuulsiones, vehementia motuum solet spumā generare: in capris verò calor: in cursibus autem equorum vtraque causa vigorem habet. Qui spumam è ventre prodire opinantur, deerrant: neque enim fieri potest, vt rota inde proveniat, quum neque eo tēpore animal euomat, neque nauseam patiat, vllam. Quum verò tenacē habuerit is qui perfringitur, humor, consistentiâ, stabilis spuma perficitur, qualis conuistur currentibus equis aut ira percitis apris. Vbi autē laqueus collo circumnectitur, necesse est quidem cordi atque pulmōni, vt glutinosum exspirent recrementum, quod in libro De respiratione Galenus, edocuit, prohibente autem laqueo, totū violenter impellit, quo fit, vt pars propria humiditatis vna expellatur. Sed vt ad comitiale redeamus morbū, quo planius expressiūque cuiusmodi ea sit affectio percipiatur, Galeni sententiam subnorabimus ex tertio libro De locis affectis: Morbus, inquit, comitialis cōuulsio est omniū corporis partiū, non perpetua, vt in prosthoto & episthotono atq; tetano, id est neruorū rigore: sed que ex temporū accidit interuallis. Ac neque hac solare, sed mentis quoque & sensuum oblatione ab iam dictis distat cōuulsionibus: vnde cōstat, in supremis corporū partibus, cerebro videlicet, hunc affectum cōsistere. Carterū velox eius discussio, crassum humorem, spiritus meatū in cerebrī ventriculis obstruētē, hunc maximē affectū peperisse, declarat, neruorū principio se ipsum quatiente, quo excuriat id quod noxiū est. Denique à crasso semper humore hanc produci affectionem, argumētō est,

est, quod & subito fit, & soluitur confestim: nam subitariam meatuum obstructionem à crasso viscosoque humore fieri constat. Accedit ad hæc, ut is qui sic laborat, neque videat neque audiat, neque vllò sensu quicquam percipiat, ac ne memoria quidem cōsequi possit quid factum sit, siquidem cum memoriæ viribus ratio item læditur. Melancholici magna parte comitiales efficiuntur, siue caduci: & contra, morbo comitali laborantes efficiuntur melancholici. Atque horum vtrumlibet magis accidit, prout vel in hanc vel in illam partem infirmitas repit: si enim in corpus, epileptici: si vero in mentem, melancholici redduntur. Illud verò ex historia memorabile, fuisse grammaticum quendam ætate quidem prauiridi, qui si vehementius in tradendis egisset præceptis, aut altius cogitasset, vel etiam in ediam diutius esset perpressus, aut iram minus inhibuisset, mox comitali corripiebatur morbo. Id verò medicorum scientissimi amplius perpendentes, os ventriculi, utpote quod facillè sentiret, esse affectum, facillè deprehenderunt, ac deinde per consensum & cerebrum totum, ac corpus vniuersum cōuulsione concurti. *Quærens verò Aristoteles, vnde sit quòd vni animantium cunctarum homini transfueruntur, ac per limitatè deprauantur oculi, postea infert, ἢ ἄλλοι μὲν ἐν τῷ γένει ἐπιλαμβάνουσι τῶν σόων, ἢ ἄλλοι ἀποσπορίῳ πονῶσι, ὅτι γίνονται ὡς πρὸς ἡδὴ τῶν ἄλλων μέρων.* id est, an quia solus ex omni animantium genere morbo comitali rapitur, quod genus morbi transfuertere oculos, sicut cætera etiam membra potest. Afferunt quin etiā Peripatetici nonnulli dictorum ab Aristotele rationem: quia hominis cerebrum prauis euaporationibus maximè sit obnoxium, nec non frigiditate sit atque humectatione præsigni. Addunt & moriones itè eius esse exordinatas valde. Plinius verò Naturalis historiæ decimo, coturnices damnatas mensis prodit, comitiales etiam propter morbum despui fuerum, quem solæ animalium sentiant, præter hominem. Eadem ferè Iulius Solinus in Polyhistorè. Plutarchus rerum naturæ haudquaquam imperitus, nec tam historicorū calendario inferendus, quam philosophorū albo, capram præter cætera animalia comitali tentari morbo refert: propterea que veteres sacerdotes ea vehementer, ut morbida, abstinuisse: quoniā gustatibus aut tangentibus modo aliquid morbi eius affricetur. Cuius causam afferunt, pororum siue meatuum angustiam, quibus obseptis

sepiss

sepissimè includatur spiritus, quod arguat vocis tenuitas. Nam qui eo affectionis genere tentantur, similem capellæ vocem adunt. Cæterū de hoc morbo aliqua & Alexander Aphrodisæus. Observatione dignū quod Auicenna scribit secunda primi: Epilepsiam septentrionalibus nō ferè contingere, quia sint introrsum sani & calore exuperanti: quod si eueniat, esse atrocem, quia causa sit præpotens. Legimus porrò, Si caducis à dextro morbus occipiat, eorum difficiliorē esse utique medelam: siquidem dextra corporis validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatē relinquunt, quum & ipsa ægritudine accumbūt. Tuncque dextræ aures crebriores sūt tinnitus, morbo penitus adactō. Iucunda superest historia in morbi comitalis mentione, non indigna quam recenseamus: siquidem Magmed, seu Maumet dicatur is, qui magnam Orientis partem religione perniciofa implicuit, uti proditum est, huic erat affectioni obnoxius. Id quū animaduertisset vxor, & eo nomine plurimū indignaretur, ac rogaret subinde, quid esset in re: Desine (inquit) mirari, morbus abest: sed quum aduentantis numinis vim pati nequeam, mente collabor, ac stupent membra. Communis est hæc prophetarum affectio, quorum me esse vnum, scias velim. Hac fraude mulier delinita, quem odisse cœperat euentus atrocitate, commenti versutia, ut diuinum suspicere virum coacta est, quæ illuc denique prorupit fraus, ut moriens illum ex asse heredem institueret. Quæ res potentia, quam mox indeptus est amplissimam, exordia præbuisse narratur. Illud porrò ex Septimij Florentis apologetico est. In harena iugulatorum nocentum sanguinem recentem de iugulo decurrentem auida siti solitum hauriri, quod sic comitali morbo remedia quari opinarentur. Morbum hunc dici lunaticū opinantur quidam, quod interlunio æditos, eo ferè corripri adnotatum sit. Furiosum & lunaticū mancipium legimus apud Caium. In sanctis literis lunaticos appellari animaduerto, quorū morbus lunæ ascensu increfcat, quod diabolus lunaria seruet tempora, ut creaturam infamet in creatoris blasphemiam. Typicè verò lunaticos accipiunt, qui per horarum momenta mutantur in vitia. In Marthæi utique Evangelio, vbi à saluatore præpotenti narratur in interregrum restituti *δαίμονες ἐξήνοι*, id est ab dæmonibus agitati, & *ἐν τῷ αἵματι τῶν ἐξήνων*, lunaticos intelligunt hosce nonnulli. Quidam verò etiā syderatos, ceu hæc dicatur lunicorum explicatio. Alias

Alias Græcorum sanctio est, furencium causationem in lunam regeri, *ἀπὸ τοῦ μηνὸς ἀνομιλῆναι*: quia nocturnarum præles apparationū sit. Est & illud in literis compertū, frígenti naturæ ac humetū prælessē lunā: quocirca cerebro malè affectos, atque hinc cōcidentes erebros, lunaticos vocari.

Anima natura qualis sit per se. Vna an extrinsecus inuehantur. Cur anima eadem parum introspicuntū mortalis videatur. Curq; minus veritatis lumen percipiat.

c. ap. X.

Quoniam ab ineunte ætate Platonem secretioris philosophiæ principem, dignūque qui sententiæ vniuersiūque fundus fiat ac subscriptor, mirificè sum amplexatus, ne incertè erraret animus, ac (vt inquit Ennius) præter propter vitam viuerem, quod eius viri facundia diuinius quiddā inronuisse videretur, vix mihi quādoque valeo temperare, quin seiunctis parumper nostræ clāsis doctoribus, mysteria Platoniorum, tametsi coniuuentibus oculis, ab limine, si non datur vltra, pergā salutare, nec tamen id operæ pretio nullo. Præfloramus subinde vireta latissīma, inserimus hisce libellis (vt sic dixerim) congestitiis, quæ legentium desyderia, & si non perficiant, at læniant saltem, & quoquo modo iuuent, ne bonæ prorsum otiosis pereant horæ. Nam vetus est, ab Ennio item obleruatum:

Otio qui nescit vti, plus negotij habet,

Quam quum est negotium in negotio.

Quale est quod mox subnotauimus. Siquidem in lucubrationibus iis collibitū est Aristorelicarum meditationū exhibere imaginē quandā, vt nunc *ἡ δὲ βίβλος ἡγεῖ ἀπὸ πρῶτου ἄχρι τοῦ τέλους* disciplinā persequamur, nunc *ἀπὸ τοῦ ἑσπέρου*, quatenus naturæ sacra-ria introspectamus remotiora, aut leuiora hæc non negligimus nostratia. Animam igitur rationalem, qua maxime humanum genus præcellens est, esse diuinius indeficientisque naturæ, veluti propaginē immortalē ipsam, nō Dei tamen ex substantiā, indeficientemque, multa quidē liquidō comprobāt, vt quæ nec corpus sit, neque item vlla sit figura notabilis, nec colorem habeat, neque molē, vel qualitātē vllatenus tractabilem. Cæterū abundē etiā id ipsum hinc licet intueri. Nam si diuinū omne, quōdque verè est, vita fruitur bono & sapiente, cōiēctemus reminiscamurque animæ cuiusdā statū, quæ corporeis

poris nexibus mancipata quidem, necdum tamen ita tenebris obuoluta adobruptaque, vt inolescentes præter rationis dictamen concupiscentias & iras, & id genus alia, quæ nostri inusitatus morbos, perturbationes, affectiones item rectè dicere sibi permittunt, concipiat & admittat, verū corporis quoque cōtagia subeat eatenus, quatenus summe compellat ipsā necessitas. Hæc verò proculdubio patefaciet, vitia & mala ipsius animæ addita menta quæpiā esse, ac extrinsecus iniici nobis: siquidem animo depurato & genuino candori vel restituto vel conseruato inesse comperiuntur optima, sapiētia scilicet, ac virtus reliqua, tanquā familiaria. Quod si eiusmodi recognoscitur animæ nitor, & initialis pulchritudo, vbi respicit, & velut exaltiore somno excitata redit in seipsam, cur nō eodem sit gradu ferè, quo diuina sempiternaque niti, non imus inficiās? Neque enim tantū cælo (quod dicitur) toto aberrauerimus, vt sapiētiam virtutēque verā res dubio procul cælestes diuināsque naturæ alicui viliori, immortalitatis nesciæ obtingere audeamus astruere. Quinimo, quicquid diuinitatis participatū nanciscitur ex cognatione quadam & substantiæ cōmunionē, id esse planè diuinū haud distendū omnino est. Quamobrem quisquis numinis præstatoris afflatu ita afficitur, exiguo sanè interstitio à superno fulgore sequesterari videtur, hoc vno ferè inferior, quod etiānum agit in corpore. Quod si gen^o humanū parte saltē plurima ad se rediēs talibus esset præditum animis, nemini vnquam mortalitatis animorum obreperet opinione vanitas. Cæterū quia maximus scele- rum inquinamentis plerunque inscitur cælestis ille & prauitidus animæ vigor, hebescitque corporeæ pestis cōtagio imago diuina, quæ non ciuile plerūque vim & festucariā, sed bellicam meditatatur & cruentā, nimirum hinc suboritur facile confirmatūque nulla nō hora, nil esse in homine diuinū, nil immortale. Sed enim quisquis es infaustæ opinionis aslertor, expende amabo natales tuos, quo ad animā spectat, remetire eius ipsius intimā puritatē, corporis additamentū refeca, quo veluti inutiliore sarcina grauamur, Intuere te ipsum. Iamā immortalem te agnosces & astrues, iamā in mundo intelligibili, purōque loco te habitare perspicies, veritatis splendore ab ipso bono coruscantis illustratē, cōuersusque ad mortales ceteros incinēdū ita putabis, Valetē vos: ego verò immortalis iā Deus profectus ad diuinū, diuinę similitudini totus incumbō.

bo. Caterum in peccati ratione non praterenda temere Augustini libratior sententia: Qui omnia, inquit, animæ mala, ex corpore, putant accidisse, in errore sunt etiam si luculentis versibus Platonis sententiam secutus Maro id comprobauit. *Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.*

Nam corruptio corporis quæ aggrauat animam, nõ peccati primi est causa, sed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricem, sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem. Quod tamen corpore obseptæ rationalis anima modo mirandum veritatis lumen percipiat minus, hinc effici, eruditorum coniectatio est, quia minimam ad id habeat proportionem: quippe est anima, forma quædam corpori mancipata: lumen verò illud forma est, ab corporum penitus dissiata commercio: propterea in Metaphysicis Aristoteles, Intellectus non se habet ad ea quæ sunt manifestissima in natura, tanquam nocturæ oculus ad solis lumẽ. Sed & in Metaphysicis Auicenna: quemadmodum paralytici lingua humore præpedita quodam, certum in prægustando saporis sensum minus agnoscit, sic & humanus intellectus ob mortalis nexum corporis quasi paralyticus occæcatur in iis quæ incorporea sunt omnino æterna. Ad quæ forsitan reflecti etiam Pythagoricum illud valeat, *Συμφορὰν τῆ ψυχῆ τὸ σῶμα ἀναπύρωτο*. Calamitatem animæ primam esse corpus ipsum.

Annulus Gygis: quicq; hic fuerit Gyges, Persei vitreus clypeus, aut galea mira. Labidii, Tenax, Labradeus Iupiter vnde dicatur. Quid labrys, & labarum, Pladara, plados. De annulorum vi, & lapillorum potestate mirabili adnotata compluscula, quæ suggestit lectio varia. Principum bonorum paucitas.

CAP. XI.

Satis nobis, inquit M. Tullius, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet: si omnes deos hominesque calare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. Hæc Cicero tum grauitè, tum verè tertio De officiis pronuntiauit. Cui & Peregrinus philosophus cognomento Proteus astipulatur, Gellio referente. Sed enim libro secundo De iusto, apud

apud Platonem Glauco Socratem prouocaturus ad iustitiam acrius defendendam, iniustitiæ suscipiens patrociniũ: Quod, inquit, qui iustitiam seruant, inuiti id agant, quum ex imbecillitate iniuriam inferre nequeant, planè perspicere mus: si tale quippiam animo fingeremus, iusto licentiã, iniusto que permitti, quicquid collibuerit, agendi: deinde sequeremur exploratores, quò rapiat vtrunque libido. Inueniremus profectò iustum plus habedi auiditate compulsum ad eadem se, atque iniustum conferre. Erit autem licentia ista, quam dico, si detur illis annulus, qualem aliquando fuisse ferunt Gygi Lydorum regi. Fuit autem annulus is mirandæ cuiusdam & inusitatæ naturæ. Siquidem vbi Gyges eius palam, siue fundam malis fuisse, nam *σφῆρα λίθου* hæc Græci vocant, ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, quum inuertisset annullum. Itaque hæc opportunitate annuli vsus reginæ stuprum intulit, eaque connitente, regem dominum interemit, sustulitque quos ob stare arbitrabatur, nec in iis eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex ortus est Lydia. Hæcenus ex Platone. Hæc verò non eo produximus, vt de virtutis ratione disertaremus, verum vt liquidior annuli ratio fieret, ac Platonis sensus. Nam ex historia huiusmodi id mihi magis arriserit, vt Gygis annullum abiisse Græcis in adagij vsum putè de iis, qui vafriis alios circumueniunt, quàm quod modo dicitur, in incòstantes, aut in fortunatos. Quod oratione quadam indicat planè Libanius. Obseruatũ autem in veteribus memoriis: Perseũ quoque ad Gorgonas profecturum ab Minerua clypeũ accepisse vitreum, per quem videre, nec videri posset. Nec me fallit, tradere alios, galea vim fuisse hanc à Mercurio eidẽ oblatã. Orci nanque galea vsus, sunt qui nõ probet. Porro hic est Gyges, is qui Barbaroũ primus munera apud Delphos posuit secundum Midã Gordis filium, qui thesaurus dicitur à Delphis Gygadas. Nã & aurum Gygas summe probatum veteribus animaduerto, veluti Darcicũ. Sed & Ariandicum argẽtum eodem modo planè excoctum ac pulsulatum. Sicut illud obryzum. Sed & Gygen hunc ex opulentiã vocitatum polychryson, ex Plutarchi Moralibus videmur didicisse. Gygis verò sepulchri commemorat in Theriacis Nicander, necnon eiusdem interpretis in Rhamni mentione. Scribit Athenæus, ante Gygen Py-
bb

thium fuisse ἀνάργυρον ἢ χρυσόν, id est sine argento & auro, quæ hic obtulerit primus. Legimus prætereà Candaulem ab Gyge superatum, rege opem ferente, qui dicebatur Arsalis. Qui mox in Cariam inter spolia reliqua etiâ securim retulerit, quod fuisse Lydiæ regum gestamen, vnde erectum sit Iouis Labradei simulacrum, quoniam Lydorû vocabulo labrys dicatur securis. Labarum verò inter vexilla connumeratur ante imperatorem solita gestari, tantæ olim existimationis, vt id adorationis cultu veneraretur militaris turba. Fuit auro pretiosum, & lapillis intermicantibus splendidissimû. Meminit in Apologetico Septimius, sed & in Epistolis Ambrosius. Labidium forficula est. Sunt qui, vt vulgo, etiam tenacem interpretentur. Sed redeundum nobis ab diuerticulo ad anulum, cuius naturam in primis mirificam, quandoque magicâ sum arbitratus, quâdoque etiâ fabulosam, cuiusmodi pleraque deprehendas, in Græca præsertim historia, quæ profecto significanter πλάσματα dixeris, sicut stomachi πλάστω nominat Galenus, imbecillitatem intelligēs, & humectationem nimiam, vnde & πλάσματα nūcupantur. Et apud Polybium, τὴν μὲν ἀλλὰ ναιῶν ἐχρῆσθαι πρὸς τὴν χρεῖαν, τὸ δὲ διὰ πλάστων εἶναι. Sed ad institutū ἐπιπέλαστος. Mox curiosius sollicitiusque rimandum opinatus, comperiebam scitu digna quæpiam, quæ & apposui. Primum esse in Indorû tractu draconum vim quum multitudine, tum magnitudine mirandam. Eorum duo fermè genera dici. Quippe palustres pigri sunt, tardique, & sine cristis: montani acriores, grâdiorēsque, sed & cristati. Horû capitibus inesse ferūt lapillos specie aspectuque floridos ac iucundos, viribus & potentia mirabiles, quod (inquit Philostratus) annulus restatur, quo esse positum Gygem, cōstans opinio est. Amplius Thebit philosophus non aspernabilis omnino, etiam si non sæpe ira aduocatum inuenis, ad effectus miros, syderalem scientiâ adhibedâ putat, capratâque stellæ virtute, accipi lapidē herbamque, stellæ subiectam, mox & annulū constari siue aureū velis, siue argenteum, cui lapillū indas, herba supposita. Id verò potissimū fieri præcipit, stellâ luna subeunte aut spectate aspectu trino vel sextili. Stella verò calî mediū percurrēte, aut in ascensu cōstituta. Quin & in Christianis literis lōgè sciētissimus author diuus Thomas tertio cōtra gētiles volumine: Herbas lapidēsq; ex-lisus mirabiles quandam ultra elementarem naturam, nan-

cisci vires, nō diffitetur: sicuti hominibus itē contingat in artium excellentia. Platonicorum verò ingeniosa eminentisque subtilitas ita fermè ratiocinatur, corporis nostri portionem quâlibet, siue internâ dicas, siue extimâ, vt agat moueatūque vim ab anima indipisci. Cōsimili ratione & in mundo membra omnia ab ipsa mundi anima. Proinde, inquiunt, lapillorum, herbarum, metallorum nunquâ spectata latis potestas & actio, extra quâ natura pertingat elementaris, animâ esse testantur in mundo, ex qua nihil non vel minimum potētiam ubique singularē consequatur. Siquidem quod rebus multis peculiaris quædam, & admirabilis adsit vis, quâ ad elementarem causam haud queas referre, non cōtingit omnino simpliciter, & ex multorum confluxu. Aliàs casu quoque ea possent euenire, aut certè firma non forent. Quamobrè ex animali & feminaria profluere ratione fatendum est. Quo nomine obseruatum prudentioribus. Præcipiam collo appellam comitiales adiuuare plurimum, Polypodii atram purgare bilem, timorem corallo pelli, laurū aduersus fulgur amuletū esse vel præstantissimū: Echeneida verò, ruant venti licet, rabie mundi perdomare, & infranare impetum, nauigia ratione mirasistendo. Quia verò de annulis mērio est, non prætereamus scurræ dictum celebre ac verum, principes bonos posse vniuersos annullo inscalpi, atque inscribi. Quod ex mirarum paucitate cōuenit. Nam in Romana historia hocce vix compereris, Augustum, Vespasianum, Titum, Neruam, Traianum, Adrianum, Pium & M. Antoninos, Seuerū Afrum, Alexandrum Mammææ, Claudium & Aurelianū. Valerianū transeo, quia infelix. Reliquos veri⁹ mōstra dixeris, ac pestes. Proinde ab Diocletiano dictū egregiè, Nil difficilius quâ bene imperare. Qui hocce sunt inlecuti, in digitos nō mitto nūc.

Super annulus item nō improspere conquisita quæpiam, & prompta in literas, non semotis omnino quæstionū salebris. In primis qui Platonis annulli, & Iarchæ. Bati annullus, & sulphur. Eudami annulli. Cur annulorū quidā dicatur physici. De magia relatu non ingrata. Iuuenalis locus explicatus. Qui sint Pharmacia. Pharmaci. Apficori. Pharmacum quid. Virgily locus expenditur. Eutomata. Symphyla.



LECTIÖNVM ANTIQVAVRV

*Catharmata. Catharsia. Peristiarchi. Item quid Te-
lianec non cur dicantur annularia & scala. Qui dican-
tur item annuli leues Iureconsulti. Obiter panni-
cularia, & pannarii, quid apud eosdem intelligatur.
Pronubus annulus. Oxithymia quæ sint, Peripoli, hi
drymeni, oxosma, acares, corianos. Aestiuu annuli.
Hora æstiuu. Annulorum ius. Antonij Musæ hi-
storia. Coclum. Coclides. Annuli sigillariu, vel si-
gnatori. Annularia scala. CAP. XII.*

Quoniam aures delicatas radere sumus veriti, nimio plus
excrecens caput dissecimus, in partèque digessimus,
vt quod vno impetu fuerat absoluendum, membratim quasi
distributum minore fastidio haustū in vires abeat, & sangui-
nem. Mitiōra quoque magna ex parte, & quæ iucundius audi-
dūsq; nō somniculosus lector percurrat, iam hinc cōtexere
pergemus, nisi quod celeberrimos & reconditissimæ sciētiæ
Platonis annulos, auream illam Homeri catenā referentes, à
viuāque opificis virtute, quasi à verò lapide indomiti Hercu-
lis propensos in tempus aliud missos facere nequimus. Sunt
verò hi non aliud prorsus, quā ordo, seriēsque rerum diuinæ
deseruiens prouidentie: series, inquam, luminum partim
quidem inuisibilem, partim etiā visibilem. Et occulta
quidem lumina intellectus sunt angelici animalēsque, ma-
nifesta verò sunt celestia lumina. Est autem inter hæc mutuis
& mirabilis nexus, quem dicere catenam possis, Sed ibi veri-
tate intellectualis nuncupabitur & aurea, ac prouidentie. Hic
autem naturalis & argentea atque fatalis, prouidentie pror-
sum obnoxia, cuius quidem potestate purior anima seque-
strari valet à fato. Quod est à Platonice egregie confirma-
tum, nec magica displicet grauitati, sancit & Hebraeorum
astronomia. Nam Areopagite Dionysij placita vel ad mi-
nutiem rerum diuinitatis perducunt prouidentiam, vt suum
tamen animis relinquatur arbitrium, & sit votis locus. Sed
enim subtilitatis immensæ relictis quæstionibus Iarchæ an-
nulos minimè differamus: de quibus hæc fermè nobis obser-
uata. Scribit etenim Damis, sapientum Indorum principem
Iarcham tam scitè, tamque doctè annulos septem compe-
gisse,

LIBER VI.

389

gisse, qui & stellarum septem nominibus essent præsignes, vt
Apollonium Tyaneum dono acceptos singulis diebus singu-
los, iuxta dierum nomina eos distinguentem, gestasse proditum
sit. Amplius Iarcham id quoque Apollonium insnuasse,
auum suum philosophiæ miseris itidem initiatum, annum
centesimum tricesimumque viuendo attingisse. Id verò annu-
lorum beneficio contigisse, quamuis non satis cōstanter, gra-
uissimi auctores interpretantur. Quinimò Apollonium
ipsum eodem munere iuuentæ nitorem prætulisse, quamuis
annum iam centesimum excessisset. Batti verò annulus apud
Cyrenæos gratitudinis habet, atque honoris argumentum,
condita ab eo Cyrene, ex responso, sicuti Aristoteles quoque
commeminit. Quo nomine ciuitatis consensu conflatus est
annulus, ciuium conditori suo, veluti parenti, silphium offe-
rentium nota, quod esse inter olera constat pretiosissimum,
comici veteris astipulate versiculo, quo ille ait, Ne Batti qui-
dem silphio adduci posse, vt faceret quod rogabatur. Sed &
Ampeliotæ, gens Libyca, inter Delphicos thesauros etiā Sil-
phium dicandum censuerunt. Calculum adiciit nummi item
veteris sculptura, quod in Cyrenæorum politia adnotatū Ari-
stoteles reliquit. Inuenio in literis, Eudamū quēdā professio-
nem philosophum annulos quosdam solitum cōficere, quorum
vis esset mira aduersus dæmonia: item serpentium morsus, &
id genus alia pleraque: inerat iis quoque contra facinratio-
nem virtus præclara. Cuiusmodi potestatem ab iuuantū præ-
stantia Græci nuncupāt ἀλφεινίαν. Hosce annulos dici phy-
ficos, comperiet, qui Græcorum monumenta adierit quando-
que. Id cur sic, ne quem fortè Lyncea minutissima quæque
expēdētē torqueat, ex mutis magistris ita accepimus, esse
in anima nostra γινώσκοντων, id est cognitiuas potestates
tres: νῦν, id est mentem: ἀνάμνησιν, cogitationem, seu discursu-
m: ἔξις, id est opinionem. Rursum, dum se naturæ æmu-
lam anima facit: tria item exinde oriri, ἐπιστήμη, τέχνη, ἔμ-
πειρα, hoc est scientiam, artem, experientiam: quæ sint tri-
bus analogæ viribus, menti scientia, cogitatrici potentie ars,
opinionem denique experientia. Nam sicuti citra rationem se-
se promittit opinio: ita & experientia subiectatū sibi rerū minus
rationes tenet. Ex iis verò illa cōsequuntur, primū esse magiā
quandam, quæ sit actiua portio scientiæ naturalis. Eam aliud
nihil omnino docere, quàm naturalium virtutum administratio, ex



mutua earum, & opportuna applicatione, opera adere extra
omne admirationis captum. Quo genere Aethiopes maxime
vtantur & Indi, vbi herbarū ceterorumque ad id spectantiū
facultas suppetat in primis. Est siquidē in rebus naturalibus
cognatio quadam, & sympathia, id est (vt sic dixerim) compa-
sio, aut consensus, vel contagio, vt Ciceroni placet vel etiā
contages, vt aliis: aliorum ad alia, & manifestorum ad vires
occultas. Est & antipathia, siue contrapasio, & repugnantia.
Rerum periti per mutuā cognationē conducebant in vnum:
per repugnantiam expellebant, purificantes, sicubi vsu venie-
bat sulphure atque asphalto aqua aspergentes marina: quod
expurgandi vim obtineat sulphur, propter odoris planē acu-
men: aqua verò marina propter igneam portionē. Ad quam
doctrinam sanē Satyricum illud spectare contenderim:

*Superent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum tedi, & si foret humida laurus.*

Nam quod laurū adiecit, illuc fortē tendat, quod est ab ma-
gia consecratoribus peruestigatum, sufficere nonnunquam
herbam vnā vel lapidem vnū ad diuinum opus. Sufficit enim
cnebisōn, id est carduus ad subitam numinis alicuius appari-
tionem, ad custodiam verò laurus. Ceterum de hisce rebus
alibi hoc opere fufius. Quod ergo viribus naturalium rerum
compingerentur annuli, factū puto, vt scientissimi viri phy-
sicos nuncupandos censuerint, hoc est naturales. Legimus ta-
men eosdē Pharmacitas itē vocitari, credo ab remedij præ-
stantia, quod pharmaci nomine intelligitur. Quanquam est
vbi pharmacitem dici ventrem reperias, qui nunquam ferē
cibus congestis expleri saburrariue queat. Cuiusmodi à no-
stris collatiuus appellatur. Magnum quippe turgidūmq; ex
Plauti Curculione Pompeius interpretatur, quod in eū edu-
lia congerantur omnia. Sicuti elegāter dixeris ediuerso apli-
coros, qui simulac cibum attigerint, exurgunt saturi. Sed &
aplicoron, vitā intelligimus variam, mutabilem subinde in-
constantēmq;. Pharmacorum appellatione non venena mo-
do veniunt, ac veneno proxima, sed excantamina quoque, &
imprecationes diræ, ac philtra, & quibus plerunq; contabe-
scunt homines, vnde sunt Alexipharmaca. In medēdi ratione
pharmaca modo intelligunt, quæ violenter corpus extergunt
perpurgantque, alimētī verò afferūt nihil. Ad quā rei naturā
respectans vates eminentissimus Aeneidos secundo ita canit,
Qua

*Qualis vbi in lucem coluber mala gramina passus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tenebat
Nunc postis nouus exunius.* Et quæ sequuntur.

Verūm & Homerus Iliados vigesimo, vnde mutuatus cre-
ditur Maro: *Βεβηκός λυαία γάλακτος*, inquit. Quæ verò ea
sint, ex Plinio liquet, libro octauo, capite vigesimo septi-
mo. Nec me fallit, Homeri interpretem sic exponere, vt ma-
la pharmaca intelligat *ναυροτὴν ἡγέϊ δὴ πικρὴν*, immo autem
formicas & cantharos. Noscendum tamen, sceniculū, de quo
Plinius, inter symphyla recēseri potius, quā inter pharma-
code. Sunt autem symphyla, quæ in quotidianum veniunt vi-
trū vsū, vt menta, anisum, origanum. Sed de iis quæ pharma-
ci vim habēt, intellexit nimirum Virgilius. Pharmacites di-
cebatur & vinum Pramnium, ita à petra in Icaro quā Pram-
nion dicunt, appellatum: quanquam apud alios varia sit eius
verbi etymologia. Pharmaci verò, vt obiter & hoc pergami
appingere, in literis interioribus ferē vocantur, qui ad ciuita-
tes suo interitu expiandas educabātur publicē. Erant verò hi
ignobiles quidam, & inutiles, qui grassante in ciues peste, aut
id genus morbo alio immolabantur, vt si quid in numē esset
offensa, piaculo eiusmodi paria facerent: ob idque catharma-
ta consimiliter dicebantur. Græco verbo expiationem signifi-
cante. Nam catharsia ratione eadem porculos nuncupabant
minutulos, quibus cōciones & theatra lustrabātur. Qui mos
Atheniensium erat vetus. Id verò muneris obibant, qui ab re
vocabantur Peristiarchi, tāquam circitores dicas, vt testis est
Harpocratio. Sicut Peripolos in re militari nūcupant, qui cus-
todia causa circueunt munimenta. Meminit Historia quar-
ta Thucydidis interpres: nam Hydrymenī ferē intelligūtur,
qui obsidentes nusquam inde reuellunt, sed alsident perpe-
tuō. Sunt qui oxythymia pro catharsis accipiant, quæ in tri-
uium deferebant, quum expurgarentur domus. Sed Aristar-
chus oxythymia esse putat ligna, quibus strangulabantur ali-
qui, dicta *ἀπὸ τοῦ ἔξω τοῦ θυμῶ ἕξαι*. Ea verò excidētes exter-
minabant cōburebantque. Oxosma verò quid nā statuendum
apud Hippocratem, qui eo lichenas tolli pronūtiat, incōpertū
ferē eruditus est: Ni, inquit, ex aceto concinnata intelligatur
compositio, quoniam lichenibus ex cōfesso adminiculetur. Cathar-
siorū meminit cōtra Timarchū Aeschines. Catharmata

Herodotus Historia septima, etiam entomara nūcupasse an-
 ma duertitur, quā Boreā à magis placatū scribit, factis ento-
 matibus, quæ in sectione modo interpres dixit. Ceterū vt ad
 annulos redeamus: Est in thesauris Iulij Pollucis, annulū qui
 minimo gestaretur, solitū nūcupari ob paruitatē acares, sicuti
 coriamō, quo index ornaretur. Acaridion quippē breuissimū,
 minutissimūque Græci interpretantur, nata inde sentētia
 bracteara: *ἀκαρίδιον ἢ ἀκαρίδιον ἢ ἀκαρίδιον, ἢ ἀκαρίδιον, ἢ ἀκαρίδιον*.
 Latini æstiuū annulū materiæ leuioris intelligūt,
 quādo leuissima quæque, & subtilissima rectē dici æstiuua pos-
 sint, quanquam apud Martialem æstiuua hora pro magna por-
 tius dicatur. Superiori verò expositioni succinit in Menæ-
 chmis Plautinus ille seruus, quum ait,

Vt acari hercle admodum æstiuē sumus.

Sunt & Iureconsultis annuli dicti leues Digestis de dānatorū
 bonis. Nā ex Adriani rescripto, inquit Vlpianus, pānicularia
 causa quæ intelligi debeat, ex ipso nomine apparet: nō enim
 bona dānatorū pānicularia significare quis probē dixerit, nec
 si zonā circa se habuerit, protinus aliquis sibi vēdicare debe-
 bit: sed vēstē, quæ is fuerit indut⁹, aut nūmulos quos victus sui
 causa habuerit, aut leues annulos: id est qui rē non excedunt
 aureorū quinq;. Quod verò ad pānicularia attinet, obiter idē
 paulo mox: Pānicularia sunt, inquit, ea quæ in custodiā rece-
 prus secū attulit spolia, quibus quis indutus est, quū ad suppli-
 cium ducitur. Pānarios dicūt Iurecōsulti pannorū vēditores.
 Pronubū dici annulū à Septimio Florēte obseruauimus, quo
 sponsæ digitū vir oppignerare cōsuevit. Annuli pars quæ gē-
 ma sedet, pyelos vocatur, & pyelis: sicut meminit Lysias aduer-
 sus Euphemiū, & in Heroib⁹ Aristophanes, Harpocratio etiā
 sphragidophylacion appellauit. Nostri palā ferē dicunt, sicuti
 Cicero, & in Floridis Apuleius. At Plinius gemmas præstan-
 tiores funda claudi prodit, id est parentes, nec præterquā mar-
 gines auro amplectente. Sed gemma carentem annulum
ἀπείρον vocari comperio, quasi tu dicas, omnī carentē sine.
 Quæ in parte commonendi sumus, emaculandū esse Pollucis
 codicē, vbi scribitur modo, apirona vocari *λίθου ἀκαρίδιου*, tu
 reponē *ἀλιδου ἀκαρίδιου*, vt annulum intelligas citra gem-
 mam concinnatum: cui sint diuersi apud Liviū in Sabinarum
 historia, gemmati annuli. Apiros verò aliud quādoque pror-
 sum est, nam eo nomine tunicam quoque intelligunt exitu
 nullo

nullo. Quod scribit Horus, vt in Polyxena apud Sophoclem:
 & meminit in Oreste Euripides. Eiusmodi missam Agamē-
 noni, cōcinunt poëta. Scribitur verò Græcē *ἀπείρον*, velut sine
 fine. Apiron verò annulus rectē intelligitur velut infinitus,
 quia sit rondationis absoluta, nec appareat vnde initium su-
 mas, velut Homerus terram itidem dixit apirona, hoc est or-
 bicularem, vt interpretatur Eustathius: & approbat in libro
 de Homericis allegoriis Ponticus Heraclitus. Apiron verò di-
 cimus incoctum, vnde vinum apiron, cuius meminit Athe-
 naeus. Annulos porrò apiros non nouit modo Aristoteles ter-
 tio Auscultationis Phisica: verum & qui intelligi deberent,
 exposuit, *ἢ ἢ τῶν ἀκαρίδιων ἀπείρων φασι, τῶν ἐν ἑσπέρῃ ἐσπέρῃ*:
 id est annulos vocant apiros, quibus funda non est. Ser-
 mo autem ea in parte contextitur philosopho de infiniti ra-
 tione. Author est historicus Dion, nemini veterum Romano-
 rum gestare aureum annulum præter senatores ac equites,
 fuisse permissum. Propterea libertis annulorū ius ab iis mo-
 do datū, qui imperio forent potiti. Quo nomine, Sexti Pom-
 peij libertum Menam ab Augusto aureis annulis ornatum
 idem prodidit Dion. Erat verò is transfuga. Porrò quum idē
 Augustus cum vitæ periculo ægrotaret, iamque conclamatus
 videretur, saluti ab Antonio Mula est restitutus *ψυχροπόλου*
ἢ ἢ ψυχροπόλου, quo nomine pecunia est ampliter donatus, &
 annulo aureo, quoniam erat libertus. Concessum & idem iu-
 ris non præsentibus modo, sed & futuris, qui medicos se pro-
 fiterentur. Ceterū Marcellus quum mox grauius afficeretur,
 non est tamen ratione illa sanatus ab Mula: vnde coniectatū,
 felicitatem priorem non hominis fuisse, sed Dei. Apud Iure-
 consultos ita lego, Etiam scēminas ius aureorū annulorū im-
 petrare posse: item eum qui aureorum annulorum ius impe-
 trari, vt ingenuum haberi. Ad annulorū autem rationē, nil
 (opinor) spectat, quod apud Aristotelem legimus, Veteres me-
 dicos implicamētis quibusdam, id est (vt ipse ait) plegmatiis
 digitos inferere cōsueuissē, quæ cōtexta forent, velut acetabu-
 la & ciramenta in piscium quandoque pedibus. Apud Aristo-
 phanem comicorum facetissimum dicenti vetulē, præ macri-
 tudine per annulū se posse trahi, irridens Chremylus respon-
 det, Vtique si annulus foret Teliā. Quo loco eruditū Teliā no-
 mine cribri circulum intelligunt, sicuti Horus. Quanquam
 eodem vocabulo dicitur item pegma, siue conseptum qua-
 bb 5

dratum, in quo farina habetur venalis, sed & tabulam, in qua
 xesseris, seu cubis ludimus, rectè Teliam dixeris. Sed enim vt
 caput hoc iam nimio plus extuberans ad coronidem perdu-
 camus quandoque, obseruauimus, Romæ iuxta forum fuisse
 locum, quem Scalas vocabat annularias: quas eruditiores pro
 ingeniorum captu ita nuncupatas augurantur ab annulariis
 officinis, vel à propendentibus annulis. Aliorum coniectatio
 est sic eas dici, quæ in cocleæ formâ effingantur, & orbiculata
 figura rotundentur: quod genus coelium dicitur, cuius com-
 meminit etiam Strabo: siue coclides, quæ per circuitum scan-
 duntur: sicuti & torcularia ad cocleæ similitudinem substru-
 ta, cocleæ dicuntur: & cochlea, lapis ex flumine rotundus.
 Coclis etiam capitis ornamentû videtur, ab similitudine sca-
 larum vel animalis verbo corruato. Pollio Treuellius in Ze-
 nobia: Ad conciones galeata processit cum limbo purpureo,
 gemmis dependētibus per vltimam fimbriam, media etiam
 coclide, velut fibula muliebri astricta, brachio sæpe nudo.
 Qui verò annulis digitos onerant, vnguēsque impensè per-
 poliunt, coma item non neglecta, confragoso verbo in Nebu-
 lis Aristophanes sphragidony cargo cometas vocauit. Annu-
 lum sigillarium pro signatorio, apud recentiores comperies.
 Qua in re sciendum amplius, Sphingis imagine Augustum
 signasse primò, mox Alexandri, postremo sua. Qua, vt prodit
 Tranquillus, & imperatores alij postea vsi. At Galbam exci-
 pit Dion. Hic enim signatorium habuit annulum maioribus
 suis familiarem, cuius erat scultura, canis è prora sese pro-
 clinans.

*Quo sensu accipiendum illud ex Aegyptiorum doctri-
 na, Omnium rerum esse vicissitudinem. Prius cur
 plectantur posteri ex maiorum delictis, ratione Pla-
 tonica. De animarum transitu in corpora diuersa.
 Adraestia quid. Super vipera scitu digna enotatur
 aliqua. Et illud, Eâ cû murena coire. CAP. XII.*

Legebam nuper Herodoti historiam primâ super Cræso,
 qui ex rege, vt tum res erant, opulentissimo, Cyri seruus
 effectus, dum Persarum principatum oraculo deceptus sibi
 vendicare pergat, vbi delusum se sortibus animaduertit, Ly-
 dorum quosdâ Delphos misit, Deum sciscitatuos, Nunquid
 pude

puderet quòd ab eo seductus Cræsus tanto regno miserabili-
 ter excidisset: iis verò Pythiam sic fermè respondisse, Sortem
 fato destinatam euadere, ne Deo quidem possibile: Cræsum
 quintæ retrò ætatis crimen luere, hoc est abauit: qui quum He-
 racleidis seruiret, qui Sardibus imperitabant, per fraudem do-
 minum interemisset, principatum violenter arripuisset, an-
 nulli potestate, vxore illius cõstuprata prius. Scrutabar anxie,
 cuiusmodi foret suppliciorû hoc genus quibus plecteretur,
 qui ipse haudquaquam deliquisset, subesse videbatur iniusti
 quippiam. Dum ista mulsitarem, occurrit Platonicoꝝ com-
 mentatio, à quibus, vt ipsi putant, tota facilitate questionis nu-
 bilum excutitur. Nos illorum sensa nõ grauabimur in hocce
 libello, quisquis fuerit eorum genius transponere, non veri-
 tatis causa, sed eruditionis. Quod in aliis itidem facturû me
 vel nunc præfari libuit, vt Theoninos dentes & Catonianam
 frontem obiter reiiciam, adhæsurus potius sanctissimis Chri-
 stianorum patrum decretis. In primis ergo sciendû, placuisse
 id genus philosophis, quin & Homero vati, vt probare com-
 mititur Plutarchus: Animæ transitum in diuersa corpora pro-
 ratione & meritis vitæ prioris, quanquam quid astrui ad hæc
 item possit, alibi tractabimus abundè. Eiusmodi ordinis
 institutionem adraestiam esse pronuntiam, id est diuinarum
 legum ineuitabilem potestatem, réque vera iudicium & ius-
 titiam, sapientiãque prorsus mirandam. Quamobrem, in-
 quiunt, non decet præsentia tantum obseruare, sed dilap-
 iam ad calculum oportet reuocare, quin & futuris circuiti-
 bus acrius intendendum. Inde nanque iustè rependi vnici-
 que, facilis erit animaduersio. Nam qui prius principatu po-
 tiebatur, mox, id est vita alia in seruilem relabitur statum, si
 quid eiusmodi morum prauitate contraxerit, dum domina-
 retur. Porro qui partis nimio plus incubauerint, ad proleta-
 rios transcribuntur. Qui manus à sanguine puras non cu-
 stodierit, rationem mox cogitur subire. Nil horum temere
 obuènire, firmiter astruendum. Qui olim matrem viola-
 rit, vicissim à filio contrucidabitur in fœmineam reuolutus
 naturam. Hæc verò ne quis fortè ridenda putet, veluti ab im-
 peritioribus tradita, sciant doctissimi, magnum illum sancta-
 rum literarum interpretem Origenem id CHRISTI euangeli-
 cum hac doctrinæ ratione enarrandû censuisse: Qui ferit
 gla

gladio, gladio perit. Chabalista quoque in gēte Hebraeorum doctores celeberrimi placitis suis eiusmodi retaliationē sunt complexi. Sed animas in bruta non precipitant. Quæ tamen penitus rationē excusserint, brutali affectui imaginationique relinqui non abnuunt. Ter quoque, nec amplius, huc reuolui animas astruunt, quoniam numerus hic probationi abundē sufficere videatur, vt curabilia expurgentur peccata. Addunt, transformationes has mundani motus finem posse pertingere. Quem consecuturum sit felicissimum sabbatum, id est quies & beatitudo bonorum æterna, in quem sensum propheticum illud retorquendum opinantur, Immaculatum hæreditas in æternum. Sed hæc illi viderint. Nos verò ex veteris scitis hoc genus colligamus, Esse hanc rerum vicissitudinem omnium, quam scientiarū parens Aegyptus, vti olim loquebantur, præceptis est complexa, tradidit Pythagoras, retulit Plato, nec inhonoratam transmisit Platonius nobilis Plorinus. Hæc illa est rerum vicissitudo, cuius argumentū rerum natura nobis obiecit videtur in vipera. Quæ mirabili ratione ipsam hanc, de qua diu verba facimus, talionem agnoscitur rependere, quoniam ex eo parentis vtero prorumpit fœtus, pœna, si credimus, iustissima. Nam coeuntis maris præ dulcedine fœmina caput prærodere narratur. Quo nomine quorundam coniectatio est, antiquarum legum scito parricidis id irrogari supplicium, vt culeo insuti cum vipera præfocentur. Quanquam scio à doctissimis Plinij doctrinā in bruti huius natura fortiter cœuelli lancinarique, etiam si in eo nec me fallit quos sequamur auctores haberi plures, & quidem quod miremur grauissimos præcipuè, & clasis ferè primæ: sicuti in Theriacis Nicandrum, interprete quoque adiciēte calculum. Quos postea insecuti sunt, quorum nomini libenter assurgas, Plutarchus in libro quo loquaces taxantur, quos belonis viperisque perfimiles autumat, quæ pariēdo rumpantur. Nam dum tacenda curiosus, quæ effutiant, venari hinc inde student, eroduntur persæpe, perdunturque ab iis quæ nequeunt continere. Idem approbasse Apuleius videtur in Magia, nec tacuit Hieronymus. Suppetit grammaticorum astipulatio quoque, astruentium Echidnam inde ratione etymologica dici, *παρα τὴν ἕξιν ἢ ἰατρὴν τὴν γούλιον ἕξει δὲ αὐτῆς*, quod ad interitum vique fœtum intus contineat. Præ.

Præsto est magni item Basilij in Hexaemero sententia: Viperas, inquit, vtero deuorato, fama est, in lucem prodire. Comprobat & libro secundo Horns. Vipere fœtum scribens, *ἰβήτης ἢ ἰβήτης ἢ ἰβήτης ἢ ἰβήτης ἢ ἰβήτης ἢ ἰβήτης*. Circumfertur & Græca sententia, sicuti viperulæ arroso matris vtero, lucem indispiscantur, ita & liuorem animam, in qua cœcipitur *ἀναπαύει*. Tamen ne quid dissimulem, sed quicquid obseruatum mihi est, publico bono ingenuè promam, Apollonius apud Philostratum viperam esse visam refert, serpentes quos peperisset lambentē quasi que expolientem. Non enim assentior, inquit, imprudenti eorum sermone, qui viperarū fœtum absque matre autumat prodire. Id natura non patitur, nec recipit experientia. Obiter non insuper habendum quod in Theophrasti lectum monumentis est, viperarū moribus tibicinē scitè modularique adhibitu mederi, ad eò non ita multa cœperias, quæ utilitati ex musicis sese promenti præuertisse velis. De viperis illud amplius ex Galeni doctrina sciendum: Animata, inquit, quæ frigidiori sunt natura, per hyemem ob frigoris vim perinde ac si mortua essent, latitare solent: atque tum viperas quoque videas, si manibus tractentur deseranturque, haudquaquam mordere. Nam per æstatem tum hoc animal, tum serpētes reliqui omnes, præsertim sub caniculæ feruore, quum vehementer astuant, furorē præ se ferre videntur, ad eò vt ne exiguo quidem momento quiescere omnino possint. Id quod sciens optimè Nicander, sic de Cenchride cecinit:

Non temere offendas calcando Cenchridis artus,

Dum rabiola furit.

Aulico præterea cuidā à vipera mordicus arrepto contigisse, obseruatum est, vt corporis totius color in porraceū demutaretur. Nec relatu illud indignū, & quod alibi nō negligetur: vipera nequissimum genus bestiarum, ac super omne quod serpentini generis est astutius, coeundi incitius exactus nuptiarum præcognitā sibi copulam requirit, vel nouā instruit, progressaque ad litus sibilō præsentiam testatur, & ad cœplexum illam prolicet coniugale: quæ illecta non deest, ac venenatæ serpenti experitos vsus suæ impertit coniunctionis. Quin vbi aduentare comparem senserit vipera, venenum euomere narratur, marito sic reuerentiam quodam modo exhibens, ac nuptialem reuerita gratiam, quod tamen concubitu peracto reforescat mox. Vicissitudinē denique hanc indicat vetus pro-

ueib

uerbium ab Carthaginensium pueris in lusu iactatum: *Gama* ma quandoque insectari beta, & rursum beta persequi gama.

Qua sit ratio tarditatis supplicij ex diuina prouidentia. Aristotechnam Deum cur dicat Pindarus. Item in stene plectantur filij ex eo quod parentes deliquisse cōperiuntur. Interibi cur Cecrops Diphyes. Circumpadanorum lugubres vestes. CAP. XIII.

Inter artes omnes quæ bono aliquo præcellere conspiciuntur, animæ medicinā videri maximam, non ferè quæquā ex politioribus paulo esse opinor, qui non fateatur. Siquidem hac de causa Pindarum animaduerrimus Deum optimū maximum Aristotechnam nuncupasse: quo verbo artificij significatur excellentia, quod is maximè omnium irroganda pœnæ opifex sit, & incenarrabilis magister. Sunt tamen qui plerunque in diuina prouidentia tarditatem nimio plus cessantem demirentur, prorumpentibus illuc etiam quibusdam, vt hoc nomine ambigere sibi permittāt, prouideātne humanis illud, quicquid est, altissimum. Caterum amplius inspicienti ratio potius summa videbitur, quàm cessatio in amplissima & exuberantissima Dei bonitate. Est vtique summus artifex, iustitiæ fons perennis in puniēdo, vt ita dicam, segnior: eiusmodi enim est, vt inquit Euripides, τὸ δ᾿αὖν natura. Nam & veteri adagio testatissimū sit hoc, quo dicitur, laneos pedes habere deos, quando Saturnus, vt scribit Apollodorus, testante in cœnis Macrobio, viro memoriarum veterum exsequentissimo non citra dicendi mundicias, per annum laneo vinculo alligabatur. Id hoc sensu esse interpretandum, & grammaticus Porphyrio comprobare est visus, vbi illud Horatianum enarrat Carminum secundo,

Raro antecedentem scelerisum

Deseruit pede pœna claudo.

Astipulatur & illud quo traditum est, Deorum molas tarde molere. Verum enimvero scire oportet primum, nil esse omnino præstantius homini, quàm si totum se ad diuini boni imitationem tradi derit. Etenim sicuti Plato ait, Deus in medio omnium se honestorum exemplar cōstituit. Ipsa quoque natura visum appendit nobis, vt quæ in sublimi fiunt, spectantes, quàmque ordine ferantur, insuescamus in eōgrua suauitateque

Itaque odisse, apta verò ordinatæque amplexari. Infigit ergo Deus nocentibus supplicia lente ac moramēto quodam, non vtique pœnitentiā veritus, aut in celeritate peccatum extimefcens: sed ad ipsum id prouocare nos studet, ne ad puniendum indignabundi, animoque amplius tumescēte, ac sese rationi furore superinfundente prouamus, quum mentis lumen extinctum penè conticescit. Verum dato iræ spatio, clementer, lentoque gradu illius imitati mansuetudinē dilationemque ad pœnæ exactionem pergamus. Quippe turgidū ac impetu prærabido concitatū raptim ad vltionē præcipitari, prius quàm sedato motu in tranquillum redigaris, perinde est, veluti Socrates dicebat, ac si per intemperantiā ne ab cœnosa quidem, aut corrupta omnino aqua abstinere queas. Neque enim vltioni propinquior iniuriæ perpessio, vt Thucydides scribit: sed interstitio quopiā semotior disunctiorque par recipit, ac cōueniens. Porro & illud diuinæ bonitati maximè congruū, pœnam aliquandiu proferre, vt sit pœnitentiæ locus. Etenim rerum ille parens non nescit, quantum potentia ad virtutem habentes animæ, quantumque innata generositatis in generationē prodeant. Ex qua nōnunquā educationis consuetudinisque prauitate præter naturæ rationē progredient efflorescāntque vitia. Quibus tamen si opportunā artuleris medellam, antiquus facile interdū redit habitus. Qua ex causa lentior est ad vltionē Deus. Quod si ita inoleuerit obdurata prauitas, vt manū haud omnino recipiat medicam, sicque scelus inexpiabile, abscindit protinus ē vita, ne ita affecta anima ex diuturniore apud nos mora ceteris noceat multum, sibi verò quàm plurimū. Circumspice, rogo te, quisquis ista qualiacunque adeunda censueris, ex multiplici librorum & veterum memoriarum aceruo, quàm multi tanquam iterum currente rota effecti, dum se melioribus recoquendos reformādōsque committunt, aut sponte promicantibus quibusdam naturæ igniculis, in bonā profecerint frugem. Equidem hac ratione Cecropa diphyen, id est naturæ duplicis veteribus cognominatū contenderim, nō vt modo creditur, quod ex miti rege ac bono inferā, agrestē anguigenāque abierit naturā, sed ediuerso potius, nā qui prius formidabilis incedebat omnibus ac truculētus, elementē induit principē, & vt Homericō vtat versiculo, πᾶσι δὲ ὡς ἴππῳ ἔργῳ. ita profecto est, ingenia saepe magna clarissimū mox ælitura lumen multa prius absurda promūt.

Qua

Quamobrem, sicuti sancitam in Aegypto legem memorant, qua caueretur, ne grauidā mulierem morte multatā prius quam peperisset, supplicio afficerent, pariter animā grauidā, ac virtutum nouarum semina concipientem subinde, iam iamque parturientem tollere, improspere nimis inauspicatumque censendum est. Quid, quod hyanae fel, & phocarum coagulum, & pleraque ferarum sauisissimarum habent saepe vim medicam? Sic nonnullos emendatione indigētes hac ratione castigat Deus, vt iniecta tyranni efferatoris violentia, aut magistratu amarulento, Scythicum Cyclopicumque insperante, ad iustitiam redigat, & vitā integritatem. Tale exhibuit Agrigentinis Phalarim: Romanis verō Mariū. Nōne vel Christianae veritatis assertores ita pronuntiant: Malos saepe supplicij ac incommodi omni exortēs relinqui, vt per eos exerceantur boni? An non & Homerum ita canentē legimus, Sape ex malo patre nasci filium, virtutum claritate praestantem? Pericles ex scelestā prodiit domo, tantus Atheniensium imperator, ac eloquentiae magnitudine Ioui, diisque cognomento aequatus. Iam verō Strabonem Magni Pompeij patre eiecit exulcauitque defunctum ex odio populus Romanus. Non mirum igitur, si veluti agricola, non excidat Deus spinam prius quam inde asparagum praeferat. Porro si Hesiodum audiamus haudquaquam citra poenae diritatem abeunt inauspicata monstrōsaque ingenia. Astruit siquidē poeta is, non iniquitatis modo consecutricem esse supplicij grauitatem, vt statuit Plato, sed eorum quoque, eadē protinus parte, imō verō radice pullulantem. Sic enim ait,

ὁ δ' ἄλλοις ἁπλῶς τὸ βλάπτει, ἢ ἁπλῶς ἢ ἰσχυρῶς τὸ βλάπτει. id est,

Qui aliis meditatatur malum, suo ipsius iecori malum struit. Nam & cantharides ex antipathia quadam naturali antidotum habent in seipsis congenitū permixtumque. Itaque mēror prauitatem iniustitiamque non sequitur, sed concomitatur: nam syneresis illa, siue conscientia quali nam & quā in festo perurget flagello? quia se iudice, nemo nocens absoluitur. Itaque partem istam postremō sic possumus colligere, impii sufficere ad poenam ipsorum vitam assidue fluctuantē turbulentaque. Carterum ab hoc genus questione ne, illi quidē distitū longe est, quod nec tacuit Euripides, deos quāstus scelestorum errata saepe filiorū supplicij expiare. Quod sanē si parum atēdas minūque perspectē rem totā expendas, nō ridiculum

culum videtur minus, quā quod Syracusanorum tyrannus Agathocles Coreyrensis respondit, percōtantibus quid ita ipsorum insulam hostiliter depopularetur. Quoniam, inquit, vestri maiores hospitio Vlyssē excepērūt. Rursum quāretibus Ithacensibus, quod eius milites per incursiones pecora abigerent, At rex, inquit, vester classe in Sicilia appulsus etiā pastorem occacauit. An non absurdū id item opinemur quod perficiebant Thracēs, stigmata nō parū diu mulieribus inurētes, vt Orpheo satisfacerent, quem ab illis olim fuisse discerpum, constans tenet fama. Rursū item excipiendum quod Circumpadanis diutius factitarum legimus, vt pullis lugubribusque vterentur vestibus ob Phaetontis poenam in Eridanū fulmine deiectioni. Bion certē philosophus Deū filijs ob parentum delicta multam irrogantem non videri minus ridiculum asseuerabat, quā si medicorū aliquis ob aui aut patris morbum filio potionem porrigat. Sed enim, o philosophē, vt protinus aliud sequamur quā precedenti capite afferre visimus, propemodum fatemur nos quidem, causariōrū neminem, dum alium quemuis inūgi aut confoueri emplastris videt per sanari. Verū aliam suppliciorum videri rationem astruimus, quibus saepe palam affliguntur nocentes, vt dum torquetur vnus, emendetur alius: quare ab Graecis tuis poenas quasdam dici paradigmata comperies, à nostris verō exemplā. Porro nōne manifestum illud quoque: solertem medicæ artis professorem filios plerumque à parentum morbis auertisse, priusquam causā prognosticū aliquod se promeret euidēs, & iam iam grassaretur, malum, adhibitis opportunē medicamentis, non neglecto corporis exercitio, & victus moderatione, resectis etiamnum, quae procliuem in morbum constitutionem praecipitatura mox viderentur. Quare nō absurdam rem facit, sed necessariam, nō ridiculam, sed vtilē admodum, qui epilepticorum, siue comitialium filijs, aut melancholicorum exercitationes inducit, aut diastas accommodas, non tanquam agrotantibus quidem, sed ne in agritudine omnino incidant. Quippe ex malē affectis nati non utique poena nulla indigent, at medela digni sunt, & custodia. Quod si ita est, sicuti nos rerum vsus perdocet, rogo te o Bion, nōne animis, tanto praesertim corpore praestantioribus, idem remedium, eandem curam censebis adhibendam? An in adolecente progerminantem naturali ratione, succrescentemque



consuetudine flagitiorum seminofam tabem, latensque malum augete sine mus, prompturum mox paulo pestiferum mentis fructum, vt dixit Pindarus: Caterum hac ipsa inter noscere, clanculariumque vitiorum seminum occupare, non est profecto homini obuium. Diuinam ista exigunt potestatem. Quamobrem optimus maximus Deus intimo rum inspetor, scrutatorque eorum, que in sensum cognitionemque humanam non facile reciderint, paulo post eruptura flagitia non expectat: sed medela gratia in adulteria proliuem, ad auaritiam, & plus habendi cupiditatem promptiorem, & in scelestis id genus alia remis velisque currentem, sed clam, & inexplicabili modo, rationeque uiscitur multo ante, perimitque. Nos autem per ignorantiam maximam ad disquisitionem quodammodo Deum uocamus, nullaque non hora dicam illi impingimus, ac formulam scribimus, non perspicientes ita uisui uenire interdum, ut futura iis que facta iam sunt, occulta sint. Quod euenit sane, quia causas coniectare ratiocinando nequimus, quibus constet, quid ita praestet, iniurios, malos uel saepe missos facere: quosdam uero ne iniuste quidem agentes quippiam occupare supplicio. Nam & medicamenta quandoque agrotantibus nil profecerint, nullam uero affectione sentientes, periclitantes tamen grauius, iuuerint.

Sententia diui Thomae ad idem, ex prima secunda quaestione octogesima septima, articulo ultimo. Poenitentia genus duplex. CAP. XV.

ET quia quae adhuc diximus, ab gentium libris mutuati sumus, tralatis ex Plutarchi Moralibus carptim, & comicè quae opportuna proposito censuimus, ab sententiis eius, & uerbis quandoque non nihil abiuncti, ut comodius est uisum: quod ipsum testari libuit, ne per imperitiã quis ad struendam calumniam cernulus factum cauillaretur. Nunc, ut pro uirili studiosis omnibus, quorum bono ista commentamur, amplius paria faciamus, sancti doctoris placita parti huic inspingemus, facturi operæpretium, sicuti remur, solitis in aliena castra interdum transire, non ut transfugis, sed exploratoribus, uersuram hinc inde facturis, quo ex uisura mox fiat fors. Quum ergo queritur, iustène quis pro altero det poenas, aut, inquit Thomas, de poenis agimus, quae medicinae rationem

nem habent, aut de spiritalibus. Si de prioribus, tunc astruimus plane, corporum interrimenta uel diuitiarum inter supplicia censerit, quae medica ratione irrogatur ad animae salutem: quamobrem non incongruum est, iis quempiam affici pro alterius peccato, uel à Deo, uel ab homine, sicuti pro patribus liberos: item pro domino subditos obnoxios uel, in quantum bona illorum censentur. In spiritali uero supplicio secus omnino est, neque enim animae bonum ad aliud praestabilius disponitur bonum. Quare in animali bono citra propriam noxam nemini poena infligitur. In eiusmodi naque, ut Hieronymus item astipulatur ad Auitum, uicariam poenam nemo cogitur subire. Quippe quo ad animam filius non est res patris, quod illo prophético abunde confirmatur apud Ezechielem domino pronuntiante, Omnes animae meae sunt. Porro puniuntur in filiis parentum admissa, quia à flagitiosis nati, & educati ad delinquendum procliuiores, magisque lubrici euadunt, tum consuetudine, tum exemplis allecti. Coniunctos uero sanguinis uinculo ferè puniri aduertimus, quoniam propinquorum damnata in eos modo quodam redundare uidentur, qui peccarunt. Sed & domestica exempla, domesticaque poena per mouet ualidius: nam innutritus sceleribus patris uehementius imitatur. Quod si illius supplicio minus deterreatur à malo, ut peritinae amplius uideatur plectendus.

Observata quae dam de uipera legentibus futura non inuincunda. Marcellus cur dicatur: uitemque de theriaca. Cuiusmodi animal sit, uulgo quod dicitur antitherium. Theria qua dicantur proprie medicinam professis. De Marcellis duobus locis. An uipera coeat cum murena. Pensitatus Pliny locus de uipera.

CAP. XVI.

EVOLUTIBUS nuper Platonica quaedam, ut est nostri moris, ingressit forte se nobis Alcibiadis oratio, quae pars uiltima est ex Platonis Symposio. In ea quae alia pleraque: haudquaquam exrita, neque (quod dicitur) ab triuio subnotauimus, quis instructior fieret supellex nostra: tum hoc non illepidum, aut inuenustum (ut opinor) de uiperæ morsu, quod & transposui. Quae, inquit, adhuc protulimus, omnino citra ullum ruborem palsim enutari queunt. Quod reliquum est, non proferetur à me prius, quam id



LECTIONVM ANTIQVARVM

vobis prouerbiū subiecerō, Vinum & cum pueritia & sine pueritia esse veridicū. Porro non secus prorsum afficior, ac is in quē vipera mordicus incurrit: hunc siquidē produunt, affectionem suam oblationēque iis tantū velle patefacere, quos eadem morbi vi quandoque iactatos compererit, ceu hī demum, vt qui aggritudinis non sint expertes, ignoturi videtur: si quid dictū factūve sit absurdū, morbo violentius grassante conuellentēque. Quamobrem ego quoque sapiētia simulis conuulneratus, quē ceteris potentius ferit, inexplēbiliter quodammodo orationem eiuscemodi expetens, quæ validius quā viperæ denticulus insigitur, omnia statui conari, vt Soeratem mihi asciscam, cuius ē fonte siti arefcentia præcordia vberius queam rigare. Nec ista nunc promeris, ni rem eum philosophiæ mysteriis diu injuriatis esse mihi animaduernerem. Hactenus Plato, tralata (vt potuimus) nostris verbis sententia elegantissima. Tam verò quod ad viperam attinet, quoniam piculo transiliamus nunc scitissimam Cebetis doctrinā studiosissimo cuiq; iucundissimi amplexandā? Nullo, inquit, infestari nocumento potest, qui virtutis munimēto sese obuallari conspexeritque. Ea est aduersum vitia & mala, ceu antipharmacum potentissimū, non secus ac viperæ potestas venenosa contra id genus feras alias. Quippe ferunt *τὸν ἰχθυόεντος*, hoc est morsu à vipera petitos, ab venenatorum nullo attingi. Hæc Thebani philosophi placita fidem iis vendicant, quæ produunt naturalium aliqui. Eos qui aliquādo viperæ iecur coctum hauserint, nūquam postea ferri à serpente, Rursum, nec capiri, neque item vestibis eorum qui viperis alātur, noxia corporis inesse animalia. Sed fortē ex iis quibus, quos *φιδουαβῆς* vocant Græci, nos discendi cupidos dicere possumus. Quærat ex me nunc, quod nam esse genus serpentis putem, quæ passim dicitur Latine viperam Græcorum verò literis echidna: nam mas, echis nuncupatur. Ego quantum coniectura ducor, Viperā suspicor vulgò dici marassum: quæ nomenclatura nec Barbara est, nec citra rationē excogitata, quippe à Marforum populis interpretatione etymologica duci nomen videtur: quia id genus maximē confectarentur Marsi, circumferrētque. Quod ne quis pro libidine confictum authore nullo arbitretur, significat id maximus artis medicæ magister Galenus, volumine vndecimo Simplicium pharmacorum, necnon ad Glauconem. Innuit & poëta

& poëta nobilis illis versibus, quos & apposuimus:
*Quin & Marrubia venit de gente sacerdos
 Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
 Archippi regis iussu Fortissimus Umbro,
 Vipere generi, & grauitur spirantibus Hydri
 Spargere qui somnos, cantuq; manuq; solebat,
 Mulebatq; iras, & morsus arte leuabat.*

Marrubios verò esse Marforum populos, non ferè est (in literis modo assiduior, vt Varronis vtamur verbo) qui nesciat. Plinius quoq; author est, Marfos à Circes filio ortos, ob idque affuisse illis ingenitam vim contra serpentes. Quin & angitios putant nuncupatos, quod oblustantes angerent serpentes. Firmicus quoque Matheseos quarto, in lunæ decretis: Si, inquit, in Saturni domo fuerit ista coniunctio, tortores aut carnifices faciet, aut Marfos tales, qui aspidēs venati consueuerunt. Nec me fallit, ex eruditioribus quēdam adito etiam libello, Marassum à vipera disparasse: quo Nicolai Leonici viri vndecūque scientissimi placita vberius de huius animalis natura conuallat. Viperam verò Arabes ex Græcorū lingua, vt assolet, vocabulo detorto deluxatōque, thiron vocant nomine generis speciei imposito: nam *θῆριον*, id est thirion, fera est, pudendo Magni Alberti errore: qui & in plerisque aliis huius scientiæ videtur peccasse. Nam quos Galeno Pauloque trochiscos, siue theriacos pastillos appellare moris est: quoniam ex thirio, id est vipera commiscetur, Auicenna in mentione Andromachi Theriaces, trochiscos Thiri vocat. Porro quæ à Serapione sunt de Thiro obseruata, de vipera rectè pronuntiari ex Dioscoride, Galeno ac Paulo recognoscimus. Adrianotheras in Mysia apud Spartianum, Adriani intelligimus venatica. Quoniam verò medicorum pomæria aliquo modo sumus ingressi, pergamus porro in hæc commentationes congerere, quæ vel licetim hinc inde præcepimus, vt varietas ipsa iucundiorem præstet, ac illicem magis, si Plautinè loqui non dedecet, nostram racemationem. Igitur in eorundem viretis amœnioribus theriacam obseruauimus bifariam intelligi. Nam vno modo, ac propriè dici theriacam audies, quæ ex thirio, id est vipera confici assuevit. Quod Therapeutices quartodecimo comprobatur Galenus, & ad Glauconem secundo in elephantis cura. Id verò primus omniū excogitauit Andromachus Ne-

ronis Archimedicus. Alterã verò sine permixtione id genus. Quando simplicia item Theriaces nomine vocari reperias: nam Auicenna secundo Canonis, capite de squilla: Theriaca est, inquit, aduersum venenosa. Item de opopanace: Cum aristologia, inquit, pota theriaca est. In Collectaneis rei rustice apud Græcos, libri secundi sine cõperi, vitem dici theriacam, quæ πάντα τῶν ὀφίων ἀλύματα perlanet. Quo autem fiat pacto theriaca vitis, aliubi in eisdẽ traditur libris: sed & Palladius commemorat libro tertio: antidoto videlicet radicibus insusa. Sic & cathartice vitẽ excogitarunt, agricolationis apprime experiẽtes, palmite scisso, & helleboro mox iniecto. Quæ vberius exsequitur Florentinus Georgicorum primo & secundo, qui & theriacam ficum nominat, vbi theriace linatur fructus. Sunt qui non ideo dici theriacẽ putent, quia therion, id est vipera, permixtionem ingrediatur: sed quia aduersum theria, hoc est feras veneno imbutas præsentissimũ sit remedium. Obseruatum certè peritioribus est, *bugia* vniuersim quidem bestias indicare, sed medicinã professis capi modo pro venenosis, quo argumento *βασιλίσκος* dici, non à bestiis percussos, verũ ab venenosis oblaesos, qua in re labi quãdoque Plinium, est animaduersum. Qui tamen libri vigesimi capite vltimo, theriaces confectiõnem describit, qua sit vsus aduersus venenata omnia rex magnus Antiochus, nulla prorsum mentione viperæ. At libro nono & vicesimo, fiunt ex vipera (inquit) pastilli, qui theriaci vocantur à Græcis, ternis digitis, siue quaternis, vt alij legunt (nam & Galenus ad Glaucõnem secũdo, id approbat ferè) vtrinque amputatis exemplisq; interaneis. Et mox paulò: Significandum (inquit) videtur, è vipera tãtũ hoc fieri. Alibi in eodẽ libro, Theriace vocatur excogitata cõpositio luxurię. Fit ex rebus externis, quũ tot remedia dederit natura, quę singula sufficerẽt. Ceterũ quod auctor hic de amputatione extremarũ viperę partiũ tradit, id cõmentitiũ Dioscorides putat. Theriacos tractatus intelligũt Græci, qui de iobolis, hoc est animalibus cõcinnãtur, quæ venenum ietũ detribusve infundũt. Alexipharmacos autẽ, quibus lethalũ venenorũ ratio describitur, tradit Galenus libro vndecimo Simpliciiũ pharmacorum: Viperæ caput amputari ratione veneni in eo cõtenti: in cauda verò nil esse eiusmodi. Postremò cõmonedõs impẽsius studiosos remur ne quid omnino veluti conuientes quod vsui sit legisse, transiliamus, Esse qui Plinio

hio negotium facessere pergant, in viperæ natura libro decimo, vbi sic legimus: Tertia die intra vterum catulos excludit, deinde singulos diebus singulis parit viginti ferè numero. Aristotelicæ (inquiunt) sententię, vnde mutuatur Plinius, minus ista consentiunt. Cuius hæc fermè sunt verba ex libro quinto De animalium historiis: Vipera è serpẽtibus vna, animal adit, quum intra se ouum peperit: id vnius coloris est, ac molle, vt piscium, factus supernè consistit, nec cortice continetur, vt nec piscium quidem: parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpantur. Euenit interdum, vt qui in vtero adhuc sunt, abrois membranis prorumpant parit vna die singulos: parit autem plures quàm viginti. Hæc aliquo modo inter se diuersa non congruere satis, non ferè est qui non videat. Siquidẽ nasci viperulas philosophus sentit, membranis inuolutas, veluti infantes nostri iis, quas histeras tanquã posteriores Græci, nos secũdas dicimus, quibus tridui spatio à partu conceptis diruptisque, tanquam senectute deposita nitida tandem cõspiciãtur. Nam (inquit) euenit quandoque, vt ipsam hanc membranã abrodant exuãntque prius, quã vtero excidãt. Plinius verò membranã illã diruptionẽ intra vterum, nõ extra (inquiunt) fieri autumat, quod ex Aristotele non videtur verũ. Ego verò verba illa, Tertia die intra vterũ catulos excludit, nõ ad membranã refero Aristotelicã, sed ad eruptionẽ ex ouis: in quorũ superiore parte factũ consistere, fatetur Aristoteles. Quod excludi, siue excudi, propriè rectèque à nostris dicitur. At inquires, vnde sit tertię diei cõputatio? Respondeo, Peragi exclusionem hæc ex ouis ante quã promant se ex vtero viperulæ, siue echidia, per triduiũ, maturato iam partu. In quo nil sanè absurdũ videtur in tãto præsertim numero. Numerẽtur itaque dies à momento quo adulti catuli promũt se ex ouis, ad id tempus, quo mox ex vtero erũpunt. Quod si Aristoteles id nõ dicit, nil fuerit mirũ: potuit alios sequi Plinius: quod vt recipiã, illo ducor argumẽto, quod inibi infertur mox, itaque ceteri tarditatis impatiẽtes perũpunt latera, occisa parãte. id quod apud Aristotelẽ nõ inuenias: & tamẽ à multis nõ dilute autoritatis cõprobatur. Et nobis nõ incuriosẽ locus hic paulò antè est pẽsita tus. Deniq; quia viperã dici vulgò marasũ docuim; ab Maris, quib; id genus multa cõtrectare, frequẽtissimi fuerit moris: hinc homines eos medicorũ facillè post Hippocratẽ prin-

ceps. Galenus *ἰατρικῆς* nuncupat, & *ἀσπιλοτρόφος*, id est cheriō trophos ac aspi lotrophos. Apud phirnicū sic adnotatū item inuenias: Oriente autē ophiuco, inquit, nati qui fuerint, Marsi erunt, qui scilicet pestiferos angues, sopitis ac mitigatis aculeis opprimunt. Prodidit Archelaus, prodeuntes in siccū murenas cum echie congregedi: verū id coarguit Andreas, quando nec exeat muræna, nec in mari obseruetur echis. Id & ambiguum sit Nicandro in Theriacis. Quod iis quæ antè paulō super hac re commentari sumus, adnecti debet: nec vitio nobis vertat nasutior quispiā per nostras lineas incedētibz, id est eadem quandoque iterantibus, modo lucelli accedat non nihil. Author libro vndecimo De simplicium pharmacorum potestate Galenus, in Asia contigisse, vti quandoque messoribus afferretur vas odorati vini, id temerè positum atrepēs vipera quum intrasset, ac vino distenta perisset, accesserūt mox & rustici sitim expleturi: visa autem mortua vipera, rem auerfati, vinum cuidam in proximo elephantia iam cōputrescenti sunt elargiti, conclamatam esse hominis vitam arbitrari: at is nil eorum quum rescisset, ita sese vino proluuit haustu: frequenti, vt morbi atrocitatem protinus euaserit, cutis modo decussa superficie, pellicula eiusmodi subsistente, qualem in cancris visimus, testa excussa. Id ipsum & prope Pergamū euenisse iterum, prodit idem author.

Comica facies apud Lucianum quæ sit. Comicus item risus. Didascali. Enarratur interim locus Ciceronis ex Epistolis familiaribus. Persarum voracitas. Item de Phania, & comædiæ ara, necnon Misericordiæ. Personæ inuentor. Meson quid. & scommata Masonica. Marmessus. Mesora. Tettix. De Anaxandride comico. Comicus apud Spartanos lusus. Dicitur. Phallophori, Autocabdali. Aiam parare quid.

CAP. XVII.

Comicam faciem apud Lucianum, illum quidē cognomento blasphemum, vt qui nec diis nec hominibus pepercerit, quod inquit Lactantius, sed doctissimum tamen atque ingeniosissimum, inuenio positā pro exporrecta, iucunda hilariq;. Vbi frōs nec matutina est, nec striata, sed renidēs & lara.

& leta. Eius verba si quis fortè requirat Latinitate donata subsignaui: Nil, inquit, iniustus opinor, vel omnino seruilius, quàm mordentē labra bilē subalere, & oclusum odium augere, vnū quidem mente agitantem, aliud verò proferentem, & comica facie hilarique atrocē meditari conciperēque tragœdiam. Eiusmodi figuræ rationem ex multis quidē licuit expiscari: sed à se nō facile ambigentes dimiserit Lucianus, apud quem alibi sic lego propemodum: Comœdia, inquit, Dionysio vbi se tradidisset, in theatro obuersabatur, colludebat, risum venabatur, scommatibus non parcebat. Equidem Comœdiæ finis non ferè alius erat Græcis, quàm læticia & hilaritas. Quod adeo verū est, vt in libris obseruatum sit, & testis in Nebulis Aristophanes est, interpretis item accedente calculo, risus gratia plerunque scortea pudenda graphicè expressa, & id genus alia non pauca produci cōsueuisse: adeo vt comicum risum proverbij vice vsurpari quandoque compererim. Cui quoniā inesset saepe morsus aliquis, & principum fœda suggestio, comicorum sales venenatos dicit Seneca. In Plauti milite, comœdicè positum videtur pro suauiter & iucundè. Gellius Noctium Atticarū decimo, comœdierum nuncupat festiuitates, quibus congruat breuitas orationis venustasque & mundicies. Theodorum tragœdiarum histrionem legimus, Comicū saryrū hoc dicto repercussisse, risum spectatoribus mouere non est res ita mira, sed sœtum. Hinc prodit illud quoque ex Plutarchi Moralibus: videtur polymosyne, inquit, malis iam inueteratis nō sanè latari: sed recentioribus, ac (vt sic dicam) seruescentibus, & nouas gratè tragœdias spectare. Comicis verò, & paulò hilarioribus non facile se immiscuerit. Addamus & eruditius aliquid ex Demetrio Phalereo: Ex hyperbole, inquit, in primis gratia, venustas risusque comœdiis cōparatur: ridicula enim maxime ab impossibilibus venamur. Sicuti in Persarum voracitatem inexplabilem inuectus quidam, hyperbolicè dixit, eos in faucibus boues gestare. In eisdem Aristophanes, Cribanitas boues pro panibus assare pronūtiat. Ex iisdē manat fontibus, *ἰατρικῆς* & *ἀσπιλοτρόφος*, magis caluus serenitate. Colocynthe sanior. Idem Phalereus alibi de comœdiæ proprietate, vbi de glaphyro dicendi genere præcipit: Gratiarum, inquit, & venustatum alia maiores sunt, ac grauiorēs poëtica: alia humiles, ac magis comica: scommatibus assimiles. Caterum quæ

de comico lepore ac venustate diximus adhuc, ad Græcam rationem magis spectant, quoniã nostros inuenias sæpe trunca quædam ex Græcis transferentes & consarcinantes verba tragici tumoris. Ita Græcarum, quarû effingere virtutes nequuerunt, facietis atque luminibus obfolescunt. Ita est, in comædia maximè claudicamus, tametsi (vt Fabij verbis vtar) Varro Musas Epj Stolonis sententia, Plautino dicit sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent. Vix leuon consequimur omnino vmbra, Non recipit sermo Romanus illam Articis concessam tantum Venereim, quando ne Græcos quidem potuisse, satis constet, alio linguæ genere eandem exprimere. Sciendum verò comicos poetas, item tragicos ac dithyrambicos à Græcis didascalos nuncupari, id est *didaskalos*. Nam & Antiphon ait, *ἡδαικὸν ἄνευ τῆς διδασκαλίας*. Ex his quæ dicta hætenus obseruatæque nobis sunt, cõmonemur, vt iam hinc omnibus vnguibus, totisque cuneis Ciceroni opem feramus. Nam si, vt Luciani monumentis proditum est, claudos auerfamur & bacelos & eunuchos, atque item simiam, si marutino prodeuntibus fortè occurrerint, quid statuemus in principe oratore, qui in arce sterit Romanæ eloquentiæ, extra omnem ingenij aleam positus, cuius familiares epistolæ candidatis eloquentiæ, & ad procinctum tendentibus, ceu pregustatio dulcior, initio ferè solent enarrari? Nonne si quid inauspicati, & ominosi sese ingerat auertemur, & nihil ad nos pertinere, more seruantium de celo præfabimur? Ecce in illis ipsis tam scite, tam doctè concinnatis epistolis initialibus ita sæpe claudicantes, imò verò per prona deruptaque labetes sese offerunt enarrationes, vt tam classici authoris nomine, sit nulla nõ die quod erubescamus. At iniquent scioli, nescio qui, ac te nebriones pullati, esse, inibi nonnulla peritè admodû & appositè explicata. Sed õ bonæ lamix nõ illud Græcicũ nouistis. Simiam quidem semper esse simiam, etiam si aurea habeat symbola. Sed redeo vnde in hac diueri. Locus est ex secundo Familiarium epistolarum non enarratus ad hanc diem, sed omnino exculeatus, & offusa caligine, in scitæ tenebris ita obuolutus vt in Cicerone, Cicero subinde queratur. Verum oratoris verba iam subfignemus: Mea verò officia ei non desuisse, tu es testis, quoniam *λεπανάτος παρρησίας*, vt opinor, accedit Phania. Malè feriatu comicum testem

Phaniam augurantur, ex vetere comædia repetitum, in qua Phania testis introduceretur, referuntque ad Cælium ipsum. Qui sensus, vt malè conceptus, mirè friget, Ciceronis elegantia indignus: imò nec coit, etiam si violenter omni pede confabricatis inuentis obfolescunt. Est quidem frequentissimè M. Tullio moris ex veteribus pleraque aduocare obscurius, cuius ferè modi est ad Cælium illud, Repente verò incesse omnibus lætitiis. In quo Latine quidem rei literatores, quid afferant, minus constitutum habent. Ex Cæcilio verò esse ea, liquet ex Ciceronis secundo, De finibus: vt scias non esse hic arietini oraculi ambagiosam historiam. Inibi aduocatur & Trabea, vt in Thusculanis quoque: de quo arbitror itidè sensisse Familiarium nono Ciceronem, etiam si grãmaticis in scita inauditæque est nomenclatura. Septimũ habet inter comicos fastigiũ, quod ex Volcatij Sedigiti apud Gellium versiculis liquido agnoscas. Verum vt à diuerticulo fabulam repetamus, ego in Menãdri comædia fuisse Phaniam, obseruasse videor apud Plutarchũ in commentatione quæ est De tranquillitate. Ceterum id ad propositam modo quæstionẽ nihil. Nam Phaniã hũc Ciceronianum nõ alium accipio, quàm Appij (de quo ibi intelligit Orator) libertum. Sicuti comprobant Ciceronis verba epistola prima tertij libri: Quem hic comicũ testem dicit, non vt opinor, quia vetus comædia Phaniam habeat, veluti fidei inuolaturæ numẽ sanctius: id enim proculdubio commetum est vanissimum, & ad libidinem concepta diuinatio. Sed quod liberrus is ingenio esset latiore facetosque, minimè subdolo aut inuido, & proinde iucundo admodũ & amœno. Expende Ciceronis verba, ex ea quam modo aduocauimus epistola, in nostram sententiam remis velisque eundem censueris. Is ergo apud Cælium æquisimè Appij naturam, Ciceronis in eam studia & merita suauissimè & verissimè aperuerat, quod vltro citroque creberri mè, sicuti mos fuit temporũ illorum, & nil est notius, cõmearet. Quoniã verò in comica versamur pragmatia, relatu dignũ haudquaquam omiserim: Mæsona fuisse comicum hypocritẽ, patria Megarensẽ: qui personã excogitarit primus, quam de eius nomine Mæsona item vocant: quod Byzantius Aristophanes prodit in commentatione De personis, ab eo inuẽtã scribẽs serui personã, nec nõ coqui, Scõmata quoq; quibus id genus homines præcipuẽ scopri

prici mordacisque vtuntur, Mafonica vocantur. Ac ne quid omittam, Mafona item dixere veteres vibanum & elegantē coquum. Peregrinum verò & inurbanum tettiga, id est cicadā. Marmessus autem Mars est, Romanorū lingua, ait Lycophronis interpres. Barbarus autem hic, inquit, haud cōtenus aliis, etiam Romanē scribit. Nam Romani & bellaces Marmessos dicunt, sicuti memorant vel Diodorus vel Dion: neque enim succurrit nunc ad fidē authoritas. Mefora Græci, id est *μωφορα* dicunt, quæ pedibus congruunt, arma. Fuit & comicus in veteri memoria nomine Anaxandrides: erat is corpore speciosus magnusque: decori accedebat longior coma, nec purpura deerat auro fimbriata: verū idem hic moribus inamœnus ferè amarulētusque animaduertebatur, ad eò vt in commissione poetarum ni abiisset victor, non ad incudē reuocabat opus, qui pluribus mos est, recoquebaturque: sed indignabundus medicinam facitanti bus conscindendas dabat malè vigilatas chartas, & saliorū pueris cordillis obtegendis tuniculas. Fuit quod scitu dignum est, apud Spartanos comici lusus species, verū studij non magni, frugalitatem in eo quoque affectante ciuitate, dicendi pratenuis erat formula, argumentum non aliud ferè, quàm pomorum furta, & id genus pleraque. Qui eiusmodi ludos obirent, ab Laconibus *Di-celictæ* nuncupabantur, velut *Scenopæros* dicas, & *Mimetas*, id est imitatores. At pro locorum diuersitate conuariant horum appellationes. Siquidem *Phalophoros* Sicyonij dicunt: *Autocabdalos* alij: quidam item *Phlyacas*. Thebani, quibus frequens est disparata ab aliis nomēclatura, *Ethelontas*. Erāt in genere eodem *Ithyphalli* quoque. Sed enim iam iam coronidem impacturus facturū me operæ pretium sum opinatus, si auctarij quippiam adiecissem huic lucubrationi. Id autem est de comœdiæ ara, cuius meminit Hieronymus ad quam si quis cōfugisset, tanquam ab Cæsaris statua, reuelli eum inde, nefas habebatur. Scribit Pollux, in scena aram fuisse, quæ *Halius* diceretur ante fores: & mensam item, quæ *bellaria*, aut *res aromaticas* haberet, ac *Theoris* diceretur, siue *Thyoris*, quanquā sit item *Theoris* vaticinatricis puellæ nomen, cuius meminit Demosthenes contra *Aristogitonem*, quæ impietatis rea perierit. Eodem vocabulo nuncupabatur & nauis ab Atheniensibus, quæ quotannis *Delum* mitteretur. Nostri produnt in *Apollinis* honorem aram constitui solitam ab iis qui comœ-

comœdiam celebrarent. Eum verò *Apollinem* à *Menandro* *Cassium* dici. Sunt qui scribāt, in scena duas poni solitas aras, dexteram quidem *Liberi*, sinistram eius *Dei* honori, cuius ludi celebrarentur. Hinc aram parare legimus in approbatissimis dici, sicuti apud *Terentium*:

Nemo te accusat Syre, nec tu aram tibi,

Aut precatorem parauit.

Ouidius id ipsum agnoscit eo versiculo, ex quarto *Tristium*,

Vnica fortunæ ara reperta meis.

Astipulatur & *M. Tullius* pro *Roscio Comœdo*, aras fuisse sanctioris asyli loco: Sicut in aram, inquit, confugit in huius domū. Et in libro *De superstitione* *Plutarchus*: Est seruo ara, ad quam confugiat, hæc ab illo Græcè dicitur *φύγιον* & *βουβή*. *Misericordiæ* arā fuisse Athenis, in *Rhetoricis* testatur *Apstinus*. Sed & *Libanius* *Declamatione* secunda, vbi *Demosthenis* de ea tollenda effingit actio. Meminit *Laetadius* grammaticus: idque ea *Terentium* intellexisse, scribit. *Papinius* nec omisit,

Urbe fuit mediæ nulli concessa potentum

Ara deum, mitis posuit clementia sedem,

Et miseri fecere sacram.

Qui sint apud eruditos Phania, & Phanic: nec non quid Phanon, ac Panium, & Phane: item Phanos, siue Panos. Helana, lophnia, grauium, pharfos, grone, gro-nia, lophnis. De lychnuchis pluscula. Suetonij locus in Casare perpenditur. Lychnados ciuitas cur. Lychnitis, Murorum, seu mœnium constructio, à quibus excogitata primum. Tyrsis quid. Tyrhemi cur dicantur. Mossyni quid. Candelabrum Tarentinum. Xylolychnuchi. Lychnocautia. Lychnocæia. Embaphia. Tyrhenerū in artibus præstantia. Helene vas.

C A P. XVIII.

Quia verò paulò antè pro ingenij captu, quantum nobis non incuriosa lectio admiculabatur, enarrantes *Ciceronis* gryphum, super *Phania* orationem contextuimus, subit, nunc, vt quæpiam non ita disita vocabula explicare iam hinc pergam. Quod ne risu fortè *Momi* aliqui excipiant,

ciant, quibus alabastrus vnguenti plena putetesciant erudi-
ti, à Græcorum scientissimis esse in literas promptum, sapientia
partem constitutam videri in animi virtute, partem verò
in vocis vſu, vt rem quanque suo nuncupemus vocabulo, &
verborum proprietates minimè nos fugiat. Id quod illuc de-
mum tendit, vt quæ conceperis animo, nulla hæſitatione va-
leas enuntiare. Quoniam, Aristotele prodente, voces sunt earum
quæ in animâ reperiuntur, passionum notæ. Verùm in
iis & omnibus quæ ædituri sumus publico bono, satis super-
que fuerit doctorum trutinatio & examen ſyncerum. Vitili-
gatores istos nihil moror. Sed nos interfari definamus. Igitur
Phanias inuenio dici omnes, qui inopes ipsi diuitias sum-
mas habere se tamen simulant, atque ita credi volunt, à Pha-
nia quodam, qui congestas se opes domi recondidisse emen-
tiebatur. Quod vltimo Odissæ libro testatum reliquit Eu-
stathius. Phaniæ item Zenobius meminit, siue is sit Zenodo-
tus, quem Damon fuisse scribit oboloſtatem. Quæ vox apud
Hyperidem & Lysiam fœneratoris indicat. Sed in Zenobio
scribunt aliqui Phanium, nõ Phaniam: sicuti Sudas. Eius vxor
per tegulas admitteret adulteros, quod à viro nimis caute ia-
nuâ obseruaretur. Phaniõnẽ Augustinus in Epistolis dictum
prodit boni pedis hominem, cuius aduētus afferat felicitatis
aliquid. Panium loci nomen est ad Iordanis initia: cuius me-
minit Egesippus, vbi mons altitudinis excelſæ ad latus um-
broſum habet antrũ, ex quo mephitis euaporat feuior. Nam
Phanos, siue Panos, à tragicis lampadas facèsque dici obserua-
uimus. Est & Phanos, qui res significat nuntiatque. Pharfos ci-
uitatis portionem indicat, vt quum scribit Herodotus libro
primo, Babylonis quam interluit Euphrates, esse *hinc pharfos*.
Sed & fragmentum rectè dicitur Pharfos. Apud Aristophanẽ
in *Ambus*, phanz dicuntur conciones, quod comica mordaci-
tate in Athenienses prolarum est, qui in iudiciis assidue com-
pararent, vterenturque sycophantiis. Sunt & Phanz in Chio
regio quædam. Sunt ex glossographis, qui ab Atheniensibus
lampadas dici phanos interpretentur, quas helenas quidam
appellent quoque. Nam quæ de corticibus compingitur, lo-
phania vocatur plerisque, seu lophnis. Sicuti grauium, id est
γρῦν, vocant ilignum quernũve lignum, quod cõcissum
succenditur, vt agentibus iter præluceat. Grone autem Græ-
cis nunc petram indicat, nunc (sicuti Licophroni) petræ cau-
tatem

tatem, *ωρῆα τὸ γρῦν τὸ ξύλον ἄστυ*. Gronia verò id est *γρόνια*,
Stephano, in Phocide ciuitas est. Porro ab Lycophronis inter-
prete dicitur lophnis, maior lampas, etymi argumẽto, *λοφνίς*
τὴ βῶα, quod est *λαύ φαύρα*, valde collucens. Denique, vt nil
per incuriam pratereatur, sunt qui Phanon putet fasciculum
ex lignis quibusdam concisis. Sicuti helanem calamorũ fascẽ
intelligere maluit Nicander. Illud obiter adnotasse, puto, nil
obſuerit: Siciliæ tyrannum iuniore Dionysium in prytaeco
Tarentino candelabrum dicasse, in quo totidem succederentur
lychni, quot in anno numerentur dies. Xylolychnuchi
apud Alexin consimiles videntur iis quos obeliscolychnos
Theopompus dixit. Author Sueronius est, triumphantem Car-
farem ascendisse capitoliũ ad lumina, quadraginta elephan-
tis dextra & sinistra lychnos gestantibus. Quod interpolan-
tis nonnulli, lychnuchos legendum præscribunt. Id sum mi-
ratus: quando id agens, Dion quoque ita scribit, *ωλλῶν ζῆλι-
φῶν λαύρα ἄστυ φῆντρον ἰλαυῖδῶν*. Nec lychnuchus lucernam
indicat planè, sed ferculum cui affixa lucerna gestatur: an, ro-
go te, ceruchus cornũ significat, ac non cornutum potius? Sic
& sceptruchus, non pro sceptro caput Homero, sed pro ge-
sceptrum ferente: quod scribit Sudas. Quòd si verus le-
ctio lychnuchos præferat, non damnem, modo superstitio-
sus nouitates non captemus. Lychnuchi meminit vltimo
libro Athenæus: meminit & Pollux, qui quod phanon mo-
do dicimus, lychnuchon item autumat dici apud Aristo-
phanem. Phanon, sunt qui laternam interpretentur. Om-
nino tam hic quàm Athenæus, vno verbo res duas intel-
ligi voluit, ni legentes cæcutimus. Illud autem festiuus
multò, quod epigrammate complectitur Chrestodorus, Ly-
chnadon Illirij ciuitatem ab Cadmo esse conditam, vnde
sit Lychnus heliconius: quoniam literarum lumen Græcis
Cadmus intulisset primus. Lychnitida paludem in eisdem
locis agnoscit Diodorus. In Armenia nomenclaturæ locum
eiusdem Stephanus. Lychnocæia, id est lucernarum succen-
sio, festum erat Aegyptiis apud Sain, lucernis sub dio tota
nocte ardentibus. Lucernæ autem, inquit Herodotus, erant
embaphia, id est ollæ profundiores: quod verbum ab inter-
prete neglectum miror. Lychnocautia est planè, quam ly-
chnasiam vocant, vbi accenditur lychnus. Scribit Dion,
redisse ex Græcia Neronem, ac capitoliũ conscendisse, co-
ronata

ronata ciuitate vniuersa, *ἡγή πάλαις λυχνιακῶν*, Lychnia, id est candelabra, Tyrrhenorum commendationis videntur habuisse plurimum: quippe Tyrrhenos laudant Græci, vt *ἡγή τῶν τεχνῶν*, id est artium studiosos. Nā & mœnia fustruere, id est *περὶ πύλων*, excogitasse omniū primi feruntur Tyrrheni: quod scribit Lycophronis interpres: vnde factum, vt pro muro dicitur tyrsis. Quin, inquit Dionysius, ab Tyrrhenis densus extructæ domus vocantur tyrses: quod obseruarunt Græci quoque. Sed & hinc conciliatum Tyrrhenis nomē, produnt nonnulli, ab tyrsium muni mentis: velut Mossynocis in Asia, de turribus ligneis quas mossynos dicunt, Tyrses nominat Xenophon quoque. Quod de helena diximus, aduertit lum amplius, esse item helenen vas, quo continerentur sacrorum arcana, in iis quæ vocant helenephoria.

Coronarum duplex origo. Annulorū initia prima. Decertare drama ad corollas. Declaratur Plutarchi locus perperam tralatus. Apio indigere quid sit. Timoleontis historia. Stephane cur dicatur corona. Choronos.

CAP. XIX.

Q Vi fabulosa consecrati, suis ea voluminibus complexi sunt, coronarum in ludis eam fermē originem tradidēre. Prometheus, quum Ioui Parcarum sortē patefecisset de Thetidis filio, quem patre illustriorem ampliorēque futurum cecinerant, ab eo vinculis liberatum: ea tamē ratione, vt annulum lapide & ferro compactum gestaret: ne omnino pœna videretur exsolutus, quod & annulorum initium agnoscutur primum, Simul etiam coronam habuisse scribunt, vt se victorem impune peccasse ostentaret. Quo factum sit, vt in maximis latitiis victores coronis insignes visendum caput circumferrent. Id quod in ludis conuiuissque licet animaduertere. Initio ergo tam tenui illuc etiam progressa ambitio est, vt non ij modo qui in gymniciis certaminibus certarent ac vincerent, corollas acciperent: sed & præcones, quum certis coronas imposuissent victoribus, eorūque nomina magna voce pronuntiaissent, quum & ipsi ante ludorum missionem corollis itidem donari solerent, alium adhibebant præconem, ne sua voce se ipsi victores pronuntiaerent. Quin & scena quoque honoris eius exsortem se non diutius est passa: quando

quando & qui maximē placuissent, actores coronis afficiebatur. Id quod significat etiam festiuissimus Comicozum Latiorum Plautus illis versibus ex Amphitryone:

Sive ambissent qui palmam histrionibus,

Sive quouquam artificii, seu per scriptas literas.

Verum quonam hæc tam multa tamque cōquisita curiose super corollis dandis? Nempe, vt Plutarchi locum restituere mus ciuitate Romana, vel iure Latij incuriosius donatū: qui ne deinceps peregrinitatis queat postulari, ipsum prius Græcē mox me interprete Latine sonantē audiamus. *ἤβρω δὲ τῶν ἀριτερίων σωάρχειν ἢ σωδωμῶν τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι τῶν πόλεων. ἢ δ' ὡς ποικίλων τῶν ἀρῶν, ἢ ποικίλων ἀγωνισαμένων μὲν ἢ μὲν σφῶν διαδόντων, ὡς ἐπὶ τῶν πόλεων ἐκδοχῶν, ἀδύς ἐστὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐπιδοχῶν, ἡγή τῶν ποικίλων ἀγωνιστῶν ἐπιδοχῶν παραβαλλομένων, τῶν πόλεων ἡγή τῶν ἐπιδοχῶν ἀγωνιστῶν ἀγωνιστῶν μετὰ τῶν φίλων ἡγή τῶν ἐπιδοχῶν ἀγωνιστῶν.*

Exigebant (inquit) ciues ab Aretaphila, vt vnā cum optimatibus rempublicam capefferet imperaretque: ea verò, vt quæ variū ac multiplex drama vsque ad corollas se decertasse opinaretur, postea quàm liberam animaduertit ciuitatē, confestim in gynaceum se coniecit, ac ne curis in reliquum ageretur, ad telā se cum familiaribus agens dedit. Hactenus Plutarchus. Ad hæc verò quàm aspirauerit interpres, volentium fuerit iudiciū, mihi certē minus arripit, propterea que aleam nō reformidauimus sub signādo statim authoris verba. Quæ acris iudicij lector expendens sine ampliatione alterutrum damnet inficitia. Nos certē quod scitu nō censemus indignū, inde eruditū perelegānsque elicimus adagiū, Ad corollas decertare: quo rectē vtemur, vbi quis in primo haudquaquam deficiens puluere, nec veluti cantherius in fossa, patiēter integrū rei cuiuspiam laborē subit, nec desinit prius, quā vmbilico summā addiderit manum. Sicuti histrionibus dramate iam absoluto, datur postremo corona. Sed & metaphora honestissima idem Plutarchus in Parallelis: Demetrii vita iam absoluta, decertato (inquit) Macedonico dramate, nūc commodum est Romanū inducere. Dicti autē ratio est, quia tragediæ imaginem quandam exhibuit Demetrii & M. Antonij rerum gestarum series. In hac autem coronarū mentione nō prætereamus vanitatis præfæ experimentū euidēs. Author in Parallelis, sed & in Symposiacis Plutarchus, ingruētē periculi magna vi, solitum dici, Apio esse opus: quod monumē

d d



ra defunctorum ita consueſſent ornati. At ſcribit Diodorus Timoleonta pro Syracuſanis in Carthaginienſes depugnatur, quum forte apij vis magna extruendis toris ſubuectaretur, victorie omen inde concepiffet, quoniam Iſthmiaca corona contexi apio conſueſſet: proinde milites ſic iuſſiſſe omnes coronari, moxque inſigniter hoſtium copia concidiſſe. Lego apud eruditos illud quoque: Ab Iano bifronte coronas excogitatas primũ. In Græcia tamen earum authorem primũ fuiſſe Stephanum: quo argumento etiam Græcorum lingua rei ſit conciliatum nomẽ. Nam in noſtris literis dici ab choro coronas rentur, quoniam & choronos Apion grammatikus à choro dictos putauit.

Quibus vitus infeſtentur oculi, ex medica ſciẽtia horulis floridioribus. Ptila. Pili. Pennarum diſtinctio. Inſitionum genera. Tranquilli locus. Oculis tumentibus ſpectare, quid.

C A P. XX

Q Vum paulò antè curioſus medica volumina inſpecturum irent, inter alia ſanè haud parũ multa, ingeſſerunt ſe de oculorum concinnata vitiiis, quæ protinus deſtorata huic adglutinaui mus loco: vt ſi quem ad legendũ proleſtarint noſtri libelli, ne parte quidem hac abeat omnino inanis. Igitur ita habet, Oculũ vtique vniuerſum hiſce diuexari affectionibus, quarum Græcè nomina ſunt hæc: Taraxis, ophthalmia, epiphora, φλεγμῶν id eſt inſtãmatiõ, ὄλημα, tumor, ἰμφοῦμα, inflatio, ſcirrhofis, chemofis, id eſt χημοῦσι, anthrax, ſtrabiſmus, ſpalmus, palmus, myopiaſis, gãgrana, vlcus, σπῶδα, ſiue putredo, σφίγξ, id eſt fiſtula, xerophthalmia, πρὶν τῶν, id eſt prociſtentia, atrophia. Tunicularum verò intelliguntur affectiones hæ, ῥιζίς, ἀνέβρωσις, ἀνάτοσις, ἀνατομοſις, παχύνει, id eſt craſſitudo, δέſtitας, ῥυτίτις, rugatio, ecſtaſis, raritas, ſiue ἀσπίτης. At intra palpebras inoriuntur ferè hæc: Trachytes, id eſt aſperitas, pachytes, ſycofis, ſiue ὀφθαλμῶν, ſarcofis, pyriaſis. Extra palpebras iſta: Hydatides, lithiaſis, phthiriaſis, meliceris, gangrana phymata, νεφροβόματα. In ſtephane verò, id eſt corona: Crithe, poſthia, trichiaſis, diſtichia, triſtichia, pyroſis, ptiloſis, id eſt ἄſιδωσις, (de qua paulò mox, vt eſt Therapeutices quartodecimo: vnde & affectos ita, ptilos vocant, vbi genarum excidit pili. Quanquam vela, item ptila diei compen-

rias,

rias, πᾶρὰ τὸ τίλλειν. Sunt & molliores plumæ, ptila: ex quo & deplume appellant aptilon. Vtique inter pennas aliæ nuncupantur ptila, aliæ verò ocyptera.) pſoriaſis, madarotes, paralyſis. Illa verò ad totas pertinent palpebras: Paralyſis, proptofis, ectrope. At in canthis, hæc ſeſe affectiones promunt: Enchantides, ancyle, pterygium, rhyas, proſphryſis: exterius autem ægilops, anchilon. In alboris ambitu ſit pſydracium, vlcus, hypophagma, apoſtaſis, χημοῦσι, νεφρομα, pterygium, phacoſis, icteros, πᾶρθ. Irin infeſtat argemon, nephelium, achlys, epicauma, vlcus, bothrion, phlyctis, myocephalum, ſtaphyloma, hypopyon, leucoma, νεφρομα, proptoma, onyx, pyofis, helofis. Concipitur porro in pupilla hypoehyſis, glaucoſis, id eſt γλαυκῶσι, mydriaſis, pthyſis, ſynchylis, platycoriaſis, amauroſis, rhytidofis, nyctalops, hemeralops, myopiaſis, diapyeſis. Cæterum & in poris contingit ἀπὸ ῥιζίς, paremproſis, ſymptofis, vlceraſio, id eſt ἰνδύων. Sciendum autem, epiphoram in oculo dici quidem proprie, vbi ſe oſtentat inflammatio, & ſtuſtionis multitudo, inoriturque tumor, ac difficilis eſt oculi motus: quandoque & ſuper nigrum conſurgit, quod albens eſt. Cõmunius tamen etiam in corporis parte reliqua dicitur epiphora, φλεγμῶν. Vt verò protinus quæpiam explicemus eorum quæ tranſeunter prolibauimus, xerophthalmiam intelligunt, quando canthi vlceroſi aſperioresque ſunt, ac pruriunt rubentque palpebræ, demanat ſalſior lachryma aut nitroſior. Proptofim dicunt, ſiue prociſtentiam, vbi oculus motus prociſtat cum inflammatione. Sycofis eſt, vbi intra palpebras ſuccreſcit quippiam caruncula imagine, ac protuberans, conſequitur & oculi totius difficilior motus. Mydeſis vocabulum omnibus congruit putrefactione enectis corporibus. Euenit iſtum hoc & palpebris, tumentibus quidẽ, ſed & manantibus aliſidue. Crithe etiam poſthiam dicunt, vbi hordeo ſimile quiddã ſuppuratum innaiſcitur palpebrarũ coronis. Sed & in mediis item palpebris conſurgit crithe, verum grandior. Lithiaſis eſt, quum in palpebris gignuntur albicantia quadam, & aſpera lapidis modo, oculumque perpungentia. ἀσπίτης dicitur oculus, quando ſub naturalibus pilis prorumpentes alij oculum pungunt, ac ſtuſtionem proliciunt. Quod ſi ſubnaſcantur quidem hi, deſtuant autem illi, aut fracti infeſtẽt, vo-

catur *πάλαντον*. Phalangosin, hoc est *φαλαγγισίον* nuncupant, si subnascentium fiat *ἀσπίς*, vel *τρισπίς*, siue in superiore palpebra, siue inferiore. Encanthida vocant, vbi ex vlcere ad nares caro protuberet: id quod patiuntur præcipuè *ἐν βαλάντιον*, id est in mari laborantes. At si lachrymas continere canthus nequeat, tunc rhyada vocant. *χίμασι*: intelligitur, quum inflammatione vehemētiore ita afficiūtur palpebræ, vt oculum obtegere totum minus valeant. Propriè tamen chemosis est, vbi ab vtroque iridis latere albior accendatur, atque inibi sinuetur ad imaginem chamæ. Sūt verò eo nomine ostrea. Sed & oscitationē hiatūque indicat *χίμας*. Nephelion vlcus, est *ἐπιπέλαιον*, argemo maius paulò, albicansque. Myocephalon dicitur, vbi ex vlcere tunica prima iam erosa iridis loco, sequens prociadat tunicula, vt muscæ caput preferre videatur, Hypopyon vocat iridis suppurationem: vnde hypopyos nuncupari oculos, in medicinæ libris obseruatū. Mydriasis est, quum pupilla præter naturam latitudinem accipit maiorem, colore nil prorsum demutato, visu autem hebetato. Paremplosin intelligunt, vbi *κατὰ ἀνοστίμωσιν*, id est per vasis apertionem profluat humor in meatum, à cerebri productum basi, vt sit visiuæ virtutis vestibulum: symptosis verò contingit meatu eodem arctato, ac cōcidente ex resolutione, aut atrophia, estque *πάρσις ἀνοστίμων*. Inter oculorum medicina sunt quæ vocantur *νοσήρια δαύσωμωνα*, quoniã ferè myrrha constant. Illud postremò ex abundanti adieciisse, nil putò obfuerit: inoculationem Græcis dici *ἐνοσθαλαμισίον*, sicut alia propriè vocatur encentrismus, ac rursus alia *ἐμφυλλισίον*, quum inter lignum & corticem *ἐνθίμα* inseritur. *ἐμφυλλισίον* autem est id agere. *ἐφθαλαμίαν* Græcis non oculis modo laborare est, verum & amanter puellam inspectare: neque enim statum suū seruant tunc oculi, sed sunt perinde ac amore ægri. Ad quod, vt alibi fufius enarrabitur, forsàn respexit in Tiberio Tranquillus, cum tumētibus oculis Agrippinam ex occurfu inspectasse prodens.

Lodo

L O D O V I C I C Æ L I I
R H O D I G I N I I N A N T I Q V A -
R V M L E C T I Ö N V M L I B R O S

ad clarissimum philosophum &
medicum Hieronymum Flo-
rentiolam Bononiæ
profidentem.

Præfatio septima.



Singularis tua me virtus, & ingeniu exaltissimum, mox & morum probitas, in paucissimis alioqui animaduersa, tibi ita deuinxit, quum ad me viseres egrotum, & quod medici censetur proprium, nõ cõdolum me in integrum restituisset, sed iucunde quoque cum securitatis proposito: vt nil mihi ad hunc diem fuerit anti-quis, nil votis expetitur magis, quam vt quoquo modo merito, officijq; tuis, & si non paria, quippiam saltem rependere valerem: ne omnino ab tam excellētis doctrine viro sentiret ingratus: quod huic generi omnia inesse vitia viderer audisse. Nulla verò, vt nunc est, oportunitas sese ingerit maior, aut aptior, quam vt animi mei sensum vniuerso retegam terrarum orbi, tui nominis amplitudini vnū hunc laboris nostri, vt sic dicam, curriculum consecrando. Sic enim fiet testatus tibi propositum meum: quo non vsque ad aras modo, sed vel ultra tuis me, dum hominem agam, emolumentis videor, & dignitati, ac glorie accommodaturus. Et bonarum literarum candidatis omnibus hac palam ratione est futurum, in te non præcellere modo ingenium excussum præcipue in referendis explicandisq; dum in celeberrimo, ac eminentissimo terrarum Bononiensi gymnasio profiteris, quæstionum inuolucris, vsque ad tenebras vel cimmerias spē impeditis: discutiendoq; ex philosophis, medicisq; autoribus nubilo nunquam non ferè caliginoso, rerum eminentissimæ item sapientiamorum eximiam coaptari, connectiq; claritatem. Adulari nescio: nec, si maximè sciam, velim. Sua sit deprauatis ingenij, & in malum obduratis coniectatio: animi tui spectrum effulsit mihi nitidissimum, ac conformatum expressius longe, quam vt ambiguitati reliquus fiat locus omnino, quum me pretium officiosissimi la-



boris offerentem reiecisti, testatus homini literato gratiam, benignamq; prestitisse operam, utq; vsa veniat, praestitutum etiamnum: proinde ne vererer, si quid obugisset, accerere. Quantum, rogo te ut excellens, overis mihi hac tua iniectum benignitate arbitrare? Equidem nunquam pressum me grauius sensi. Nec id pecunie, quod foret sordidissimum, nomine vno. Inexpectata bonitas, & incomparabilis humanitas tanti viri sic me transuersum rapuit, demultum, peruinclumq;, ut hac vna tua virtute ingratus videar moriturus. Nec praesenti nuncupatione vlla in parte forsitan paria fiunt, quando suarum potius magnitudine virtutum libellis meis video non parum auctoritatis accessurum: quippe ideo pretiosa videntur multa, quoniam sunt templis dicata. Quid ergo sit reliqui? Nempe ipsum id literarum nomen, quae tibi insularum loco sunt, ut nullo praeterea, quod Graeci dicunt, schematismo esse opus videatur. Imbecillitatis meae vicem subeuntes, quod possunt, id tibi demum rependant cumulatissime.

Vale.

Lodo

L O D O V I C I
C A E L I I R H O D I G I
N I L E C T I O N V M A N T I
Q V A R V M L I B E R V N V S,

Q V I E T S E P T I M V S:

Poëtices laus. Poëtarum apologia aduersus Eratothemem. Fabularum ratio. Cur etiam Theologia vetus fabulas admiserit. Virgiliana Aeneidos sensus allegoricus explicatur, ratione ab alijs diuersa. Duos esse in nobis motus. Virtutum distributio. Cur Aristarchus dictus sit manis, id est vates. Oratori poëtam esse finitimum. Poësin esse insaniam quandam. Furoris species.

C A P. I.



P O E T I C A M facultatem, non me fallit à plebisque acrius conuelli. Nam secundo Legum, Atheniensis ille hospes apud Platonem multa perturbatè, ac sine ratione commiscere dicit; ac risum mouere: Ob idque Orpheus item significat, poëtas in primis delectamenti gratiam venari. At qui veteres diligentius euoluerit, omnino diuersa recognoscer, ac sentiet. Certè doctissimum quenque sic de poëtica prodidisse animaduerto, veluti sit ea prima quaedam philosophia, quae nobis ab incunabulis quodammodo vitæ rationem commonstret, quid agendum, quidve declinandum musica iocunditate praescribat: adeo ut nonnulli postea dicere minus addubitarint, poëtam solum esse sapientem: Quo nomine Graecorum nobilissimi ab inestitate sic instituebantur, ut quia voluptatè toto impetu captarent, sed ut optimis statim imbuerentur: quoniam esse se morunt magistros musici profiteantur. Idq; cum Pythagoricis comprobatur Aristoxenus. Sed & Horatius:

dd 4



LECTIONVM ANTIQVARVM

*Os tenerum pueri, balbumq; poetâ figurat,
Torquet ab obsecris iam nunc sermonibus aurem,
Mox etiam peccus præceptis format amicis.*

Asperitatis & inuidiæ corrector, & ire: & quæ sequuntur. Nonne & Homerus literarum parens, ac tropæophoros, antesignanusque, cantores *σώφροντας*, id est castigatores quosdam putat in Clytemnestræ custodia: vt qui philosophi sint, ac ex Musis omnia sciant. Id quod pluribus comprobatur Athenæus quoque: quin & sapientiæ magnitudine etiam vaticini censebantur. Certè in Græcorum doctrina *ἀείδειν*, id est cantare, inflecti videtur ab *α*, particula intendendi vim possidente, ac *διδασκάν*, id est cognoscere, veluti omnium planè scientiam sibi vendicarent poëta. Quod nõ inficiabuntur τὸν ἀβελβήσαν ἔστι πρὸς τὸν ἀβελβήσαν ἔστι πρὸς τὸν ἀβελβήσαν, vt Pontici Heracliti vtar verbis: nec simplices adeo. vt Enniani possint cicures videri. Diuinationis argumentum erat in Rhapsodorum manu laurea Apollinis virga, dum cantarent. Significat & Pindarus quum ait *μικρὸν δὲ οὐ μῆσα*. Ennius verò etiam sanctos appellauit poëtas, quòd quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. proinde minus mirum, si non alium esse poëtam, quàm virum bonum, statuunt prudentiores. Adeo verò multiplex poëtarum eruditio est, adeo necessaria, summis coniuncta emolumentis, vt nec desint qui solutam orationem poëticas videri imitationem, argumentis astruere nitantur: ceu poëtae prodierint primùm, mox qui metrum soluerint, Cadmus, Pherecydes, Hecateus. quòd prima in Homerum commentatione scribit Eustathius. Et quia genus id orationis magnitudinem habet ac sublimitatem, estque *ἵππεον*, id est equo vehitur: inde quæ talis non est oratio, ex humilitate pedestris dicitur, vt quæ ex alto in solum sit delapsa paulatim. Ita vt rhetoricæ eloquutionis, & artis dicendi fons, sit ipsa poëtica, verum florulentior, at (vt sic dicam) picturatio. Sed & ille ipse Plato tertio Legum, poëtarum genus esse diuinum scribit, & diis agi. Quo tamen loco Platonicis peritiores poëtis à philosopho stimulos additos interpretantur ad diuina concinenda. Illud constat vtrique, Sophrona Minorum poëtam tanti à Platone estimatum, vt moriens libros eius capiti subiectos narretur habuisse. Iam illud quale est, quod apud eminentissimum quenque poëtarum subinde legimus, in regum principumque symposiis deorum, heroum, & omnino virorum excel

excellentium, qui lucem nobis suis virtutibus peperere, laudes suauiter concini: Nonne præsignis est & efficax maximè ad bonam frugem exhortatio? An Iopas ille Virgilianus, quum canit errantem lunam solisque labores, altiores item scientias, physicè que totam carminibus insertam, non perdocet manifestè: Proindeque non esse poëticen, vt somnauit Epicurus, *ὡς ποίη ἐλάττω μύθων δεικναι*. Quod si fabularum inuolucris res profundæ conuelantur, obregunturque, & ferè sanctariis secretioribus reconduntur, id scire conuenit, esse poëtices germanum, & veteribus quoque illum irroborasse pridem confingendi morem: quem Plato adeo comprobauit, vt qui allegoricè Platonem nõ putarit interpretandum, nunquàm sit futurus Platonicus. Quo fit, vt risu sonatio ineptissima. Eratothenis sententia sit excipienda, quæ non puduit, Poëticen, *ἡρακλέου μυσθολογίαν*, id est anile quoddam fabulamentum definire. Neque enim Ephecticos hic philosophos imitabor, vt eunctanter quod sentio præferam, aut quo iure, quaque iniuria oberrantes toto (quod aiunt) celo, tuear: Nam & Ponticus Heraclitus, si absit allegoria, Homerum planè visum iri Salmonea scribit, ac Tantalum *ἀβελβήσαν γένος αὐτοῦ ἔχοντα, ἀσπίτην ἔχοντα*. Dignus verò Eratothenes, cuius amplexemur doctrinam, cuique tanto nomine assurgamus, qui ne illud quidem perspicere quiuit, non poëtas modo, sed & clarissimas ciuitatù quandoque fabulis vias: nec non legumlatores multi imperitiorum multitudinem hac ratione ad bonum eliciuisse deprehenduntur. Iis verò in primis tenerior ætas formanda delineanda que (vt sic dicam) videtur quoniã animal hoc prouidum & sagax, rationis compos, quem vocamus hominem, intimo quodam impetu scire desiderat, estque cognitionis avidum, cuius fomentum primum fabula est, eo in primis argumento, quod indicta incitã que alias profert. Sumus autè, ad id nos prouehente naturali quadam vi, nouitatis omnes perauidi, quod prædulcis hæc sentiat, & iucunda, nec admiratione careat. Quæ res quàm præpotenter ad discendum animos rerum imperitos prolester, & veluti heraclius quidam lapis perducatur, neminem ferè puto quem lateat. Hinc Africanò eximie charum fuisse Ennium scimus, adeo vt marmortas laudes sibi cum poëta, communes facillè demum pateretur: Sylla etiam malum poëtam præmio dignum putauit, quamuis ex præscripto, ne quid postea scriberet. Quid

quod cum Aetolis qui bellauit Fuluius Martis manubias
Musis dicasse, honestissimum sibi est arbitratus: Adeo inanis
est Epicureorum assultans velitatio statuentium, Esse in poë-
tis solida vtilitatis nihil, ac puerile modo sentiri oblectatio-
nem. Sed & apud veteres Romanos paulo impolitiore aggre-
stioresque, dum bellica modo sapiunt spirantque, nullius pro-
sum dignationis fuisse poëticam, auctor est M. Cato in libro
cui titulus, Carmen de moribus: Nam, inquit, si quis in ea re
studebat, aut ad conuiuia sese applicabat, grassator vocaba-
tur. Quærat hic curiosior aliquis, qua potissimum ratione,
quæ de diis & de anima traderentur a prioribus & poëtis præ-
cipue mysteria, non ferè velamentis careat: ob idque ita re-
condita, vt ad eorum scientiam paucorum possit peruenire
curiositas: tanquam in Heracleti antro planè obseptâ deli-
tescant, ne quis, quod dicitur *ωραὴ νόστος*, arbitretur poëtica
esse omnia, quæ nonnunquã ex asse incognita iacent. Nimirũ
est hæc natura maiestas, cui nulla aperta que nimis arcano-
rum detectio inimicatur. Quæ sicuti insecta multitudini in-
tellectum sui mirabiliter subduxit, operimenta rerum mul-
tarum obiciendo: consimiliter a scientissimis, quæ in eius po-
tentia reconduntur, inuolucris figurarum promi in literas
concupiuit: quibus arcanorum altitudo posset ab vilitate de-
fendi, paucissimis modo, interprete sapientia, subtilitatis im-
mensa participibus. Denique Numenium philosophum, me-
morie proditum est, offensius numen sensisse, quod sua inter-
pretatione sacra Eleusina in vulgus dedisset. Sed de re aperta
nimis multa. Quod si spaciari libeat parte hæc, facillimum
fuerit ostendisse, semina scientiarum ferè omnium, & dissi-
dentia inter se pugnantiaque philosophorum dogmata poë-
ticis numeris comprehensa. Inoleuit tamen perniciofa inge-
nis sententia, vt prætexui, nil scitius doctiusque extra fabulas
& Hiberas nescio quas narnias, a poëtis tractari. Id verò scio-
lorum culpa insectiaque contingere animaduerto, qui illorum
pedibus, Minerua pinguiore, animo stupido, & tantarum re-
rum splendore, nocturnæ modo caligante, nobile opus suis nu-
gamentis cõtaminant in triuuis. Nam quotus quisque est, qui
Virgilianæ Aeneidos secretiorem scopum intelligat? Satis
interim superque est malè feriatis istis, pessimèque isto no-
mine de re Latina meritis, vt est illorum os, si pueris suis effu-
tiant, Intentio Virgilij hæc est, Homerum imitari, Augustum
lauda

laudare a parentibus. O inauspicata ingenia, & suppellecti-
lem multo inauspiciorem. Nil malim scire, quàm in hunc
vsum didicisse, vt cum iis nugis vite tempus impendam, quæ
triuialibus tamen trabali fixæ clauo creduntur, Sed quod di-
ctum est olim, Similem habet labra lactucam: asello carduos
comedente: ac vt Hieronymi vtat verbis, Dignũ patellæ oper-
culũ accedit: tũ quod grauius multo est, reliquos ad meliora
fortassis natos in eandem perducam tendiculum. Ego verò, si
id nunc agam maxime, meũque (vt aiunt) hic sit stylus, tota
facilitate probarim, doctis præcipue, atque aurem mordaci lo-
tis aceto, Maroni scientissimo, & Platonis mysteriis nõ le-
uiter imbuto, non aliud fuisse propositum, quàm Philosophi
definitionem suis voluminibus facundissimè, ac aliud agen-
do explicare. Quando hunc Plato non ferè alium, quàm Dei
amatorem intelligit. Eius verò in libro De philosophia, esse
officium scribit, diuina optimè, ac quantum ratio patitur, nõ
uisse: mox verò humana etiam nõ destituere, verum interim
disponere, ac ad prudentiæ examen reuocare. Pars prior theo-
reticen habet: sequens verò practicen. In primis igitur sapiens
diuinam boni naturam, duce sapientia, cõtemplationi subi-
icit: mox ad id bonum, velut ad finem, humanos actus dirigens,
hæc gubernat inferiora. Cæterum ipsa hæc dispensatio duo-
bus indiget præcipue: alterum est, vt nouerimus, qualisnam
sit hæc humanior natura, quaque ratione ad bonũ queat per-
duci, & ab malo reuelli: alterum, vt nostræ sic contemperen-
tur affectiones, vt ad bonũ facile omnia prodeant. Quod mo-
rali virtute constat clarissimè, quam vniuersam vno Iusti-
tiæ nomine intelligit Plato. Etenim duos comperies in nobis
motus: primos intellige, externo impulsu quopiam coorien-
tes, antequam rationalis anima ad rationis reuocet examen,
vel per imaginationem aduertat, petendum sit, an reclinan-
dum: secundos autè accipe, vbi assensum præstat anima. Quæ
igitur hosce comprimit virtus ad sensum procliuēs, politica
est, ac dicitur. Quæ verò nõ amputat modo, sed cõuellit radi-
citus, purgatoria nuncupatur. Demum quæ nõ hos perdomat
soli, sed & primos quoque, quantũ humana patitur ratio, aut
tollit, aut contemperat. Animi iam purgati, virtus appellatur.
Ciuilẽ virtutẽ Plotinus moderationẽ vocat, & mësura. Quin
& dispositionẽ potius ad virtutẽ, quàm omnino virtutẽ. Cogi-
ta ergo, primis quinque libris non ferè aliud agi, quã quo pa-
to



cto sapiens ab humanis interim sequestratus animum politis ac purgatoris emaculet virtutibus. Hoc ipsum significat atrox in primo tempestas, Didonis conuiuium, in quo rationalis anima obbrutescens corporeis fomitibus & victorū incendiis rationis luminibus sese ingerentibus, illa penē restincta sui obliuiscitur, & ad corporea reuoluitur tota. Aestuationes hæ sunt animi ad procinctum tendentis, & ad ortiginem properantis. Quod illa verba abundē significant:

Per tot discrimina rerum

Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas ostendunt.

Ego Latij nomine, statum purgati animi intelligo, qui defecatus & à mundana aspergine pressè purèque deterfus est. Cuius illa sunt munera præcella, vt docuit grauis author Plotinus, Sola nosse diuina, cupiditatum obliuisci penitus, perturbationes ignorare,

Vt si fractus illabatur orbis,

Impavidum fersant ruinae.

Postremò, cum mente diuina ita connecti, vt nulla fiat inde conuulsio. Sextus verò liber tanquam Virgilianæ doctrinæ thesaurus longè clarissimus, mortalis naturæ continet rationem, & sub poetico figmento animi origo declaratur, & qualitas: nec sine argumento: nam & Plato, dum per vestigia singula Deum inquirat, in animi specie subinde diuertit, Quod in eo, tãquam speculo, diuini vultus imago colluceat. Qui ergo Deum nosse cupit, seipsum antea nouerit, necesse est. Liber ergo is Aeneæ ad inferos descendens specie, animam contemplatur in mundi partem hanc, quam inferos & Ditis concava Platonici putant, delabentem. Cui suffragantur carmina illa:

Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,

Perq; domos Ditis vacuas, & inania regna.

Veterum quippe obscurior theologia speluncæ nomine mundum intelligi dedit, quod nos supra indicauimus, & significat in antri Ithacæ descriptione poetarum maximus: quippe humecta in antris natura, & vt Homerus inquit, *ἡρώδης*, id est obscura, eorum quæ mundo insunt hylēs ratione typum habet, ac symbolum. Nam & inuisibilem potestatum antra indicium habere coniectant, quia vt hæc tenebrosa, sic & ἀφανὲς τῶν ἀνράμων τῶ θεῶν ἄστ. Animas speluncam subire approbant Perfarum sacra, vt Pythagoreos taceam. Antrum

hoc

hoc *ἄβυ* Homerus dicit, id est bifore: sicut ianuarum altera Borealia respicit, Austrum altera. Per illam sit animarū ingressus, per hanc ascensus: propter duas solis portas cancri & capricorni, de quibus alibi nos affatim. Reliqui porrò libri philosophicū implent officium, quātum ad politicas pertinet virtutes, quia sociale animal homo est. Tumultuatur tamen etiamnum Aeneas, quoniam à purgatoriis virtutibus ad eas, quæ animi iam purgati dicuntur, commigratio struatur. Humana verò desideria, quæ militant aduersus animam, extrudere virū hinc conabantur. Hoc enim significant orientia bella. Mox verò iam in Latio confirmatus animus Turnum perimit. Cōticescere tumultus cogit, humana negligit, totus in Deum sese transformat, quod approbat Mercurius. Sed & Plotinus, Anima (inquit) iam purgata species, ratioque euadit, ac penitus incorporea intellectualisque, ac tota diuina, vnde fons effluit pulchritudinis, cognatæque omnia talia. Et alibi Plotinus idē, Anima per virtutem adeo particeps fit Dei, vt fallat, Deus apparens, suspicionemque inducens, ac totum Dei hoc sit. Propterea nil aliud vates diuinus censuit addendū, quia coronis perfectissimā proposito clarissimo iam erat feliciter impacta. Hoc qui nō vident, imperfectum videri opus, subinde insulse pronuntiant. Troiæ autem nomine non infantiam intelligo, quod suspicantur nonnulli, sed regionem mundi inferiorē, propter illud Platonici ex Theateto: Fieri non potest, inquit, vt mala extrudantur penitus. Nam esse aliquid bono obiectum semper, necesse omnino est. Illis verò apud Deū haud esse potest locus. Quo nomine mortalem obuallant, constipantque naturam. Proinde adnendum, vt hinc illuc primo quoque tempore confugiamus. Fuga verò est, vt pro virili Deo euadamus per similes. Hoc autem præstiterit affatim prudentia primum, mox iustitia, sanctitas denique. Ipsa quin hæc interpretatur, vt solet, Plotinus: Corporea, inquit, hæc imagines sunt, vestigiæque, & umbra. Propterea ad illud confugiendum, cuius esse hæc noscitantur simulacra. Nam si quis nostra hæc, perinde ac vera, pergat capessere: que prorsum velut imagines in aqua, visitationem faciunt, idem patietur planè, quod est ab mythicis proditum, illi obuensisse: qui umbram captas, dum sese in aquas mersat, male periisse traditur. Quæ ob rem inclamare altius licet: Agite, abeamus hinc amici, in patriam confugiētes dulcem.

Certe

Ceterum insulurret forsan aliquis, Quæ nam à Plotine fugiendi ratio? aut qua potissimè via Circes veneficia, & Calypsus reclinabimus? An paranda classis? aut qua omnino fugat Corporeo, inquit, visu clauso, alter huius loco assumèdus? quo præditi sunt omnes quidem, vt uatur tamen pauci. Est autem hic intimus animæ oculus, quem rationem dicimus contemplatricem. Cuius lumen intellectus est animæ proprius, sicut intellectus diuinus est luminis huius lumen, Bonū denique ipsum lux est, ac luminū pater. Vnde in se conuersa rationalis anima nō euadit solum luminosa, sed planè lumen. Hinc præpotens Saluator, vigilandū monet, ne dormientes deprehendat nos Dominus. Qui perspicue amplius: Surgite iam hinc, & abeamus. Expergisci porro non ferè aliud censendum, quam agnoscere, in sensibus se somnari. Hinc liberior exoritur cōsecratio, non esse cuiuslibet, poëticam attentare doctrinam, quādo & Aristarchum grammaticum Panætius philosophus mantin vocabat, hoc est vatem, quod velut vaticinans poëticos prouerter sensus, vt præteream esse oratori finitimū poëtam, numeris tamen astrictiorem paulò, verborū licentia liberio rem: at multis ornandi generibus, vt Cicero inquit, locium ac pene parem. Quaquam nostrum id forte parum inuenit argumentum, quod velut astrologiæ ignarus Aratus, vt illi visum est, & Leontius non inficiatur, non exactè veritatem astruens respondere, Arato de Astris euigilata, quantum Hipparcho licet ac Ptolomæo perdiscere. Aratus in quā, celestissimis versibus caelestia cōplectitur, & stellas: sicuti ab agris remotior Colophonius Nicander rustica præcepta: sic & orator de iis eloquentissimè pronuntiat, quæ ad tempus cognoscit. Totam porro poësin esse insaniam quandā, Platonis pro dunt oracula, sed diuinam. Quaquā philosophos etiamnum quodammodo insanire, scribit in libro Problematum Aristoteles. Citra furorem non fieri magnū virū, inter Democriti placita est. Furoris autem diuini nomine intelligit Plato animæ abstractionem à corpore, ac nisum quandam. Quo sanè Deo plena ad superos trahitur, ac adnititur vehementius. Furoris species quatuor existimat, poëticum, mysteriale, vaticum, amatorium affectum. Esse verò à Musis poësin, à Dionysio mysterium, vaticinium ab Apolline, à Venere amorem. Poëticum furorem in Phædro esse sancit, quandam ab Musis occupationem, quæ lenem sortita animam & insuperabilem.

excitat, & per cantilenas exagitat, aliāque poësin ad humanum genus instruendum. Addit porro, eum qui citra furorem Musarum poëticas adeat fores, esse inanem, ac eiusmodi poësin esse nullam: veluti omnino tanti ea sit, vt sine Dei propensiore radio possit haudquaquam comparari. Dei autē nomine Apollinem opinantur significari, Musarum verò globorū mundi animas, Esse quippe Iouem Dei, Apollinem animæ mundanæ mentem. Ab Ioue autem Apollinem & Musas, ab Apolline Musarum duci chorū: quoniam illa mens sicuti ab Ioue illustratur, ita & mundi animas globorūque illustrat. Vaticas mentes extimulant Musæ, rapiuntque: inspirati vates suos afflant interpretes, ab iis auditores excitantur. Constat nimirum, diuino instinctu ab interpretibus, quos & Rhapsodos nuncupant, alienam enarrari poësim.

Fingendi modum non esse vnum. Velleris aurei allegoria. Chemia ars, quæ alchimia. In quo damnandos censuerit poëtas Plato, Qui ne Homero quidem pepercerit. Poëtarum laus exquisita. Resutatio negantium in Marone allegorias. Artem plerunque placere, artificem minime.

CAP. II.

Nunc verò posteaquam non parum multa dicta à nobis sunt, quæ artis præclarissimæ laudes habet, ipsa quidem re longè inferiores, pro viribus tamè excogitatas ad verum, descendendum illuc est, vt quia fingendi rationem ferè communem philosophis & poëtis esse diximus, dispiciamus modo, sitne vniformis comminiscendi modus, an dissideant potius, longèque abeant à poëtico instituto sapientiæ studiosi. Vbi id quoque expendendum erit, ecquid Platonis calculo damnatur poësis: Vel, quod quidam prodere etiam esse ausus, Homero ne pepercerit. Igitur quo fiat res tota illustrior, in classicis authoribus illud comperio primū, fingendi formam non esse vnā, nec simplicem. Est enim vbi tota res fingitur, nilque prorsum argumento inest veri subsistentis. Est verò vbi veritas adest, sed figmentis conuectitur latentque, quam vocant fabulosam narrationem, fabulam verò minime: cuiusmodi sunt Hesiodica carimoniarum sacra, & Orphæi quoque, quibus de diis agitur, ac mystica Pythagoreorū explican

pllicantur. Caterum ipsa hæc narratio fabulosa, vel honesto calle incedit, nec vlla turpitudine inficitur: sed res alta stola figmenti contegit, nugas omneis abdicat: Sicyonia nequam inducit, & id genus alia reiciit mollia, & decora parum. Quæ pars philosophica grauitati, ac sacrarum rerum magnitudini congruit sanè, quanquam & in eandem figmentorum rationem veniunt leuiora quoque, veluti est Iasonis *χρυσόμαλλον δάκτυλον*, id est velleris aurei pellis. Quo nomine intelligi librum voluere, veterum more in pelle conscriptum, quo auri conficiendi scientia contineretur, arte quam *χρυσία* vocant: cuius libros quum diligenter cõquisisset Diocletianus, exulfit *Αὐτὰ τὰ νεώτερα δὲ τῆς αἰχμῆς τῶν πρῶτων πλουτοῦ ἐκείνου ἐλάττω τοῦ αὐτοῦ τῶν παλαιῶν τεχνῶν*. Artificium hoc genus, verbo Iuxato alchimiam dicunt, vel archimiam, puto quasi *ἀρχή χρυσίου*. Sed ad poëticen redeo: Vel ita comminiscendo fingendoque, vera adumbrata refert, vt plurima insit scditas, non absque maiestatis rerum sugillatione, quod suum esse videtur poëtica licentia, sed abdicatur ab sapientia sanctitate, idque totum nescire mauult. Hoc autem eiusmodi habetur, si inter deos adulteria consingas, qualia sæpe poëtarum celeberrimi suis inseruere voluminibus. Item Cælio patri Saturnum pudenda abscidisse, quem mox eadem impietate regno exegerit Iupiter filius. Habent quidem hæc allegoricos sensus profundiores, fatemur. Sed pullatus circulus, in tâta præsertim enarrantium inficitia, eo quod audit, & se intelligere opinatur, afficitur, ac in errores labitur, aut rider. Quam obrem anima clarissimus expiator & medicus Plato, quamuis deorum filios poëtas vocasset libro secundo De republica, nihilominus in eodem poëticam detestatur impietatem, turpia de diis fingentem. Sed rectè fecero, si verba Socratis apposuero: vincula, inquit, Iunoni à filio indita, projectioneque Vulcani à patre, quum is euerberatè matri opitulaturus accurrisset, aut deorum pugnas, quocumque Homerus scripsit, minimè in ciuitatè recipere debemus, siue per allegoriam dicta hæc sint, siue sine allegoria. non enim adolescens internoscere ista potest. quæ verò ea atate accipiuntur, inhærent altius, & difficillimè post conuelluntur: quare danda opera est, vt hæc fabellæ quas primas audient, optimè ad virtutè instituantur. Rursus quia cõcitatõ affectus crebrè imitatur poëta, in decimo De republica Socrates idè, eiusmodi pestè, iucundã quidam

de, sed maximè venenosam perdit, ne ipsa nos perdat, quam obrem ne Homero quidem suo parcat: imò verò huic vel in primis derogat, vt principe poëtarum deiecto, ne ceteros quidem putes iurare. Quod si quis ambigit, adeat eum quem modo aduocauimus librum, vt iam sciat, maximo risu explodenda quæ prodidit nescio quis, poëtarum propugnatio ne suscepta, astruens haudquaquam Homerum à Platonica ciuitate reici. Confirmatur verò quod tradimus non modo Dionis Chrysostomi autoritate, sed & Maximi Tyrii sermone, hæc ipsa de re concinnato, vbi edocet, laude videri dignum Platonem: sed ita, ne sua careat tamen admiratione Poëta nobilis. Nam si cui minimè sit opus medico, non inde porrò colligas, ridendum videri Hippocratem. Sed in iis illud impense animaduertèdum, nec damnari profum à Platone poëtas: siquidè quantū vbi perturbant, aut turpia fingunt, reiciendos putat, tantundè amplexatur, exosculaturque, si ad bonam frugem hortentur, laudibus heroum aut deorū hymnis eleganter facundèque concelebratis. Sic enim eodem libro Socrates ait: Scito, inquit, hymnos in deos & in optimos viros laudationes duntaxat ex poësi in ciuitatem admittere oportere. Hinc in Lyside adeò poëtas admiratur, vt eos sapientia patres nūcupet, ac duces. Et in Ione, vt attigimus, carminis excellentis poëtam non arte fieri scribit, sed afflatu diuiniore. Imò verò inquit, Musa diuino instinctu concitat poëtas. Conciti poëta alios furore corripunt, vt fiat annullorum quodammodo mirus ordo, qualem creditur Magnes efficere. Addit & mox paulò, Nil esse aliud poëtas, quam deorū interpretes, dum afflantur furore. Quæ ratio facit, vt ineptissimi homines sæpè stupendum effundant poëma, imò verò etiã insani: qualè fuisse Homerū legimus, aut Lucretiū. Aut etiam rudes, quod in Hesiodo animaduertimus. Porrò idem in Phædro scribit Plato, nō hominum esse inuenta præclara poëmata, sed cælestia munera. Argumèto illud est, quòd nemo, etiam si orbem illum doctrinarū obierit accuratissimè, excellens euasit poëta, ni cælestis ille vigor & concitatio accesserit feruentior: vt vera fiat illa assertio ex Fastorū sexto,

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,

Impetus hic sacra femina mentis habet.

Diuinitatem poëticam, quam & Democritus astruxit, id quoque amplissimè comprobavit. Poëtas legitimos, quales

credimus Orpheum, Homerum, Virgilium, Pindarum, suis libris innumerabilium propè artiū, scientiarūque semina inasperisse, tanquam planè omnia scierint, etiam, si in singulis artibus alioqui vix longa annorum serie singuli euadere celebres potuerunt. Adde, ne quid sciens omiserim, quod in Cratylo scrutatus Plato idem qui sicut verorum nominū doctores, sophistas irridens, poetas censer adeundos, nec quolibet, etiam ex triuio, sed diuinos. Ceu ab diis hi planè didicerint nomina rerum vera, apud quos ea demū comperiantur. Nec illud quæso neglexeris, quod prodit idem Philosophus, Homeri poësin allegoricam esse, etiam sicubi ab historia vnguè latè recedere non videtur, id quod in nominibus per allegoriā concinnatis significatur euidentius. Hoc verò huic parti appinximus gratisimè, siquidè insigniter nobis arrisit, propter neruicosos nescio quos, in literis parū Lyceos: qui, sicuti audio, nostram hanc in allegorico Maronis sensu curā, tanquam nimiam & inanem, explodendam arbitrantur: quum in Homero idem hoc tantus in doctrina vir constituerit. Sed valeat Libitinæ infestiuiores. Nos exequemur reliqua propofiti, si illud non contempserimus, Natura sic comparatum, vt operibus afficiamur quandoque, artifices facile negligamus: vt in vnguētis ac purpuris, quando iis oblectamur plurimum, viles tamen, ac contemptibiles ducimus infectores vnguētariōsque. Nec ingenuè imbutus quispian Plutarchus inquit, Iouem intuitus Olympicum, Phidias vt esset, expetiuit: aut Argiuam Iunonem, Polyclētus. Non item Anacreon, vel Philemon, aut denique Harchilochus, etiam si eorum poëmata iucunditatis habeant plurimum: quare inquit, *καὶ Ἀνάκρεον τὸ βέλτιστον, ἡμεῖς μὲν βροτῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ τρέφεται τὸ βροτῶν.* Attamen apud Gallos tanta habentur exultationis poëta, vt inter confertas acies, ac volantia tela, micantēque gladios irrupentibus iis, nō amici modò, verum & hostes à pugna confestim temperent.

Poëtas quo pacto citra noxā legas. Interim quæ dicantur amethysta: & quid paedagogia. Paedagogiani pueri. Paediscas, paediscum, paderos. Item de polypo, deque mandragora sciri digna. Porro cuiusmodi sit poëtica imitatio: necnon de crepidis Demonida claudi. CAP. III.

Satis

Satis superque, opinor, demonstratum ex iis quæ diximus, in quibus poëtica doctrina videatur respuèda. Rursūmq; in quibus admitti citra morum noxam possit tutissimè. Et quia non sum nescius, iuuenes bonam ætatis partē sæpè lectioni eiusmodi impèdere, quod magna pars studiorū amicitates quarimus: & inter philosophica, ea maximè expetimus, quæ minus philosophiam sapere videntur: sicuti poëta Philoxenus dicere solebat. Ex carnibus eas esse iucundiores, quæ carnes nō essent: & ex piscibus, qui nō pisces: quia palatū illi, quā cor longè esset sensilius, quæadmodū distitare solitū Catonem accepimus: Operæpretium me facturū arbitratum, si iuniores, rerum non admodum peritos identidè summonuero, Non in conuiuio modo decere nos seruare compositos, & id genus voluptatibus aliis, sed impendio magis in audiendi legendique allectantibus delinimentis modestiam modūque asseruare consentaneū fuerit. Quid enim ciuitatis portas summa cura oclusisse profuerit, vel etiā caratatas demisisse, si ipsi hostē admittere aliqua statuerimus? Idem quid futurum tandem remur, si in reliquis eximiam adhibuerimus continentiam: aurium verò fores voluptatum agmini perinde ac hostili manui patefecerimus? Verus est non in itineribus modo, sed amplius in lectitandis, quæ priscis viris sunt euigilata, ducatu nos, quem aptissimè vocent Græci *παιδαγωγία*, indigere. Nam sunt obiter & paedagogiani pueri Ammiano Marcellino: In paedagogiani, inquit, pueri speciem purpureis operus tegminibus. Apud Plutarchum in Pompeio, est paedagogium, paedagogorū ludus, & (vt sic dicam) harena. Sed de hoc mox paulò. Paediscas vocant Græci ancillas, sed & prostitutas: hinc paediscium, id est *παιδισκίον*, impudicarum locus. Paderos, est vnguētis genus, quo Demetrium vt consueuisse linendo faciem, Græci scribunt. Solent plerunque discumbentes, dum largius sese inuitant, ne forte prouehantur longius, ita vt nec pes, quod ille ait, nec manus fati officio fungantur, adhibere quadam ebrietatem prohibentia, quæ significantius consignantiūque dicuntur ab eo quod præstant, amethysta. Eiusmodi quippiam excogitandum item nobis est, dum ingenium prolectat poëticum lenocinium. Habendūque illud in animo semper, polypodum capitibus sicuti ille ait, vnum inesse bonum, vnumque item malum: nam in cibis præsuauia sunt, verum

somnos præstant turbulentos, occurrantibus (sicuti aiunt) miris rerum imaginibus. Eodem modo de poetis asserendum est. Insunt pleraque iucunda gratæque, & quæ teneriorem animum alant plurimum. Cæterum nec pauciora sunt quæ obturbent, ac tumultu omnia impleant, ac externent mentes, ni peritus assistat dux, præcauens ne quid impingamus. Eò quidem grauius, quod quis minus stupet, ac sapere plus videtur, tanto irretitur facilius. Propterea Simonides querenti, quid ira ex omnibus Thesalos non deciperet: Indoctiores (inquit) sunt, quam ut falli à me possint. Et tragœdiã dixit Gorgias esse deceptionem, in qua non decepto sapientior sit deceptus. In canonicis porro Decretis relatum scio, non debere Christianum hominem poetarum lectitare figmenta, quia per oblectamenta fabularum nimis excitetur mens ad libidinum incentiuam: non enim thura solum offerendo, daemones immolatur, sed & eorum dicta libentius capiendo. Quamobrem intentissima cura ad prociuctum tendentibus arbitror expendenda, quæ in hoc scriptorum ordine, vel fictionis impietate, vel affectuum, rationis lumen obscurantium, imitatione deprauata transuersum animum rapere valeant, decurrendumque ad philosophiã non ignaros: qui antipharmacum propinet, explicatis per allegorias fabulamentorum velaminibus, adhibitaque præceptorum salubritate, quibus voluptatum adlubentia quodam velut sufflamine reprimatur, atque ite deferuescat perturbationum impetus, qui lectione tanquam exemplo proposito, plerumque concitator ingerit sese rationi, & illa exculcata latius affectat dominari. Quo fit, ut ridendos censeamus, qui à philosopho vitandos putant poetas. Id præcipiendum fuerat potius, ut in poemate philosopharemur. Nam veluti mâlragoram produunt rerum periti, vitibus adnatam transmittere in illas potestatem somnificam, ut vinum ex his bibentes facilius procliuiusque in sopore collabantur: Nam & mandragoram potu haultam insequitur caros, inquit Paulus, & cataphorica affectio præualida: sic & poetis commentis per mixta philosophia tum lenem tum gratam amabilemque efficit disciplinam. Nam si his quæ absurdè finguntur, assensum præstiteris, tanquam veris tibi verò in præceptissimo pede nulla tardatur sapientiæ suffratione profusum fereris. Quod si memor fueris poetam in mentiendo esse goeritum quandam, & machinamentum Lynce magis

varium

varium, nil graue patieris omnino, aut credes temere. Porro quum audis, poeticam esse artem imitatricem, & sicuti picturam loquentem: nam picturam esse poetam dicimus tacentem: id nunquam dederis obliuioni, Rem non laudari, cuius fiat imitatio: ut si exprimat graphicè Medæ facinus perimētis filios, aut Orestis parricidium, & id genus apud poetas non pauca. Verum artificium parere admirationem, quo expressio congruenter videtur pertractata adumbrandis informandisque rerum imaginibus. Nam & eodem ferè modo la certam aut simiam commodè ad veritatem pictam laudamus, non utique ex pulchritudine, quam esse nullam in eiusmodi animalibus scimus, sed ob similitudinē. Sic & suis vocem auersamur. at si quis imitetur apte, laetamur, applaudimusque. Imitationes postremò hæc, in quibus multa proferuntur non tanquam honesta, sed ut subiectis apta personis, propterea sunt plerumque, veluti Demonidæ pædotribæ claudicantis crepidæ, quas quum furto amississet, imprecabatur extete, ut furis pedibus maximè congruerent. *ἀλλὰ quæ ἰσχυρὰ ἔστιν οὐκ ἔστιν ἡ ἀρετὴ τοῦ λέοντος ὡσπύ.* Erant verò hæc non recta, nec accommodata: illi tamen pro pedum deprauatorum ratione in primis apta. Præterea etiam si poeta effundit pleraque summa laude digna, non tamen quicquid in poemate legimus, admiratione debemus excipere, alioqui impura vanaque cōprobare videbimur. Neque enim Platonis gibbū amplexamur, aut Aristotelis balbutiē. Credamus ergo esse inibi aliquid, in quo auditor vel lector citra damnum aliud agat.

An poeta nascatur, orator fiat, sicuti receptum vulgò est. Neminem unum posse in multis excellere Poëticæ origo. Fabry lectio resuuitur. Poëtarum genera. Quid monodia. Monodia grammaticis qua sint. Poëmata pro filijs. Nosocomi. Gerothropi. De Luciano obiter. Marcis laus. Poëta unde dicatur. Vergilius dicatur, an Virgilius. CAP. IIII.

Sæpè & anxie quaesitum inter doctiores scio, naturæ admiculo clarior poeta fieret, an doctrinæ beneficio, accedente mox assidua & pertinaci scribendi consuetudine. Vulgò certè iactatur, Nasci poetam, oratorem fieri. Nos verò non sollicitius, quæ fortassis par fuerit, quæ vltro citroque

argumententur ingeniosi, indagabimus. Horatij sententiam ex Arte poetica, & quorundam præterea paucorum, quia vni tantum testi nec Catoni creditur, satis habuimus appofuisse: primus ergo sic,

*Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est. Ego, nec studium sine diuite venæ,
Nec rinde quid proficit video ingenium; alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amice.*

Iam Ciceronis auctoritatem nec differamus, qui pro Archia poetica sic scriptum reliquit. Etiam illud adiungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem contendo, quum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam, cõfirmatioque doctrinæ, tum illud nescio quod præclarum ac singulare solere existere. Paulo infra etiam sic: Atqui sic à summis hominibus liberalissimisque accepimus, caterarum rerum studia & doctrina, & præceptis & arte constare: Poetam natura ipsa valere, & metis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. Architectum ingeniosum exigit Vitruuius, ad disciplinam docile. Neque enim ingenium sine disciplina, aut disciplina sine ingenio perfectum artificem efficere potest. Apud Ciceronem in primo De oratore Crassus: Sic igitur (inquit) sentio, Naturam primum, atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Iactata tamen quæstio est in pluribus, iactata & in medicina. Caterum si in poeta par esse momentum studij, & naturæ contulerimus, vnde nam fieri astruemus, vt carminis Venus tam paucis contingat? Imò & indoctis plerumque, tantumque non elementariis. Vel cur M. Tullium vastissima eloquentiæ flumina destituerint in poetica, sicuti multis ferè placuisse video. Nimirum in naturæ maiestate recondita hæc sunt. Nam quod in Cicerone mirari non desinimus, imò verò ab risu sæpe non defendimus, publicum id esse infelicitatis genus, exactius introspectantes agnosceamus: quando ingenia præcelsa, & omnium, vt sic dixerim, capacia in vno tantum opere gloriam vix indispisci potuerunt. Expende Maronis felicitatem in soluta oratione, ridebis. Qualem putas in orationibus Thucydidem? Eius eloquentiam multi admirantur: & rectè id quidem: sed ad eum oratorem, quem quærimus (inquit Cicero) nihil. Orationes quas interposuit, multæ enim sunt, soleo utique laudare: imita

imitari neque possim, si velim: nec velim fortasse, si possim. Iam in sapientiæ studio quætus est Plato? At eius apologia pro Socrate nec patrono magnopere digna est nec reo. Ita est, magnum quiddam & varium eloquentia est: nec adhuc, vt Seneca verbis vtat, vlli se ita indulsit, vt tota contingeret: abundè felix, & præclare actum cum eo videri potest, cui portio contigit honesta. Nec id putaris in hoc tantum genere ab natura datum, statutumque. Comædia Pyladem habet eximie clarum, Bathyllum tragædia, muta vices, neutrum noueris. Perspectum id, obseruatumque & in corporis robore: siquidem legimus quosdam corpore quidem vescos fuisse, sed viribus eximii. Tritanum Varro prodit, itemque eius filium, & rectos & transversos cancellarum toto corpore habuisse neruos, virium elatione prodigiosa. Leontiscus ex Sicilia Mefenis, ex argumento Acrocherites cognominatus, summis aduersarum manibus corripiebat, contractumque non prius dimittebat, quam deficientem sentiret. Iam inter pyctas illi compar non reperitur, Alius carpenta manu comprehensa retinet, obnixus etiam si contra nitantur iumenta. Ille pondera immensa pedibus, manibus, humeris contra scalas fert. Age, bruta excute, hoc ipsum recognoris. Parua enim magna, vt M. Tullius inquit, sæpè rectissimè cõferuntur. Equos quantumuis celeres ac præstantes sint, putas ne omnes curculis accesserit? Ex canibus alios nouimus venaticos, nec tamen vsquequaque: alius apro, ceruo aptior alius: ille lucernarius, hic molossicus. Attendenda verò parte ista vehementer Origenis dogmata primo Contra Celsum libro, & tertio, esse spirituales quasdam energias, id est virtutes latentes, quos demones vel Deos secundos nuncupent Academicus, qui sunt velut magistri. Siquidem id agere, quod pro arbitrij sui potestate sibi delegerint, vnde profuatur inter homines sapientiæ diuersitas. Quippe esse energiam quæ poeticam inspiret, item quæ geometriam, ac deinceps disciplinas alias. Proinde vulgatum inter Græcos, iactatumque. Poësin citra insaniam non contingere, ac afflatu quendam, quo diuinaculos ferme corripit etiamnum animaduertamus. Quin pueros, magica disciplina demonibus ascitis, poemata præcinere stupenda. Sed & hinc forsitan Musarum ratio prorepsit, etiam Platonicis approbata, & Augustino quandoque: at Retractationum primo postea sprete, reprehensaque. Ptolemæi verò

sententia est in Centum enuntiatorum libro, Animam que sit cognitioni apta, veri plus assequituram, quam qui extra modum studiis inuigilarit. Ea verò censetur que à stellis cõ-
 citatur, & insita supellestile instructa in prociuctum pergit. Calliopes inuentum esse poësin, scribite Ioannes Grammaticus: nam & Clio historiam comperisse traditur, plantãdi artem Thalia, tibias Euterpe, cantum Melpomene, choream Terpsichore, nuptialia Erato & saltationem, agricolationem Polymnia, astrologiam Vrania. Quo argumento & nunc inuentis claros dicimus Musicos, mulieres autem Musas quoque. Tametsi vocatur Musa, non naturalis, & per se acquisita cognitio, sed ex institutione comparata. Ceterum iis omisis, redeo ad poëtas, de quorum origine magnã esse questionem aduerto. Ante Troianum bellum viginis quosdam, historica fides abundè testatur. Celeberrimus è Græcorum authoribus Pausanias, Olena quendam poëtam primum agnoscere videtur. Carmen tamen heroicũ Pythio Apollini deberi, Plinius author est. Quod ipsum nec Pausanias tacuit, & Plutarchus in Moralibus obseruauit, nec prætermisit Eustathius, Phe-monoeen primam id genus cecinisse prodens, quod per exochen dicatur epos, vel quod *ἐνορταία τῆς ἀρχαίας τοῦ ἔργου* id est quod responsa res consequantur. At Fabius: Poëma, inquit, nemo dubitarit perito quodam initio fufum, & aurium mensura, & similiter decurrentium spatiorum obseruatione esse generatum, mox in eo repertos pedes. Verũ, vt quod sentio, quòdque obseruatum mihi est, non dem in latebras, aut recondam in arcanis, quod bibliotaphi faciunt, sed id totum publicam materiam pergam facere, lego apud Quintilianũ, Imperito quodam initio fufum, ex Aristotelis doctrina: qui vbi poësin ex imitatione natam primum ostendit, quoniam imitandi studium sit ab ineunte ætate homini innatum, & eo ab brutis differat, mox subdit, Ad metrum natura procliuës maximè, paulatim poësin produxisse, ac genuisse *ἐκ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀκούματος*. Quod mihi non aliud profecto sonat, quam ex rudi principio. Ex hac verò imitandi ratione, vnde poësis ortum ducit, diuilla, disparatãque ars est, ac abiit quodammodo in membra plura. Nam pro cuiusque natura & moribus imitandi studium proferebatur. Honestiores enim pulchras honestãque actiones sibi imitandas proponebant: tenuiores autem humiliorẽsque viles iridem & ignobiles, &
 primo

primò quidem vituperationem complexi, sicuti hymnos alij & laudes concinnarunt. Ialemum nãque & Hymenæum tradit Ioannes Grammaticus, creditos Clius filios, id est hystoricæ cognitionis, quoniã flebiles cantus alter excogitarit, epithalamios autem & iambicos Hymenæus. Poëtarum itaque quosdam inuenio Monodos nuncupari, hoc est *μονοδούς*. alios verò Lyricos, qui & Melici nuncupantur, quod alibi probauimus: sicut epicum Cicero Enniũ vocauit, id est heroicum, vt Diomedes probat, de quo genere mox. Aliquos comicos, quidam tragici vocantur: aut alio modo alij. Sunt qui excellentiã quadam proprietate, nullo vtique peculiari insigniantur nomine, verum communi appellantur Poëta. Et Lyricorum quidem indicium, quo ab reliquis fecernuntur, & dicitur à Græcis *λύρικα*, id est præcipuum, quod ad Iyrã eorum concinuntur carmina, vt Pindari nouem Lyricorum principis. Constat iis cyclicus chorus hominibus quinquaginta, quod Lycophronis interpres scribit, iis item taurus fuit præmium. Monodorum verò peculiare est, sub vna tantum persona argumentum explicare quodlibet, quod illi dicitur *μονοδία* *ἢ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ*. Proprij tamen horum epitaphij censentur cantus. Est enim monodia cãtus lugubris: nam in tragœdia omnes è scena cantus, luctus sunt: sed monodia dicitur, quando vnus aliquis ab scena cantum profert, & non chorus simul. Monodicum verò poëma est, cuiusmodi in Alexandra concinnauit Lycophron. Sunt & sua grammaticis monodica, quo quidem vocabulo solitaria fere intelligunt nomina inflexus ratione, cuiusmodi *far*, quod in obliquis solũ R geminat: item *cor*, in genitiuo solum cordis faciens, D recepto: sic & S geminato, as asis. Epigrammatographi, seu anathematici statuis, aut id genus aliis templo dicatis, epigrammata ascribunt: quod in phiala Homerus fecit. In hoc genere Simonides inclaruit antiquior, cuius cõmeminit Herodotus. Iunior Alcæus, Vespasiani tẽpestate, ac Titi Atheniensis Proclus, Palladas, Agathias, innumeri alij. Asmatographi, & *ἀσματῶν*, ad barbiton vel citharam, aut musicum organum aliud cantica cõscribunt, cuiusmodi fuere (vt Phalerius prodit Demetrius) Automedes, Demodocus & Lares Corcyraei, ac Ithacensis Phemius. Epithalamio graphi rationẽ habent manifestam. Claruit inter eos Pharsalius Agamestor. Sed & Herododotus epithalamium eccinit Peleo & Theridi:

Τριστάσιος δὲ λέγει, καὶ τὸ τριτάσιος ὄνομα πηλοῦ,
ὅς ταις ἁπλοῦς ἰσθμῶν λέγει ἕνα ἑκατομῶν.

Comicoꝝ risus est proprius cum choris & personis, sed apud Græcos tantū: vt apud Aristophanem, Eupolin, Pherecratē. Tragicis familiaris est miseria & calamitas, sicuti Aeschilo, Sophocli, Euripidi. Eos verò qui peculiarius insignitiūsq; Poëte vocitantur, quatuor in primis cognobiles faciunt: metrum heroicum, fabula allegorica, historia, dictio cū dignitate ac heroica, metro in primis accommodata, non extrita, nec depressa. Hinc epos dictum carmen id genus, tamen si vocatur eo nomine *ἑμμετρος λόγος* propriè. Epica dignè omniū primus scripsit Liuius, qui decem & octo libris Romanorum res gestas perscripsit. Inter hæc sciendū tamen, & repetendum subinde, propter questionem de Luciano vulgatam, viro vtrique cum plerisque dicendi honestamenti erudito concitatorque, ac *ἠδύμετρος*, id est iuueniliter subinde exultanti, & quodam velut ferrumine fucatori, id poëtarum genus verè germanèque, sicuti Ioannes Grammaticus scribit, & Aristotelis ac Plutarchi in Homeri laudibus autoritate comprobatur, fabula inter noscitur allegorica. Hoc enim est horum *ἡρωικὸν γένος*, id est informatio: nam & character, Latine dicitur forma. Cuiusmodi Homerum apud Græcos recognoscimus, in nostris literis Maronem veneramus, colimus, in oculis gestamus, ex æquo ferè cum Homero suo stantem. Tantum debet Latina res Mantuano cælo, sub quo eloquentiæ specimè longè clarissimum & natum & parte quadam educatum est. Et quo vno post illa M. Tullij fulmina longè lateque coruscantia, aduersus Græcæ gentis fremitum, nimio plus sæpe insonantem, coorimur, obstitimusque. Poëte verò nomen inde propagatum scribit Eustathius, quod *ποιῆν* signet, *ἑμμετρος* cantare vel scribere. Virgilij meminuit idem Eustathius, in nauium catalogo apud Homerum, sed Vergilium inibi scriptum cõperi. Ethnographus Virgilium maluit, sicuti & in Græcis plerunque epigrammatis. Nam & Collectaneorū secundo, apud Græcos item in rusticis præceptis sic cõperi adnotatum: *ἑρμῆς* inquit, quisquis author fuit, femina nitro cõspersa laudat, & aqua insuper. In fragmentis Cecilij Minutiani Apuleij, veteris gràmatici adnotatū cõperi: Virgilium ab virgīs esse cognominatum, inter quas sit natus: propterea primam habere I, non E. cui suffragetur illud Calui.

Et

Et vates cui virga dedit memorabile nomen
Laurea.

Huic sententiæ Priscianus item calculum adiicit. Fatetur tamen idem Apuleius, in aliis Vergilium ab vergiliis insecti. Antheas Lindius poësin ex compositis nominibus excogitasse dicitur primus, qua postea Asopodorus Philiastus sit vsus. Poëtam postremò animus ab omni cura vacuus excitat mirifice, nec sine entusiasmo & alacritate quadam. Poëmata profiliis etiam Græci accipiunt quandoque, quos item Nosocomos vocant, & Gerotrophos.

Que hymnorum sint tradita species. *Hyporchema. Proscodia. Cur Bacchus Dithyræbus. Dithyrambici poëta. Cyclicus. Encyclia. Hymnos dici etiam soluta oratione. Epani, & enconij discrimina. Periautologia quid. Picam esse Baccho sacram. Thriambus vnde.*

CAP. V.

Inter ea quæ doctè pièque solent à poëtis tractari, & esse faciendi præcipit Plato, hymnos sæpe legimus, tum ab Homero & Orpheo, tum ab aliis mirificè concinnatos. Vnde & hymnologi vocantur Firmico: nam hynodici alij sunt. Quoniam verò non aliud hymnus est, quàm Dei cuiuspiam laus: sicuti rhetor definit Menander, etiam si apud poëtas pro cantu modo dici hymnū comperias, ex quo & hymnopoly vocantur, qui & acedopoli, Dum scrutarer, ecquid scitè doctèque super his mandatum literis foret, quod hæc lectiones nostras antiquas faceret locupletiores, in Græcorum penu, quod esse opulentius solet, & omniafariam rebus instructissimum, hæc sunt comperta mihi. Cantus diuinis accommodatos laudibus dici quidem vniuersim prænas & hymnos, priuatim verò non vnā esse eius rei nomenclaturam. Siquidem Dianæ hymnus dicitur hypingos: Apollinis hyporchema, vel prænas, qui maximè concinebatur, vt pestis latius grassantis reprimetur vis. Vnde etiam factum nomen etymologici argumentantur. *ἑρμῆς* quæ τὸν ποῖον, quia sedet pestem: quāquam & eadem ratione Apollo item dicatur prænas, siue à ferièdo quoque, quod *πᾶσι* dicitur, Vestalibus ita indignantibus, Apollo Medice, Apollo prænas. Dianæ verò & Apollinis hymnus, proscodia nuncupatur, Dionysij Dithyrambus. Sed & ipse

Dio

Dionysius Dithyrambus vocatur, veluti Lythirambus, vt est apud Pindarum, quod Iupiter illum assuisset femori, ac mox eo in lucem prodituro, in clamasset *ἄδι βέμυξ, ἄδι βέμυξ*, quod perinde est ac si dicas, Solue futuram, solue futurā. Vel quod secreta promens os dithyron faciat: nam eidem loquacitatis ratione cittam, id est picam esse sacram prodidere, ac basarrheum dicunt, *ἀπὸ τοῦ βάσειν*. Et inde poetæ Dithyrambici nuncupati, quibus quum frequentissimi esset moris ita exoriri, *ἀμφὶς αἰῶν*, inde Amphianctes facitissimè dici coepere, quin & *ἀμφὶς αἰῶν* pro eo quod est *ἡ ποσειδάσειον*, vsurparunt multi. Pericletus verò Lesbius dictionem dithyrambicam cecinisse fertur primus. At Milesius Melampides dithyramborum libros scripsit plures. Ex veteribus nonnulli ita de dithyrambis existimarunt, vt qui musicam corrumpere, proinde Callimachus de iis, *ὄδῳ δ' ἠὲ δῖον ἀνέσταν*, id est, spurij floruerunt poetæ. Ipsorum peculiare fuit, verbis vti compositis *ἡγεῖσθαι ἡλέειν*, id est nodosis implicitisque, sed & tumetibus: vnde dithyrambicus intellectus de obscuro dicitur, nec cuius periuo. Dithyrambicos dici quandoque inueni cycliodidascalos, quoniam encycelia doceant. Appellatur verò sic interdum quæ hypothesin habet eandem. Dithyrambum item cyclicum nonnulli interpretantur chorum. Quem dixerit Pindarus *βονδάτυμ*, id est boelatam, quod vincenti præmiū foret bos, vel quia cum clamore perficeretur, *ἀπὸ τοῦ βοῆ*. In Naxo primitus compertum, cecinit alicubi idem Pindarus: at dithyrambum primò, apud Thebas in Olympiis etiā Corinthi, Arione Methymnæo statuente initio, mox & Lasso Hermioneo. Thriambum credunt dici ab *θηρῶν ἡγεῖσθαι*, quo nomine in bellicis triumphis cauillantes inconditis iocis & anapæstis plurimum vtuntur. Ab Arione primū esse concinnatum nominatumque dithyrambum Corinthi, historia prima author Herodotus est. Sed ad hymnos redeo. Ceteris hymnum vocant Iulum. Linus verò & Litiæses, agrestis sunt cantilenæ. Venerios hymnos inuenio appellari eroticos, tanquam amatorios dicas. Nam est & suus vinolentorū hymnus, cuius Aristophanes commemorat in Ranis, diciturque, *crapalocomos*, quia *crapalen* vocant vinolentiæ tremorem. Comon verò comestationem, siue ebrietatis & intemperantiæ festum. Porrò hymnorum inuenire est, amplius inuenti species multiplices variâsq. Alij quippe clericici dicuntur apo

apopemptici alij, aut physici, mythici, genealogici, facti, euctici, apeuctici: quidam verò mixti. Clerici verò appellantur, qui deorum habent aduocationes: cuiusmodi plures apud Sappho comperias, & Anacreontem. Productiores hi aliquanto, vberiusque apud poetâs fusi, quàm oratione soluta. Apopemptici peregrinationem Dei alicuius completuntur, vt apud Bacchilidem. Clericis subaduersi sunt hi, quoniam emittunt: illi verò inuitant. Poëtis quoque familiares tantum apopemptici, quibus argumentum suggerit locus, e quo migratur, & rursus qui petitur. Physici habentur, qui Iouis, aut Apollinis, aut cuiusvis naturam explicant, veluti si ab sole non esse diuersum Apollinem ratiocinemur, quæque sit eius syderis via edisseramus. Propterea si physiologicos item dixeris, non multum aberraris. Eiusmodi reperias apud Parmenidem & Orphæum, & in primis Empedoclem. Vfus est Plato etiam in Phædro. Mythici, vt nomine apparet, fabulis constant, & per tenuem progrediuntur allegoriam. Genealogicos cum mythicis eosdem putant quidam, discernuntur tamen interstitio certo. In genealogicis parentes recensentur, veluti si Latonæ filium dicas Apollinem. Peplasmene, siue facti, quando constringimus Deum aut deorum vel dæmonum prolem, quem admodum Auriæ dæmona Simonides vocauit: alij Ocnium, & quidam alium quempiam: & apud Platonem Porus & Penia: item Amor, nunc ante terram progenitus, nunc Veneris filius. Rursus Pausanias medicæ arti præsidere amoris vim prædicat. Item Aristophanes conducere in vnum semifacta corpora. Euctici votum habent, & preces. Sicut reiicientis deprecationem, qui vocantur Apeuctici. Sed duo hi postremi alijs ferè adglutinantur. Nam qui vnum aliquem ex diis colaudarit, mox decurrit ad preces. Exempla passim suppetunt ex poetis. Sed & apud Platonem, O amice Pam: & quæ leguntur in Phædro. Sed sciterur fortè ex me aliquis, Sint ne hæc concessa poetis solum, an ne reiiciantur quidem ab hoc genere laudis proæ orationis conditores? Verum qui Platonis non sciendi modo, sed dicendi etiam magistri eminentissimi sacra quædoque adierit, illum cõperiet, tum in Symposio, tum in Phædro his vsurum omnibus. Hactenus de hymnis. Quos quia laudes deorum cõplecti diximus, adiiciamus auctarij loco id quoque, laudè hominis in Græcorum doctrina dici

dici quandoque epanon, aliàs encomion: sed disparantur à nonnullis hæc, vt in artibus docuit Menander. siquidem epanon vocitari aiunt testimonium, de aliquo ab singulari virtute, veluti quum Aristidem Iusti cognomento decoramus. Encomion verò ex virtutibus compingitur omnibus. In hoc per omnia excurrimus, genus commemorantes, nec non educationem, gesta, & id genus alia. Nonnulli sic discreuisse malunt, vt dicatur epanos, vbi quem ita laudamus, vt iudicio consensuque nostro laudandum censemus. Encomion verò laudem habet, sed non vtrique assensum animi verum: veluti si ollam laudes: vel vt Lucianus, muscam: aut calculos, vt Polycrates: non quia hæc admireris, sed ingenij vegetandi exercendique gratia. Quidam ita finierunt, Epanon esse orationem virtutis magnitudinem explicatam, encomion verò gesta præclara illustrare. Encomion, id est ἐπαινωμίον dici interpretantur, τὸ ἀπὸ τοῦ ἁπλοῦτος ἐν τοῖς λόγοις ἡγεῖται ἐπιπαινωμίον, quod in conuiujs concineretur, & Bacchanalibus, comestrationibusque, quas dicunt Comos, vel, ἁπλὸς τὸ ἐν τοῖς λόγοις ἁπλοῦτος ἁπλοῦτος, id est quia in vicis caneretur: quod tunc vicatim habitaretur Græcia. Periautologiam verò statuunt vocari, vbi quis seipsum laudat: vt est illud Achillis apud Homerum, ἔχ' ἐπαί, οἷόν ἐστι λέωνος τὸ μέγας τε. Nonne vides quàm pulcher ego, & quàm magnus? Sed & Maro noster,

Sum pius Aeneas fama super æthera notus.

Quia verò multa hætenus dicta de poëtis nobis, erat animus impingere capiti huic quiddam ex Dionysio olim obseruatum. Sed secreuisse præstiterit, ne planè fiat apologus Alcini, vt est apud Pollucem. Et qui subinde interiuungunt, ferius quidem aliquanto, sed magis vegeti diuertunt.

Cuiusmodi sit in poëmate vitium quod dicatur logoidiam, id est λογοιδία. Item qui sint etiã in Latinis literis logoi. Interibi orationis genera duo. Nec non quid logopœus, logion, vel logia, logistericus. Oraculorum vocabula. Gellij locus expenditur. Megabyzi. Logographi bis. Numerarij. Alogia. Alogistia. Logisteria mensa. Logodadali. Logarij. Tabularij. Diribitorij. Diribitores. Pedagogia. Pedagogium. Logades. Logij.
Item

Item obiter quid abacus, & abaculus. Poëtam non dici nisi summum. Epiphylides quid. Epiphyllocarpi. Rhyades quid.

CAP. VI.

Dionysius Halicarnassæus non historicus modò præclarus, sed eorum quoque quæ ad dicendi rationem spectant, obseruator non incuriosus, quum præcepta conderet, quibus metrica oratio compar soluta euaderet, postmodum sic infert: Nec verò suspicetur aliquis, ignorasse me, vitium quoddam in poëmate nuncupari logoidiam. Neque me ita rudem putet, vel imperitum, vt quod transuerso vngue sic dissecandum, inter virtutes poëtarum aut orationis censeam connumerandum. Audiat autem, quo pacto digna ab indignis arbitrer seiungenda. Orationum species duas nouisse videor: loquacem vnã, & prorsum nulli rei: alteram verò politicam, siue ciuilem, quæ multiplici cultu splendida est, & artificiosa maximè. Quemcunque igitur ex poëtis prius illud genus expressisse aduerto, ridiculum iudico. At qui, quod posterius, hic mihi & studio & emulatione dignus videtur. Hætenus Dionysius. Ex quibus perspicuum ferè arbitror dici logoidiam, non tam vbi versus soluta ferè oratio videtur, quàm quum futilem nugacemque imitatur. Quod eo procliuius adnotatum volui, quia & in nostris authoribus, & apud Ciceronem in primis, logos inuenio positos pro ridiculis contempnendisque dictis. Nam in quadam oratione sic scriptum ab eo legimus: Ego te certè scio omnes logos, qui in ludis dicti sunt, animaduertisse. Logopœos vtrique vocant Græci, qui falsa comminiscuntur, & inuulgant. Hinc in Nicia Plutarchus, tonsorem scribit ad rotam alligatum, velut λογοποιόν, quod Siciliensem cladem temere magistratibus obnuntiare ausus foret, ab peregrino in tonstrina exceptam. Contrà megabyzij logi, intelliguntur magni & elati: de Persarum rege mutuata dicendi formula. Sunt qui Barbaros interpretentur. Duces quoque regis Persici, Megabyzi nuncupantur. λογοποιονα certè confictum de re aliqua sermonem dici compario. In Hephestionis enchiridio lectum est logacœdica, id est λογοποιονα, nuncupari dactylica quædam, quæ in regio

regionibus quidem aliis dactylos habeat, postremā verò Syzygiam trochaicā. Logia, neutro genere, vocant oracula quae soluta aduntur oratione: nam quae metrum habent, *logoi* dicuntur. Logia verò in Epistola ad Corinthios interpretatione Chrysostomus conuentum vel congregationem exposuit. Quod si logion scribatur per *ei* diphthongum, id est *logoi*, ex Graeca ratione, qua nomina in *ei* producta à verbis in *ei*, circumflectuntur in penultima, & diphthongum recipiunt: locum signat in orchestra, aut orchestra ipsam, in quam comicus induceretur chorus, quanquā est crateris item species, logion. Quin & eodem nomine dicastrum intelligunt, hoc est iudiciale forum. In sanctis literis logion inter sacerdotalia ornamenta, rationale interpretantur. Logistas Aristophanis interpretis pro iis accipit, quos apud agoranomos dicere, moris erat. At hi non alij sunt, quam aediles. Putant alij logistas fuisse decem numero, forte lectos, qui Athenis expenderent, quae in magistratu quisque gessisset: cuiusmodi nunc syndicos vocamus. Logisterium verò locus erat, ubi considerent hi, ut Pollux etiam scribit. Nam supputandi peritiam, logistice Plato vocavit: simplex vulgus abacum dicit, puto, quia calculis uterentur in disputatione ac numerorum supputatione veteres, quos Plinius vocari abaculus prodidit. Logistoricum dici Varro nem, obseruauimus apud Sidonium. Seruius in librum Aeneidos quintum: Salue, inquit, & vale, secundum Varro nem in Logistoricis, synonyma sunt. Et Macrobius in Cœnis libro tertio: Varro, inquit, in Logistorico qui inscribitur Martius de fortuna. Inde forsitan in Gellianos codices turpe irrepsit mendum libro ultimo: Sculnam autem scriptum esse in historico M. Varronis, qui inscribitur Catus. Idem Leu-nius admonet, reponendum, in Logistorico qui inscribitur Capis. Erat autem de liberis educandis lucubratio, ex Gellio libro quarto, capite decimonono. Alogias, pro fatuitatibus usurpat Seneca: Citius, inquit, mihi verum, ne tibi alogias excutiam, dicito. Tabularium pro supputatore accepisse Vlpianus videtur, ubi ait: Ego etiam aduersus tabularium pu-tro actiones dandas, qui in computatione fefellit. Sunt qui eo nomine tabelliones intelligant, aut scribas Iogographos, qui publicas conficerent rationes, qui & numerarij dicantur. Militare logisterium inuenies apud Strabonem, quod an diribitorium dici, Latine queat, ambigunt eruditi. Id

ex di

ex diribendi potestate nominatum volunt, hoc est distribuendi: quia locus esset, in quo recederetur exercitus, & militibus stipendia numeraretur: quanquā est & diribitorium, ministratorum quoque, id est locus in quo obuersantur ministri. Qui quoniam Graecè dicantur pædes, pædagium Plinio item vocatur in Epistolis: Puer, inquit, in pædagio mixtus pluribus dormiebat. Dion in Calyulae vita: Si acrior, inquit, solis incubuisset vis, diribitorio theatri vice uteretur. Ab eodem in Tito, deflagrasse diribitorium, traditur Diribitores, sunt qui putent eos nuncupari qui suffragia candidatorum in digitos mitteret. Pædagogia Vlpiano Digestis de fundo instructo legato, sunt ministeria planè: Si instructum, inquit, fundum legasset, ea pædagogia quae ibi habebat, ut quum il-luc venisset, praesto essent in triclinio, legato continentur. Diribitores nominantur quoque Ammiano Marcellino, ni fallor, decimo & octavo libro. Logographos interpretatur Suda, qui *Ανακτορις λόγος γραφται*, id est acta in iudicialibus causis perscribunt: sed & qui rationum libros, quibus praerant, quos logistas dicunt. Quanquam est hoc item nomine iudex & inquisitor vel curator reipublicae, ut primo Codicis. Logisteriam, mensam legimus apud Pollucem, ubi & Tarpen dicit ex viminibus contexti solitam. Proa-gogia sunt quae Graecè opinentur dici aquarum deductiones, vel poros, meatusque. Alogistiam dicunt, ubi reddendarum rationum necessitas laxatur, remittiturque: unde emendatur luxatum verbum Iureconsultis, Digestorum vigesimo sexto, ubi tutores leguntur analogisti, pro eo quod est analogista, vel alogista, qui rationis calculum non subeunt testatoris voluntate. Apud Galenum Therapeutices primo, medicorum nonnulli analogistici vocantur. Logodadalos putat dici Hieronymus sermonis ingeniosos architectatores: Respondeant, inquit, logodadali & fastidiosi affirmatores omnium tractatorum. Scio quid ex Platone super eo verbo proferant alij. Logotheta magistratus erat imperatorum Byzantij. Logades sunt in Graeca historia, quos inter milites Liuius delectam manum vocare solet. In Epigrammate, logadas oculos quidam interpretantur. Herodotus etiam apud Persas fuisse scribit, quos appellat logios. Id verbum Graecis tum prudentem, tum eloquentem significat. Logarium, liber est domesticarum ra-

ff

tionum. Quia verò paulò ante affines esse oratoribus poetis astruere sumus visi, id vtique non negligendum, In poetis requiri perpetuò magnificentiam, altitudinem ac excellentiam quandam præignem. Proinde scienter Horatius,

Mediocribus esse poetis,

Non homines, non di, non concessere columnæ,

Sed & M. Tullij laudatur illud doctissimè enuntiatum Singulis vix seculis bonum poetam inuentum. Hinc facetissimè loquaces incessens poetæ Aristophanes. *ἐπιφυλλίδης* (inquit) sunt, ac *φυλλοκάρτα*. Dicuntur verò epiphyllides, botriunculi maioribus incumbentes, qui & botrydia nuncupantur. Callistratus tamen ab aliis sequestratos intelligere maluit. Appellantur autem sic, quia foliis obteguntur. Alij quæ adnascuntur palmitum cacuminibus in superna foliorum parte, hoc nomine accipiunt. Quod autem is sit Aristophanius sensus quem præteximus, facile quæ consequuntur declarant, *χελιδόνων μουσαῖα, δασυταῖα τήγων*. id est hirundinum musea, artis contumeliæ ac dedecora. Epiphyllocarpos autem arbores intelligunt, in foliis ferentes fructus, author Theophrastus, Rhyades in vitibus dicuntur, quæ fructum continent, *ἀπὸ τοῦ ῥυαδαῖα*, sicut expositum inuenimus quinto *ἰνδικῶν περὶ γεωργίας*. Sunt qui eo nomine psinadas intelligant, hoc est debiles, fluentesque. Psinadis vocabulo vitur Theophrastus. *ψινάδες* dicuntur Græci *ἀπορροῦν καὶ φυλλοκάρτα*. Mali indicia sunt, folia subsecca & albertia.

Temperantiæ nomen quàm latè pateat. Zamolxidis doctrina de anima medela. Quid magica excantatio. Cur temperantia dicatur Græcis σοφροσύνη

CAP. VII.

Scrutabar sollicitè admodum & curiosè nuper, quid ita Aristoteles libro De moribus sexto, & ante hunc Platò in libro quem Cratylum attitulauit, Temperantiam dicit Græcis *σωφροσύνην*, quia prudentiam seruet, literis mandasset. Quòmque in hanc me quæstionculam totum concessissem, comperi inter legendum non illepida, vt reor

nec sordentia quæpiam. Ea, quod exploratis auribus arrisura sum opinatus, etiam ascribere non grauabor: sic enim habet, Temperantiam præcipuè quidem in compescendis, inhibendisque & infrenandis quodammodo voluptatibus versari, plurimumque in ea re infumi operæ ab temperato, vt libidinū inuentis corporeis obluetur, obsistatque, quas nobis cum brutis esse communes, traditum est. Verum amplius etiam fusiúsque id sese nomen propagare: siquidem pulchritudinem rectè dixeris, ex lineis coloribusque aptè ac gratè con- temperatis cõsurgere: nec non corporis habitū naturalem ex membrorum & humorum conspiratu conslari moderato. Iam nec animum aliter quoque tantæ agnosci compotem virtutis, Temperatum esse hunc siquidem prædicamus, vbi coorientes aduersus rationis modum titillationes ac imperus violentos sedat. Imò verò & in cognoscendi potentia temperantiam concinnè locum sibi vendicare, non latet: vbi attemperatè Intelligentia iis quæ intelligit, coherentè adglutinatur, & veluti consonat. Vt commodè prorsum, & quodammodo diuinè Pythagoram dicere solitum legerimus, Inter virtutes omnes habere temperantiam principem in salubritate locum. Atque vna ea tum priuatim, tum publicè humanam societatem coalescere, ac stare. Apertius id noueris, si apud te ratiocinari volueris, nec iustitiam quidem à temperantia reuelli, Quando est ea commutandè distribuendique modus congruens. Iam & oratione eadem fortitudinem quoque in timoribus & audaciam rectè temperantiam dixeris. Nec secus de liberalitate. Imò verò hac singularis & inenarrabilis potentie virtute cuncta consistere, fatendum est: quoniam disponit parens ille rerum Deus cuncta suauiter, & in numero, pondere, mensura. Porrò scribit Platò, Zamolxidis Thracum regis doctrina traditum, Omnia vel bona vel mala in corpus ab anima demanare: proinde illam in primis, adhibita remedium salubritate, curari oportere. Animæ verò medelas esse incantationes quasdam, quibus temperantiam sibi vendicat anima, qua conquistà, assistentèque, nullo negotio corpori vniuerso contribui sanitatem. Cæterum quænam aut quales sunt incantationes hæc? Nempe quod præcipit Socrates, Vis qua in seipsum conuersio fit, omnium est efficacissima excantatio. Etenim qui se, id

est animum, iam cœperit accuratius contemplari, simul per ipsam temperantiæ ideam innatam menti, humanam recognosceret temperantiã: simul rationem illam intuens, qua ab optimo maximo Deo rationalis animæ vires inter se fuerint attemperatæ, paulò momento qua vi moriones possit aut debeat animorum inhibere, ne insolentius efferantur aut proruant, peruidebit. Quamobrem mpense obseruandum, quod lectum in libro De natura, nostrum hoc propositum eximie fulcit. Si modulatè conspirent inuicem animæ partes, rursùmque ipsa corpori contemperetur, futuros toties nos felicitatis compotes. Taceo quod grauissimi authoris prodere sunt ausi, Motibus tum corporeis, tum animalibus compositis & restinctis, fore vt perpetua vtrique contingat sanitas, corporis verò etiam viuendi prolixius spatium. Id Pythagorici gratè amplexantur, & comprobat in nostris literis doctissimus Celsorinus. Plato itaque magicam appellat incantatione oratione, cui insit vis à Deo, & ab philosophia ratio, vt audientibus temperantiæ amorè ingenerare queat. Hæc temperatiæ potestas illud item parit incomparabile, vt animus extrita perturbationum vellicantium caligine, in se ipsum conuersus vera in se omnia speculetur; quoniã vt Platonici putant, verorum omniũ lumina humanis animis insunt ingenita, quæ solis diuini fulgoribus illustrata, & serenata iam mente nitidius promicantia sapientiæ vsum restituant, mox & prudentiam pariunt. Propterea rectè Plato sophrosynem dici temperantiã autumat, ἐν σώσει τὴν σοφίαν, quia prudentiæ salus sit, atque conseruatio.

Fruget victus laus ex poeta Hesiodo. Alimos. Adipsos. De asphodelo pauca, Exempla ad id Alexandri, Iuliani imperatoris, & Scipionis, Item de Antagora. Quæ sint opsonia apyra, Apirenon quid. Item quid psyster, psysteridion, psygeus, psychia. Apirocalos. Ineptus an Græcè valeat exprimi. Interim de syræa carptim.

CAP. VIII.

Posteaquàm de temperantiã, cuius vim diximus ratione peculiari in cibi porus tactusque titillationibus versari, abundè actum à nobis est: nunc in quasdam historicas amœnitates diuertere collibuit, vt legentium, si qui tamen hi fuerint

rint, animi laxius indulgentiùsque tractentur, ne nostræ lucubratiunculæ quocunq; genio prodierint, multum habere absinthij credantur, mellis parũ, sicuti iam interfati sumus alicubi. Fiet autè ab poetæ Hesiodi versiculis initiũ ex agricolationis libro, quibus docuit sapienter, Diniidiũ esse plus toto: magnũmq; haberi emolumētum ex victus parsimonia, si malua vescaris & asphodelo, delicatiora verò & ganeata, ac faliaria negligas, Hesiodi versus hi sunt,

Νῆπιον δ' ἰσάσω ὅσο πικρὸν ἦεν πικρὸν,

ὅδ' ἄσων ἢ μάλαχ' ἢ καὶ ἀσφιδέλω μὲν ὄνειρα,

Eum locum Proclus Diadochus non incelebris inter Græcos Grammaticus explicans: Vilissimorum, inquit, commemorat parte hac Hesiodus, vnde ali possumus, maluæ scilicet & asphodeli: ex iis enim succus exprimebatur, parabatũque in cibi vsum: ex quo utilitas profuit maior, quàm ex sumptuosioribus per iniustitiã conquisitis. Aut certè, inquit, ex obuiò victum significauit. Epimenidè tertio Legum Plato scribit, modico, & interim vilissimo cibo interdũ fuisse contẽtum. Constabat is ex asphodelo & malua, quæ illum seruabãt alimon & adipson, hoc est ab fame procul & siti. Hactenus Hesiodicus interpres. Quòd si quis nosse amplius cupit, cuiusmodi sit asphodelos, legat vigesimum secundum Naturalis historiæ Plinij. Græci putant Proserpinæ sacrũ, & omnino inferis diis. Rhodij certè deam illam, & Dianam asphodelo coronant. Sed quod polliciti sumus, pergamus aliquid ex historia contexere, quod vsui sit legisse, & lectoris frõtem exporrigat. Siquidè memorabile id est, quod de Alexandro Magno clarissimi rerum conditores tradidere. Nam quũ illi Carum regina Ada scitissima subinde, ac adipata mitteret opsonia, & bellaria exquisitijs cõdita ab eius artificij hominibus, meliores peritiorèsque habere se opsopeos & coquos pronũtiãuit. Quippe ad prandij apparatus, quæ appetentiã cõciliet, præstò est nyctoporia, id est nocturnũ iter. Ad cœnam verò, quo fiat appetibilior, oligaristia, quam prandiũ præparcum rectè dixerimus. Hinc virtus illa promitur clarior, qua fretus Alexander, anea concha brachio supposita, extra cubile protèto, quum se quieti traderet, pilam tenuisse argenteam, vt quum neruorũ rigorẽ sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus cœpram abrumperet quietem. At Iulianus imperator nullo adiutus instrumento, vbi voluit, euigilauit: & nocte media

(vt Marcellinus inquit) exurgens, non è plumis aut sericis stragulis, ambiguo fulgore nitentibus, sed ex tapete, ac tisyra, quam vulgaris simplicitas sifurnā appellat, occultè Mercurio supplicabat, quem in mundo velociore sensum esse, motum mentis suscitantem, theologia prodidit doctrina. Caterum in hac mentione ingerit se mihi Antagoræ in poetica non ignobilis festiuissimum responsum: hic enim gula nonnihil impartendum ratus, congrum intentius coquebat: admonitus super ea re Antigonus, illique assistēs retro, leniter retractum interrogauit: Putas ne, inquit, o Antagora, Homerum Agamemnonis & Græcorū rebus carmine celebrandis distentum, quo pacto congrui melius saperent, pensitasse? Fuit illi ingenium in numero: & regerens cōiuitium. An opinaris (inquit) d̄rex, Agamemnonem, cui tatarum rerum onus incuberet, sollicitius perferutatum, ecquis in exercitu cōgrum coqueret? Scipio autē Aphricanus iunior, vt inter nostros hunc nec inhonoratum transeamus: quum in Romano exercitu apud Numantiam, milites luxuria diffuere ac deliciis comperisset, insuper & superstitione corruptos, cōfestim diuinaculos inde & sacrificulos omnes ac productiores exigendos curauit: abstulit & vascula omnia, ollis modo remissis, ac veru, & fictili poculo, etiā argenteo, modo libras duas non excederet. Lauandi vsu interdixit. Qui vngi vellēt, ipsos sibi operam præstare iussit. Nam, inquit, iumenta, quia manuum vsu diminuta sunt, alterius opem indiga requirunt. Stantes quoque prædere cōegit, cocti nil apponentes ex opsoniis quæ Græci ἀπυρα vocant, vt quæ igni non sint admota. Ipse sagura fibula substrictum, ac pullum gestans, exercitum iustrabat, submurmurans identidem, ob militum ignominiam esse se in luctu. Apyrenon obiter aliud, quā apyron esse: nam sic malum vocat punicum, cui minimus adest nucleus, quem ὀβρυχα, dicunt. Sunt ex veteribus, qui dulce sic malum intelligere. Anguillam Arcestratus apyrenon esse piscium solam cecinit, velut ex ossis ac spinarum exortem fere: quod retulit Athenæus, ἡ γὰρ ἀπυρα, ἢ φῶσσι ὄσθιν ἀπύρην, ἢ μὲν ὄσθιν. In Catone seniore apud Plutarchum, ἄπυρον legimus ἀπύρην ἢ ἀπύρον ἀπύρον. Aurum apyron in Herodoto, rude, intelligit interpret. At Diodorus Bibliotheces quarto, suapte vi purum, Apyros, id est ἀπύρην, inexpertum indicat. Vnde apirocalos, insolens: ac, vt volunt, ineptus, tamen

tamen non habere Gracos putat Cicero, quo modo ineptum exprimant. Non temperabo mihi, quin adiciam illud quoque Scipionis eiusdem: qui quum iumenta Memmij tribuni militaris deprehendisset, psycteras gemmatas; & thericlia subuectantia: Mihi, inquit, dies triginta, & patriæ: sed totum tibi vitæ tempus, quum sis talis, vanum & inutile prorsum fecisti. Est verò psycter, vas ad mensam vsu celebre: meminit libro decimo Pollux, sed citra nomenclaturam nihil. At nos vocabuli ratione etymologica, cōiectamus id propemodum rectè dici quod Sudas scribit, refrigerandi commoditatibus fuisse destinatum: cuiusmodi vasis etiamnum maximis astatis ardoribus vtimur hac tēpestate passim. Meminit in Symposio etiam Plato. Apud Alexin est item psycteridion. Vocatur psygeus quoque, sed & psycteria. Psycteres tamen apud Nicandrum, nemorosa intelliguntur loca, & umbra multa, dicata diis, quod in iis frigus liceat captare. Psychia nuncupat Athenæus, subterranea loca frige factandæ aquæ astu anni accommoda. Apyrum vinum interpretatur Athenæus non coctum, quando & coctis vsos priores, annotatū scimus.

Intemperantiæ detestatio. Corpus humanum esse tartarum quendam & pistrinum, ac mortuorum conceptaculum. Microtrapezi. Centenaria cœna. Italica mensa quæ intelligantur apud Platonem. Item Italica philosophia. Græcia magna quæ fuerit. Porro de Tarentinis & Sybaritis paucula & vellicatim. Item Siritis, & Polium vbi Mitrochitores qui. Necessarij cibi in Plutarcho cuius sint modi.

CAP.

IX.

Qui intemperantiā brutalēque prorsus gulæ explētē voluptatē amplius grauiusque infectati sunt; ij mihi appositissimè vidētur fecisse, quo ab insita sedaque percolandis, vt Seneca verbo vtat, esculetā & posculenta nos cupiditate sequestrarent seiungerentque: tamen nil me fallit, nec paruum varietates mutare, nec pellem suam Aethiopem: quum huic affectioni mancipatum corpus esse veluti tartarū scripsere: in quo suctiones graues infestent, & perflatus tumultuentur non absque astuosis ardoribus: sitque planè mortuorum conceptaculum, ac verius sepulchrū, siquidem

viuentes viuis neque alimur, neque augetur, verum animalia perimentes, a quibus haec nobis praestatur, etiam inu-
rii efficiuntur, omnimodum illis afferentes interitum, quae ab eo
quod nata erant, in alimentum transmutatur alienum. Adie-
ciunt & illud auctores sanctissimi, Multorum animas corpo-
re, tanquam mylone quodam, hoc est pistrino esse obuolutas
occlusasque. Quibus illud recte insusurraris, dignas quae tan-
quam ad Mithridatis literas plane omnes eradantur, vt in re-
liquum ne mu quidem faciant. Inde fit, vt praclare cum hu-
manis rebus actum iri putem, si quantum naturae ratio pati-
tur, Aegyptium nobis institutum proposuerimus imitandum:
etenim gentibus illis esse veteris in re funerea moris accepimus,
vt cadauera dissecantes, interanea eximant, eiciantque:
reliquum vero corpus iam quodammodo depuratū, abiectis
quae maxime feculenta sunt condimentis curēt, & odoramē-
tis inferciant: etiam si viros modo eos putant nonnulli, qui
& vorare plurimum & bibere valeat: sed hoc est Barbaris pec-
culiare, vt inquit Aristophanes. Certē alimentorum haec vix in-
teruallata ingestio, dum Megarensium ritu obsonamus, per-
inde ac die crastina morituri, mihi videtur non vitae modo,
vt ferē creditur, esse viaticū: sed magis multo mortis ipsius.
inde enim maxima aegritudinum vis, vt non minori sit nocu-
mento explendi studium, quam illa ipsa inanitio. Nos vero
non secus ventri intendimus nullam non naturae partem de-
populantes, in qua modo comperiat, quod intermoriētem
appetentiam excitet, ac si vna hac dempta cura, consilij inopia
videamur otio immoriturū. Nec illud saltem succurrit, eden-
di, bibēdi que voluptatem angustissimum in corpore locum
habere & dictum factumque (quod aiunt) transuolare. At bo-
ne Deus, apparatus quantum habet negotij, quantum mos-
tiae? Agnoscamus hoc licet, vel ex Homero, qui Deos ideo
immortales demonstrare videtur, quia nec vinum bibant, ne-
que item cibus vescantur.

Ὁὐ γὰρ εἶται ἔδον, οὐδὲ πίνουσιν ἀδονα ἄδινον.

Τὸν γὰρ ἀνοικιστὸν ἐστὶ, ἡγεῖ ἀβανωτοὺς νεκλῶνται.

Veteres certē Graecos non fuisse in epularum apparatu valde
curiosos, argumēto esse Antiphanes potest, qui nō citra mor-
sum *μυροτραχίς*, vt vocat eos: qui mox in deliciarum chaos se-
se demiserunt, velut centenarias taxat apud nostros cœnas in
Apologetico Septimius Florēs, ab centū impendio sestertio-
rum,

rū, quando & in lances etiānum tota producebantur metalla.
Dum ista cōmentarer, occurrit mihi Platonis ad Dionis ami-
cos epistola quedā, cuius & Tusculanarū quinto meminit M.
Tullius. In ea quā alia multa vitae in primis cōducuntia, tum
illud obseruauimus: Non fore prius vt malis agitari desina-
mus, quam si respublicas capeffere cœperint philosophiae in-
nutriti & probē recte: aut qui iam administrationi man^o ad-
mouerunt, verē philosophari ingrediātur. Qua, inquit, men-
te Italiam Siciliamque mihi adeundā censui. Eo quum appu-
lissim, vitā quā beatam vocant, Italicarū Syracusanarūque
mensarum non potui non summopere improbare. Mos enim
illis est iam receptus, bis die saginari epulis ac distēdi, noctu
verō libidinis socium adsciscere: & id genus alia perficere,
quae vitae sunt eiusmodi veluti propagines. Nemo enim om-
nium ita ab ineunte aetate cōnutritus, etiam si ingenio sit mi-
rus, prudentiā sibi queat vendicare. Haecenus ex Platone, vt
potui, est à me tralatum, in quo philosophi censurā incundē
sum exoculatus. Sed quod Italicas mensas peculiariter taxat,
quarum libro primo meminit Athenæus item, adnumerans
Chias quoque, vt de Syracusanis taceam: etenim ciuitatis eius
opes, vel prouerbio fuisse iactatas. Straboni credimus: fateor,
mihi stomachum mouit: ac velut redemptor & manceps, to-
to mihi standum pede pro locato, id est patriis focis atque
animaduerti. Suspiciatus sum initio quidem, aliquid virulen-
ti, & dicacitatis Graecae subesse verbis illis. Mox vt me colle-
gi, in eam ipsam gentem facile conuitium retorqueri, cōspi-
catus sum. Iam omnium primū veterem Italiae frugalita-
tem passim ab Graecis & Latinis commemoratam, quis non
nouit? Nullo magis argumento Barbarae gentes, etiam tem-
pestare hac, qua in summum luxus increuisse videtur, in nos
veneno suo irruunt, proscissa subinde conuiuiorū tenuitate,
quae apud illas missuum numerositate mirē ganeata, & impē-
dij magnitudine, & condiendi anxietate, deliciis distant.
Author ex Posidonio Athenæus est, Italos veteres ita frugali-
tate insignes fuisse, vt ad Posidonij tēpora, aquā ferē biberēt:
ac quicquid obiiceretur, esitarent: sapiusque filiū interrogaret
parens, Apios in cœna cuperet, an nuces: nec pluribus ves-
cantes quieti se traderēt. Adde, quod Archesstratus opophago-
rum, Hesiodus Theognisve, lupum laudans Milesium,
quem *βίη αὐτῶν* vocat, non admittendum ad id genus obso-
ff 5

nium Italos monet, quoniam in condiendis piscibus in scisci
 præcipue habeantur: etiam si legimus bis die sumptuosius
 Tyrhenos mensam solitos instruere, puellulis etiam nudis
 administrantibus, vt prolic Timæus, & commemorat Diodo-
 rus parte quadam. Taceo veteres Romanos, de quorum con-
 tinentia nemo non differit in libris. Quid disciplinam retru-
 cant ac tristem antiquorum Sabinorum commemorare? Quid
 transpadanam Italiam hac præcipue insignem virtute, Plinii
 Cæcilij astipulatu? Sed testibus res non eger. An igitur tam
 grauem, tam sanctum, tam præsignem animorū medicū Plato-
 nem mentitam videri volumus? Absit id à me piaculum.
 Ego Italicam mensam apud eum non alias accipio, quam Græ-
 cas: quod si quis forte sciolus, aut Sallustianus Calpurnius
 risu excipiendum putat, ab derisu non abesse se intelligat.
 Nonne clarissimum est, philosophiæ quoddam genus Itali-
 cum dici? Vnde nuncupatione hanc credimus irrepsisse? An
 quia id excoluerint Itali? Atqui eius author fuit Samius Py-
 thagoras, quod ex Augustino didicimus, & ante hunc Laër-
 tius docuerat. Amplius per Græcorum tantum capita vagata
 est, desitque in Epicurum. Cur ergo Italica? Audi Plinium
 ex tertio Naturalis historiæ: Græci, inquit, de Italia iudica-
 vere, genus in gloriam sui effulsissimum, quotam partem ex
 ea Græciam magnam appellando? Audi Trogius exiplica-
 tius scribentem: Ab Græcis non partem, sed vniuersam ferme
 Italiam fuisse occupatam, urbibus multis post tantam
 vastitatem Græci moris vestigia ostendantibus. Quod ipsum
 comprobatur Athenæus quoque libro Dipnosophistarum duo-
 decimo, ni e mentitus est librorum ordo & numerus. Quippe
 Adriâ Illyrico mari adiectâ, urbem esse Græcâ. Item in Apu-
 lia Harpos, Postea oram ferè vniuersam à Græcis occupatam
 circumductu tantum non perpetuo Pisas vsque, nec non inris
 quoque partem haud contemnendam. Inde igitur nomen
 claturam ducit Italica philosophia, vt quæ à Græcis in Italia
 parte celebrari cœpisset. In hanc se cõtulisse Platonem scimus,
 dum disiecta in quodam modo sapientiam sectatur. Architam
 siquidem adit Tarentinum, item Timæum ac Philolaum Py-
 thagoreos in Locris. Iam Tarētinas delicias quis non nouit?
 quando & primo Legum apud Platonem Megillus civitatis
 vniuersæ vinolentiam in Bacchanalibus se vidisse, non in-
 sciatur. Thurion, sive Sybarin eo tractu sinui Tarentino
 adia

adiacere, ex Ptolemæo scimus omnes. Horum verò incompa-
 rabilem molliciem quis nõ legit? Sybarica certè vocant Græ-
 ci omnia impendij maioris. Parthicam sybarim in Crasso di-
 xit Plutarchus, & ab eo mutuatus Appianus, apparatus spec-
 taculari lasciuum prurientemque inter pellicum feriem nu-
 merosam, & id genus alia complura. Sybariticam mensam
 Zenobius glisceram intelligit, & vt Plautus inquit, ritu bar-
 barico opiparâ. Scribit in moralibus Plutarchus: Illud fuisse
 veteris apud Sybaritas moris, vt conuiuia celebraturi anno
 prius per vocatores sceminas inuitarèt, quo luxuriosius gem-
 mis, auro, vnguentis, vestibus exquisiti impendij cultæ om-
 nium in se ora conuerterent. Artes porro, ait Athenæus, qua
 sono constant, ab ciuitate reiciunt, ne qua ratione interpel-
 letur quies, quin gallos quoque in vrbe cõnutriri recusabant.
 Habuere in deliciis & staturâ exiguâ homunculos & scop-
 pæos quoque, vt inquit Timon, qui ab quibusdam stilpones
 vocantur: ac cynaria Melitea, id est catellos Melitenfès, qui
 eos vel in gymnasia cõsectarentur. Iuniores æstiuos transmi-
 tunt ardores per delicias maximas apud nympharum antra,
 quas dicunt Lusiadas. Prædiuites si quando rusticationis sub-
 eunt desideria, currû quidem vehuntur, sed ita vt diurnum
 iter tribus vix diebus conficiant. Amidas excogitarunt pri-
 mi, id est matulas, quas etiamnum conuiujs intulisse gau-
 dent. Hæc est Italicarum apud Platonem mensarum ratio.
 Quæ eo proclinius adnotauimus, quod lamias audimus quas
 dam de Plautina (quod aiunt) familia, ad detrahendum modo
 sciola, de Platonis decreto, vt ipsi garrunt, nos vellicare, vt
 molliculos & gulones, ac pelusiotas nescio quos, & luteos, ani-
 malè que, nil suspectantes prorsum, sed Saturnalia in infini-
 tum extendentes. Sed & Maronis autoritas nostram appro-
 bat opinionem: sic enim Aeneidos tertio legimus, Heleno lo-
 quente, qui tum in Epiro constitutus proximâ habebat Apu-
 liam & Calabriam: sic verò Aeneam commonet,
*Has autem terras, Italiq; hanc litora oram,
 Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
 Effuge, cuncta malu habitantur mania Græis.*
 Fuere in eo tractu Sirite prope Metapontum, quorum vibs
 dicta Siris est, cum nominis eiusdem fluuiio. Sed & Polieum
 à Poliade Minerua, sive Poliacho apud Ilium. Hosce non
 Sybaritis minus in molliciem collapsos, Græcis credimus: nam

nam floridas illis tunicas gestare fuit moris, quas etiam mitris, hoc est cingulis impendij eximij præcingerent: quo nomine ab adiacentibus populis dicti Mitrochirones, quoniam distinctos Homerus amitrochironas nuncupet. Sritarum denique felicitatem ampliter admiratur Archilochus. Impositum verò ciuitati nomen ab Sride muliere, vt Timæus inquit, ac significat Euripides: quamuis ab flumine malit Archilochus. Necessarios cibos, id est *βρωσις ἀδελφείας*, dicit in Plutarchi Parallelis obseruauimus, homini infuetos, & omnium penuria qualitos. Denique inquit, præter famem crassante morbo, vt affolet, *ἔτι βρωσις ἀδελφείας τρεπομένη* in reliquos qui superfuerant, abduxit.

Voluptatis genera tria. Luxus Asiaticus, & Ionicus. Enarratur locus Propertij & Horatij alter. Ioniam pro violariis. Rhodonia. Crinonia. Anthos porphyron. Papauerculū. Papauer. Cionia. Cion vas. Faraginata. Olla rhoduntia. Ion. id est viola, cur dicatur. Violam cur vocent Latini. Ionium mare. Milesius sermo, & fabella Milesia. Lastrigonas esse Leontinos. Attica bellaria. Sculorum mollis victus, & Leontinorum. Umbra cœna, & Homericæ. Anagoga, & catagogia. Murum de Syracusanis. Caupones Italici.

CAP. X.

Alexis poëta Thurius, siue Sybarites, comœdias ædificauit plures. In earum quadam, veluti terrarum orbi sanciret leges: Decere, inquit, modestissimum quenque voluptates cōsciscere. Eas verò esse tres, quæ dubio procul vim possideant vitæ conferentem, τὸ πᾶν, τὸ φαγῆν, τὸ τὴν ἀπορίαν τυχεῖν, hoc est potum, esum, Veneria. Cætera verò omnia dicere, inquit, oportet *ἠποδύλαξ*: ac si additamenta dicamus. Huius verò comica, & adeò grauis sententiæ, perinde ac ex diuiniore quopiam oraculo prodiiisset, admirari succurrit, quam agminati & confertim constipatæque mortalium plurimi cōsectatores se profiteantur, & veluti sponte, Volonum instar, nomina dantes decuriandos sese exhibeant, eiusque vnius fiducia conturbent. Asiaticas illecebras & popinationes ex paulò politioribus non ferè est, qui non legerit. Quoniam lauritia

tia inde, & immodici sumptus, ac non necessaria voluptatum genera ortum habuere, & fusa mox latius, ac veluti incendiū euagata non paucos in perniciem emollidis fluidisque moribus pertraxere. Ioniam legimus omnium primam vnguētis delibutâ ornatâque corollis in conuiuio decubuisse. Mens quoque secundæ, in sine luxu iritamentum, non aliunde irrepsisse videntur. Vt minus mirer Sybaritas luxuriæ mancipatos, sicuti in Sudæ monumentis proditur, inter mortales cunctos Ionas eximie colere, ac exoculari assueuisse, quod inter Græcos mollicie præsignes maximè forent. Nam & Plutarchus scribit: Alcibiadem, qui ferè polypi & chamæleontis miram exhibebat naturam, in Lacedæmonia fuisse seuerum & grauem, & quod illi plurimi faciunt, pugnatorem egregium. In Ionia verò inertem, mollem, voluptarium, fluxum: pollucto nunquam non addictum, etiam si pollincto videretur dignior, quod hæc adeò sint eius gentis peculiaria, vt in comicis Græcis Ionicum pro molli & delicato positum inuenias. & Ioniam nonnulli callitrapezon vocant, ac trypheram. Hoc eo libentius apposui, vt Propertio ferremus opè, & poëtae illius studiosos nostris lucubrationibus iuuaremus pro virili. Eum verò conuelli magis audio, etiam ab doctissimis, quam enarrari. Propertij versiculi sunt hi:

*At tu, seu mollis qua tendit Ionia, seu qua
Lydia Pætheli tinguit aratra liquor.*

Enarrantur & iis Horatiani versiculi ex tertio Carminum,

Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo.

Ioniam nunc Asiæ regionem intelligo: cuius ciuitates numero duodecim celebratur ab eruditis. Nam scribit Stephanus, Ioniam prius, quæ nunc Attica est, fuisse nuncupatam ab Ionio Apollinis & Creusæ filio. Sit verò illud austarij loco: nam studioforum emolumento libenter in parerga excurrimus. Ionia, si accentu inculum in postrema recipiat apud Græcos, locum signat, vbi violæ nascuntur, quæ dicantur ia: quod probat Libanius: sicuti rhodonia, vbi rosæ. Sunt qui plantâ ipsam eo nomine intelligant: quanquam est & ganeati genus condimenti rhodonia, in Athenæi monumentis. Sed *ρῶσιν* inquit *ρῶσιν* nuncupatur quoque, id est olla rhoduntia: concinabatur auium cerebellis ac porcorum in rosa decoctis numerosiore, addito item garo, oleo, vino, pipere, ouorū luteis, quæ is vocat *τῶν ὄσων τὰ χρυσῶν*. Obiter illud ex Græcis comper

pertum mihi *θεραπειαν ωριγη γρηγοριαν* vndecimo, quod & nostri obseruarunt: Ion dici, quia quum foret in vaccam Io deformata, illius pabulo repens viola prodiit, quæ à nobis videtur dicta potest, quasi vitula. Verùm ad Ioniam redeo, ne videatur velut de spatio ablatas. Ab aliis autem floribus, inquit in thesauris suis Pollux, an fiant id genus deriuationes, non noui. Cur non nouisti, vir doctissime: Crinonia in tuis authoribus locus nuncupatur, vbi crina habentur, id est lilia. Nam & Latine ferraginarum, pro loco dicitur vbi feritur farrago. Ioniam pro violario meminit in Pace Aristophanes. Sunt quibus Ioniam videatur flos, is qui purpurarum ac buccinorum est proprius, ab Democrito nuncupatur anthos porphirion, inter papauerulum & ceruiculam, quod in Athenæi relatum thesauris est. Dicitur verò papauerulum buccini pars ima esculentatque. Est tamen eodem authore, callus pinne interior, & conchilij quoque papauer. Verùm in Dioscoride non ionia, sed cionia legendum arbitratur Hermolaus Barbarus, vt collemellam intelligamus: quando & vulgo cionion dicitur viureum vas, seu cion. Rhodoniam verò meminit Aristophanis interpres: meminit Demosthenes quoque. Crinoniam Suda non prætermisit. Ionium autem mare ab Ius nomine nuncupatum ferunt: etiam si ab Illyrio viro Ionio, mauule Theopompus. Nam Archidamus etiam ab Ionibus, in eo qui naufragium fecerint. Milesius Apulei sermo, ex Ionum mollicie originem ducit, pruriens ac lasciuus: Nam & Milesias dici fabellas, norunt omnes. Iulius Capitolinus in Clodio Albino: Milesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter scripte sint. Et paulò post ex Seueri epistola: Quum ille naniis quibusdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apuleij sui, & ludicra literaria confenseret. Milesiorum signa in scolis solita decantari, scribit aduersus Ruffinum Hieronymus. Atheras nemovnam pro dignitate laudasse satis videtur: inde enim humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. Vera sunt ista propemodum, non imus inficias. Tu tamen tam exulta, tam grauitam philosophiæ confectatrix ciuitas Alexidis sententiæ & ipsa calculum adiciis in gastrismo, id est ventris indulgètia. Literis siquidem tuis proditum est, imò ne tergiuersari queas, ab tuis ciuibus mandatum memoriæ, Attica bellaria fuisse

Iaura

Iaura admodum & pollucibilia, quæ cupediarum excellentia frontem matutinam quoque prolestant. Meminit tertio De republica Plato. Quid verò de Siculis dicam, etiam si acutis & controuersis natura? Mensas quidem Syracufanas, quarum meminit Lucianus, nec Zenobius pertransiit, ab philosopho iam damnatas taceo. Synesius in commentario De somniis, Siculorum videtur luxum nouisse: Mensam, inquit, Siculam paratam placet, etiam medicam. Ceterum cuiusmodi forent eius insulæ mores, optimè omnium monstrasse videtur poeta Philoxenus ex colonis vnus, qui in Siciliam misi fuerant: nam quum inibi domum & agros sortitus esset feraces, vnde ali abundè posset, indigenarum verò mores prælatos animaduertisset, ac nimio plus delicatos, & multam præferentes inconcinnitatem, *Μὰ τὸς θεὸς ἀπέχετ' ἵνα τὰ ἄγλα ἀνὰ τὸν ἄνθρωπον ἴδω τὰύτα*. Non per deos, inquit, hac me in perniciem bona dabunt, sed ego ipsa potius. Et cum dicto relicta fociis sorte, euauigauit inde. Leontinos in eadem populos insula scribit Diogenianus, inter pocula obuersari assidue cum maxima solitos sceditate, in quam calamitatem Phalaridis scruitia videbantur recidisse, à quo victi bello & armis exuti, ne mox res nouas affectare possent, conuiuiorum hilaritibus & vinolentiæ sunt relictæ. Ab iisdem quoque in Eryce populis religiosè cultam legimus Venerem, cuius honori dicantur anagoga. Hæ verò intelligebantur, quum in Libyam inuisse peregrinationem credebatur dea, cum qua simul emigrarent colubæ, quæ mox catagogiis redirent nono die post, vna primum è mari aduolante ac subeunte templum. Scribit Lycophronis interpres, Lastrygonas esse, qui nunc in Sicilia dicantur Leontini. Prodidit Stephanus, Lastrygonas cum Cyclopibus primos Siciliam incoluisse. At Plinius libro tertio Formiæ, inquit, antiqua Lastrygonum sedes. Siculos, vt ingenio pingui, damnant Græci. Plutarchus de Timæo: Non Lydiū, inquit, currum pedes assequitur, vt ait Pindarus: sed rudis est omnino, ac puerilis, & vt inquit Diphilus, pinguis, *ἀνδραπέδη & ἄσπις οὐρανίου*, id est adipe scedatus Siculo. Scribit Cicero, Siculam gentem esse acutam, & natura controuersam: vnde factum, vt Siculi Corax & Tisias dicendi præcepta condiderint primi. Sed omnem excedit admirationem quod de Syracufanis apud veteres obseruatū legimus: lege siquidè sancitum illis fuit, ne mulier vlla pretiosius ornaretur, ni se

con

constupratam prius esset cōfessa. Caterūm & viris cautū quoque, ne sumptuosiore vestē induerēt, ni aduersos auerfosq; impudicos se comprobassent. Vmblica tamen symposia paulo opulentiora videtur Plutarchus accipere in Symposiacis: Ad cōnā, inquit, venit vnusquisque propriū ferens ventrem, qui non expletur, eo quod aequale est, sed quod sufficit. Vmblica autē conuiuia illa nil opus est ex militaribus & castratis sibus cōnis huc transferre: sed & Homericā valere sinam, subfamelicā enim sunt, siticulosa: habēt quoque heftiarchas, id est modipugnandū, vbi micant gladij, & atrocissimus visitur Mars, obiectare nō desinunt, quantū quis apud se hauserit. Hucusque Plutarchus: ex quo propter reconditiore dotrinam, pluscula transferre collibuit. Quod tamen de Italicis refertur cauponibus, scire conuenit, esse id haud perpetuum, quod ex Polybio liquet Historiarū secundo, in Italicā descriptione. Super vmblicis verō cōuiujs scrutabar impense, ecquid in veteribus memorijs reperire esset, vnde qualicumque demanasset luxus is, ac comperiebam in Aristotelis libro, si modo non infititius est, *πρὸν θανάτου ἀναστροφῆς*, apud Vmbros animalia ter quotannis partum aedere: terram verō largiores semper fructus producere, quā demessuerint prius: mulieres item esse *παρρηγοῦντες*, id est praefecundas, raro siquidem vnum parere, duos vel tres sapius. Esse verō Vmbros Græci scribunt, in Padī meditullio, & Picentum. Sed & Simbros quādoque distos, inuenio. Hosce item vt delicatioris vitæ ac cōturbatores in primis Abrodiatos ab Græcis inaccessi comperio, ac compari Lydis ratione vitam transigere consueisse. In Vmbrijs tamen parsimoniam laudat poëta Catullus. Terram voluptariam significantius à Græcis *τιμωρῆς*, inquit Hieronymus, dici.

*Victus frugi ex Platone. Mensa sacra. Gula insectatio breuis ex Porphyrio. Dioscurorum prandium Arbenis. Mensa Aegyptia, Democratica, Satrapica. Rogatiani historia minus vulgata. Athletarū sugillatio fœda. Edacium catalogus. Addephagis templum. & Cereris *εὐστῆς*. Megalartus. Megaloma^zza. Sphæram habere bona sua, quid. Terpsion ga^{stro}*

Strologia auctor primus. Voluptatem esse monochronon. Cur vnus tantum homo ciborum appetat diuersitatem.

CAP. XI.

HAec est Abronum vita, hic luxus omnia gulæ studio prodigentium, ac ne in rutis quidem, & cæcis solum sibi paternum omnino relinquentium. Hi ganeones, profligatoresque, & quibus animam scias pro sale datam quorū vita sagina est. Sed age: ex Platone eodē, vnde exorsus sumus, mutuemur vicissim, quæ ad sanitatē Apitios, qui visuntur etiam hac tempestate plures, reuocent, mensuram compressa suffrenatæque voragine. Quoniam sicuti astruebat Democritus, ambitiosam mēsam fortuna, parcam, virtus apponit. Et Censorius Cato: Cultus, inquit, magna cura tibi, magna virtutis incuria. Igitur cōstituturus philosophus hic semper ferē diuinus ciuitatem: quæ sui prius quā aliorum compos fiat: quæq; non tam terrorem gentibus quā venerationem sui nominis augustiorem sit iniectura, veluti caelestis quādā res prioribus lineis expressa in terris: inter alia diuiniore ingenio excogitata, etiam quæ ad victus rationem spectant, tam sapiens, tamque admirabilis conditor minus neglexit, ad retundendam hellsuantium, & familiam pecuniāmque suam muritationum gurgitibus proluentium lasciuientē gulam. Nam libro secundo De iusto, sic fermē scribit: Aestiujs, inquit, temporibus parte plurima, neque vestibus fulcentur, neque item calceis, At hyemalibus vtraque ad cōmodum adhibebuntur. Panibus vescuntur hordeaceis, aut etiā frumentaceis, quibus calamos subiiciunt, aut frondes puras. Ipsi verō substratis ex milace ac myrto lectulis, decubent cum liberis, coronati interim, nec vino abstinentes diuinas laudes concelebrando: vt ita hilarius viuant, ac iucundius, nec filiis operam dabunt, præter rationem calculorum. Porrò opsonia non alia erunt, quā sal, oliuæ, caseus, porrum, olera quoque ex agris veluti pulmenta. Adiciamus & belliariorum aliquid. Sint verō hæc, ficus, cicer, faba, myrri baccæ, quæ vocant myrra, necnon ex fago glans prunis tosta. In potu autem summum adhibeatur temperamentum, vt hæc ratione salubriter confenscant, ac tranquillè viuendi exemplum posteris relicturi. Hoc est nobile Platonis decretum: hic fundus, & estandi fundamentum: omne quod quā v-

rum quàm sanctum est, utinam tam id festiuit excipiamus omnes, ut mensam sacram & mitem, sicuti scienter inquit Synefius, turgidæ incipiamus, ac nuptiis repotiiſque anteferre: & Apitij, ac Paxami iura, valere iam sinamus, ne dum fartura perglicit, opimatúrque corpus, nubillum menti præ tendatur cimmerium. Quod eo esset præstandum procliuius temperiúsque, quoniam doctissimi quoque Porphyrius veteri mancipatos homunculos, immundorum dæmonum vasa fieri scribit. Seruatum verò Athenis Græci tradunt, antiqui victus exemplum, quum Dioscuris in Prytaneo apponderetur prandium: mensis enim inferebatur caseus, ac physter. Est autem eo nomine, maza species, Oliuæ quoque, quas drypetes vocant: item porrum. Mensa verò Aegyptia cuiusmodi foret, nam neque hoc ab proposito dissentaneum est, ex Philostrati verbis licet coniectare in Dionysio sophiste, quem ab Adriano imperatore illis infertum tradit, qui in museo pascerentur. Museum verò, inquit, mensa Aegyptia, conuocans omnes in orbe terrarū eloquentia illustres. Adnotatum in Græcis authoribus, Democraticā vocari mensam, quæ sumptu modico plures alat, cuius fuit modi Atheniensis Cimonis. Satrapicam verò, quæ impensa nimia dicitur præparari, id est paucos admittat deliciis, diffuentes, qualis visebatur Lucullea, unde illud in adolescentem, *πλοῦτων ὡς ἡγάα*, *ἄνθρωπων ὡς ἡγάα*, *ἀγαθῶν ὡς ἡγάα*. Caterum prius quàm inde digrediamur, succurrit exemplū frugalitatis nobile senatoris Rogatiani, cuius idem meminit porphyrius. Is ergo sapientiæ studio egregiè intentus, nil habebat antiquius, quàm ut quantum ratio pateretur, animū ab vitæ cogitationibus seuocaret, qua mobrè nec bonorum curam omnino ducebat, quin & feruos à se reiecit, nec vllos vnquā honores admisit. Nam proditurus quādoque prætor, iam licitoribus illi apparētibus nulla prorsus dignitatis habita ratione, nec prodire quidem sustinuit. Imò & propria domo relicta, apud amicos diuertebat, contentus semel interdium dedisse operam cibo. Quæ viuendi ratio tam incuriosa, tamque sui negligens illuc demum profecit: ut quum podagra infestaretur prius, mox tanquam in multos annos impetratis induciis, aut disſo die, ita cōualesceret, ut manuū pedūmq; munere nō vteretur secus ac quilibet maximè vigentium: qua quidem re factum est, ut veteri synericæque philosophatīs iniigne esset, ac haberetur exemplum.

plar. At obsecro, Herculis polyphagiam, ut Græcè dicamus, & polyposiam, quis non nouit? Quin Vlyſſis edacitatem, ac læmargiam, & luxuriæ efferueſcentis æstum ex carmine Homericò aucupatur Athenæus. Iam Theagenes Thafius athleta taurū vorabat solus: quod in Epigrammatū libro prodit Posidippus. Milonem Crotoniatam scribit Theodorus, carniū minas deglutisse viginti, & panis totidē, vini choas perſicasse tres: sed & in Olympia quadrimum solus per diem abstumpit taurum, per stadium antea humeris circumlatū. Astydamas Milesius ab Persa Ariobarzane vocatus quandoq; quicquid omnibus destinatum foret, voraturum se repromisit, impleuitque. Sed de athleticis non magnopere mirandum, quādo ipsum hoc profiteri videntur: propterea in Autolico primo Euripides, Multa quidem inter Græcos mala versari scribit, athletico tamen genere nil profum haberi peius, ut qui malarum serui sint, ac ventris. Carmen ipsum quod attulit instanter, etiam apposui:

κακῶν γὰρ ὄντων μνηστῶν λέξι' ἑλλάδα,

ὄντων λέξιόν ἐστιν ἀδελφῶν γένος.

Camblera Lydorum regem, scribit Xanthus in id voradi studio euectum, ut nocte quadam uxorem quoque abstumpserit: quūque summo mane illius manū in ore cōperisset, semet iugulasse. Rhodij Timocreontis edacitatem, ac bibendi auaritatem, sepulchro insculptum declarat distichum:

Πολλὰ πῶτον καὶ πολλὰ φαγῶν καὶ πόσιον ἕως ἐπιπῶν

αὐθιγῶνος, καὶ μὴ τιμῶν ἴδου.

Quid, quod in Sicilia Addephagiæ visebatur templum, id est edacitatis, ac Ceteris statua, quæ dicitur *σιτώ*? Velut apud Bœoticiæ Solum Megalarti, & Megalomazi. Aleman poeta panphagum vocat semet. Ac sunt hæc quidem patrimonia non Deo pollucientium exempla, sed gulæ: quid verò pollucientium dico, tanquam bonorum decumam contriuisse, putent fatistimò verò sua omnia, & se denique deuoluentium in balthrum sic, ut in pollinētura, ne supersit quidem quod funeri infundatur. Eiusmodi fuisse Sippium, Plutarcho credimus. Eleganter verò id genus hominum dicunt poëta, præsertim Græci, bona sibi habere velut spharam, quæ in ventrem facillè deuoluerint. Diodorus, inquit Alexis, annis duobus *σφῆραρον ἀπὸ θεῶν ἢ τῶν ἀνθρώπων ἐστίν*. Terpsiona, Arcestrati præceptorem, omnium principem gastrologiam conscri-

psisse, compertum nobis ex Græco penu. Voluptatem Aristip-
pus esse monochronon dicebat, id est temporis vnus, quo-
niam præterita ad nos pertineat nihil, futura nec dum addit.
Sed enim quærat forsitan curiosior aliquis, vnde sit potissimum,
quod inter cuncta animantia vnus homo ciborum experat
diuersitatem, reliquis vel vno contentis, vel omnino longe
paucioribus. Difficultati, & quæstionis inuolucro sic ferme
occurrunt naturæ viri capaces: quod nobilitatis magnitudi-
ne, producta omnia humanis destinantur vsibus, id quod in
aliis non fit. Porro & constitutionum varietas in vno tantum
comperta est hominè, huc enim temperatum astruimus, san-
guineum illum, alium phlegmaticum, & deinceps. Nam in
specie sua, bruta sunt omnia, vel pituitosa, vt sues, pecudes:
melancholica nonnulla, vt cerui, boues, vnde fieri, vt homini
alimentoꝝ genus non vnum videatur necessarium. Deni-
que animale nos appetitum insequimur, qui ideo varius
probat, quoniam ad opposita se habeant eius potentia: In
brutis appetentia viget naturalis, cuius ratio est alia.

*Qui sit in Familiaribus epistolis, trapezophorus, contra
omnium hæctenus enarrationes. De trapezophoro
item intellexisse Iuuenalem. Mensarum genera.
Atlantes, telamones, magides, xylon. Troianorum
mensa. Monopodia. Mesa, qua & mensa. Abacus.*

CAP. XII.

Quum M. Tullij Epistolas familiares enarrarem Pata-
tis tamen nostratibus, incidi in Epistolam ad Fabium Gal-
lũ, ex libro (ni fallor) septimo, in qua ita legebamus: Trape-
zophorum, si te delectat, habebis. Id verbum tanquam obex-
molestior, multum iniecit moram, quod non ita frequens
videretur: & interpres, vt plerunque, auribus paulò erectio-
ribus minus satisfaceret. Sed quum in Græcorum penu di-
uerissem, vasariis omnibus (quod aiunt) excusis, tandem
quod inquisitioni diuturnæ & sollicitæ fuerat, sum visus re-
perisse. Siquidem in libro Iulij Pollucis decimo, ita legi: Li-
cet porro mensam in qua pocula reponuntur, tetrapum di-
cere; aut etiam monopum: vel, si quis ambitiosè ne nouis
quidem

quidem abstineat, trapezophorum, velut qui mensam gesser.
hæc Pollux. Qui & si non omnino vetus verbum putat, tra-
pezophorum: interpretis tamen refellit incertiam, in eo hal-
lucinantis maxime. Nam etiam si in veteribus Græcorum li-
bris in ea notione trapezophorus non ferè comperitur, quis
tamen inficias eat, Ciceronis ætate in vsu fuisse. Pollux cer-
tè negare non videretur. Nam alibi, mensam coquinariã ab iu-
nioribus dici, epicopanon scribit: & tamen infert statim, ver-
bum id extare in Menandri Messenia. Verum & apud Iure-
consultum Florentinũ, Digestis de supellectili legata, id ver-
bum reperias notione quam præstruximus. Porro quis vn-
quam vel legit vel audiuit, Sacerdotis, quæ dicta sit trapezo-
phoros, statuam, vt rem planè visendam, ac velut obryzatum
omnino nummum, circumferri solitam? Quid tam præsigne
in Palladis ministerio vel fecit illa, vel excogitauit: vt nõ ab-
sonum sit, huiusmodi honores illi fuisse contributos? Præter
nomè vix aliud reperias quicquam de ea in literis. Quod ita
esse, significare videtur Harpocratio, à quo exponitur eã di-
ctio. Ego verò trapezophorum intelligo apud Ciceronè, sta-
tuam, quæ poculorum mensam sustineret. Nam ex Vitruuij
doctrina manifesto liquere omnibus puto, Imagines homi-
num exculpi solitas, quæ columnas subiectæ fulcirent, aut
tigna, vel id genus alia, quas Græci atlantas vocet, Latini tela-
mones. Quo in genere habentur, quæ caryatides vocantur,
necnon epistylia sustinentes statuæ Persicæ: Quod & nostris
temporibus nullo non in loco conuiscitur. Sed in re confessã,
nimis multa. De trapezophoro puto etiã Satyrum nobilem
intellexisse, qui & nostræ sententiæ addit tibicinem:

Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex

Ornamentum abaci, necnon & parvulus infra

Cantharus, & recubans sub eodem marmore Chiron.

Si cui non triuialia placent magis, quod ab Luscinia Cocy-
cem nequeat disparare: placeat, opinor, & Cyprij bouis merè
da. Lego in nostris monumentis, & apud Varronè in primis,
fuisse apud Romanos viniariã mensam rotundam, quæ dice-
retur cylibantum, à poculis quæ *lobrinas* Græci vocant. Item
mensam alteram lapideam quadratam oblonga columella
suffultam. Hanc cartibũ, ab gerendo appellarunt, mox & car-
tibus. Tertium mensæ genus quadratũ & ipsum, vasis mo-
do destinatum, dicebatur vrnarium, quod vrnas cum aqua

positas ibi potissimum habebant in culina. In Iulij Pollucij Onomastico inuenias & hæc: Erant, inquit, mensæ primæ, secundæ, tertiæ. Tripodas dicebant, quibus illæ superponebantur. Nam mensas ipsas etiam magidas nuncupabant, ut est apud Sophoclem. Mensam nummulariorum, Demosthenes xylon vocauit. alij etiam pinaca. Fuit & mensa, quæ diceretur logisteria. Illud adiciendum. Mēsas Troianorum, de quibus est illud Virgilianum, Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus, ab Græcis interpretibus tradi selininas fuisse, id est apiastras: vel ex panis portionibus præduris. Caterum quæ mensa est apud Virgilium, citra N. à Varone dicitur mēsa, quia media poneretur, originatione nimirum Græca. Scribit Lilius, Cn. Manlio Volsone de Asiaticis triumphum ducente, luxuriæ peregrinæ originem primū inuestam in Urbem. Inde lectos primò æratos, & vestem stragulam preciosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ suppellectilis habebantur, monopodia, & abacos adduxere milites, Tunc psalteria, sambucistræque, & cœuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Tum coquus, villissimum antiquis mancipium, & æstimatione & vsu in precio esse. Et quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta.

Quid sit apud Platonem, Nartecophoros esse multos Bacchos verò paucos. Bacchus quid. Ebrietas anima duplex. Nectar quid. Bacchus cur Soter. Sphalter. Enorches demon. Enorchus. Bacchus cur iuuenis & senex.

CAP.

XIII.

QVI Socratica instituta Christianæ integritatis esse idolum quoddam & imaginem, aut saltem vmbra, scriptis prodidere: atque Instrumentum Vetus Platonica confirmari theologia: ex qua, veluti ex quo Troiano, innumera prodierint doctrinarum lumina: nouū verò, Socratis moribus, & sapientia: hi profecto, absit inuidia verbo, vel soli, vel cum paucis admodum, rerum altitudinem, quæ illorum hominum ingenijs arcana ratione artifex Deus inseruit, concepisse videntur. Nam ut de alijs nunc discussio non fiat, nec examen acrius: quale obsecro illud est, quod ab Socrate in Platonis libro De anima, disseritur? Nam quum inculpati philosophi meditationem in eo versari docuisset, ut animam

seiuugat

seiuugat diuellatque à corpore, quoniã verè ingenuèque philosophantem ita prorsum sentire necessariū est, se non alibi purius sapientiam comparaturum, quàm in futura post mortem vita, addidissetque, virtutem veram in purificatione consistere, quæ fortitudine, iustitia, temperatã & sapientia demū contingat: mox infert: Quamobrem qui mysteria sanxere, haudquaquam negligendi sunt. Nam arcana quadam ratione impensè nos videntur admonere, quisquis inferos petat, non ita expurgatus & initiatus, in cœno cum volutari: quæ maxima turba est: at qui secus, cum dijs agere. Propterea inquit: Narthecophori quidem multi, Bacchi verò perpauci. Sunt verò hi non alij, quàm rectè philosophiæ mysterijs imbuti. Quid his paucis verbis sanctius? Quid Christianæ veritati magis consentaneum? Religionem, inquit, sanctitatemque præterdunt quidem plures, sed quousquisque culpationibus reclinat, quas vitæ deprecatur castitas, scopū pertingit, aut induit perfectionem? falsum quoque vocantur omnes, electorum tamen mira paucitas: nemine nõ discum potius audiente, quàm verè philosophantem. Nam & Chrystostomus: Multi, inquit, sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi nomine, pauci re. Non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. Non vestis tenera, ut est apud Hieronymum, clericum facit: aut sacerdotem: sed casta mentis intentio, humanæ proprietatis retinētissima quæque peccatorum proluuium prætextu nullo exemptum purgatūque eat. Sed cur nam Bacchus pro germano philosopho aut viro ad vnguem facto, ut poëtæ verbis utar? Bacchum Platonici putant quandoque principem ac summum quendam sacerdotem. Hunc bis natum ab mythicis consingi tradunt, qui significent futurum sacerdotem, statim initiatum renasci oportere: vel sacerdotis perfecti mentem Deo penitus ebriam videri iam renatam. Hoc ne quis miretur, sciimus ab Museo tradi, mirum iustitiæ præmium perpetuam videri ebrietatem: Quod ipsum antea per Dionysij sacra Orpheus inter veteres theologos perillustri significauerat. Cui propheticum illud non dissentaneum est. Inebriabor ab veritate domus tuæ. Ebrietatem in anima duplicem intelligunt perici: nam & potus est duplex. Quippe pars illa purissima altissimaque, qua vel sustentantur diuina, vel constant, nectar vocatur, & deorum esse creditur potus. Inferior verò

ac turbidior animarum potus nuncupatur: diciturque in veterū doctrina Lethæus fluiuius. Anima igitur in corpus iamā lapsura, vbi ad inferiora defertur, syluestrem tumultum, vt Plato vult, incipit sentire, delibutāque ac grauata vinolenta (vt sic dicam) alluione, diuinorum obliuiscitur, & circa terrena delirat: dūmque corporeis amplius oblectatur, & pascitur, in corpoream degenerat naturam, tōtque ac tantis offunditur erroribus, vt mētis acie hebetata, in iis tantū veritatem quærat, quæ imagines sunt & vmbra, vt Plotinus docuit sciet. Deceptio verò hæc inter mala prorsum maximè noxia. Et hæc quidem ebrietas vna est, grauis ac pestilens, ob quam eleganter rectēque anima infra se & extra se cōstitui dicitur. Huiusce verò ebrietatis initiū statuunt craterem Liberi patris inter cancrum leonemque locatum, quia descēsuris animis illic sylua influat primum. Altera verò, quā nectaris conciliat potus, fragilioris naturæ, labentisque obliuionē inducit. Anima ita affecta diuinis intendit, illa cōtemplans veneratur. Cæterum excellentium rerum fulgore corusco quasi hebescit primò, aut mirandæ dulcedinis succum prægustans suauius, infueto quodam ardore nouū induit habitum prioris oblita: Sed post paulò prægustatā diuinitatis iucūditatem iam largius clariūque intues inenarrabile ducit inde alimētum, extra se quidē, sed & supra se posita. Ex iis opinor, liquet acrius intuenti, quid ita Bacchi nomine summam sacerdotem aut Deo inherentem virum latices nectareos hauriētē Platonicorum secretior doctrina intelligendū dederit. Apud grammaticos est piscis nomen bacchus, quem chellarem vocant & oniscum. In oppido Herminthi taurus soli cōsecratus collitur, bacchin cognomināt: eius color in horas mutatus euariat: hirsutie mira in primis, in diuersum setis abeūtibus, quā sit animantium cæterarum natura. Quod verò de nectare facta mentio, amplius sciendum, esse qui nectar interpretentur vinum in Lydiæ Olympo concinnatū fauis promixtis & floribus odoratis. Anaxandrides non potum accipit nectaris nomine, sed cibū. Succinit Alcman quoque. Sappho etiam ambrosiæ craterem dicit. Sed nec Homerus esse deorum potionem nectar nouisse, creditur. Bacchum præterea legimus *οὐτίπα* nuncupatum Græcis, quod eos in Myſia, Telepho grassante, seruarit, obiecta fortè illi vite, quæ res ab dolo id genus dicta Sphaltes est. Soteris Bacchi commemi-

nit Plinius, sed ratione alia. Dæmō enorches apud Lycophro-nem Dionysius intelligitur in Lesbo. Thyesten nanque cum sorore Dana coeuentem genuisse Enorchū memorant: à quo fit conciliatum nomen Deo, sed muto & fœdissimor aut certè quoniam eius mysteria cum saltatione celebrarentur, id est *μὲν ἔγχλιος*: vel etiam quia pudenda quandoque sculnea, & pellicos sibi assuisset phallos ceruorum. Apud Homerū Iliados ψ , enorcha testes habentia intelliguntur, cuiusmodi fluminibus immolari consueant. Bacchum item nūc iuuenem expingebant, nunc senem, bibendi intemperiem significātes vel contrā: addebatur & caluitij deformitas, quia vinolentorum est, arcana prodere. Nam & Alcæus inquit, *αἶψα γὰρ ἀνθρώπων θανάτος*. Atheniensibus sacra Liberi fuisse præcipua, scribit Dion. Ea quū Adrianus in veste indigena concelebrasset magnificè, templum Liberi, quod Panhellenin vocant, constructū permisit.

Tres esse principes supra mundum. Iouem esse mundi animam. Quid Dionysius. Itē qui Titanes. Qui Typhon. Cacoethes. Sporadici morbi. Endemi. Epidemi. Cur homines dicantur Dionysiaci. Catacecaumene. Catacecaumenites vinum. Ceraunobolia. Virgili locus quarto Georgicorum.

CAP.

XIIII.

Sed ne quem omnino fallam, pergāque porrò comperta mihi in arcanis veterum libris in literas dare, admonēdos censui studiosos omnes, non vno modo accipi Dionysium ab illis: verum quo apertior tota res fiat, sic reperio Theologos antiquiores ita ratiocinatos, vt super mundum tres haberi principes, opinarentur: Oromasin, Mitrin, Arimanin: id est, Deum, mentem, animam. Nec ignoro, à grammaticis dici Arimanium, à bellandi furore. Dei propriā astruunt vnitatem, mentis ordinem, animæ motum. à solo Deo primam ipsam in mundo fieri vnitatem partium, & totius: à mente, virtute Dei, ordinem vnitarum partium: ab anima superiorum virtute motum fieri operis ordinati. Hac anima prima in mundo, tanquam animali suo regnans, vitalē virtutem vt placuit Plotino, à centro, id est à terra, velut à corde, per totum videtur propagare. Sensualem verò motricem

à sphaeris superioribus, velut à capite inchoans, cæteris inde communicare. Ab hac non aliter mundanum corpus alitur atque ducitur, quàm per vitam inde corpori addictam, quæ vita ab superiori substantia, quantum substantia est, habet ut alat moueatque alendo. In hac vita genitura officium ita cum imaginatione concurrir, vt sese mutuo moueant. Sicut ad genituram parata est, sic prorsus imaginatur: Sicut vicissim imaginatur, ita fit ad gignendum promptior. Animam hanc Orpheus Iouem appellat, Sub eius vniuersali providentia, Dionysij constituit providentiam, id est naturam, seu vegetalem animam mundanæ potentiam. Eius membra sunt rationes rerum seminales in natura. Quæ quidem membra quando per generationem quasi procedunt in materiam, à Titanibus discerpti finguntur. Sunt verò Titanes, genitura præfecti dæmones, qui persuasi à Iunone, id est à processionis generationisque cura laniare Dionysij membra traduntur, quasi Osiridis membra, id est viuificæ providentiæ, ab Typhone concepta, hoc est ab dæmonum generis eorum dice: quia commune illius in cunctis aequè gignedis & mouendis officium differentes inter se partiuntur in sortes, rerumque species ad singula generando deducunt. Quod verò his adnectitur ex Orpheo item, Ob conceptionem eiusmodi deuorationemque fuisse ab Ioue tactos de cælo Titanas, eum ferè sensum habet, illos ad cælestia esse conuersos: Quod illis ardentibus enati ferantur homines, significat ex diuina eorum cura homines in lucem produisse vitalem, qui ea de causa Dionysiaci nuncupentur, vt qui ex Titanibus videantur nati, quos Dionysij membra pauerant. Si quis forte, vt & hoc attingam obiter, sollicitius querit, quos nam dicamus genitura præfectos dæmonas: legat is Platonis Timæum, vbi post mundi creationem inducitur princeps rerum Deus iunioribus diis inferiorum animalium generationem mandare, & hominis præsertim: Qui, inquit, cum immortalibus appellatione conueniat, diuinusque vocetur, habeat principatum, iustitiam colat, ac vos item. Ego vobis semen, & initium tradam. Vos cætera exsequi par est, vt faciatis generetisque animalia, & consumptursum recipiatis. Postremò addamus & aliquid ex Græco penu. Est regio sole perusta, quam Mysi possideant, & Lydi exuta arboribus omnino visitur, præter vitē. Catacecaemenen

vocant,

vocant, inde vinum habetur virtute præstans, catacecaemenenites *ὀίνος* vocatur. Ex quo & nonnullorum perelegans circumfertur iocus, Dionysium dici rectè *ὄινος*, id est ex igne natum. Catacecaemenen dici coniectant de fulminū frequentia, quam ceraunoboliam vocant: auctor Stephanus, meminit Strabo. Est & eo nomine Erythræi maris insula. Denique vinum hoc significasse Virgilius quarto Georgicon videtur, quum ait Cyrene ad Aristæum:

Cape Nitæon, carchestia Bacchi.

Etiã si id minus aduertunt interpretes. Quod ad Typhonem attinet, est quidem eo nomine ventus turbulētus, atque item *ὄινος* dicitur, id est igneus dæmon: sed apud Galenum etiã febris *ὄινος*, sicut morbus *ναλόνος*, vt parergon hoc adnotemus: qui re quidem magnus est ac difficilis, nec crisin habens certam: tamen si facilitatis speciem præferat. Legimus item sporadicos dici morbos, qui quouis tempore obueniāt, & loco: sicut *ὄινος*, qui in certis grassentur regionibus: *πρόβητος*, qui temporibus quibusdam plures eodem infestent loco. Epidemeticos sunt qui forriarios modo à Gallis opinentur dici.

Quæ, & quot significet Cora. Quo differat ab partheno, nymphæ, & gync. Coronomus. Cybolum. Cybitus, siue cubitus. Phlœa. Phlyax. Arrianus explicatur, & emendatur. Item de Dionysio plura sciri digna. Cur dicatur taurus. Taurophagus. Tauropolos Diana & tauropus. Dionysius. Sabazius. Vnde sabbata. An Iudei Bacchum coluerint. Ficorum inuentor, & fructuum. Ceruorum nomina plura. Vno aquam quis misceuerit primus. Tripus Dionysij. Item quid bassara. Scenophegia. De Anio pluscula. Interim vnde Tauromenium. Tauros cur dicant Græci omnia violenta. Problastus. Sabaia Scenophegia. Cerua an habeant cornua. Bassus, cur pro humili.

Quod nam, dicat aliquis, propositū tibi est? Nos quidem à te racemationem quandam ex paulò iucundiorē vindemia expectabamus, qua ingenium fieret instructius, & vita comptior, morum ratio excusior, limatiōque. Tu verò subinde Herculis cothurnū tibi tentas inducere, nec te intra pelliculam continēs supra crepidam iudicando, dum inseris operi, quæ exactius requirant examen, & philosophorū laceram redoleant. Fateor, prægustata suauitas, illūque Platoniorum symbolum τὸ δᾶρον, transuersum ita me rapit quandoque, vt mihi sæpè videar ad Lotophagorū gentem diuertisse. Sed bene est, suppetunt, qui me oblitum reuocent, ac velut ex locato mecum agant: sed ita, vt respectare tamen liceat, & carptim, more bibentis in Aegypto canis, quo pascatur animus, præcerpere. Ecce verò monitor primus Arrianus manū iniicit, ac fronte rugosiore: Quid, inquit, differs? quin meo candori restitutum pergis? Tu quidem de Dionysio multa ex Platonis expiscaris. At Dionysius meus, quem Latini tui in secundo Alexandri gestorum Ione ac Cora satum reddidere, qualis nam tibi videtur? aut quam esse putas Coram istam? Ego verò tanti viri autoritate commotior intentius circumspicere cœpi, & amplius indagine latiore tesqua omnia & vepreta ac cōdensa scrutari, vt quippiam venarer, quod historico nobilissimo appositum leniret stomachum, demūque resupinata librorum sylvæ, hæc proruissè sum visus. Coram quidem variè capi in authoribus: primūque Molossorum gentem eo nomine puellas decenter forma conspicuas nuncupare. Propterea eorundem rex Ades, siue Aidoneus, vti est apud Plutarchum filiam appellauit Coram, quam rapere adortus sit Pirithous. Sed & pro virgine capi Coram, adnotauit Eustathius, ἀνὰ τὸ λυπηρὸν, quod ornare indicat, sed & repurgare, quorum vtunque ætati congruit incorruptæ ac puræ: vnde fiat forma deminuta, corasion. Disparari tamen ab Cora & Partheno nympham inuenias: quippe parthenon intelligunt, in sciam prorsus virilis concubitus: nympham, quæ viro antè paulò iuncta, necdum tamen pepererit: gynem verò dicunt, quæ partum iam susceperit. verum & coras, poëtæ naues dicunt protoploos, id est primum in aquam coniectas, tanquam planè virgines sint. Coram itè Græci pupillam in oculo vocant, quia ἐν νύκτι τὴν ἀδελφὴν, ex concauo profluit lachryma, vnde dicatur etiam collurium. Est item cora, impedimen-

dimentum sistens profuuium, & nummi species. Id verò insigniter aduertendum, coras pro vestium manicis capi, aut eiusmodi quopiam, quæ manibus plerunque porrectiores comparantur: ob idque impedimentum afferant, si in eas immittantur manus, ne quid possit fieri. Proinde lectum in historia est: Ab Cyro sororis Darij filios necatos, quòd illi occurrētes, in coras non immisissent manus, quod vni tantum regi assueuerat fieri. Ad hoc autè & Pollucis illud spectarit: nam quum interiorem cubiti cavitatem, olecranum dici pronuntiasset: extimam verò commissuram, ancona: coronomus, inquit, medicorum est. Dicunt autem hoc & cybolum, id est κόβωλον: sed & cybitum dicas, sicut Hippocrates. Nam est Dorienſium in sicilia vocabulum: vnde *λυβρισηρ*, Epicharmo est cubito ferire. Coram verò dici puellam ex aliis quampiam, nec legi, nec audiui: sed Proserpinam ita ab Græcis nuncupari, nemo in literis tam feriatas, qui nesciat. Ita verò in Arriano fuisse transferendum, argumento sunt pleraque: & M. Tullius in primis, qui tertio De natura Deorum, ex Dionysio vnum Iouis & Proserpinæ filium recognoscit, Coræ autem minime. Apud Xenophontem libro Rerum Græcarum sexto, in oratione quadam, Triptolemus dicitur Cereris & Coræ sacra arcana primus communicasse hospitibus Herculi & Dioscuris, qui & Peloponnensibus Cæteris femina sit elargitus primum. Apud Plutarchum tamen in Græcis codicibus sic adnotatum comperias, Aidoneum vxori Persephones indidisse nomē, filiam verò appellasse Coram. Lacones Coram deam vocant Phlœam: at Phlyax dicitur vinolentus, ac ridicularius. Sopatrus apud Athenæum appellatur phlyacographos: de quo verbo mox item pauca. Scribit Clemens, Iouem commutatam in anguem intulisse Proserpinæ filia: vitium, vnde sit natus Dionysius. Quo argumento etiam Sabaziorū mystica draconem præferunt in orbem complicatum. Hinc & poëtæ draconem tauri patrem dum concelebrant, symbolicè opertèque Iouem innuunt, ex quo & filia, natus hic sit tauri specie. Quare ab Lycophrone taurum vocari, scimus. Scribit Athenæus, tauro & pardali asimulari Bacchum ex ebriorum violentia. Nam quod in tragœdia, cui attritulario est Tyro, Sophocles taurophagum vocat Dionysium, id interpretantur, quia dithyramborum poëtis in victoria daretur bos. Alij crudelem & immitem accipiunt, quando & Aristoteli

stophanes Cratinum ita infamavit. Sed ad violentiam magis referendum alij putant, quod philcenus esset is, hoc est vino indulgeret largius. Et Dianam tauroponon vocant, sicut in Periegesi Dionysius Apher, non ab gente solum, sed & ab animal, ut probat Eustathius: quia armētis praesit, vel quia cum luna eadem sit, quae tauris vestatur, & Tauropus dicitur. Certè Martis & Dianae sacrificia apud Amazonas scribit Diodorus tauroponia nunc pari. Author porro Diodorus in Philippi regis historia: Andromachum Timaei historici patrem coactis in vnum qui cladi superfuerāt, ab Dionysio Naxo euerfata, aurum vbi vicinum collē diutius incoluisse: quare Tauromenij nomen loco conciliatum, quae mox opulentior fuit ciuitas. Ceterum magna omnia & violenta, tauros Graeci nuncuparunt veteres, de Asiatici montis natura, quem ita nominatum scribit in Periegesi Apher Dionysius, quia sit

Coruina nam summus scopulis imitatur acutis.

Vt inquit Rhemnius Fannius Dionysium verò dictum scribit Hesiodi interpretis, veluti *Διωνυσίου*, quia sit vini dator. Id antea Plato quoque proclerat. Propterea in vindemiis faciem eius multo tingere, ac ficis, consuetudo fuit vetus: inde ab Siculis Bacchus dicebatur Morychus, quia *μυρῶνα* signet polluere, ac foedare. Problaston, id est *πρόβλαστον* vocant, quia egerminantibus vitium palmitibus, illi fieret diuina res, vel quum eisdem forent putaturi, Dionysium dici interpretatur. Phurnutus, ab *φύρνω* *ἵππος ἡ δὲ γῆ*, quia iucundē, suauiterque nos irriget; vel quasi *Διωνυσίου* nam & ratione eadem Alysum quoque vocarunt, quoniam curas soluat, vel quod ad montē Siritium enata primum tradatur vitis. Lyzum dicunt, non solum quia membra soluat, sed amplius, quoniam ex intemperanti potu coaritur saepe discordia, soluiturque hominū vanitas. Sed & deridiculi gratia vocabatur Erebinthos, quae vox tum legumen nobis indicat, tum pudenda viri, ut est apud Aristophanem. Quod conuictum paulo impudenciores etiam nunc hoc tempore vsurpant. Sabazion verò appellatum volunt, à tripudiis quae ab furentibus fierent, quando id à Barbaris *σαβάζειν* dicatur. Sabos autem dicebant ei Deo consecrata loca, quin & Bacchos eius eodem nuntiabant vocabulo, id est Orgia celebrantes: sic enim hi quoque dicuntur, quamuis etiam Bacchus sit coronae species. Inde simpliciter vulgò irre-

psisse opinor in plerisque Italiae locis, ut pro agitare vsurpent lauazare. Sabos inuenias vel apud Demosthenem pro Ctesiphonte. Sabazium esse Dionysium docuit libro secundo Amphiteus. At Mnascas Dionysij filium accipit Sabaziū. Sabaia paupertinus est apud Illyricos potus, ex hordeo vel frumento colliquatus: vnde Sabaiarius infestitur, probrosum nomen. Lacedaemonios Sofibius tradit, Dionysium colere Syciten cognomento. quia ficum ab eo inuentam opinentur. Quo argumento Milichius etiam dicitur quādoque: nam milicha proficis vsurpari animaduertimus. Apud Naxios certè simulachrorum facies nunc vitiginea conformatur, nunc ficulna, prout vel Bacchus dicitur, vel Milichius. Pomorum quoque inuentorem Dionysium ferunt, & Syracusius significat Theocritus, qui *μῦρα δῶρος* nuncupat, & illis eum coronari scribit Callimachus, vnde mutuata Venus dedit Hippomeni, quibus & in amorem praecipit Atalanta, quod canit Philetas. Sunt qui augurentur dici poma Dionysij, à loco qui sit Deo illi sacer. Quin & omnium repertorem fabulantur, quae *ἀμφίβοτα* vocant Graeci, quo nomine fructus intelligunt arbores. Scitu verò dignum quod in Symposiacis innuere Plotarchus videtur: sabbata Iudaeorum ex huius vocabuli ratione nuncupari, quando ab Iudaeis Bacchum coli solitum, inde coniecit, quod ea se die inuicem ad bibendum largius soliti essent inuitare. Mel porro nec sacris inferat, quod admixtum obledere videatur vinum: sed & apud illos supplicium haberi maximum, si cui multa sic irrogetur, ut certum tempus vino cogatur parcere. Ducit item argumentum ex pontificis habitu, qui festis diebus mitram gestaret, nebrida indutus auro distinctam, & tunicam quoque talarē, ac cothurnos, propendentibus ab veste codonibus multis, hoc est tintinnabulis, quae inter eundem obtinniant, sicut inquit apud nos. Putat porro Hebraeorum scenophegia, quae sub tentoriis aguntur, mensis pomis omnifariam onustis, habere cum Baccho similitudinem aliquam, quoniam scenae illae palmitibus, & hedera compingerentur, & vindemia in primis vigente, festum ageretur, à quo non multis interiectis diebus, altera sequeretur celebritas, Bacchi verò nomine insignis. Quin & aliae, quae craterophoriae & thyrsophoriae nominant, ab Thyrsis, cum quibus templum ingrediantur. Ceterum quid intus faciant, nescimus, inquit. Non aliud verò esse, quam

quàm debacchationes, veri prorsum sit simile. Siquidē tubis vtuntur modi non magni: sicut & Argiui in Dionysii. Cum citharis accedunt alij, quos ipsi Leuitas vocant vel ab Lilio, vel ab Euio, Bacchi cognominibus. Additur id quoque, ab sue Iudæos abstineret, quod ab eo genere sit interēptus Adonis, quem esse Bacchū ferē constat. Sed de hoc variē traditur, imoq; alibi plura. Hæc sunt quæ ex Plutarcho recensui mus: quæ quàm commentitia sint, quantumque habeant vanitatis, vel me tacente, nemini obscurū puto. Quod verò de nebride facta nobis mentio est, amplius attendendum, nebrida dicitur ceruinam pellem; quippe est nebrus inter ceruos, qui nunc primum βορὰν ἰνδιχεται, id est alimentum admittit: proinde Anacreon nuncupat, *ἡδὴ βόρην γαλατῶν*, id est nuper virefcentem lactentēque. Apud Philētā obseruatū Græcis est, primigenios ceruos dici procas, vnde appellata Proconnesos: grādiores paulò iam dici cemasdes valēt. Perfecta demū ætate cerui, nisi eos item qui achæinæ nuncupentur, aut spathinæ, quædam ætatis esse discrimina, cōiectet aliquis, vel etiā generum ex magnitudine, vel cornibus interstiria. Græci scholiastæ in iis fatagunt egregiē: sed ita, vt nec sibi admodū satisfaciunt. Est & illud in ceruis adnotatū discrimen, forminas in iis cornuum carere insigni, etiam si cornutas fingant poëtæ omnes: nam in Olympiis Pindarus *χρυσόκων ἰσχυρὸν ἰθὺς* dixit. Sunt qui habere aliquas, cōiectent: quando & Libyci ac Aethiopi elephantibus cum feminis dentes habent prorsum: quod approbat Amyntianus. At Indicorum feminæ iis omnino carent. Nec illud relatu indignum ceruam Eurystheo ab Hercule oblatam, in collo habuisse inscriptionē eiusmodi, *καὶ γὰρ ἐπὶ τῷ κεφάλει*. Aristoteles cum Plinio mares tantum ceruos cornibus insignes prodit: quod approbat libro quinto Pollux, Anacreontem coarguens, & Sophoclem, qui *καὶ γὰρ ἐπὶ τῷ κεφάλει* dicunt, id est cornutam ceruam, quod vt incertū dictum, sentiens Zenodorus, *ἐπὶ τῷ κεφάλει* legere maluit. Ad ea verò quæ dicta de senophegiis sunt, dignum relatu est, dici ab Aristotele senopegiam nidī constitutionem, quam niro ingenio excogitant hirundines, implicito festucis luto ad lutariæ paleationis normam, quæ *ἀχὺρ ποτὶ* dicitur, id est achyrosis. Verum prius quàm ab hisce reuelamur, quāquam non nihil veriti sumus, visum iri quandoque nasutioribus, Iliade longiora nos sapē contexere: adicietur illud quoque, Bacchum

chum ab Eustathio deduci, ἀπὸ τοῦ βαχῶν, ab incondito vlatu, quo furentes Bacchæ personent. Postea, inquit, inferam literam κ, quo expressio fieret tetri immanisque soni. Quæ ratio item ex Iaco Iacchum fecisse videtur. Bacchas, postremo Bassaras vocabant, propriè quidem sicuti Orion scribit. Sed hinc est etiam Prostituta mulier eodem dicta nomine, vnde factum licet cōiectare, vt vulgò nunc in Cispadana Italia ancillas quoque sic ferē nuncupet massaras, deluxato elemento primo. Bassaras nominat & Lycophon. Bassarica, pro Dionysiacis interpretantur. Dicitur quandoque Bassaris meretrix in Epigrammate. Herodoto autem credimus, ab Cyrenæis, vulpem dici bassarum. Quod autem passim pro humili & depresso bassum imperita plebs vsurpat, illam (vt puto) originem habet, quod bassos pro cautitate dicitur interdum Græcis. In tam multis verò quæ de Baccho conteximus, adiciatur illud quoque ex Philochori monumentis: Amphitryona Atheniensium regem omnium principem ab Dionysio edoctum, vino aquam adortum promiscere, quo nomine furrigi homines sint visi, quos meraca prius incuruabat potio, vnde Dionysio erecta ara, quem *ἐθῆρ* vocant, hoc est rectum, substructa proximè Nympharum quoque in horarum sacrario. Staphylus vini temperamentum Melampodi ascribit. Ad hæc pertinet Varronis illud: In partu vinum, non vt in calice, querit aquam, sed solem. Tripoda Dionysij quum audis, craterem intellige: nam ex tripode dicere, vera loqui est. Vino autem veritas attribuitur: hinc Græci, *οἶνον ἡγεῖται ἀλήθεια*. Superpondij verò id loco fuerit: Staphylum, Dionysij filium, *ῥηῶ*, id est Rhæo, filiam suscepisse, quam Apollo compressit: id vbi rescivit pater, coniectam in arcam demisit in mare. Illa verò diuinitus ad Eubœæ antrum appulsa, puerum peperit Rhæo, ac anium dixit, *ἀνὰ τὸ ἀνιάδην* *ἢ ἀνίαν*: quia ob eum multam sensisset tristitudinem. Anium autem in Delum Apollo transfulit, qui & vxorem duxit Dorippem, ac genuit Oeno, Spermio, Elaida: quibus id impartiuit Dionysius, vt quicquid tangerent, in triticum statim verteretur, & vinum, ac oleum: vnde dictæ Canotropydes: Anium hunc Græcis illuc profectis persuasisse, inibi nonem annis permanere: quoniā ab diis statutum foret ita, Illium decimo tandem anno posse capi. Hæc eo repetita no-

bis libētius sunt, quia mirum est interpretum Maronis silentium, ceu Oebalias habitet Amyclas, ut est apud Aufonium, & ora obſignarit Sigalion Aegyptius,

Dionysiorum ritus. Qui sunt phalli, Phallogogia sacra. Neurobata. Paradoxopoi. Parodoxologi. Quid neuropasta. Lucianus declarat. Gellij locus emaculatur. Automata. Autocrates. Automatia. De phalacris, & phalantho. Phalana quid. Item qui sint Phalari, & Phallophori Ithyphalli. Autocabdalli. Phallica carmina, vel Ithyphallica. Item Osephorica. Enarratur Columella in Hortis. Hermata, & phalangia quid. Item hilarodia, hilaria, simodia, magodia. Lyloidi. Cinadologos, Ionicos logos. Sotades. Dicelicta, Sophista, Tarantula. Rutela. Phalangia fabella. Hermaces, Lithaces. Iysiodi. Plutarchus locus perpenditur. Nephalia ligna, aenspoda, aensipoda.

CAP. XVI.

Dionysia, inquit in Moralibus Plutarchus, veteri ritu quae multa prorsum & festiua hilaritate agebantur: erat qui amphoram vini ferret, & vitem, aderat & qui hircum traheret: alius arrichum, id est cistam aut cophinum, in quo caritae forent, gestabat: omnes autem phallum, sed nunc, inquit, negliguntur haec, obsoleueruntque. Haec nunc ille. Quid vero phallus hic sit, scio anxie quaesturos ex studiosis multos. Herodorus quidem in Bacchi sacris phallos agnoscit, id est ficulna veretra à collo propendentia. Nam & Phallogogia, Bacchi sacra dicuntur Phurnuto: & si sphaalologia modo scriptura comperias. Sed phallorum pompa, Periphallia nuncupatur. Author est Diodorus, Ostridis pudenda in sacris & carimoniais phallon dici. Nunc & eorum loco ab Aegyptiis excogitatas statuas cubitales, quas per pagos circumferrent femininae, mentula, quae propemodum instar esset corporis reliquum inueniente, & praefere tibia. Sed & Mercurij statua ab eodem veretro porrecto celebratur. Verum & phallos duos in propylaeis deae Syriae permagnos memorat Lucianus, quibus ita inscriptum foret Graece quidem, sed in hunc sensum

Hocce

Hocce phallos ipse Dionysius noueræ Iunoni dicandos curant. Postea haec subdens: Phallos, inquit, Dionysio Graeci excitant. In quibus ex ligno deformatas hominum imagunculas gestitant, pudendis magnis prominentibus, vocantur Neuropasta. Sunt verò haec obiter, ut lucem quoque Luciano inferamus, quasi tu dicas, neruis mouentia. Vtitur eo verbo Athenæus, necnon in Symposio Xenophon, & in libro De mundo Aristoteles, quem locum Apuleius sic est interpretatus: Astutia vnus conuersionis multa & varia pariter administrant, etiam illi qui in ligneolis hominum figuris gestus mouent, quado filium membri quod agitari solet, traxerint, torquebitur cernix, nutabit caput, oculi vibrabunt, nec inuenuste totum videbitur viuere. Meminit etiam quodam loco in Noctibus Atticis Gellius, sed maxime vitiatò codice: nam modo legitur, neurobapha. Herodorus Historia secunda, in Dionysij sacris in Aegypto, excogitata scribit simulacra. Neuropasta, quae vicatim circumferant mulieres. Laurentius ridiculè, opinor, ex neruis compacta est interpretatus. Neurobatas comperi tamen apud Firmicum: Oriente, inquit, ingeniculo, quem ἰγνύρασι Graeci dicunt, nati cum testimonio Martis & Lunae, erunt funambuli, oribatae, neurobatae, & qui talia pertractent. Automata verò apud mechanicos dicuntur, quae per se videntur motari, non longè ab neuropasticis dissiata. Nam & automata sunt, qui non vocati ad eorum pergunt: sicuti rhapsodia Iliados secunda apud Homerum dicuntur, & autocleti, id est αὐτοκλήτοι, hoc est per se vocati. Automata porro appellantur, temere fortuitoque euenientia. Ab neuropasticis dicitur neuropastice ars, quam tamen non videri seriam putat Eustathius. Automata dicuntur miracula ab Aristotele De animalium generatione libro secundo. Sed & automata quae consistenter spòte, nec suum mas insperferit semen. Autoeratores dicunt, qui per se omnium habent ius. Hinc legatos αὐτοεράτορες in Nicia nuncupat Plutarchus, qui plena funguntur potestate. Automatia verò fortuna est, cui quum benefacta omnia referret accepta Timoleon, domi Automatiae facellum extruxit: quod significat Aemilius Probus, sed apertius exposuit Plutarchus: sic tamen, ut interpretatio Latina prorsum nulla sit, aut mendosissima. Scribunt Graeci, in Chio vinum haberi aruisium tribus generibus, esse enim

austerum, dulce, ac inter hæc medium quod autoeratum vocatur. Automata leguntur Digestorum primo, titulo de legibus, lege tertia, Dignam observatione quod est thesauris Galeni promittitur Therapeutices decimo; Paradoxopæos nuncupari omnes, qui miranda, extraque communem animi conceptum faciunt, molliunturque. Nam qui dicunt, ab eodem paradoxo logi vocantur. Sed redeo ad phallos, de quibus alij sic prodidit. Esse oblonga ligna in summo habentia ex corio pudenda. Quidam tradunt, forma eiusmodi est collo & femoribus pendula, solitos in Dionysiis saltare. Phallum etiam dicimus in galeæ fronte prominens ornamentum, siue clavi sint praelucididi, siue scuta quædam breuia admodum, ut scribit Eustathius. Phalon enim illustre signat, aut clarum, quia phaos dicitur lumen. Unde & phalacri pro caluis, quia albicet iis caput, aut denudatum apertumque sit. Phalanthos etiam hocce dici inuenimus apud Pollucem, quoniam albicans capillus vocatur anthos. Et phalarum nonnulli arietem album interpretantur. Homerus *λέωντα φάληροντα* dicit albescetes vndas. Phalio vero album dici, indicio sunt equi, phalij nuncupati, quibus albicet frons. Sed & hominem vocamus phallium, albis capillis in fronte. Palyn vocat tenuissimum in farina, unde phalio pro albo dici opinantur alij: certe *παλύνω*, albescere signat. Quæ vero dicuntur *φάληρα*, id est phalera, sunt crici in galea siue annuli circa tempora malisque: quas partes *πυρραστήρας* nuncupant. Phaleras vero esse frontis equinæ ornamenta, sciunt omnes, Phalana paruum est animal cædelabrum aduolans, quod pyrastumuros nuncupatur, & psora. Dicitur vero phalanam putant *παλάνα*, quia ad lumen assiliat. Phalanam item *φάληρον* candilos bestrium dicuntur sunt qui Rhodiorum vocabulum phalanam putent. Erant & phallophori, ithyphalli, authocabdali, muscorum species, ut est apud Athenæum. E quibus hi quidem ex hedera coronas gestabant. Ithyphalli vero temulentorum personis contegebantur, habebat chirothecas affabre elaboratas, neenon talarum tunicam, produci que voluptatis causa solitos, Athenæus scribit. Phallophori autem papyraceo tegumento faciem conuelabant, hedera & violis coronati. Autocabdalon pro rate multi etiam interpretantur. Sed proprie ita videtur dici utique subacta iam farina. Qui vero phallos erectos in inguinibus tantum ferebant, dicti sunt Ithyphal-

phalli. Nam phallica vocantur carmina, quæ cum tripudis stante phallo canebantur. Sed Pollux Ithyphallica nuncupat, sicut Oschophoria, quæ in Oschophoriis canerentur, quod festum erat ab ramorum, quos oschia vocant, latone ita dictum. Priapum quoque Ithyphallum vocant, ut scribit Diodorus. Sunt in eo genere, qui vocantur hilarodi, quos nonnulli etiam Simodos nuncupant, quod Simus poetas id genus præcelluisse ampliter videatur, quod Aristocles scribit. Hilaria vero festa erant, quibus lata omnia, ut scribit Flavianus Vopiscus, & fieri consueuerant, & dici: celebrabantur; Macrobio auctore, octauo calendas Apriles, quando iam productiores sentiuntur dies. Deo Pani credebatur sacra, quæ ut vt omnium authorem coluit priscorum vanitas. Erant & Magodi, qui ferè Lysiodi vocitantur. Videtur magodia inde nomen indepta, quod magica profertur, & pharmacorum potestates. Apud Plutarchum in Sylla nominatur Roscius Comædus, Sorix archimimus, Metrobius *λυσιώδης*. Interpres Bacchanalium cantorem reddidit: forte quia Lysij dicuntur Bacchi sacrificia, quod Bæotios à Thracum impostura liberariis Deus. Nam & Lysios Deos intelligit Pollux apotropæos. Vel quod à Naxiis vitem redemerint Thebani: quod probat Aristophanes. Apud Athenæum Diogenes Epicureus amasse dicitur mulierem Lysiodon. Fuit & cinædologus, qui etiam Ionicos dicitur logos, & Ionicum poema. In iis Sotades viguisse in primis commemoratur, qui Maronites fuit, ut Pergamenus prodit Carystius: & Phlyacas scripsit, id est cinædos. Apollonium habuit filium, qui de patris scripsit poemate. Suus erat Spartanis quoque comicus lusus. Hunc qui obirent, apud Laconas vocabantur Dicelictæ, quamquam euariante apud alios appellatione. Phallophoros siquidem appellant Sicyonij, quidam autocabdalos, sophistas nonnulli. Iam opinor ex iis, quæ de Ithyphallis obseruata tradidimus, lux multa Columellæ versiculo accedit exhortorum cultu:

Sed truncum forte dolatum

Arboris antique iumen venerare Ithyphalli,

Terribilis membri, medio qui semper in horto

Inguinibus puero, prædoni falce minatur.

Quamquam trochaicum dimetrum, brachycatalectum dicitur quoque Ithyphallicum: sicuti anapesticum dimetrum,

catalecticum nuncupant parœmiacum. Nephalia vocabantur ligna, quæ vitea non forent, nec ficulna, aut myrtea. Illa enim cœnipsa dicuntur, aut cœnosponda, vt quæ vrentur, vbi non aqua, sed vinum prolibaretur. Non mittamus postremo, quæ proferri ex Eustathij thesauris valent, Phaleridas Veneri coniunctas putari, non propter Ithyphallos modo, vel etiam Phallos, sed & ex albedinis ratione, quæ in animali visitur femine. Cuius inesse similitudo pernoscat in Phaleridum nomine. Phalium quippe, vt exposuimus, album dicunt, vnde & phalera. Phalangia verò ad hæc prorsum faciunt nihil: sunt tamen eo nomine, subiecta nauibus ligna, velut fulcimenta, quæ item dicuntur hermata, quasi ἑρμαῖα, vt auctor probat Eustathius, nec stalis repugnat, regula distante, Vocalem breuem in s, desinentem, illato mox μ, aspirari: vt hormos, horma, hormatos. Est tamen herma, inaurium genus muliebre: dicuntur & hormata dolorum quandoque. Imponitur & nauigiis herma, citra quod si fuerint, dicuntur anematisa, id est ἀνεμάτω ἀνεμα, hoc est infirma, inermiâque. Herma, sicut prægrande interpretantur grammatici: nam & Arrianus scribit, herma impositum puppi, vt eo pondere protolleretur prora. Hermaces autem loca dicuntur lapidibus frequentia, vel in Mercurij honorem accumulati lapides. Nuncupantur & lithaces asperiora loca. In Herodoti historia septima, inter Scyathum & Magnesium herma statuitur, quod (inquit) myrmeca vocat, id est formicam. Ipse in mari petrosorum intelligo locum eo nomine, fluctibus adobruui solitum: ex quo Anacreon, ἑρμαῖα vocauit ἑρμαῖα. Phalangium verò ex araneorum decuria, solers recetiorum perpensio dici ab Arabibus Rutelam, animaduertit: collatis, quæ cum Galeno prodit Auicenna, vulgo autem Tarantulam: cuius exitiale virus stuporem læsis inducat, genuum labefactionem, demumque vniuersi corporis palnum, id est tremorem: qui in proverbium vsque profecerit. Illud grauius multò, qua quis affectione morsus tempore distrahatur, eandem vel ad extrema seruare perpetem. Sic qui, vti assolet, per mentis hallucinationem regem se aut Deum ementiatur, imaginario malo perdurante, regis claritatis aut diuinæ excellentiæ opinionem nunquam exuere. Scribunt Græci, fuisse in Attica Phalanga quendam, cui foret Arachne soror. Quum verò ab Minerua hoplomachiam perdidisset Phalanx, & telearchium

tificium Arachne, matrimonio se inuicem obstrinxere: indignata dea, in reptile genus vtrunque deformauit: quæ ab fortu vorentur suo.

De phellis, item phelleis, & phelletis. Qui phellopodes. Phelon, phellodrys, Phalerus. Neapolis conditor.

CAP: XVII.

LEgebam Iulij Pollucis Onomastici librum primum, vbi Lapidatorum instrumenta nominatim recensens, linum appellat, phellos, molybdanam. Quærebamus, cuiusmodi nam forent, qui nominantur phelli. Nam alibi idem Pollux in ratione capiendarum purpurarum, ab porphyreis, quos eius piscis indagatores intelligit, cypselas veluti nassas quasdam ex sparto vel iunco cõtextas & illitas demitti per funiculũ scribit; ex phellis propendentem, vt emineat. Sed & Plutarchus in libro De Romanorum fortuna, Caium Pontium ab Camillo transtũturũ in Capitolium, quod ab Gallis obsidebatur, dum Tybrim transmitteret, φελὸς πλάτεις ἐπιπέγνισσεν; hoc est phellos latos pectori subiecisse scribit. Comperiebam in libello quodã, in quo rhetorũ obscuriora vocabula explicantur, phelleas dici apud Isã loca petrosa capris cõpascua: vnde & Phelleus apud Aristophanem in Nebulis, est in Attica locus inæqualis & superciliosus, aspérque. Ex hoc & Dores pumicosos lapides dicunt phelletas. Est & in libris operimẽtũ extimũ phellas: Sed hæc ad rẽ nihil. Phelidij, seu Phelidis insula, nona vrbis regione statuitur à P. Victore: Phellos id esse videtur Græcis, quod Latine suberzcius est natufa, vt mergi nequeat. Propterea Græci ἀβάνητον φελλόν vocant: quasi tu di-eas, immerfabilem phellum. Vnde elegantissime Pindarus; eum qui insita virtute, impenetrabilem se quodammodo seruat fortunæ telis, nec deici nouit, aut dari pessum, esse tanquam phellum pronũtiauit. Sic enim ait: ἀβάνητον & ἀμι φελλόν. Est & Arcadibus arbor dicta phellodrys, quod primo De historiis Theophrastus scribit: quã esse astruunt quidã, ilicem sceminam. Sunt qui aquifoliam, vt Theodorus: quam dicat Theophrastus Ariam, siue Agriam, siue Narycam. Phellopodos verò Lucianus quosdam fingit, qui per mare currẽtes non mergerentur; quoniam (inquit) phellinos habent pedes, ex phelli, id est suberis similitudine. Est apud Vitruuũ libro nono, in horologij aqualis ratione, phellos, siue rym-

panum, aut scaphum, quod ab aqua subleuatur. Sunt qui ita scribant, Phellum esse in Italia montem, in quo piceæ proceriores gignantur, ex quibus phellus, siue suber conficiatur. Phellesticos esse dicit Stephanus Vmbris adiacentes populos ad Iapygiam, sicuti commemorat libro sexto Eudoxus. Idem putat Phelleos de locis dici omnibus, quæ infra petrosa sunt, tenui superiecta terra, ad olearum plantationem peraccommoda. Phellum & Antiphellum in Lycia ciuitates recognoscit Alexander Polyhistor. Phelonem pro tunica possum legimus. Adnotatum verò à grammaticis illud quoque, nunc masculino genere, nunc fœminino phellum dici. At Phalarus, uti apud Lycophronem comperi, Siciliæ fuit tyrannus, à quo in Italia creditur condita Neapolis: etiam si Diodoro & Opiano Hercules placeat institutor: nam ubi in Cynegeticis Oppianus ait, *ἴβου τῆς ἀπὸ νῆανδρος*, Neapolim significat.

Quam habeat rationem adagio, Camelus baſtriana. Hybus quid. Pluscula de camelis. Perpensus Pliny locus, & Diodori. Camelus pro fune. Quid camelaticum. Camelaria, vel camelasia. Dromeda, vel dromedarij. Anchor alia. Caballaria.

CAP.

XVIII.

Camelum Baſtrianam, *ἵβου ἀπὸ νῆανδρος*, id est bicolorum hominem, venisse in prouerbium in Aegypcia historia animaduertimus: aduersus eos quidem qui ea promissa quæ admirationi putant futura, re autem ipsa vel meticulousa sunt vel planè ridicula. Adagiū rationem habet eiusmodi: Prolemæus Lagi duo quædam inuistata in Aegyptum induxit camelum baſtrianam insigniter nigram, bicolorè item hominem, ita ut medietas quidem ex æquilibrio summè foret nigra, reliqua portio albedinè præferret eximiã. Conuenientibus igitur in Theatrū Aegyptiis, alia utique non pauca spectaculo digna exhibuit. Demū stuporè nouitate rei, ac inuistata specie iniecturus, camelum produxit, & semialbum hominem. Cæterum Aegyptij cameli aspectu territi paulò minus profilientes mandarūt fugæ præsidium, etiã si auro esset ornata egregiè, ac purpura instrata, fræno quoque lapillis interlucentibus cõspicuo, è thesauris Darij regis, vel Cãbisæ, aut ipsius Cyri. At hominis autè illius ita coloribus distincti, &

(vt sic

(vt sic dixerim) variegati, intuitum partim fufus riserunt, partim vt monstrificum quiddam auersati sunt. Hinc Lucianus, *ὁ δὲ ἵβου ἀπὸ νῆανδρος ἐν ἀίγυπτῶσι ἴ.* Sum veritus, inquit, ne libelli mei perinde fiant ac camelus apud Aegyptios. De camelis Aristoteles multa, & Plinius. Author in Georgicis Didymus, ex sue ac camelo progigni tertij generis camelum *ἵβου*, id est gibbi duplicis, deniore pilo, viribus præualidis adeò, vt duplicato onere incedant onusta. Hæc verò dici Baſtrianas, quod in Baſtris natæ primùm. Mendum verò exemplarium est Bibliothecæ tertio apud Diodorum, ubi Diteli scriptum reperies pro eo quod est Dicyrti. Cameli in dorso tuber vocant hybon, id est *ἵβου*: quamquam & eo nomine intelligitur collo qui est obtorto. Iulius autem Pollux ita prodit: Ad belli vsum asini, qui dicuntur sceuophori, id est sarcinas gestantes pernecessarij habentur. Boues item qui currus trahant. Multi vtrunque præstant: camelorum quoque gerula opera expetitur. Sed in his etiam baſtrij pugnant, quod sint equis celeriores, & magnitudinis ratione formidabiliores etiam. Et quia non infestentur sicuti, utique laboris patientiores. Quibus longiore itinere fatiscunt pedes, carbatinas adhibere moris est. Herodorus author est, Camelum in posterioribus cruribus quatuor gerere femora, & genua totidem, & veretrum inter posteriora crura, quod caudã spectet. Porrò camelis iunctis Indos tendere ad auri furta, quod (inquit) custodiant formicæ, quæ vulpes excedant magnitudine. Adicit Philostratus, Indos ad cursum camelis uti, hisque vno die stadiorum mille iter cõficere. Feruidū præterea animal est, proindeque lasciuum, ex quo in Vespis Aristophanes festiuissimè: Phocarum, inquit, odorem habebant, Lamia verò testiculos illotos, cameli autem podicem. Iure consulti titulo De muneribus, camelariã dicunt camelorum curatione, quæ publica pecunia alebantur, & camelarios curatores ipsos. Quod munus, inquit Arcadius, personale est. Sunt qui camelasia dici arbitrentur camelorum præbendorū munus tabellariis publicis transmittendis: de quis etiã mox. Camelos quosdã T. Lituus dromedas nuncupat, & in Aureliano Flauius Vopiscus: alij verò etiã dromedarios. Caballarios verò in Creta dici animaduerto prædia, quæ militiæ equestris nomine emeritis cõtribuerentur. Exciderat pene, quod dissimulandū non fuit: Camelos in admirabiliū relatione tradit

hh 5

Aristoteles, nunquam coisse cum matre. Obseruatum id & in nono Auicennæ libro, qui est De animalibus. Sed & Aristoteles in libris argumenti eiusdē, id ipsum confirmat. Hoc idem & in equis ex Plinio astruere conantur aliqui. Quod tamen falsum conuincimus ex Aristotele libro sextonam quum docuisset, salacissimum tum sceminarum, tum marium esse equum homine excepto: paulò post inquit, Equi vel suas matres & filias superueniunt, atque tunc perfectum esse armentum videtur, quum parentes suam ineunt prolem. Supponit Ouidij autoritas ex decimo Metamorphoseos:

Cœunt animalia nullo

Cœtera delicto, uechabatur turpe iuence

Ferre patrem tergo, sit equo sua filia coniux.

Camelum usurpant quidā literis nil immutatis, genere tantum diuerso, pro anchorario fune: ut illud euangelicū, quam de animante intelligere maluit Hieronymus, Camelum facilius est perforamen acus intrare, quā diuitem in regna cælorum. Sed doctissimi grammatici, & Aristophanis interpres, & Suidas quoque, per I, malunt scribere camelos: Camelos Ammianus Marcellinus Latine anchoralia nuncupat. Per anchoralia, inquit, quadrupedo gradu repētes in scaphas sese inieciabant. Camelaucium uero inquit idem Suidas, dictio Romana est: dici tamen etiam Græcè potest, καμηλοειδὲς ἰδαντες, quia calorem defendat. Est autem camelaticium, ut Aristophanij enarratores tradunt, quod prius dicebatur pilidion, id est galericulus. Camelaticum est apud Ammianū Marcellinū: Factum, inquit, tunc est, & deinde uinit animi firmitate, ut præter solita nemo Gallis quicquā exprimere conaretur camelaticum nomine. Illud uero fuerit leuioris operæ quod præcipiunt etymologici, camelū inde uideri appellatōne duxisse, quod exceptura onus humi, hoc est χαμαίως, conuincat, ueluti chamelus. Sed, inquit, uastioris soni litera in exilem transit. Ex Strabonis tamen interpretamento Geographiæ deci moseptimo, coniectare licet, camelum esse Assyrium uocabulum: gamal enim dicunt illi, unde uico conciliatum nomen Gangamela, uelut domus cameli: quod est ab Dario impositum Histaspis filio, quum fatigatæ camelo alimenterum ratione locum contribueret. Gaugamela tamen pronunciant Græci, fortè per incitiam, quia gentium illarum proprietate, gan, locum dicunt munitum. Meminit Iosephus

ac interpretamenti in Alexandro Plutarcho. Scribit Onirocriticorum primo Artemidorus, ex Eueni sententia in Erotico ad Eunonum, camelum dici uelut κάμηλον, quia μίσην λαμβάνει τὸς μίσην, quo argumento præmonstratam cruris debilitatem somniant, hospitio se exceptum in fuga, cui nomen foret Camelus. At Varro: Camelus, inquit, suo nomine Syriaco in Latium uenit. Sciendum porro, insignioris censeari notæ, si quis camelo insidens ac per urbem circumductus uisendum se omnibus præbeat. Quod contumeliæ genus Bizantij in Arfacem Armenium, proditiōnis cōuictum promittit quandoque imperator Iustinianus. Artemidoro subscribit Horus, apud Aegyptios camelum inquit, indicare hominem in cessu tardum: quoniā inter animalia camelus modo τὸν μίσην λαμβάνει, quo argumento & nomen est conformatum, ut sit uelut κάμηλον. Cameli in fabulis dictum circumferatur ex Libanij declamationibus, dum plura affecto, etiam iis quæ habui sum excussus.

Homini & animalium uirtus ex priscorum theologia.

Prometheus cur dicatur homines finxisse ex iuro.

Quo sensu dicatur, Prometheus es. Coroplasti qui.

Quid Prometheus ex Plotino. CAP. XIX.

Hominem, quem Mercurius miraculum ingēs esse dicit, ex limo terræ confectum, non sanctæ modò perdocent literæ: sed in Menexeno, Protagora, & Politico, atque Critia te statur Plato, prouidentia diuinæ bonitatis id agente, ab terra olim propagatū, cum artificis sui imagine, ob ad que Theoiden appellatum. Nec tamen inficiatur idem, exundante amplius humoris elemento, mōxque residente eo, ex humiditatis copia, & insequentis æstus terram tot tantæque fecunditatis semina concipere, ut cuiusque modi prorumpant inde animalia. Aqua origine spontali, ne homo quidem abiungatur, sicut Aegyptiorum doctrina contineri nouimus, atque item Arabum: sed Algazeles tradidit maximè, nec Auicennæ displicuit in tractatu De diluuiis. Et Maro comprobasse uideatur illo uersiculo.

Terrea progenies duris caput extulit arui.

Georgicorum secundo: etiam si modo ferrea legitur in uulgatis codicibus, superioris sententiæ auctore Lactantio, si modo emaculatus est codex. Et nos alibi super re ista copiosè disser

differuimus. Poëta verò, quorum doctrina multiplex, atque interim recondita est, ab Prometheus de terræ luto effictum hominem prodiderunt, aut obscuritatis inuolucro, aut infertæ nubilo artificis veri nomen euenti. Aut quia, vt analitico tertio meminit Africani, nec tacuit in libro temporum Eusebius, eloquentia & sapiëntia sua brutam ducentes vitam, ad ciuilem reuocauit modestiam, & scientia transfigurauit, quanquam vt Augustinus auctor est, non ostenditur quis nam illis temporibus sapiens fuerit. Siue quod primus omnium simulachrum hominis de pingui ac molli luto formari, ab eoque nata primum ars sit, statuas, ac simulacra fingedi: quoniam Iouis temporibus floruerit, quibus templa constitui, & noui deorum cultus obrepere cœperint. Cæterum vtunque interpretari collibuerit: ex fabulæ, seu veritatis argumento comminiscitur Lucianus, appellatum se à quodam Prometheus, quod librorum eius ratio noua foret, & insolens, ex dialogo concinnata, & comœdia, quæ inter se longè diuersa sint, & (vt aiunt) diametro disparata. An me fortè Prometheus inde arbitraris, inquit, quod inuenta mea lutea itidem sine? Agnosco similitudinem, comparem illi me fateor, nec recuso, peloplaton aut plastem siue figulū me vocari: quanquam vilius sit lutum mihi, & ex triuio, & ferè barbarum. Quod si orationem perdignam laude inopinabilēque arbitratus, sapientissimum ex Titanibus in ea miraris, vide ne ironiā aliquis putet, ac laudi nasum Atticum inesse. Vnde enim mihi inuentionis præstantia? aut quæ demum sapiëntia præcellens, vel prudentia in meis fuerit libellis? Proinde mihi satis superque sit, si non terra hæc, & profum digna Caucaaso iudicaris. Vos nimirum Promethei verius, quotquot in iudicis cū laude versamini. Vestrum enim opus verum, spirans, animatumque est, inest quoque ignea quædam vis, quod ex Prometheus vtique sit, nisi quod non ex luto fingitis, vt ille, sed pleraque auro constantur. Nos simulacra quædam confingimus proponimusque, argillam omnino tractamus, quemadmodum qui vocantur coroplathi, qui puppas nescio quas pueriles, & id genus imagunculas quorumcunque animalium ex luto parte plurima, sed & ex alia interim materia figant: verum idem operi motus non adest, neque item anima, risu modo, & voluptatem tota res habet. Proinde subit quædoque, ac ita Prometheus me voces sicuti Cleona comicus poëta.

ΚΑΛΩ

ΚΑΛΩ πομπὴς ἔτι μὲν τὰ πρᾶγματα. Nam & Athenienses suo illo Attico naso, omnes χυτρίας καὶ ἰνοτάριος καὶ πηλοργός, quorum artificium esset non sine luto & igni, Prometheus nuncupabant. Quoniam perinde ac ollulæ, friuola sunt, & quassa nostra omnia, & quæ vel lapilli iniectu tenui, comminui tota facilitate possint. Sed non hoc fortè sensu dicor Prometheus, at cum laude porius: nam quæ modo scribimus, non trita incedunt via, nec archetypa quæ imitemur, habent. Sicuti homines qui non extabant, excogitauit ille ac effinxit: cui adfuit Minerva inspirans lutum, & faciens animatum. Hæc quidem Lucianus, carptim à me transposita. Sed si ducem magnum sequenti honestus error est, video id quoque, nec minus doctè adici posse. Solent nonnulli malè feriari, & de re literaria hoc nomine malè merentes, ingenio nullo, doctrina si qua ea est, tenebricosa, & nulli rei, manu (vt si dixerim) prurire, ita gloriolam quam libet toto (quod dicitur) petere captare, vt ab condendi studio, quo vt maximus quisque est ac scientissimus, ita terretur in primis & fatigatur, nulla ratione auerti valeant. Sed quod Prometheus fecisse memorant, omentum vix & pinguedinis nescio quid osibus inducant, eo lenocinio ex chartabula linientes, vt abinthites lateat, & illecti studiosi mellito gustulo præcipitentur in laqueum, & sub purpurato titulo de aureo Babylonis calice bibant. Cœquirunt inscriptionum miras varietates, Cerion ille appellat librum suum, vel nugæ meras potius, & fauum intelligi vult, alius *λίπος ἀυτὸν εἶναι*, quod Copiæ cornu veluti, laetis gallinæ sperare possis in volumine haustum, vt verbis nobilissimi authoris rem exprimam, & propter quod deseruadimonium possit. At quum intraueris, bone Deus quàm psyrice omnia, quàm omnino nihil, nisi osseum, nihil nõ simplicarium. Hosce ego Prometheus verè dici, & esse arbitror. Ferunt siquidē, qui ista curiosius consectantur, Prometheus carniū distributioni, quam vocant creonomiam, præpositum lepide admodum, & festiue Ioui adortū imponere, quippe nil veritus diuinitatem summatis Dei, sibi quidem præpinguia & lapida subduxit. Ioui autem ossa modo apposuit obducta ἀγγίτι *ἀγγίτι*, vt Hesiodus inquit, id est pinguitudine candida. Quo nomine, simul quia homines finxisset, & igne furto conciliaisset hominibus, Vulcano & Mercurio dicitur ab Ioue traditus in Caucaaso suffigendus. Ex hoc item facto

Lucia

Lucianus in sermone, qui est De mercede seruientibus, nec prouerbij usurpat *πρωιδεος μπειδα*, id est Promethei portioneulam, videlicet *πρωιδεος μπειδα*, id est pingui contra ossa. Nos verò quod cepimus, adieciamus coronidis loco, tanquam bellaria quadam scitius condita, quæ somniculosum excitent lectorem, altius vellicando. Legimus apud Plotinum primo De dubiis animæ, Naturalem quandam prouidentiam in vitali animæ mundi parte regnantem sub Promethei cognomento, ex luto, id est materia prima, statuas, id est res naturales effingere, atque esse huic opificio partim quidem alligatâ, partim quoque solubilem, nec esse hinc Epimetheo, id est temeritati locû. Sunt qui hoc nomine humanum animam intelligant: qui diuina Palladis sapiëntia instructus, ignemque caelestem, id est rationem consequutus, hac causa in montis vertice, quod est in contemplationis arce ex perpetui auis morfu rapacissima, id est ex inquisitionis cura constitatur, ac inde infelix censetur tantisper, donec eodem remigret, vnde ignem fuerat indeptus, vt toto denique lumine opuletus enitescat tota perfruens felicitate. Quod ad fabulosa spectat, Promethei in Caucaſo religati meminit libro quinto Arrianus, sed & Q. Curtius rerum gestarum Magni Alexandri libro sexto.

Omnium quæ de Prometheo traduntur, enarratio allegorica. Delius natator, qui. Quid hepar, siue iecur Promethei. Quid aquila. Pandora. Obiter de Briario pauca. Epimetheus, Iapetus, ferula, ignis. Licium forum vbi.

CAP. XX.

ET quia sensum allegoricum, qui in Promethei fabula scrupuloso cluditur inuolucro, breuiter admodum attingimus, & (quod dicitur) vix summis labiis gustauimus, succurrebat mihi, vt fusius, & campo latiore rem ipsam exsequerer. Sed quoniam non parum multa sunt in hoc negotio, quæ Delio indigeant natatore, id est solertissimo reconditorum indagatore: nam imperitissimi quod ne nare quidem sciantur coarguuntur, vel paræmia teste: vt quæ ex intima promanent philosophia, proindeque cimmeriis inuoluta tenebris: commodius est visum, monere omnes, si qui sunt horum scitiores (vt ita dicam) Platonicos adeant, in primis verò accuratè Platonem ipsum in Ciuili, Protagora, & Gorgia. In quibus coa-

mentationibus vir ille multa promit veteris theologiæ semina. Nos interim amœniores petemus secessus, edocturi harum lectionum studiosos, quæ ab Græcorum grammaticis ad hoc pertinentia fuerint animaduersa & prodita. Igitur, inquit, Agrætas tertio & decimo rerum Scythicarum scribit, Aquilam Promethei iecur depasci solitam, inde uideri receptum vulgò, quod is præfecunda potiretur regione, sed quam tamen fluuius Aetos, id est Aquila, maximè infestaret. Scimus autem hepatis, aut vberis appellatione fertilitatem plerumque significari. Quum illuc accessisset Hercules, re perspecta, fluminis impetum, & copiam alucorum crebritate exinanisse, atque inde iudicatum, aquilam peremisse, & à vinculis soluisse mox Prometheum. Sic quod obuium erat, fabulæ inuolucro factum obscurius, velut in Briareo quoque, quippe prodit historia, esse in Asia tumulum Aegeonis nomine, abs quo fontium prosiuens multitudo circuniectos impinguet campos. Sed non tamen in hoc idem omnibus videtur, Theophrasto magis placet, sapientiæ studiosum fuisse Prometheum, ac omnium primum hominibus philosophiam esse imperitum: vnde inuulgatum fabulis, igne ab eo distributum. Herodorus adiecit, Scytharum regè fuisse: quàmque eius imperio obnoxia regio summa necessariorum laboraret inopia, nec succurri ab rege posset, quod Aquila fluuius exerescens nimio plus agros dilueret, ibi coortos homines in vincula Prometheum coniecisse. Herculem verò illum liberasse, & fluuium corruisse in mare. Ad Nilum, qui diceretur Aquila, rem deducit Siculus Diodorus. Duris autem scribit, ob Palladis amorem in Caucaſo eum fuisse colligatum, quo argumento Caucaſos nec Ioui nec Mineræ rem diuinam facere, Herculem autem colere in primis. Caterùm nec id item omiserim: auctor est libro secundo Pherecydes, Aquilam immisſam Prometheo, ex Typhone & Echidna Phorcynis esse natam. Quòdque illa interdum absumeret, solitum noctu succrescere. Quod verò ad ossa Ioui apposita pertinet, hunc reperio sensum, haud equidem aspernabilem, si quis dogmata veterum de anima, & Empedoclis præcipue admittat, quibus animas placet esse apud opificem Deum ante quàm in corpus delabantur, atque illic proficere, ac perfectiores nancisci gradus. Rationalis igitur animæ mens Promethei nomine significata penes diuinam prouidentiam

constituta, quam Iouis nomine intelligunt, sortita incorpoream vitam cibi haud indigam, impetum concipit ad terrena hæc & corruptibilia, quo nomine confestim pœna confequitur, ut illinc præcipitetur in corpus. Propterea Hesiodus prudenter peiorem scribit conditionem necessario amari ab hominibus ob irrationalem vitam quæ obuenit, delabente in corpus anima. Ossa itaque veritatis insinuât nobis tegumentum. Ossium ariditas, & perfecta nuditas vitam præmonstrat extra carnem & cibi necessitatem. Nata inde voluptas, & spiritalis gaudium per pinguedinem ossibus obuolutam significatur. Mens igitur Ioui imponere tentat, subtractis sibi adipatoribus: illi autem ossis appositis, quoniam ad inferiora reclinata corpoream vitam est amplexata, quæ carnem habet ac pinguedinem, Deum spiritali statui relinquit: quod sanè primum apparet mentis peccatum. Ignis nomine, intellectualis ostenditur vita: namque latet hæc, sicuti ignis ante quàm in materia concipiatur. Ignis verò furtum in concaua ferula manifestius aperit transitum ab intelligibili & obscura lætæque vita ad sensibilem & alienam. Ferula, nil planè aliud est quam corpus: ut enim illa igne operit, consimiliter animam caro: porro sicuti ferula debilis, pari modo & corpus. Posteaquam verò electione propria mens affectare terrena cœpit, iuber diuina prouidentia ex elementis quatuor cõpingi Pandoram, id est humanum corpus, fœmineo nomine significatum, quod carnis debilitas minimo exsolui potest. Dicitur tamen diis simile, quia humanum genus etiam si non numero, specie tamen sit idem, serueturque perpetuò ac vigeat, propterea virgo fingitur Pandora. Ioannes tamen Grammaticus artium inuentionem Pandoræ nomine accipiendam putat. Aquam verò subactam dici, & terram ob navigationem excogitatam: aut per exochen quandam agricolationem intelligamus, à qua profluunt omnia, quibus alimur. Pithos autem, hoc est Pandoræ dolium, fati potentiam indicat, quæ prodeuntibus ad generationem animis bona distribuit, vel mala: unde multi dicantur *πυθόχοροι*, alij verò *πυθόδοχοροι*, quod est boni fati, aut mali. Sed hoc ipsum fatum vocat Heliodus, *αἰὲν ἰσὺν*, id est Iouis mentem: id quæ ex Stoicorum hæresi. Cæcerum de Epimethæo quid nam statuimus? Mens nostra dum diuinitate instructior insita, exactiore libra rerum qualitate prius quam omnino quicquam capessat, expendit, perui-

dētque, dicitur Prometheus, id est prouidens & præsentens. dum verò incitiæ nubilo obducta nil satagit, sed incertis fortunæ flatibus vitæ rationes, tanquam vela expandit: tunc, post malum respiscens consultantisque, hoc est Epimethæi nomen accipit. Horum pater fingitur Iapetus, id est pernix & rotata cælorum vertigo. Cum cælo præterea analogum quiddam humanum caput ex positu spherico habere cognoscitur. Proclus Iapetum accipit *θεὸν νοῦν*, Deum intellectualem, qui sit causa cælestis motus: unde etiam dici à theologis Iapetum, *καὶ τὸ τὸ ἐπὶ τοῦ ἀστέρος*, ab incessu volatque. Cælestem spheram eo nomine intelligi mauult Eustathius. Ignem à Promethæo surreptum, *νοῦν* intelligit *εὐχρηστὸν*, id est artificialem mentem: nam luminis causa, inquit, ignis est. Proinde icona habet artificialis mentis, qua viuunt homines intellectualiter primum. Ferulam putat typum habere sensibilem: est enim Dionisiaca, ut Dionysij sacris initiati monstrant *καὶ ἕνα πορτοῦν τὸν*, hoc est ferulam gestantes. Qui Deus creditur sensuum author. Ignem fabula tradit, delatum primo in Aetoliæ ciuitatem, quæ ex eo argumêto sit dicta Pyrenia. Sunt ex Græcis, qui in agrû Argium cælo primû delapsum ignem ferant, diuque in Apolliniis Lycoctoni templo seruatum, quod in Argiuo visebatur foro, quod in Electra Sophocles Lycium vocat: tamen est gymnasium Athenis Lycium.

Enarratur locus Propertij. Quale sit pharmacum prometheum. Item Promethæi Thessali historia: necnon de Argiuo rege Lacyde. Ephippon. CAP. XXI.

Disceptatû diu inter eruditos arbitrator, qui Propertium datterunt lectione assidua, super illis versiculis ex libro secundo ad Tullum, vbi de Cynthia queritur, quæ in Baiano secessu, notissimo vitiorum diuersorio, in alterum videbatur amorem suum corruisse, ex quo indignâter poëta, atque ob id dolens acrius, illuc erumpit:

*Insidias sumus, num me Deus obruit? an quæ
Lætæ Promethæi diuidit herba iugis.*

Sum admiratus virum, aliàs doctissimum, & oleo multo, multaque opera bene, atque adeò insigniter de re Latina meritum, cum conuiuenter transiuisse locum, nec suppetisse quid peculiarius afferret, etiam si multus sit harum rerum conquisitor. Sed inter tot vigilias semel atque iterum

obrepisse somnum, minus fortassis mirandum. Verum amota
ta omni vesica, contenderim vel Attilio iudice, eruditum
poetam significasse, ex herba pharmacu, quod prometheum
Apollonius Argonauticon tercio vocavit. Etenim velut fi-
ducia sit facta venditio, ut est apud T. Liuium, remancia
pamus citra liuoris labeculam. Cuiusmodi porro foret ea,
nec edocere quidem superfedet. Scribit autem natam primo
ex cruore ac sanie in terram stillante, dum Promethei le-
cur aquila rostro lancinans in Caucaſo depaſceretur. Eius
inquit, flos prominet cubiti mensura, colore corycio albe-
milis croco, caule gemino, radix sub terra caro videtur
recens incisa, succum nigricantem esse tanquam phagi. Nec
vim item tacet: Si, inquit, Proserpinæ re diuina noctu pe-
acta, hoc corpus linias, ferro nullatenus obladi poteris,
neque item ignis incendia sentire. Hæc nimirum vbi legis-
set Propertius, carmini inseruit, ceu medicamento eodem
ita Cynthiæ mens in eum obduruisset, ut nec igneos amo-
ris affatus perſentiret, ac nullos poetæ ætus curaret. Hæc
nos obseruata illatebræ non sustinimus, publicam mater-
riam fecimus non vellicandi libidine, tanquam conferta
manu in ips vocemus: neque enim theoninum dentem sub-
inde stringere, Christiani hominis puto, sed iuuandi cõsilio.
Expendant modo classici omnes, sed censura mitti, hoc est el-
tra liuorem: si probarint, calculum non abnegent: sin mi-
nus, allata ratione, nec ipse vnguem reformidabo, aut naves
hoc nomine contraham, patiârque vel vtrunque Andabatam
videri. Posteaquam verò de Prometheo satis multa congesti-
mus, subnotemus illud quoque, quod ex Ioanne Gramma-
tico nouimus, Fuisse ab superiore diuersum ex Theſſalia
Prometheum quendam, quem quum Lacydes vellet interfe-
cere, & tum fortè is phymate laboraret, tuberculum est id fa-
runculo maius, rotundius atque planius, transuerberans eni
perſanauit. Eodè modo, inquit, Smicyntes Nicanora ephip-
po percutiẽs salutare intulit vulnus. Et Seneca De beneficiis
secundo, Tuber tyranni quidam ferro diuisit, qui ad eum oc-
cidendum venerat. Theſſali Promethei meminit Plutarchus
in commentatione qua commonemur, Quo quis modo ab
inimico possit iuuari: sed Lacydem non nominat ibi: nomi-
nat autem extra historiã mox paulò, docetque fuisse Argi-
uim regem, coma delicatum & incessu quoque molliorem.

Scripsi

*Scripti & voluntatis quæstio triplex. Quid æquum &
bonum. Quintilianus enarratur. Lesbia regula. item
Polyceleti regula.*

CAP. XXII.

Inter alia haud parum multa quæ in dicendi artificio so-
lent sese veluti obices & moramenta legentibus ingere-
re: est & illa, Scripti & voluntatis, frequentissima etiam
inter Iureconsultos quæstio, ut iuris pars non minima vi-
deatur inde pendere, sicuti eleganter scribit libro Orato-
riarum institutionum septimo Fabius. Eius quæstionis vis
trifariam tractari ferè potest: nam est vbi scriptum & vo-
luntas ambiguitatem habent, si quid in lege sit appositum
obscarius. Alterum genus est, in quo pars altera scriptum
aduocat, altera voluntatem. Quo autem modo ab volun-
tate stemus aduersus scriptum, amplius exsequitur idem
Quintilianus. Sed exemplo item appposito: Peregrinus, in-
quit, si murum ascendit, capite puniatur. Quum hostes mu-
rum ascendissent, peregrinus eos depulit, petitur ad suppli-
cium, contradicitur, quæriturque an ne seruandæ quidem
ciuitatis causâ liceat mœnia conscendere? Ergo æquitate
ac voluntate pugnandum. Tertium genus est, quum in le-
ge aliquid inuenias, quo non obscura coniectatio fiat, con-
ditorem legis diuersa atque aduersarij opinentur sensisse.
Huc vsque Fabius. Sed cætera quæ hic continentur, nec
molestam nec reconditam interpretationem habent. At
quod dicitur Aequitate pugnandum: nos torquebat aliquan-
tulum, videbaturque omnino res vberius explicanda. Nam
& ex multis Quintiliani locis tolletur obscuritas, quæ
plerumque Lynceis imponit vice Plani cuiusdam: & aliis
quoque scriptoribus qui studiosorum lectionibus teruntur,
opem tulerimus aliquam: sed ad hoc præstandum non ferè
illustrior Aristotele occurrit, qui abundè nos instruat, quid
sit quod æquitatem crebriter, ac bonitatem dicimus. Nec
obicit illud iactatum vulgò: Vni testi, nec Catoni quidem
credendum: quando non occurrit, aduersum ituros ali-
quos. Lego igitur apud illum libro De moribus quinto,
ut ab Græcis verbo vno exprimi *ἑναντίον*, quod nos æquum
dicimus & bonum. Consentaneum, inquit, est dispicere

æquitas & bonitas quam rationem habeant ad iustitiã neque enim omnino est idem, nec genere item prorsus diuersum nam eximie quandoque approbantes adnectimus id, ex æquo & bono. Sed si rursus rationẽ pergās dispicere, absurdi nescio quid sese ostentat. Si præter iustum aliquid sit bonum & æquum, quod laude dignum censeas. Nam aut iustum, res eximia non est: aut bonum & æquum, non iustum, sed aliud: aut vtrunque eximium, & idem est. Cæterum rectissimè omnia constituta, nilque in iis pugnans est: quippè bonum & æquum, cuiusdam iusti emendatio est, non tamen ab eo dissentaneum. Gignit autem ambiguitatem, quoniam bonum & æquum iustum est quidem: sed non id tamen, quod ex lege est, sed quod legem corrigi emendatque. Ratio verò huius hinc colligitur, Lex omnis vniuersalis est: sed enim ea sæpè rerum natura est, vt de iis vniuersim præcipi nec possit nec debeat. Vbi igitur necessarium est vniuersale præceptum, nec rectè afferri potest, lex id complectitur, quod plurimum est: nec eam fallit tamen, in quo deficiat, nec ideo non rectam dixeris: neque enim peccat lex, sed rei natura, quæ præcepti capax non est. Quando ergo vniuersalis est lex, vsu venit autem, quod vniuersale non sit, tunc summa dicitur ratio, vt quæ conditor legis, vi rerum cogentes, omisit, expleantur emendatione, quod nec ipse legis auctor abnuat, si adsit. Hæc igitur est boni & æqui natura, legis emendatio, qua quippiam fuerat omissum propter vniuersale: quædam enim sunt, de quibus lex ferri non potest. Itaque decreto opus est, nam indiffiniti indiffinita est regula. Cuius modi est in Lesbo in ædificãdi ratione regula plumbea. Hæc ex Aristotele. Vnde plura paulò mutuari, & transponere collibuit, quo ex summi philosophi placitis res tota notior fieret, nemòque non dehinc vitro (quod dicitur) Sidonio, & electro Lucidius sciret, quid æquitas & bonitas sibi velint in maximis authoribus. Vsurpat simplex plebecula crebrò æquitatem, nec tamè quid dicat, opinor satis intelligere. Quod autem de Lesbia dictum regula est, scire amplius oportet, Lesbios plumbæ vti regula, quæ super lapides posita per eorũ inæqualitatem flectatur facilius: siquidem adeò duros in illa insula esse lapides memorant, vt ob naturam minimè sequacè scabrum non ferè recipiant. Igitur eius ratione regulæ inter ædificandum, mensu lapidũ quoquo modo cõcepto, iunctura

atque colligatio mutua minus reddebatur impedita, rectiorque surgebat structura. Erat & Polycleti regula, cuius meminit in libro De optima constitutione corporis Galenus. Et medici temperatam, vt ipsi dicunt, complexionem aiunt esse, nos temperaturã rectè nuncupamus, veluti Polycleti regulam, ad eam quippè sanitatis regimen disponitur. Item egritudinum curationes, cibi, potusque ratio, nec non pharmacorum. Galenus sanè inquit, Optimum corpus velut Polycleti regula est, cui in nostro situ, vtpote probè tẽperato, non pauca videas similia. Porro quod ad æquitatẽ spectat, ad id ipsum facit, quod Moderatus Columella scribit Agricolationis primo: Nec sanè, inquit, est vindicandum nobis, quicquid licet: nam summum ius summam crucem putabant: nec rursus in totum remittendum, quum vel bona nomina non appellãdo fieri mala, scenerator Alphius dixisse seuerissimè, putetur.

Thesei honores Athenis. Semne dea qua sint. Item quid Semneũ. Tyranneũ, Laodiceũ, Martyriũ. Procotta. Cortis quid. Cepus. Comana ciuitas vnde. Orestis historia. Procomion multa significare. Epicomia qua sint. Procomio. Plutarchi codex emaculatur. Thesais quid. Coma, barbeq; permissas offerre cur institutũ. Curotrophos Apollo. Tondendi species. Penice coma: galericulus. Relicinus. Replaudere fromẽ. Threptorius, petheriũ, & petherius capillus qui dicatur. Pnix quid. Pnycite. Ceroplasta. Ceras pro coma. Cerã cur dicant Armoracia. Xylon primum quid. Psiathia: Helena historia, & Iphigenia. CAP. XIII.

Theseum, qui primus Athenarum urbem constituisse videtur, quum vicatim prius habitaretur Attica: quamuis Quatuor urbem credatur Accius appellasse Athenas, quod ex quatuor urbibus foret conflata, honoribus multis, veluti tanti viri attonita virtutibus, prosequuta posterior ætas est. mortuum siquidem sacrificiis, vt heroem, censuit honestandum: asylum quoque, id est sanctius templum, vt inquit Lilius, ad eius tumulum curauit dicandum, quod puto, Theseum dicebatur: vnde est Aristophaniũ illud in Equiti-

bus, *λαβιδάει μὴ δουῖς ἐς τὴν θυσίαν, ἢ ποτὴρ ὀρχηστῶν δούρ.* Sedere mihi videor ad Theseū, aut ad deas Semnas, id est Erynnias, ex Attica loquendi consuetudine, *κατὰ ἀττικὴν ἑρμηνείαν.* Earum simulacra post Orestem excitarunt ad Ariopagum Athenienses, vti honore exciperentur maiore. Semnarum meminit Thucydides libro primo. Earum sacra obibant Hefychida Athenis, ab Hefycho heroe propagati, cui arietem ante rem diuinam immolabant. Semneum verò monasterium est, vel quasi veneratione dignum, aut magis, quia secreta & inaccessa loca vocant Semna. Apud Lycophronem tamen, etiam turpitudinem habet ea dictio. Semnas deas & Eumenidas putat diuersas Philemō comicus. Dicitur autem figura eadem, quae *τυραννίαν* Plethoni Gemisto in historiis, tyrannorum vocantur palatia. Sic & Thucydidi *δαιμόνας* nuncupatur Dioscurorum templum. Idem scribit, Mantinos & Tegeatas in Laodiceo terrae Orestidis concurrisse, Martyrion Hieronymo est martyrum sacellum. Sed ad rem. Thesei templum & Erinnyarum asyliam habebat, quoniam ex eo reuelli nullus poterat supplex. Quid quod authores passim approbat, octauum mensis diem fuisse Theseo sacrum, sicut Numeniacis dies, qui primus est, septimusque Apollini, quartus erat Mercurio sacer? Erant eiusdem honori festa Thesea, in quibus dabatur populo congiarium, & conuiuia celebrabantur. Frequens item tonsus nomen est Theseis, ab illo producta. Etenim inoleuerat mos vetus, vt qui exephebi essent, capillum & barbā summanibus, & Apollini primum tonderent, quem curotrophon vocabant. Sicut apud Homerum Achilles facit: & in Theseo à Plutarcho est repetitum, eo argumento quod ex humecta feruidaque natura constant animantium incrementa. Delphos itaque profectus Theseus comae primitias obtulit Deo, anteriore capitis parte abrasa. Nam alij temporum comam offerebant, alij posteriorem, vt est apud Pollucem. Priora capitis tondendi more Abantas primum vsos, auctori Homero credimus. Quemadmodum ediuerso Thraces quosdam appellatos scimus acrocomas, qui antias in frontem muliebriter demitterent. Nam Euboicos opisthocomas vocari solitos, Polluci assentimur, quia comam per terga fusam alerent, qualis ferè Hectora dicitur coma, vt auctor Timæus est. Nec Lycophron pratermisit, vbi Casandram inducit sic nuncupare comam, velut incederet eo modo Hector.

for. Procotta vocatur, vbi anteriores nutriuntur coma, quia Cortis apud Dores dicitur caput. Quamuis alij ante frontem capillos dici Procottam putent. Ex veteri item instituto legitur, in Ponto comana nuncupari, ab excisa inibi ab Oreste coma: quod, vt scribit Procopius Persici belli primo, & significat Strabo, ex Tauris cum sorore profectus in valetudinem incidens oraculum accepisset, non desitūrum morbum, ni adificato quale apud Tauros reliquisset, templo. Quare conspecto in Ponti regione prarupto monte, ciuitatem condidit, illum tauro consimilem arbitratus, ac Dianæ templum, Iagabri coma praefecta, extruxit. Verum grassante nihilo secus mali vi, rursus in Cappadocia montem nactus Tauricis persimilem altera excitauit Comana de Comae rursus praefectae argumento. Morbum non alium fuisse augurantur, quam insaniae qua sit, enecta matre, correptus. Est & tondendi species dicta cepus, qua frons excolitur. Est & scaphium, vt Aristophanes significat in Auibus. Est & indecora, profusus, ac enadica tondendi ratio dicta moechus, qua infamatur in comædiis poeta Cratinus. Cuiusmodi ferè apud Martialem epaphraesis, etiam si pro tonsu simpliciter quidam intelligi epaphraesini malunt. Vtut eo verbo Therapeutices quinto Galenus. Penicem comam dicimus insitiam, non veram, neque congenitam. Eandem & procomion rectè vocaris, & pilidion apud Demosthenem, atque item entrichon? at Latine capillamentum & galericulum, Tranquillo astipulante in Othonis vita. Procomion intelligit in libro *πρὸς Ἰωνίους*, Xenophon equorum iubas in frontem propendentes: quae visum noti praepediunt utique, verum & infestantia ab oculis defendunt. Legimus & *πρὸς Ἰωνίους* dici hymnum: qui ante comon, id est *κόμων* concinnaretur. Erat autem eo nomine cantus & vinolenta saltatio: vnde quod comion praecederet, procomion rectè dixeris, velut procomium. Sed & qui alios anteit hymnus, eadem non ineptè conscribitur nomenclatura. Quae verò laudis suppeditant argumentum in comestationibus post victoriam epicomia dicuntur scienter: Pindarus, *ἀδύνατον ὄλοντες ἐπικωμία πρὸς Ἰωνίους*. Proconium verò esse hordeum tradunt: sed & tostum triticum, ac suffimenti genus. Sunt qui ea appellatione, poleum tam ex recenti hordeo accipiant, vt Galenus. Relicnam in Alexandro frontem vbi in floridis laudat Apuleius, capilli-

tio denudatam intelligit, & veluti relicta. Replaudere frontem, esse videtur percutiendo frontem capillos reicere, quod assolet in luctu. Capillus porro refectus deorum honori, threpterus dicebatur, id est *θρηπτήριος*, ut est apud Aeschylum. Reliquus vero pentheterius, id est *πενθητήριος*, puto ab luctu ita nuncupatus, quod vicitissimi foret moris in Graecia, per luctum comam recidere: & inter nauigandum tempestate urgente peruellere item fuis precibus: quod scribit in libro de sua ipsius vita Libanius. Alio tempore omni connutrire, nisi ubi vigore aetatis praecisus, offerretur Deo capillus, ut iam commonimus, quem inde quoque threpteri nuncupari solitum coniectamus: nam & threpra connutricationis dici collata praemia, compertum est. Pentherium autem Thasij dotem appellant. Illud obiter adnotari, pnycen ad comam pertinere nihil, quando eo nomine consilij locus Athenis significatur. Alij concionem eo vocabulo intelligi malunt, ab hominum frequentia & densitate deslexo vocabulo. Quod innuere historia octaua Thucydides videtur. Sed ipse *πύκνως* scribit. Pnycis meminit Plutarchus in Themistocle: Pulpitum, inquit, quod in Pnyce prospectabat mare, ab triginta tyrannis in terram & continentem est conuersum. Sed Latini codices fide interpolati, in pace, scriptum praefertunt. Meminit in Theseo idem Plutarchus, & contra Cresiphontem Aeschines. Verum Latinis codicibus maximè vitiatis, apud Ammianum Marcellinum legimus, Diodorum esse exanimatum, quod dum edificandae praesert ecclesiae, puerorum cirros licetius deconderet, id quoque ad diuinum existimans cultum pertinere, Ceroplastae à nonnullis comae ornatores vocantur, quoniam ceras etiam fit coma, quod ante Plutarchum indicat Homerus, dum Parim *πύκνως* dicit: sed & apud Sophoclem *πύκνως* nuncupatur, id est horror pilos surrigens, velut *ὄψιδος*. Sunt & ceroplastae, qui ceram exercent: sed tunc Graeci *κηροπλασταί* scribuntur. Apud Theophrastum obseruauimus, Armoraciam, quae syluestris est rhapsanus, ut scribit Palladius, ab cornu imagine *κέρας* nuncupari. Quod pallinacis nomen est communicatum, Dauco tamen in primis, forte ab radice capillatae argumento. Pnycen, de qua diximus, putant aliqui regionem ad Acropolin, antiqua comparatam simplicitate, ubi archaeresia haberentur, id est principum electiones, seu comitia. Proinde tumultum popularem, & con-

& concionum fluctus dici pnycten ab Comicis. Obiter, ac parenga velut opera adiciamus, primatem sedem nuncupari solitam *πρώτου ξύλου*, id est primum lignum, & in iudiciali statione cathedram primam. Verum quae iudicum sellis insternebatur, dicunt psithia. Illud postremò ad Theseum spectans haud incuriosius transmisero: quod Duris prodidit Samius, raptam ab eo Helenam annorum septem, tamque retentam diu, donec Iphigeniam suscepit filiam, mox verò ea fuisse exutum. Propterea Lycophron Helenam dicit, *δυσίπ πύκνως ἐξέφυγε μέλλω γυνάμ*, raptam ab Paride. Traditur illud quoque, Iphigeniam mox Clitenestrae adoptatam. Eandemque Graecis fuisse immolandam, ni Diana commiserante, in vram foret deformata: vel iuxta Nicadrum, in tauri formam, aut etiam in anum vel ceruum, etenim traditur id quoque. Sunt qui ex Agamemnone ac Chryseide, Chrysen memorent natum, & Iphigeniam. Hanc verò post captum Ilium ab Tauriscythis abductam Dianae institutam fuisse sacerdotem, vel Lunam.

Pyrrhi votum. Sanitatis praestitia. Antiochi somnium ad id. Pythagoricum item institutum. Socratis comprecatio insignis. Aurum esse sapientiam, argentum verò naturalium notitiam. CAP. XXIIII.

Pyrrhum, qui Epirotis imperitauit, qui que post Alexandrum rei militaris prudentissimus est adiudicatus, ferunt, ubi immolaturus templa inuiseret, non regni ampliorè modum, non de hoste victoriam praesignem, neque item gloriam illustriorem, aut diuitias, & id genus alia, quibus mortalium plerique attoniti inhiant: sed sanitatem modo à diis precari solitum, ceu parte hac bene constituta, prosperius cessura viderentur omnia. Nam si toto sinu sese affundat Fortuna afflatus, absit autem valetudo recta, nullum illinc profuit emolumentum quod iuuet. Propterea Antiochum cognomento Sotera, praelio cum Galatis congressurum legimus, in quiete arbitratum, Alexandrum sibi assistere, moneréque, ut prius quam in aciem milites produceret, non aliud proponeret illis signum, quam *ὕγιεινον*, id est bene valere. Quod quum is non neglexisset, nobilem de hostibus victoriam esse assequutus. Scimus porro mandatorum librum ab imperatore dari solitum, in quo praecceptum primum erat de fa-

nitatis cura: Pythagoras quoque in epistolis nõ alia est vltus
 consalutatione, quam vt iuberet, *ὕψιστος*. Id institutum &
 Pythagorici mox seruarunt, veluti anima corporique nil am-
 pliùs congrueret, hocque vno hominis bona vniuersa cõpre-
 henderentur: Quin & symbolũm, quo inter comparēs vteret-
 tur, dicebatur *ὕψιστος*, id est sanitas: Socrates verò in Platonis
 Phædro, sic votum concipit: *A micē Pan̄*, & alij qui locũ huic
 colitis dij, date mihi, vt intrus pulcher efficiar, & quacunq̄
 extrinsecus habeo, intimis sint amica: Diuitem autem solum
 sapietẽm existimem: tantũm verò mihi sit auti, quantum
 nec ferre, nec ducere queat alijs, nisi vir tẽpẽrans. Hoc
 est philosophi præclarũm votũm, hæc oratio ad Deum in-
 signis; hoc documentũm cunctis insigendum mortaliũm.
 Quid enim sollicitius petendum à Deo; quàm bonũm?
 Sed cuiusmodi nam bonũm: Certẽ vt eũm ipsũm, sum-
 mum; inenarrabilem rerũm conditorem aliquo modo co-
 gnitione perũngere valeamus. Hæc vera est sapietia, hoc bo-
 num verũm, hoc præter eũm, qui verẽ sapiens est, nemo con-
 tribuerit. Sed nec alijs accẽperit; nisi intima pulchritudinẽ
 nitidus, expurgatis scelerũm conditoris; imò verò, quẽ incom-
 parabilis illa bonitas, in sita pietate, sapietia dignũm præsi-
 terit, id est talẽ effecerit, vt lumen illud ferrẽ paratus sit, refe-
 cta omni vitiorũ per virtutẽm labe, perturbationibusq; om-
 nino iussis cõtescere. Huic ita affecto Pan & dij omnes, hoc
 est summus ille parens; conditorque rerũm ac ministrũ eius
 omnes ita aspirant, vt aurũm micantissimũ non abnegent,
 id est diuinitatis notitiã impertiantur, postea quã corpore
 nec tumultuãtur, nec menti obstrepunt amplius: Hoc il-
 lud aurũm est omni censũ manũs, quo ab Hebræis Aegyptios
 fuisse spoliatos; sanctæ produnt literæ. Etenim sic auri nomi-
 ne Christianæ veritatis assertores diuinorũ cognitionẽ intel-
 ligunt, vt argentũm symbolicẽ scientiã rerũm à Deo cõdita-
 rum signare tradũt. Porro in Apocalypsi Ioannes theologus,
 & diuinitatis intimus, & sine pari contẽplator, ac (vt sic dice-
 rim) à secretis: vbi aurũ ignitũm censet emendũ, non aliud op-
 pinor, quã ipsũm hoc, de quo diũ verba facimus, intelligendũ
 prudentibus reliquit. Sed & magicũm illud aurũm infanti o-
 blatum CHRISTO non aliũm habuerit sensũm. De Pla-
 tonis sacrariis & illud est, ab Aristotele quoque in Politicis
 repetitũm, quibusdam statim in vitam prodeuntibus
 aurũm

aurũm affundi, nonnullis argentũm, artificibus verò & agric-
 colis æs aut ferrũm.

*Adorationis præstantia, & necessitas. An bestia calẽ-
 stia venerentur. Votũm quinq̄ rebus perfici.*

CAP. XXV.

Postea verò quã non temerẽ quidem, sed consilio certo
 huc producti sumus, vt votorũ meminerimus, quibus
 infinitã latẽque exuberantẽ Dei bonitatẽ simpliciter
 appreciamur, quod per momenta facit, bona nobis pergat
 contribuere, nequeo temperare mihi, quin ex veterũ philo-
 sophorũ id cõtũ feligã quoque, Deo tota vi exhibẽdũm
 adorationis cultũ, quo euidentius multorũ, qui CHRIS-
 TICONFECTORES se profitentur, & prædicant, & caua verba, ac in
 modũ vesicarũ tumentia buccis trutinantur inflatis, sed
 lingua tenuis, & factis procul, peruicax retundatur impietas.
 In primis verò mihi se Iamblicus ingerit, sacerdos magnus,
 & præcellens Porphyrij discipulus, à quo proditũm scimus
 in libro De mysterijs, voto adorationẽque sacrificiũm per-
 fectius fieri & absolutius, & totã demũ religionẽ effi-
 firmiorem. Ea quoque re eximiam cõstari animarũ & Dei
 connexionẽ. Frequens item adoratio alit intellectũm, &
 perficit, animã ad diuina suscipienda admodũ efficit am-
 pliorem, diuina nobis aperit: hac luminis diuini insuescimus
 splendori, cœlestis augetur amor, quòdque in animo diuinũ
 est, succẽditur acrius, furrigiturque, extergitur quicquid ma-
 culosũ, quicquid est animæ hostile. Spẽ elargitur eximiam
 fidẽm perficendo circa lumen. Postremò adoratio frequens
 Deo nos familiares facit, atque (vt planẽ dicã) discipulos.
 Certẽ ab Deo, ceu fonte perenni, manant omnia, nil tam te-
 nue aut pusillum, quod eius ope comperias defuturũ. Vni-
 tas diuina exuberat in omnibus: ea stat omne, quicquid est.
 Sed vt ab illa profluit, ita refluit in eãdem circulari quodã
 & intimo motũ. Alia opis indigũm tota vi præcipitaretur in
 interitũm. Hæc nos ratio ad piãm prouocat adorationẽ,
 qua cum Deo, abs quo prodiumus, rursũ coniungamur, &
 (vt sic dicã) coalescamus. Propterea diuinẽ Porphyrius: Quo-
 niã, inquit, Dei filij dicimur, & sumus, sed in hæc mundanæ
 magnitudinis portione veluti in exiliũm quoddã amandũ,
 & in Tullianũm quodãmodo intrũ, suppliciter ac sum-
 mis

mis addecer viribus adorare, vt ab hisce educti tenebris, & ter-
 rima sede, vnde profecti, patrem latissimè repetamus. Cer-
 tè quum vniuersi partes simus, vniuerso proculdubio indige-
 mus: siquidem ipsa ad totum conuersio partibus salutè præ-
 stat. Quòd si virtutis expetis ornamenta, eum venerare, qui
 totius virtutis est princeps. Qui enim est vnitas vera, bonas
 id ipsum, quod expetis, impartietur bonum. Si corporeum in-
 signe quodpiam consecraris, ei te subiice. Illi vota cõcipe, cuius
 immensa vis corpora omnia creat potenter, & salubriter
 continet. Qui essentiam præstat, vtique præstat & salutem.
 Hoc ipsum nobis distat historia, ex qua edocemur, Indorum
 Brachmanas, Persarum Magos, veteres Græcorum Theolo-
 gos omni pede diuino cultui & votis intendisse. Quippe quò
 fit à brutis dissitum humanum genus, consentaneum est, ac
 prorsus necessarium, dissitam, propriam, à bestiis sequestra-
 tam vnã aliquam habere perfectionem, in cuius participarum
 inferiores non veniant animantes. Hunc verò esse ser-
 monem, non rectè putatis. Pleraque enim in brutali vita ex-
 tant sermonis vestigia. Neque item rationem quãlibet: nam
 actiua rationis in bestiis semina multa, quod operum & vitæ
 comprobatur modus. Speculatio item quædam, & naturalium
 peritia nobis videtur cum illis quadamtenus esse cõmunis
 nam & remedia norunt, cibos distinguunt, futura prælagunt,
 ingruentia vitant solertissimè, etiã si natura duce in hisce po-
 tius videantur niti. Vna verò est diuinitatis contemplatio, cul-
 tus vnus, qui extra hominem reiicit omnia. Neque prona in-
 pastum animantia Deum suspiciantur, aut sciunt. Peculiaris
 homini est in naturæ principem Deum mentis excitatio, quò
 etenim spectat ipsa hæc tam præsignis, tam regia humani cor-
 poris ad supera erectio? Quòd si ex Plinio obicere pergās, &
 brutorum aliqua caelestibus reuerentiæ cultum exhibere in-
 feram, non exactè ad verum omnia narrari ab id genus scri-
 ptoribus. Quanquam & ex Platoniorum doctrina possum
 coarguere, bestias aliud quiduis facere potius, quum caelestia
 videntur honorare. Aut si honorant, nescire tamè quid agant:
 vel si sciant, eas item intelligentiæ ac immortalitatis videri
 participes, quod est ab omnium ferè consensu disparatum, re-
 sipitque Epicureum quiddam. Cui generi, si modo nõ sit ob-
 durata fronte, ferulas adhibuisse, non superuacaneum censea-
 tur. Verũ, vt vnde diuertimus, illuc demum reuertamur, pu-
 tant

tant ex adiuratisimis nonnulli, cultum absolutum, & nulla
 ex parte cessantem, quinque maximè perfici rebus. Primum,
 inquirunt, nosse oportet eum ipsum, quem colere destinaris:
 mox qua ratione cultum hunc adhibere, sit necesse. Secundo lo-
 cosumarum exercitatione virtutum, castitate, integritate,
 mentis puritate ac sanctimonia excussam depuratamque vi-
 tam diuinã vitæ, quantum ratio patitur, coaptare, a simula-
 tione religiosa. Tertium locum ex his habet contactus iam
 augustior, quo diuinam essentiam ferè attingimus. Quarto
 loco diuinum vestibulum ingredimur iam. Postremo vnita-
 tem animæ nostræ propriam vnitati diuinæ insinuamus pen-
 nitus atque connectimus. Demum prius quàm ad alia trans-
 eamus, illud vtique admiratione dignum, & festo plausu ex-
 cipiendum, quod Homerus tantæ vetustatis poeta duo potif-
 simum in homine insigniter est veneratus, tum quòd mente
 ornatus foret, tum quòd coleret deos: sic enim Vlysses com-
 mendat.

ὁ δὲ πρῶτος ἰσχυρὸς ἔστι σφοδρῶς, ὡς ἴσῃ ἰσὺς δεινὸς

Ἐξ ἄλλων, τοῦ ἰσχυροῦ ἰσχυρὸς ἔσται.

Scribit tamen Theodorus magnus, explorando curiosius sin-
 gula, liquido compertum, mentes quidem & animas præci-
 pue sed & quicquid omnino est, excepto vno, adorare, item
 atque vouere. Nempe (inquit Proclus) cuncta præcatur, hym-
 nosque concinunt ad ordinis sui duces: Sed alia quidem intel-
 lectuali modo, alia rationali, alia naturali, alia verò sensibili.
 Vnde enim puramus plantas illas, quas heliotropias nomi-
 nant, ad solis motum solem versus moueri? Selinotropias ve-
 rò ad lunam verti? Sed vir tantum bonus vt in Legibus Plato
 docuit, Deum decenter feliciterque precatur. Postremò, in-
 quit Iamblicus, adoratio, eiusque virtus nunc sacrificium an-
 teit, nunc medio inseritur, interdum finem complet sacrificiãdi.

*Voluntatio in cœno, apud Plinium quid sit. Ceromã, Patos
 his Comsalos. Alapaha quid. I. apathi. Comla. Py-
 riathos. Unguentorum genera, Christa. Comata. Ali-
 ma. Chrima, Comstra. Pandare. Canthely qui sint.
 Catheton. Catheter. Item locus Plinij expensus. Bi-
 bendi leges. Conuiniourum præfecti. Gynaconomi. Ho-
 ratiij locus declaratur. Amystissare, Commedi histo-*

ria. Item tertij loci per pensio in Plinio. Pauli prætorij historia. Quid admonere obscœnis imaginem principis. Vini hordeacei proprium. Pinon vinum. Propomata, & bryton, ac parabia. Brutij vnde.

CAP. XXVI.

Plinius Historiæ naturalis volumine decimoquarto, super periculo (vt solet) cenforio vinolentiam detestans: Ad hæc inquit, pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno, ac pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. Sum memor, dum adolescens adhuc, tantumque non etiam prætextatus, enarrarem nobile opus Antonio Boldu, nobili Veneto, Rhodigij præturam gerenti, viro in literis satis exercitato, quæ sisse ex me per literas Veronensem quendam, quid super eo loco nõ aperto admodum sentirem: vel quia minus percipiebat ipse, vel vt ingenium meum periclitaretur, & doctrinam arbitratus forsân in palustris soli crassamieto natos esse prosum, quod Galenus inquit, *δυσ διαραδύς*. Respondi tum pro tempore, quæ occurrebant. Nunc eadē, sed exultiora, multoque locupletiora hic apponere est visum, simul vt pro virili profim, simul ne pereat, quod laboriosè olim fuerat excogitatum. Igitur volutationem in cœno luctatorum intelligo meditationes: in quem sensum duxit me primum Valerius Mar-

tialis libro septimo, in Philenen,

Et putri lutulenta de palestra

Vncti verberare vapulat magistri.

Accessit mox & Senecæ astipulatio, apud quem ita legimus: Non adducor, inquit, vt in numerum liberalium artium piores recipiam, non magis quàm statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriæ ministros: quæ luctatores, & totam luto ac oleo constantem scientiam expello ex iis studiis liberalibus. Et ne qua omnino subit hæsitatio, expendant quæ Plinianarum obscuritatû scrutatores, quæ ad eam rem aptissimè Lucianus scribat, cuius dialogus est, Anacharis, siue de gymnasiis: qui adeo ad Plinianos accedit sensus, vt prorsus ab eo quodammodo videatur mutuatus. In eius igitur sermonis initio ita postum inuenias, *ταῦτα ἡ μὲν, ὡ σέκου, τίν ἔστιν ἡντιν ἡντιν, οἱ μὲν αὐτῶν περιττοὶ ἐλεῖ μὲν ἀλλὰ καὶ ἐνοσηνοὶ σὺν οἱ ἡ ἀγγιστοί, καὶ ἀγγιστοί, καὶ ἐν τῷ πηλῷ αὐσαναφύροντα λευκανοῦσιν*

ἡντιν ὄσθρ. Hæc inquit, ô Solon, cur nam iuuenes nostri faciunt? Alij complexi mutuo se supplantant, hi præfocantur, verberantur illi, & cœno sese immiscent, volutanturque, perinde ac sues. Porrò & caroma nouimus dici oleum, quo perungerentur Athletæ, ad robur adiiciendum membris, adhibito quodam terræ genere. Sunt qui paton dici putent cœnum caromati, id est oleo, vt ipsi interpretantur, permixtum. Cui si sudor accesserit, conisalo Atticæ dicatur, sicuti author probat Galenus. Paton, pro conisalo ferè accepisse Eustathius animaduertitur: nam conisalum pro puluere intellexit Homerus, vbi ait,

ἡντιν ὄσθρ id est,

Sub pedibus excitabatur puluis procellosus. Alapatha Græci porrò inanitiones dicunt, vnde lapathum herbam scribit Sudas nuncupatam, quia sit *λάπαθον γαστρίος κενώσιδον*. Sunt & lapathi capiendis feris depressiores fossæ: quod Democrito placuit, ac idem exposuit Sudas. Conistram, pro palæstra positam inuenimus: quia conis, sit puluis: quod significat Eustathius. Quamquam erat Atheniensium item Deus Conisalus, Strabo: Nam, inquit, Priapum Hefiodus non nouit, & Orphanæ & Conisalo, & Trychoni, & eiusmodi Atheniensium diis persimilis est, Author Aristoteles est, coturnices nidum non construere, sed conistram, id est aream, vt Theodorus interpretatur, quam & sarmentis contegant. Conila vrò herba est, quam in Theriacis Nicander etiã Heraclium & Origanum dici arbitratur. In Ophiaco Perrichus ab Conilo inuentam tradit. Quod ad Paton attinet, sciendū eo verbo ab nonnullis intelligi retriementiam caprarū feculentiam: quæ & Pyriathos nuncupetur quandoque. Vnguentorum esse porrò discrimina duo, adnotatum ab eruditis est, deliciis destinatum vnum, quod chrimsa nuncupetur, seu chrimsa, palestræ dicatum alterum, quod dicatur alima, Coniatæ autem, & chrimsæ vnctores sunt. Quæ autem peregrinæ dicantur à Plinio exercitationes, minus puto habere difficultatis: quando auctore Thucydide scimus, Omnium primos Lacedæmonios corpora in gymnasio nudasse atque oleo perfudisse. Et M. Tullius libro secundo De oratore scriptum reliquit, Gymnasia delectationis & exercitationis gratia primum ab Græcis instituta. Vbi verò ait, pectorosa ceruicis repandæ ostentatio: intelligo membrorum conformationem in palæ

palęstrita significari, in primisq; collum procerius, quod in eo exigebatur maxime, vel Satyro attestante:

*Et longum inuulsi collum ceruicibus a quat
Herculis, Antaeum procul à tellure tenentis.*

Sed & Martialis in distichis id ipsum approbat illis versibus:

*Hęc rapit Antaei velox in puluere dracem,
Grandia qui vano colla labore facit.*

Pectoris quoque latitudo roboris iudiciũ est vel maximum: nam in tyronibus Vegetius primo De re militari, id item exegisse videtur. Sed & erectam ceruicem nõ tacuit. Repãdus verò nunc retro patentem signat, nunc reflexum, vnde reparandirostrum cõcinnauit Pacuuius, quanquam durè, Quintiliano teste. Sarcina item pandati dicuntur, qui oneribus nimis succumbunt ferè, & incuruantur. Plinius de apibus: Totã que onustã remeant sarcina pandatã. Item libro decimo sexto, arbores, siue trabes pandari scribit, quæ incuruantur ceduntque ponderi. Cuius contrarium palma faciunt, quæ in diuersum renitendo fornicantur, veluti asinorum genus id, quos canthelios Xenophon dici scribit, sicuti in monumentis Suda relatum scio. meminit & Polybius, quanquam & in percipiendo hebetior eo dicatur nomine. Author *ἱερογῶν πρὸς γαργύλιος*, libro sexto, Canthelios interpretatur cophinos maiores: hinc Strabo *γυργαφονιδίων* libro quartodecimo, Alabandam scribit faciem præbere *καυβηδὸς κατεργαμῆδός*, id est canthelij inuersi. Lityersẽm Celænarum regem Sositheus scribit apud Athenẽum, tres solitum canthelios totos vorare. Catheton verò, id est *καθετήρ* dicunt perpendicularium. Catheter autem, seu *καθετήρ*, chirurgicum est instrumentum, imagine quadam S, literæ, quod per vrèthram intrusum vrinam prolicat. Caterum postea quàm nodum hunc satis implicatum, non vt Alexander, ferri adminiculo, sed ingenio & indagine certa planè exsoluimus, addamus ex abundanti, quod in eodem capite legitur haud ita multò post. Alius, inquit, quantum alea quaesierit, tantum bibit. Concisa oratio, & impedita, sed Pliniana: verum hoc sensu: Alij, inquit, tot exsiccant pocula, quot iniunxerit cõuiuij dominus, qui talorum fortuito iactum eum fortiebatur locum: propterea Horatius,

Nec regna vini fortiter talis.

Quin ex eo dicebantur modiperatores, ceu bibendi imperarent modum iuxta coniuuales leges, sic enim appellantur.

lantur. Magistros Cicero vocat, Græci βασιλῆς, hoc est reges. Meminit Legum septimo etiam Plato, necnon in Cœnis Macrobius. Decreta porro coniuualia, quæ vocat *νῆμεις*, diligenti seruabatur scito. Sed quæ nam erant eas? Apud Græcos, inquit Cicero, lex in conuiujs obtinetur. Aut bibat, aut abeat. Erat & cantio coniuualis, *ῶντες πῖνι, τῶς πῖνι, ἀμὰ τῆς ἀρα*. Bibe quinque, bibe tres, bibe quatuor cyathos. Nam Simonidis illud prorsus diuersum est, *ῶντες πῖν' ἐπὶ συμφορῆς*, quippe *συμφορῆς* est τὸ μῶρον. Proinde sic enunciant alij, *ῶντες, πῖν' ἐπ' ἰαδῶντες*. Gynæconi cõuiuia inspectabant cū Areopagitis, & cœtus alios in domibus ac nuptiis, & re diuina, lege ne præfinitus adesset numerus, Apud Romanos verò bibendi ars hisce ferè cõstabat legibus, quod Plinius obseruauit & docuit, non labasse sermone, non leuatum vomitione, non altera corporis parte, plurimum hãuisse vno potu, plurimũ præterea addidisse alijs minoribus, optima fide non respirasse in hauriendo, neque exspuissse, nihilque ad elidendum in pavemento summum ac postremum potum ex vino reliquissse. Hęc Plinius, quæ eo grauius apposimus, quoniam quod extremo loco adiectum est, Horatio multum infert lucis Carminum secundo, quem locum coniuentes plerique transfiliunt, in aurem (vt aiunt) vtranque prorsum sopiti.

Absumet hares Cecuba dignior

Seruata centum clauibus, & mero

Tinget pavementum superbo,

Pontificum potiore cenæ.

In eo autem quod Plinius dicit, optima fide non respirasse in hauriendo, scitu dignum est, id Græcè admodũ venustè vno exprimi verbo *ἀμυσί*, quo significatur, inter bibendũ ne fuisset quidẽ occlusum os, aut contracta labra: sed capaciter hãuisse, aut magis quasi *ἀπνοστί*, quod indicat, sine respiratione: vnde etiã producit verbũ *ἀμυσίσην*, eo modo bibere, quod nos Latine, nec ineptè amyttisare dixerimus, quando & Horatianam legimus amyttidem. Celeberrimum illud est Com modum Cælaem in solitudinibus & æstuationibus theatricorum certaminum quando ex superiore loco vrsos iaculis impetebat: quod refert Dion, ingens poculum dulcis vini solitum haurire *ἀμυσί*. In quo à spectantibus id in conuiujs frequens succlamatum ferunt, *ῥοσῆας*, id est, viuas: sed amphibolicè pronunciatum, grammatici contendunt, perinde ac

dicatur, compleas viuendi modum, id est morere. Est & ter-
tius locus capite eodem habens & ipse inuolucris aliquid, ubi
Plinius ait, Vulgòque veritas attributa vino est. Sed infer
luminis non parum tertio De beneficiis Seneca, vt adagium
vulgò frequens prateream, Vinum & cum pueritia, & sine
pueritia veridicum est. Sub Tiberio, inquit, Cæsare fuit ac-
cusandi frequēs & penè publica rabies, quæ omni ciuili bel-
lo grauius togatam ciuitatem confecit. Excipiebatur ebrio-
rum sermo, simplicitas iocantium, nihil erat tutum, omnis
sæuendi placebat occasio. Cœnabat Paulus pratorius imagi-
nem Tiberij habens in gemma matellâ poposcit. Id factum
Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notauit: ac ser-
uus eius, cui nesciebantur insidie, ebrío annullum extraxit
quum Maro conuiuius testaretur, admotam esse imaginem in
obscœnis, & iam subscriptionem componeret. Hactenus ex
Seneca, & quidem pluscula simul, vt Plinium illustramus.
Simul vt obiter perciperent studiosi iuuenes, quid esset prin-
cipis imaginem obscœnis inferre. Porrò Valerius Martialis
locis aliquot nunc figuratè, nunc apertius illorum temporum
infectatur scelus, quibus poculo & vino extorquebantur hæ-
reditates, & testamentorū falsæ subsignationes. Obiter id eno-
tabimus, mirum esse quod in libro De ebrietate Aristoteles
prodit: Vino hordeaceo temulentos retrorsum modo decum-
bere, ac supinos quod in aliis haudquaquam fit. Vinum id ge-
nus vocat Philosophus inibi pinon, id est τὸ πινον. Sunt qui
etiam bryton, vt in Triptolemo Sophocles, sed & in Lycurgo
Aeschylus. Arbitratur Paulus, quod è lanarū sordibus expur-
gatis efficiatur vinum, rectè pinon dici: etiam si non desunt,
qui sic vinū vocari putent, quo sordentes eluantur lane, quod
seponatur mox conditum. Verùm ex radicibus item concin-
nari brytò, Hellenico credimus. Hecæus in Europæ perio-
do author est, Pœnas ex hordeo brytum haurire, ac ex milio
& conyza parabiam, Brutum verò Latina dictio est, vnde &
Brutis conciliatum nomē, vt scribit Diodorus, quod eorum
plerique omnes fugitiui serui initio fuerint, ac bruta gens
hominum colluione circa Lucaniam conflente. Brutides
autem mulieres dicuntur, velut Sibyllæ, ac Prophetides.
Brutios à Lucanis rebelles dici, author est Strabo. Sunt &
propomata, velut antecedentia pocula, vt sint bibendi pro-
mia. Est apud Palladium caput, libro tertio, quo pacto spon-

te nascantur propomata, id est vina condita, cuius est modi
rosæum & violatum.

*Quam habeat rationem id frequens in libris. Non
esse infundendum lenticula vnguentum. De odori-
bus aliqua non ingrata. Item quid sit odor. Dryinos
animal. Melandryon. Adranus Deus. Rancer
quid.*

C A P. XXVII.

Non esse promiscendum lenticula vnguentum, ex Var-
ronis Satyra Gellius adnotauit. Monuerat diu antea
in Epistolis ad Atticum M. Tullius: sed & eò adhuc anti-
quior philosophus Aristoteles, in commentatione quæ De
sensu est, & sensili: vt Athenæum prateream: cuius libros, si
prodeat quan loque mutilati minus, minusque (vt sic dixe-
rim) fide labefactata, velut breuia, & quidem recondita pu-
taueris rectissimè, ac vnguentū, sed amaracinum. Dignū ve-
rò arbitratus nosse exactius, quæ nam foret eius sententiæ ratio,
si quidem subolebat, inesse quippiâ latentis doctrinæ, adij-
nostri temporis Lynceos, qui summo conatu interpolatum
Gellij codicem restituere adorti sunt. Cæterum nil ibi com-
pertum, quod sitim expleret, fortè illi, vt qui essent ingenio
acri, doctrina exultiore, hæc tanquã tenuia nescio quæ, ac nu-
galia, vel scholica cõtēpserint, ac velut piscium filij (quod
aiunt) aquosa petierint. At ipsi sordentes, quatu reguli & scor-
piones, aridissima quæque cõsectamur, & quod infra classen-
simus, ac nota vilioris, nil opinamur negligendū, quod insci-
tum, & latens frontè cogat perfricare, nullo profectu. Sed ve-
rius est, in puluerè prodire, quàm diu præfari, etiam si cõtē-
tiosum trahere funem videbimur. Igitur omnè (quod aiunt)
lapidem mouèdo sic comperi, odorum species esse duas: alte-
ram quidem saporis ratione, cui gratum ingratumque inest
quidem, sed per accidens, hoc est non quatenus eiusmodi
odora sunt, sed quoniam odor eorum nutrimentū significat.
Est enim odor quædam, vt sic dicã, passio nutrimenti, sicut &
sapor: si quidem per qualitatem eam aptum & congruum sibi
alimentum è longinquo percipiunt animalia, sicut coniun-
ctum per saporem. Ex quo animaduertimus, odores id genus
saturis minus esse oblectabiles, at esuriētibus mirificè. Nam
nec cibaria ipsa nõ indigi appetimus. Quo colligimus liqui

Illud sub monuisse in odorum mentione nil (puto) obfuerit. Hieronymum sic epistola quadam scriptum reliquisse: Cinnatulos pueros, & calamistratos, ac peregrini muris oleas pelliculas: de quibus illud Arbitri est, Non bene olet, qui bene semper olet: quasi quasdam pestes, ac venena pudicitia virgo deuitet. Versiculus quem Arbitro Petronio ascribit author hic scientissimus, apud Martialem legitur quoque. Rancorem Palladius mucidum intelligit odorem: Canales, inquit, & omnia receptacula olei calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni prateriti rancore custodiant.

Grati animi exempla Alexandri, Socratis, Furnij, Interim Archelai historia. Ingratitudinis fixa supillatio. Actio ingrati Athenis contra Senecam. Firrudinem significare ingratum. Militis Macedonit historia.

CAP. XXVIII.

Alexandrum Macedonem in gentis spiritus terrarum principem legimus, inter alia haud parum multa, quibus eum natura, extra quam mortales alios excoluerat, honestaueratque: & celo quodam modo inseruerat, virtutum, & laudis felici magnitudine: idem idem magna sua gloria solitum praedicare, a nemine se vnquam benignitate fuisse exsuperatum. Magnum id, & praeclarum. Sed quod in participatum admittat & alios: verum itidem magnos, praecellos, omnium capaces. Archelaus rex, is qui in solis deliquio, rerum naturae ignarus, & pauore attonitus festinantius ocludi regiam imperauit, & quod assolebat in magno plerunque more, comam filio decuti iussit, Socratem impensè rogaauerat, ad se iret: at ille, seu per eam figuram, quae in sermonibus erat ei per familiaris, seu animo serio, negare perrexit, eius beneficio futurum se auctiorem, cui paria facere non quiret. Sed age aduocetur ad hoc decus rerum Italica virtus. Furnius vixit Augusti temporibus, pater eius cum Antonio stipendia fecerat, ob id iure belli hostiliter Augusto erat offensior: adiit tamen imperatorem filius, patris ab eo vitam deprecatur, ignoscit ille: tuac Furnius, Hanc vnam Caesar habeo iniuriam tuam, effecisti viuere & morerem ingratus. O festo plausu excipiendam vocem, & praesignem animi sublimitatem: effecisti (inquit) viuam, & moriar in-

grat

gratus. Quod esse potest tam amplum gratitudinis indicium, quam nulla ratione sibi satisfacere, & datis beneficentiae imparè se perpetuo fateri? Quin, inquit in Metaphysicis Aristoteles, non iis modo quorum sententiae accedimus, sed & iis qui veritatem non omnino attigerunt, testari gratias deest: nam & hi aliquid contulerunt, nos siquidem excitaueruntque. Etenim si Timotheus non fuisset, tantam non haberemus canendi artem: quod si nec praeisset Phrynis, minor apparuisset Timotheus. At si aqua lance rem totam voluerimus expendere, paucissimi eius notae reperias. Etenim quibusquisque gratum nouit agere? Hic quia se vel Codro nobiliorem putat, aut congestas opes suspicit: & denique, quod publicum ferè hominum est vitium, se suaque miratur, amat nec nouit perdere: quicquid contuleris, insolutum computat, bonumque, si non & vltro deberi sibi opinetur, quod accipere sustinuerit. Alium auuiditas transuersum rapit, natumque inde illud saepe iactatum, Nil esse iucundius, quam capere. Sed & inuidia quandoque in ingratitude alium nos transferibit, malum certè vehemens, & importunum, quo in digitos mittimus, non quantum rationibus nostri ex amici largitate accesserit: sed num idem in alios, aut eo amplius contulerit. Gregarius miles inuitus facit, vt coronam det ciuicam, quod in quadam oratione Cicero testatur, & se ab aliquo seruatum fateatur: non quia turpe sit, protectum in acie hostium manibus eripi; nam id accidere nisi forti viro & pugnanti comminus non potest: sed onus beneficij reformidat, quod permagnū est, alieno debere quod parenti. Tribuni, inquit in commentatione de Romanorum militia Polybius, seruatos cogunt, nisi id sponte faciant, seruatore coronare. Colit verò hunc praeterea seruatus per omnem vitam, tanquam parentem, omnia sane exhibens vt genitori. Quod si est omnium virtutum mater gratitudo, quoniam ex huius profluat fontibus in parètes pietas, in patriam charitas, in Deos religio, inter homines amicitia, in educatores & magistros veneratio: certè colligendum quod ad Atticum M. Tullius scribit, Ingratis omnia inesse vitia. Nil tam inhumanum, tam ferum, tam immane, quam committere, vt beneficio non dicam indignus, sed victus esse videatur. Hinc opinor factum, vt natura ipsa ad id nos prouehente. Ingratos nemo non vel vatiniانو prosequatur odio: & que facultas adit, & patiat ratio, primo quoque tempore vl-

tum eat, veluti sunt tum beneficentia, tum communes tenuiorum hostes omnium. Nec ferè alia ingrato irrogatur poena. Crimen est passium quidè, & quo nullū frequentius, nusquā tamen punitur, vbiq̄ improbat̄. Odissè contenti ad vltimam reiciimus Deum, Achillei memores voti, quin & Furiani, quum est is comprecatus, vt si innoxio sibi inferretur iniuria, desiderium sui quàm primū ingrātū fieret ciuitati. In declamantium scholis creberrima fuit ingrati actio: in vrbibus verò, præter quàm in Macedonia, si Seneca credimus, nullibi. Nos tamen in Latina historia obseruauimus. Athenis item aduersus ingratos actionem fuisse constitutam. Quod significat, opinor, in Declamationibus Libanius, & Pollux Onomastici octauo. Et Xenophon scribit, apud Persas ingrati tudinis causam agi intentissimè, poena seuerissimè irrogata ei qui in bene de se meritū deprehenderetur animi parum grati. Nam & ab hoc genus hominum irreuerenter deos haberi, colligunt: quin parentes etiam num, ac patriam, & amicos quoque. Porro ingrati tudini præcipuè impudentiam adglutinari, abs qua in flagitia feramur præcipites vel foedissima. Prodit Diodorus, Aegyptios credi, extra quàm sit gèntium aliarum captus, erga benemeritos præcipuè gratos, quod magnum vitæ subsidium opinentur gratiæ retributionem. Sed cur nam cum ingrato ex formula non agimus? ne quod beneficium est, incipiat esse creditum. Et ne gratitudo honestissima res, incipiat honestatis nomen amittere, necessitatis iugum subeundo. Alioqui & anguli omnes actionibus obstreperent eiusmodi. Pythagoras ablegandos reiciendosque ingratos, ex Plutarchi interpretamèto, symbolicè videtur monuisse, vbi præcipit, sub idem tectum non admittèdas hirundines, quoniam ingrati ac parum firmi symbolū anis ea credatur habere. Nam & in Rhetoricis ad Herennii edocemur, amicitia minus firmæ similitudinem ab hirundinibus duci oportere. Succurrit prius quàm hinc digredimur, dignū quod memoretur, ingrati tudinis exemplum. Erat Macedonum regi Philippo manu promptus miles, expertè virtutis multis sæpe bellis: sed quo se præclarus gessisset, eo frequentius à peritissimo duce qui in tractandis militibus egregius effectus artifex, ad prouocandā audaciā authorabatur, frequenter etiam ac insignitè donatus. Fortè is ex naufragio exutus omnibus, vix etiam num spiritū ducens errabar, cõsiliij inops. Eum con-

spicatus Macedo quidā benignè amplexatur, iubet bene sperare, semiuiuum in vilam suam perducit, fouet accuratè: leculo cedit quoque, nec patitur quicquā frustra ab eo desiderari. Postremò digredientem viatico etiam instruit, summurmurantem identidè, Non sentiat ingratus, parem rationem faciam, liceat modo mihi imperatorem meum adire. Venit ille ad Philippum, miseriam suam exponit: sed hospitis benignitatem reticet, nec satis. Miserantem illum inducit impudenter quidem, sed militariter, donet sibi Macedonis cuiusdam agros. At is non alius erat, quàm ille ipse hospes: qui tam inhumaniter, & ferè omnibus exutus, nil di simulando, per epistolam facti seriem Philippo insinuat. Excanduit is, nec valens tam insignem seuitiam decoquere, improbisimo homini, beneficium raræ fortunæ inusitata rabie retalianti, stigmata iniuri iussit, restituto in integrum priore domino.

Virgarum apud veteres vsus eximius in sacris & vaticinijs. Pyrethi magi, & pyrethia septa. Pyriathes. Pyrethos. Iuncatum. Palmarij confectus. Palmarium. Palmata roga vnde. Dinos locus. Diuinaculorum species. Qui specularij. Capnomantes. Saliatores. Palmicum augurium. Subsulus. Salisublus. Vaticinia ex piscibus. De myrica scitu digna. Itè de rhabdudis. Poëmata virgæ apta. Brabenta, brabei, rhabdodi, arnodi, rhabdi, stichodi. An virgas in dracones potuerint demones mutare. Diuinatio à quibus contrabuatur. Quæ sit acana, & arecon virga, item seeprium, ostrea rhabdota, & arhabdota. Ostrea, penultima correpta, vel producta. Cicronis locus ad Lentulum, Ne quid saluis legibus aut auspicijs cum populo agi possit. Obnunciatio augurum. Auguratorium. Proicta qui. CAP. XXIX.

Virga in rebus diuinis eximij cuiusdam vsus fuisse veteribus, ex plerisque coniectare licet. Nam qui Persicos ritus diligentius animaduersos literis mandarunt, illorum Magos qui sacrificijs præficiuntur, carnes super myrto & lau-ro positas tradunt subtilibus virgis adurere, mox oleum la-

Et melléque promixtum conspergere, ac compretari, falcatulos ex myrica pertenues manu tenentes. Cappadocia magos suos ingenti numero, Pyrethos vocat: sicut septa que lam pyrethia. Pyriathes verò lac nuncupatur igni addentatum, vñ est ab Polluce obseruatù. Quod autem coaguli potestate coipyftes dicitur: cuius est modi quod nunc voce plebeia iunctorum dicitur. Pyramia Thyreatidos nuncupantur Plutarcho in vita Pyrrhi. Sed ad rem. In Pyrethiorum meditullio surrecta stabat ara, vbi inextinctus seruaretur ignis, fierénque inde dem comprecationes nò sine myricinis virgis. Sicuti in Seythia quoque, vbi vaticini traduntur plures, saliginis virgis diuinatio concipitur, quas dissoluunt, ac separatim singulis humi constratis, vaticinantur, interim virgas prehendentem componentisque. Narees verò quos esse androgynos punit Herodotus, tiliam scindentes trifariam, digitisque implicando ac resoluendo præcinnunt futura. Siquidem diuinatio, quæ malis iniungitur dæmonibus, vt aliud agentes hoc item subnotemus, foliorum intendit crepitaculis, pomorù dispicit semina, in sublime iactata bacilla spectat: cortices, nomina, imagines, phialas, specula, vnde Specularios dici apud quosdam comperi, & id genus alia mille scrupulosius obseruata. Nam in Didio Iuliano Spartianus inquit: Et ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis, incantato vertice respicere dicuntur, Iulianus fecit. Sed & Capnomantes quidam ex re ita dicti, traduntur ex fumi disiectione super aras futura captare: propterea Papinius

Thurea nec supra volitante altaria fumo.

Sophocles in Oedipode tyranno: Ismèni Apollinis vaticinam cinerem vocat, id est *μυρρίνου σπόδης*: quia rebus ignitis, hoc est *δὲ τῶν πυρρίνων*, vaticinia concipiebant sacerdotes. Saliatores referuntur à nonnullis, qui salientes oculos intuiti, odorantur prælagium. Meminit rei ipsius in Amarrylide Theocritus, *ἀνάρτα δὲ θάλασσαν πρὸ δὲ δέξιν*. Salic militi dexter oculus. Quanquam Plautus in supercilio id obseruauit. Dicitur verò augurium id palmicium, de quo Posidonius scripserit, ab oculi vibrata subsultatione: quæ res dicitur Græcè *πᾶνδρος*, Latine verò subsulum dicere quæ: quædo Salisubsulum vocabatur Mars prioribus, à salie. Io subsultatioque: meminit Nonius ex Pacuio. Nam apud Calepū & Aeginetā Paulum Medicinæ tertio, dicitur & *λεπιδὸς πᾶνδρος*, id est

est cordis tremor. Sed & satyriasis à Paulo eodem, esse tractatur *αἰσθητικὸν*, id est pudendorum subsultatio, quæ vasorum spermaticorum consequatur inflammationem. Id verò in sedetur malum, in vasorum eorundem mox præcipitatur præcipitur. Esse verò affectionem raram, quæ & mulieribus contingat. Palmarium verò aliud est. Ammianus Marcellinus, Erant (inquit) nobiscum legiones dug ex Galliis, virorum fortium & perniciousum, ad palmarios confictus aptorum. In Eunucho Terentij vbi dicitur, Id verò est, quod mihi puto palmarium: Donatus, Palmarium (inquit) palma dignum. Vlpianus Digestis de extraordinariis cognitionibus: Si palmarij, inquit, nomine cautum est. Palmatam togam dici veteres arbitrantur, à clauorum latitudine. Fuere in Lycia quoque ex pificibus varicina, qui captarent eos Ichthyomantes vocant Græci ligneis obeliscis cum assis carnibus, pane quoque & maza in aquam projectis. Locum in quo ista transigatur, Dion appellat Artemidorus Geographiæ decimo. Sed redeo ad diuerticulum. Apud Nicandri interpretem in Theriacis ita legimus, ad verbum penè tralata sententia: Apollo, inquit, vaticinos sanxit myrica prænuntiare mortalibus futura, propterea insigne fruticem hunc Nicander, mantin vocat, id est vatem. Quin & magi item Seythæ, myricino vaticinantur ligno. Etenim in plerisque locis virga, vt diximus, præstant: quod in primo Compositionis tertix, Dion quoque cõfirmat. Sed & in Lesbo, Apollo myricæ ramos tener: quæ ratione, Myricæus quoque est cognominatus. Et Archæus prodicit, quandoque in somnis visum Deum illum myricæ ramo decorum. Et metrodorus retulit, antiquissimam esse plantam myricam: nam Aegyptij in Iouis pompa coronantur myrica, id est tamaricè, vt interpretatur Dioscorides: sicuti apud Medos magi. Porrò ad rationem virgarum spectat illud quoque: Recitatores Homerici carminis virgam solitos tenere, vnde illis rhabduchorum adhæret cognomen. Quæ ex causa virgæ apta Apuleius in Floridis, poemata videtur dixisse. Quanquã & eodem nomine dicerentur, qui ludorum spectatores compositè reprimere: Gymaiceis enim ludis præficiébatur, quos vocabant Brabeutas, vel (vt Plato) Brabeos, item mastigonis, & rhabduci. Legimus vtiq; Homeridas, ab Homero propagatos, initio illius poemæ per successions seriem conuincisse, mox excepisse qui nuncupentur Rhapsodi: quorum

rum illustriſſis præcipue fuerit Cynæthos, Chius patria, qui & Syracuſis omnium primus Homeri carmen concinuit, illi quoque de ſuo inferſit plerique. Sunt qui rhapsodos opinantur dici, velut præ ab *ῥαψῶδης*: ratione quam diximus. Sunt qui diuulſam ac diſſectam prius Homeri poëſin ab illis coarctatam velut conſarcinatam memorent: vnde ſit conciliatū nomen in *ῥαψῶδης*, id eſt ab ſutura. Cui ſententiæ aſtipulari Pindarus animaduertitur. Traditur illud quoque, dictos antea Aræodos, id eſt *ἀραῶδες*, quoniam victori præmium contribuere tur agnus. Sunt qui etiam Stichodos, hoc eſt *στῆχος*, nuncupari Rhapsodos velint, quod verſus quidam præ ab *ῥαψῶδης* dicant. Fugrunt & ſuæ liſtoribus Romanis virgæ: nam & hi Rhabdachi ſunt, quibus poſt alia fores pulſarentur, quādo Pompeius intraturus Poſidonij ſapiētiae profeſſione clari domū fores percucuti de more ab liſtore vetuit. Quod Plinius ſcribit, & antea Liuius ſignificauerat: comprobatur item Papinius,

Et multa pulſantur limina virgæ.

Quidam præterea quod in ſanctis obſeruatum literis aduertimus, virgæ coloris varij in aquis recondebant, quò potè ducebantur oues, vt in ibi ſalientibus arietibus, ex earum intuitu conciperent oues variantis lanitij ſcerus. Sed euenit eiufmodi naturalis quiuerit reddi ratio. At quid ſit dicendum ibi, quum Aegyptios magos virgæ vertiſſe in dracones, legimus? Hoc naturæ ratio nulla proſum admiferit: quoniam corporea materia dæmonis non ſubiicitur potentiæ, quantum ad tranſmutationem ipſius ad formam: quod tertio De trinitate Auguſtinus docuit. Non eſt putandum, inquit, iſtis tranſgreſſoribus angelis ad nutum ſeruire hæc viſibilem rerum materiam, ſed ſoli Deo. Verum & ipſa diſtare ratio videtur in compoſitis ex materia & forma, materia per ſe non ſit, neque item forma, ſed totum ſimul, imòque totum tranſmutatur in totum, vt ex toto aëre ſit totus ignis, quando aëris ſit in ignem conuerſio, ſicuti in libro De generatione author Ariſtoteles eſt. Effectus porro aſimilis agenti eſt, & in eo præxiſtit ſaltem virtute. Proinde ex materia & formâ cōſtatum naturali produci nequit, niſi ab itidem compoſito. Angelus verò forma eſt ſimplex, propterea ſolus Deus præſtare hoc ipſum poteſt. Verum id non vique inſciabatur: potuiſſe dæmonas coleritate incredibili virgæ emotis, ſerpentes earum loco ſubiicere, vel aliunde allatos, vel agentis natura-

is virtute ibidem genitos, præſentium oculos præſtringendo, quod præſtigiatorum acceptabula cōprobant. Adde, quòd ſubiectionibus ſenſibilibus phantaſmata remanent & imaginationes: ſicuti ſecundo De anima, proditum ab Ariſtotele ſciamus: & inde ex motu locali formarum ſenſibilium remanentium in virtute phantaſtica cum humoribus in quibus ſunt, vt in ſubiectione apparent aliqua quæ non ſunt. Quare in libro De ſomno & vigilia, idem inquit, Deſcendente plurimo ſanguine ad principium ſenſuum, ſimul deſcendunt formæ in imaginatione conceptæ: atque ita demum ſit, vt quæ nō ſunt, videantur: quemadmodum ſomniantibus cōtingere, ſciamus omnes. Qua ratione poſſunt & dæmones humores cōmouere interiorū exteriorūque ſenſu atque ita ad organa formas aliquas inducere, perinde ac extrinſecus occurrerent, nō ſolū dormientibus nobis, ſed vigilantibus quoque, vt ſic putemus aliqua extrinſecus vel eſſe vel fieri: quæ tamē nec ſunt, nec ſiāt. Qua ratione peruerſa immundorum ſpirituum ſubtilitas & infatigabilis fraus eludens ſpectatorum viſus, virgæ in dracones deformatas potuit prætere. Nam & dæmonum eorundem illuſionibus ſeductæ mulieres quandoque ſe cum Diana credunt nocturnis horis equitare. Poteſt ratio item afferri alia, in eſſe rebus corporeis per omnia elementa occultas quaſdam ſeminarias rationes: quibus quum data fuerit opportunitas temporis & caſus, prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis & ſinibus. Quamobrem angeli, vel dæmones dici nō poſſunt, qui talia efficiant, animalium creatores: ſicuti nec agricolæ ſegetum, quamuis norint præbere quaſdam viſibiles opportunitates & cauſas vt illæ naſcantur. Caterum quod iſti faciunt viſibiliter, hoc ipſum dæmones incognita nobis, aut inuiſibili ratione. Solus verò Deus creator eſt. Approbantur aliquo modo, quæ hætenus ſunt prodita nobis, ſententia doctiſſimi interpretis Auicennæ, apud quē ita legitur: Excantationes naturaliter effectum nō habent, nec vim omnino vllam demutandi hominis ſanitatē in ægritudine: quod qui arbitratur, ipſi ſemet videntur excantare, imaginatione corrupta. Vno tamen modo poſſe hoc euenire, fatendum eſt, ſi diuinæ cęſuræ maietas ita adquat. Ego, inquit, Deo fauente, nec ſortilegum aſſis facio, nec incantaminibus pollentem, qui inuitum nolentemque tollere digitum cogat. Quinimò nemo vnquam me adiit, qui veneficio ſe circum-

uentum

uentum diceret, quem nō absoluerim ab exantationis im-
 ginatione. Quod ad vaticinia attinet, putat eruditorum non
 nulli, elementorum omnium spiritus, utpote corporum per-
 ennium, præsententi motu semper & ubique vigentes di-
 nandi munus nobis impartiri, ex iis quæ disciplinarū affec-
 tus varietate. Quin & substantiales potestates ritu mollis
 non vno, velut ex perpetuis fontium venis vaticina mor-
 bus verba suggerere, quibus præsit Themis: inde nuncupatio
 quod fatali lege decreta in posterum ei prænosse sit fas, in ex-
 bili folioque Iouis collocata. Auguria verò & auspicia nō ve-
 lucrum futura noscentium arbitrio dirigi, verum diuina et
 poni agitarique prouidentia. Sol porro mundi (ut physici si-
 re placet) mens, nostras mentes ex sese velut scintillas fundens,
 vehementius accensas futuri compotes efficit, quantum
 veteribus assentiri collibeat, vnde mira Sibyllarum constant
 præfagia. Somniorum autem rata, inquit Ammianus Mar-
 cellinus, si des, ac indubitabilis foret, ni cōiectura ratiocina-
 tis fallerentur. Nam & M. Tullius: Ab iis, inquit, rerum ostē-
 duntur signa: in his si quis errarit, non Deorum natura, sed ho-
 minum peccauit cōiectura. Auguratorium in Palatina re-
 gione fuisse videtur, augurum vel inaugurandi locus. Ceterū
 postea quā m de virgis multum diūque scribimus, impo-
 gamus auctarij loco quippiam. Lenones in scenam prodibit
 amiculum gestantes floridum, & virgā, quæ dicitur arecon.
 Erat & prioribus acæna, dicta virga exagitadis bobus accom-
 modata: sed & eodem modo metiendis agris instrumentum si-
 cebatur pedum decem: vt scribit Apollonij interpres, ab The-
 fallis excogitatum. Ex quo & Callimachus:

ἀμφὶ τῆν ἀντιφῶν τῆ βούμ, καὶ τῆν ἀντιφῶν.

Quum stimulum signat, dicitur etiam bucentrum. Acæna
 agros metiri in Aegypto exorsus est primū Theſſalus quid-
 dam, nomine ab re indito, quia cognoscentibus singulis ager-
 sui modum, sublata sunt cædes: vnde nuncupata Acæna, quā
 ἡ ἀντιφῶν ἀπὸ τῆ βούμ. Hinc & Pelasgida vocauit Acænam
 Apollonius Argonauticon tercio, veluti ab Pelasgis compe-
 tam, id est Theſſalis. Sceptrū verò ab virgarum ratione haud
 ita disitum est. Id signum veteribus censebatur imperij, siue
 regni, necnon orationis & iustitiæ quoque. Proinde Age-
 memnoni latè imperitanti datur, sed & concionanti Telemā-
 cho, verum etiam Achilli. Qui iniuria item affectus per sce-
 ptrum

trum, velut iustitiæ iurat symbolum: quanquam pro bacu-
 lo etiam vili capitur quandoque sceptrum: sicut in Odyſſea
 apud Homerū palam sit. Aureum fuisse Apollinis sceptrum,
 comminiscitur Iliados primo Poëta idem: quoniam Soli sa-
 crum creditur metallum eiusmodi, sicut Lunæ argentum.
 Ex abundanti verò in vocabulo, R habetur, ab ὀλίβητος, quod
 signat innitor. Proinde οὐκ ἄντων, ex Doricæ linguæ proprietate
 legimus apud Pindarum, Virga in manu, in Hebræorum
 ritibus doctrinæ habebat indicium. Illud silentio minus præ-
 terendum, ex Athenæi monumentis: esse inter ostrea, quæ di-
 cantur ῥαβδωτά, perinde ac dicamus virgata. Alia item, quæ
 vocemus ἀπὸ ἄβδωτά, id est minimè virgata. Meminit Aristo-
 teles quoque: sed ῥαβδωτά, pestinatim diuisa Theodorus inter-
 pretatur. Obseruatum & illud ex Galeo eruditioribus est:
 Ostrea, si producat penultima, scribatūque ὄστρεα, esse ge-
 neris ad testacea qualibet nomen: quòd si eandem contrahas,
 ὄστρεα, quæque enunties, speciem indicare vnam. Verum ne fufius
 extra calcem, quod dicitur, mentis ardore quodam iuuandi
 prouehamur, hinc iam ad alia gradum struamus: si prius, quo-
 niam de diuinaculis facta mentio est, Ciceronis tenebras ad
 Lenulum illustramus. Sic enim scribit: Quod ad popula-
 rem rationem attinet, hoc videmur esse consequuti, vt saluis
 legibus, aut saluis auspiciis, ne quid agi posset cum populo. In
 hunc scopulum impacti plerique doctorum aut consulescunt,
 aut ineptias promunt. Ipse ad obnuntiationem augurum hæc
 opinor referenda: quod palam sum testatus, quum Medioli-
 nense infirmam legi: Aut, inquit, de rogationis iure queri-
 tur, siue non trino fortè nundino promulgata, siue non ido-
 neo die, siue contra intercessionem, vel auspicia. Obnuntiatione
 ne, inquit Pedianus, perniciosi legibus resistebatur. Sicuti ve-
 rò intercessionem obtemperasse, necessarium censebatur, ita
 planè augurum obnuntiationi: quod Diuinationum
 primo significat M. Tullius, & in Crasso Plutar-
 chus. Scribit in Onirocriticis Artemidorus,
 forenses diuinaculos dici solitos pro-
 istas, goetas, & homolochos,
 Προϊκτα Γραεις vocan-
 tur mendici ho-
 mines,

Philosophum verum esse Dei amatorem. Philosophia non contingere absque mathesi, sed huius item finem esse intelligibilem contemplationem. Mathematica unde dicantur. Quid dialectica apud Platonem. Logices distributio. Dialogista quid. Insuper de geometria sciri digna. Philosophia laus. Quid pulvis eruditus. Quid abacus. Locus Persij declaratur. Capitularum in columnis partes. Stereobata quid. Alueolatus. Alueati sulci. Abax. Abacion. Catheti. Cy matium. Stylobata. Capitularij qui. Pulueratus.

CAP. XXX.

Philosophum verum Aurelius Augustinus scribit, non temere haberi alium quam Dei amatorem, quia sapientia Deus est, per quem facta sunt omnia, sicuti diuina autoritas veritasque monstrauit. Sed diu antea Platonem sanxisse se animaduerti mus. Boni finem esse secundum virtutem viuere. Quod illi demum contingat, qui Deum norit, & etiamnum imitetur. Nec enim de alia causa quis dici beatus potest: itaque si ametur Deus, hoc esse vel exactissimum philosophandi genus. Pythagoras autem & cum eo multi, qui illo duce purius excitasse mentem videntur, amplissime astruxerunt, absque mathematico quadriuo haud facile philosophia apicem contingi, nec posse verum percipi. Propterea qui illud neglectum habuerit, cogitare subiecti debet, se philosophari haud recte. Quonia mathematice disciplinae subiecta quaedam sint, ac elementa, vel gradus, quibus conascendantur altiora. Eas vero sic appellatas Anatolius putat, quod quum cetera disciplinae deprehendi, vel non docentur aliquo, possint omnes mathematicae sub nullius cognitione veniant, nisi praesente aliquo, cuius solertia succidantur verba, vel exurantur, & superciliosa coplanentur aspreta. Unde & mathematicum in anima, sicut theoreticum nuncupat in Moralibus Plutarchus. Equidem & M. Tullius mathematicos in magna rerum obscuritate, recodita arte, multiplicique ac subtili versari scribit. Sunt qui ex demonstrationum firmitate dici mathematicas, opinentur. Caterum initio geometria praecipue, & arithmetica in mathematicarum album a Pythagora sunt aduocata, quod ad omnem scientiam, omnemque

etiamque disciplinam capeffendam has cum primis accomodatas perspexisset. Hinc & illa festiua vox Socratici Aristippi profluxit, opinor, qui ex naufragio in Rhodiorum litus maris impetu, & ventis assilientibus quum foret excussus, ac inibi mathematicas formulas esset intuitus, gaudio gestiens profuit, & bene sperare comites iussit, quoniam vestigia hominum noscitur. Sed enim mathematica speculatio ad cogitationis acumen a Platone suscepta est, quia surrigat animum, & ad rerum diuinarum intuitum aciem mentis exacuat. Quamobrem, inquit Alcinous, nisi finis istius gratia mathematicum expetere perrexerimus, omnis nostra indagatio recasura in nihilum est nudior leberide, ac Cinclo pauperior. etenim ab iis quae sensui manifesta sunt, ad ea in quae sola mentis inenarrabilis celeritas, & diuina vis penetrare potest, assurgere decet. nam mathematicas speculationes veluti praesidium quoddam ad diuinorum perpensionem statuere conuenit. Arithmetica quippe, ac geometria, & qui eas colunt, essentiam ipsam videre desiderant, verum tamen circa illam somnare quodammodo videntur, conferant quamuis ad id. Ideo disciplinae eas, nec scientias quidem esse appellandas putauit Plato. Dialecticam vero utique, quia ab geometricis suppositionibus ad prima principia consurgit, & inde quum mathematica, efficacior est: nam circa diuina aeternaque versatur, imoque praeposita mathematicis veluti artem quaedam censeretur, ac reliquorum custodia. Quod ne quis forte miretur, quoniam haec non praeterquam vulgo noscitur dialectica, scire conuenit, metaphysicam facultatem, quam & primam philosophiam vocant, dialectices nomine a Platone celebrari: quae logica utatur, tanquam instrumento: haec enim circa dictiones, conceptus, propositiones, syllogismosque versatur. In cuius non esse consensendum gradumque Maandris, tanquam apud Sirenios scopulos, trahendum est. Omnis porro logices disciplina vel finit, vel distribuit, vel colligit. Collectionum ratio triplici calle incedit: aut enim ex veris & necessariis necitur probatio: tuncque disciplinae indispicitur nomen, vel *anodesseus*, id est demonstrationis. Aut probabilibus tantum grassatur, & ab Aristotelem nuncupatur dialectice. Quod si fallis obrepat, insidietur, iam cauillatoria est, ac sophistica. Ex disserendi usu, dialoga videtur dici. sic enim in Auidio Vulcatius scribit: Non

decerant qui illum Catilinam vocarent : quum se ita appellari gauderet, addebat, Se futurum Sergium, si dialogistam occidisset : Antoninum philosophum significans. Metaphysica verò, vt Plotinus inquit, de omnibus tractans non opinione, sed scientia : errore, qui circa sensibile accedit, vacans, intelligibili prorsus adheret: circaque ipsum diligenter agit, falso posthabito, nutrens animam in ipso veritatis campo. Sed in ad mathematicas redeam : omnibus quidem veluti leuigatissimo ac nitidissimo speculo insunt, refulgentque veritatis intelligibilium vestigia quædam atque idola. Verum geometria adest hoc in primis iuxta Philonem, quæ initium esse & tanquam cæterarum metropolim. Hac enim sensibilibus inhærentes, agglutinatosque auellit assidue, seductique ad intelligibilem æternamque naturam, cuius contemplatio philosophiæ finis. Propterea Platonem scimus Eudoxo, Archimede, Menachmòque vertisse vitio, quod ad organa mechanicæ solidi duplicationem auocare contenderent: quoniam sic geometriæ bonum periret, denuò ad sensum relabentis, nec alterentis vendicantisque sibi æternas incorporeasque substantias : in quibus quum sit Deus, perpetuò Deus est. Quæ ratio ne concipiunt aliqui dictum à Platone. Deum maxime ymaginari, hoc est geometriam intendere. Quamquam super iis natura pro ingeniorum captu excogitari queunt. Nec enim eruditè minus afferri etiam id potest : nam sic Lycurgus quatuordecimque dicitur, arithmeticam analogiam vt Democraticam & turbulentam à Lacedæmone excussisse : geometricam verò paucorum potentiam moderatam, ac legitimo regno congruentem induxisse. Siquidem arithmetice æquale numerum distribuit : geometria verò ratione, ac pro dignitate, nec omnina promittet : sed est bonorum malorumque discretio in signis: velut hanc etiam geometricam analogiam rebus adhibet optimus maximus Deus, quam Iustitiam nuncupamus, & Nemesis, abs qua commonemur, iustum præstare æquale, non autè æquale iustum: namque quam vendicat plerique, æqualitas iniustitia videtur maxima. Cæterum vt ad philosophiam quoque, vnde exorsus sumus, redeamus tanquam postliminè hæc est virtus ea, quæ (vt Theophrastus inquit) nos in alienis locis prohibet videri peregrinos, vel necessariis amissis, amicorum inopes. Sed quamcumque adierimus ciuitatem, ea nos amplissime donat. Hac adeo vitæ dux est, ac vitiorum expul-

trix, sicuti à M. Tullio proditum nouimus, vt si hanc vel exconuiuio exigendam censeas, amplius longè peccaris, quam si lucernam restinxeris: hac siquidem sublata, boni ac moderati nihil deteriores fient. At inscitia & inconcinnitate cum vino societatem ineuitibus, ne aureus quidem Palladis lychæus gratum, decensque conuiuium præstiterit. Quo nomine præsignes multi in vna hac quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt, veluti planè sit benefactorum omnium mater, ac benedictorum. Nam qui excordes toti sunt lingua, quid aliud omnino dici aut debent, aut possunt, quam quod M. Cato dicebat mortuaria glossaria. Ex huius præcipuè admiratione Alexis poeta mihi ita videtur scripsisse, Athenienses maxime omnium ideo videri laude dignos, quod reliquorum in Græcia leges, à liberis præstari alimenta parentibus cogat: Athenis verò non vtique omnibus, sed iis modo, qui liberos artibus erudissent. Proinde nec ignobilis author Vitruuius maximas parètibz gratias se testari scribit, qui illum ingenuè educandum instituendumque censuissent. Sed & architecto suo idem author, quod relatu condignum est, præstare philosophiam scribit, vt animo sit magno: nec tamen arrogas, sed potius facilis, æquus, fidelisque, sine auaritia, quod est maximum. Nullum enim opus citra fidè castitatemque verè perferri vnquam posse. Ne item cupidior sit, nec munuscula iam capet, sed cum grauitate dignitatem tueatur bonæ innixus famæ: hæc enim philosophia præscribit: Vt taceam, inquit, rerum naturalium disertationem, quam physiologiam nuncupant. Digna verò quæ nõ prætereantur, ab Maximo Tyrio prodita: Scis, inquit, cui maxime arbiter simile philosophiæ spectaculum? In somnio nimirum manifesto liquidòque, ac vultu circumquaque, cuius integro corpore manente, in terra tamen vniuersam excurrat animus, è terra in caelum effertur, vniuersum transmittat mare, aëre peruoliter torum, è sole terram ambeat, cum luna circumferatur, cæterorum astrorum inagatur choro, minimumque absit, quin vnà cum Ioue cuncta insomniat. O peregrinationem beatam, o spectacula pulchra, o insomnia verissima. Porro ex iis, quæ hætenus de geometriæ naturâ Deorum libro secundo Cicero geometricum pulcrem studiis epitheto censuerit honestandum, in quo præci geome-

erat, quam ab honore Pythagoræ Pythagoream appellabant
menfam, hyalini pulueris resperſione coloratam, vt inquit
Martianus, ne in multiplicacionibus & partitionibus & in
podisimis vnquam fallerentur, excogitatam descripſitque.
Quod eò gratius adnotauimus, vt Perſij carmẽ fieret notius:

*Nec qui abaco numeros, & ſecto in puluere metas
Scit riſſe vaſer.*

Est & in columnarum capitulis, quæ puluinata conforman-
tur, abacus, pars quædam in qua & volutæ sunt cum lineis
quæ catheti nuncupantur. Nam capituli portionem supre-
mam vocant cymatium, quod ipsum & proiecturas habet
quas dicunt Græci *επιπόδες*. Sunt in eodem qui nominantur
puluinorum balthei. Illud ex abundantia fit, quod adnotat
nil obſuerit. Parietes, qui ſubiiciuntur columnis, & onera ex-
cipiunt, nuncupari ſtereobatas: quibus mox ſuperponuntur
ſtylobatæ, ſuper quos demum diſponi columnas, artis eſt. Ve-
rum ſtylobatæ ita exæquantur, vti habeant per medium adie-
ctionem per ſeamillos impares: nam ſi ad libellam dirigan-
tur, alueolati oculo oſtẽtentur. Capitularij in Iuſtiniano Co-
dice, ad columnas pertinent nihil: eos ex Iureconſultis nonnul-
li eſſe coniectant, quos capita contuberniorũ appellat Vegeti-
us, turma videlicet præfectos. Aluearos legimus apud Ca-
tonem, ſulcos vitibus infodiendis, latos ſummos pedes tres,
altos pedes quatuor: inſimum latum pedem vnũ & palmum.
Rutæ, alueoli, molæ, bellica ſunt claſſiũ instrumenta T. Li-
uio, Punicæ belli ſecundi libro octauo. Abax verò, & abacion
inter coquinaria recensentur vaſa. Scribit tamẽ Ammonius,
abaca dici, in quo res apponantur: abacion verò, in quo ſup-
putationes ſiant. Apud Cratinũ legimus, *βαράκιον ἀβάκιον*. Sunt
& aleatorum instrumenta eodem nomine. Pulueratio ad era-
ditum puluerem nil atinet: eſt autem quam ruſtici occatio-
nem vocant, vbi refringitur in vineis gleba omnis, & in
puluerem reſoluitur.

*Seruitutis malum, Vernaculi. Stremmata. Qui dice-
rentur ſtigmatia, ac literati. Iſtriani, Nicanor cui
dictus ſtigmatias, Stremmata. Stirra, Equi cõppati
& ſamphora, Triſſipion. Trampis. Samy literati. Sa-
mana quid. Causterium. Encauſtum. Eufterium.*
Græc

*Grammatica pocula. Grammaticus. Serui pileati,
coronati, apolides, inſularij, originarij, aſcriptitiij.
Dulocratia: Partiarij. Fructuarij. Vocalia instru-
menta. ſemioc alia, muta. Emphyteota. Emphyteo-
ſis. Diana Perſiæ boues.* CAP. XXXI.

Seruitutem eſſe omnium malorum poſtremum, non mo-
do bello, ſed etiam morte fugiendũ, ab celeberrimis au-
thoribus pronunciatũ, eſt. Spinola vita eſt, & multis obicibus
prepedita: quoniam, vt inquit Imperator, Libertas incõpara-
bile pretium eſt, Contemptibilis quoque inam & iurẽ ciuili,
ſerui pro nullo habentur, nec caput habent. Imò verò etiam
miſerrima: etenim quid miſerius, aut infelicius, quàm addici
alicui, qui & vitæ & necis in te habeat poteſtatem: & ſi quid
acquiras, domino acquiras? Quanquã legimus, Adriani priu-
cipis conſtitutione ſancitum, ne à dominis occideretur ſerui,
ſed iudiciali ſententiã damnari, ſi digni forent viſi. Quin & va-
tes nobiliſſimus libro Odyſſeæ ſeptimo & decimo ita canit:

*ἦ μὲν γὰρ τ' ἀπὸ τοῦ ἀνομιῶντος ἀγνοῦν αἰεὶ
ἐπιγῆ, ὅτ' ἂν μὴ λάτῃ δῖον ἢ κατ' ἔραοι.*

Quibus dimidium ei virtutis perire confirmat, quem ſerui-
lis obuallarit neceſſitas. Inde factũ puto, ſeu premente vi, cũ
qua ne dii quidem (ſicuti dicitur) pugnarint, ſiue educationẽ
praua, ſeu vtroque potius, vt parte plurima ſerui de prima
malitiã ac vafriciã nota ſint, ac habeatur. Quod ſurciferi ap-
pellatio indicarit: & quia malis moribus homines, & lingua
proterua, ab hoc ferẽ genere vernaculi nuncupantur. Hinc
dura excogitata ſupplicia ad reprimendam æſtuantis mali, &
increſcẽtis audaciã vim proruptam, nimio plus graſſantem,
ac in domini perniciem ſubinde aſſultantẽ: quæ cum mater-
no lacte vitiorum (vt ſic loquar) ſegetem hauſiſſe videri po-
teſt. Hinc ſtigmatia, ſiue ſtigmatici appellati, quibus ob inſi-
gne ſtagitiũ, ac blaſos mores, notis inurebatur corpus, & frõs
in primis, ſicuti commemorat Seneca: vnde inſcriptos vul-
tus nominat ſcitiſſimẽ Plinius, & Thraciã notã in prouer-
bium adductã: quanquã illis gentibus nobilitatis loco cen-
ſeretur, vt author Herodotus eſt, prætuliffẽ frontem notatam
punctis. Quæ quia literarum formam quandoque oſtenta-
rent, non ſtigmatiã modo, quod Nonius eſt interpreta-

tus, sed & literati quoque, ita inuisti dicebantur. Nam quod
 Nicanor Alexandrinus grammaticus, ut proditur à Græcis,
 festinè stigmatias est cognominatus, non ex seruili fecunditate
 natum, sed quod anxie sollicitèque lucubrationibus aliquot
ἡσπὶ στυγῆς conscripserit, id est de punctis siue distinctionibus,
 quibus utimur in scribendo. Stemmata verò aliud omnino
 sunt: sic enim Græcè intelligimus, quæ Latinis luxata nuncu-
 pantur. Stiram, id est *στειρῆ*, sterilem vocant: cuius sit corpus
σπῆν, id est solidum, nec factu exsolutum, vel quia sit priu-
 ta semine. Morem verò literas inurèdi etiam in equis, agno-
 scere videtur Aristophanes, qui in Nebulis coppatiam inde
 equum nominat, cui inustum esset *κ*: sicuti samphoras, siue
 sapphoras, quibus *σ*. Etenim *σ* & *ϕ* inusta, vocabant *σϕ*. Cop-
 pa verò est numeri figura, compacta ex *κ* & *σ*, hoc modo, *κσ*.
 signat autem nonaginta: etiam si coppatiam quidam inter-
 pretati sunt, quasi *κσπῆρα*, quod est vngula terram excavan-
 tem. Verò propius est, ab insigni ita nuncupatum: quæ ratio
 etiam Bucephalos fecit. Et Corinthiorum rex Sisyphus, anti-
 malium vngulis monogrammaton nomen suum inscribe-
 bat, ut furto intercepta eo repereret argumento. Quæ in re
 obiter & in transcurso illud adnotandum: Fuisse trisippion,
 veluti rotulam quandam publica nota, quæ candens malis e-
 quorum impri mebatur, qui iam consensissent: dicebatur &
τρῆς σπῆρες. Trampis verò barbaricum est nauigium, etiam
 si pro nauis utitur simpliciter in Theriacis Nicanor. Nam &
 nauigium dixit trampin Lycophron, ubi ait: *τράμπιν δ' ἰχθῆος*,
ἡγὶ ὀφθαλμῶν πῆδιν. id est, subuectabit autem trampis, & Phe-
 clij pedes. Alexandro quippe, seu Paridi, nauem cōpegit Phe-
 reclus. Author verò Eustathius est, Iliados thapsodia decima,
 elementum cappa quibusdam dici coppa: sicuti sigma, Dorie-
 ses dicunt *σῶν*: quod docuit Athenæus quoque, ac libro primo
 Herodotus. Porro ad inustæ frontis notas alludit Plautinus
 Olympio, quum ait: Sic hic literatus me sinat. Quin & litera-
 tos Samios, id est *σάμιος* dici, in Babylonis significari
 ab Aristophane, compertum nobis est: in quorum frontibus
 Athenienses, sicuti scribit etiam in Pericle Plutarchus, stigma-
 ta inuisissent: vnde iactatum vulgò, Samiis neminem esse li-
 teratiorem. Etiam si hoc inde effluxisse malunt aliqui, quod
 in Samionum republica Aristoteles scriptum reliquerit, illos
 quandoque à tyrannis oppressos, inopia ciuium, seruos quo-

que ad publicam admisisse curam. Vel quia in Samo qua-
 tuor & viginti literæ sint competæ primùm. Sunt qui sa-
 manæ notam illis inustam velint. Est verò samænā nau-
 gium dicrorum, hoc est bireme, rotundum, concautum, ac
 in ventris similitudinem formatum, ut mare percurrere, &
 celeriter conuerti posset. Cuius author extiterit omnium
 primus Saniorum tyrannus Polycrates: vnde etiam dici
 Samanam; interpretatur Plutarchus. Alij samænā, humil-
 ma intelligunt. Atheniensium verò frontibus inustam ab
 Syracusanis equi imaginem; frequens prodit historia. Quo-
 nam verò de inustionibus agimus, scire oportet, ferra-
 mentum quo id fiat, ab re appellari cauterium: Nam in
 Plutarchi Moralibus lectum est, Cyrenæorum tyrannum
 Nicocratem post multa crudeliter & nefariè perpetrata,
 portis quoque custodes apposuisse; qui mortuos diu effer-
 rentur, gladiolis confoderent, & cauteria admouerent; nè
 quis per fraudem viuus elaboretur. Hinc illud ex Septimi
 Florentis apologetico: Risimus inter ludicras meridio-
 rum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinan-
 tem. Quo tamen in loco sunt, qui eusterio legendum pu-
 tent, ineptè opinor, quum fateantur dici eusterium, velut
 grammatophylacium; id est locum; in quo orationes actæ
 que prouinciarum seruarentur: Latine oratorium interpre-
 tantur nonnulli. Sed & cauterium dicitur, quo putridæ
 carnes aduruntur, & vlcera. Ex quo & Hieronymus: Putridæ
 carnes ferro curantur, & cauterio. Et quinto Therapeutices
 Galenus, *ναυτίλια* nuncupat *διδωυρα*, & escharotica phar-
 maca: Firmicus Matheseos tertio: Et vùlnera ipsa facit
 ignita cauteriorum adustione turari. Inde cauteriata con-
 scientia, apostolo Paulo, veluti cauterio, siue cauterè ambu-
 sa. Scitu digna sunt obiter, quæ scribit Auicenna capite
 vigesimo nono, seu quartæ primi: Cauterizatio, inquit, per-
 nile medicamentum est; iuuamentum in eo præcipuum;
 ne serpat vitium. Quod corruptum est, ac in membro reten-
 tum, resoluit: sanguinis fluctionem inhihet, oblatas partes
 resouet leniter. Cauterium si aureum fuerit, censetur præ-
 stantissimum: cuius ratio est, ut ibi attestatur doctissimus in-
 terpres, quoniam aurum vrit mitius, quin vrendo fouet le-
 niter insita virtute: vulnus quod inde fit, celerius coit: porro
 aurum terroris affert aurum, quàm candens ferrum. Demum

sunt & sua pictoribus cauteria, in ea pingendi ratione quam
 vocant encausticen, Latinè inustariam dicimus, coloribus
 inustis, & ceris igne resolutis. Vnde factum vulgò, vt libra-
 rium atramentum dicatur encaustum: vt est Codice de re-
 scriptis & pragmaticis sanctionibus, libro primo. Cauterij
 eiusmodi commemorat Iureconsultus Martianus titulo de
 fundo instructo. Sed vt ad seruos redeam, quos diximus ap-
 pellari literatos ab literis fronti inustis. Sicuti illiteratum ap-
 pellatumque consensum appellat eleganter Gellius, qui non se
 propagatus ex decreto conscripto, aut lege. Eosdem & cal-
 atos quandoque legimus appellatos. Sed & Istrianos, quoniam
 Istri accolæ punctis ita inurantur, variâque alioqui vtantur
 veste. Grammatica pocula ex fontibus profuunt eisdem: sic
 quidem, vt scribit Athenæus, quæ literis forent insignita, sic
 nuncupabantur: cuiusmodi illud, in cuius ambitu verba le-
 gebantur hæc, *Διὸς αὐτῆς*, id est Iouis seruatoris. Caput
 grammaticū fuisse poculum legimus Dianæ sacrum, ex quo
 Homericis concinnatum carminibus. Apud Achæum tragi-
 cum grammatici mentio poculi est. Et Tranquillus scribit
 Neronem vltimis suis rebus scyphos gratissimi vsus, quos
 Homericos ab calatura carminum Homeri vocabat, solo il-
 licuisse. Ab Hieronymo gruum dicitur ordo literatus, quo-
 niam inter volandum alpha delineari videatur: vel vt alii
 amplius aridet, *α α α α α*. Cuius inuentionem ex auium vola-
 tu Palamedi attribuunt, id quod indicare vel Philostratus
 aduertitur. Grammaticus item dicebatur, qui Aegypto sepe-
 liendi ritu, cadauere humi posito, circa illa describebat, quan-
 tum ab parte sinistra dissecandum foret. Seruis præterea apud
 Græcos comam nutrire nefas habebatur. Dulocratiam san-
 xisse videtur Caius Imperator, permissa passim seruis licen-
 tia, dominos si quid vellent, accusandi, vnde ingens illata
 orbi terrarum calamitas. Pileatos seruos Sabinus accipit,
 quorum nomine venditor nihil præstaret, quoniam emptor-
 res iam oculis perciperent, quod nam foret mancipiorū ge-
 nus. Sub coronis venire dicebantur, qui in bello capti ven-
 undabantur coronati. Insularij, & apolides ab Iureconsul-
 tis dicuntur viles serui ac pessimi, sine ciuitate, & in insu-
 las deportati, & in publicum opus aut in metallum dati. Cæ-
 terum, quia in naturali historia queri non cessat Plinius, a-
 grorum cultus, ad damnatas manus, & inscriptos recidisse
 vultus:

vultus: sciendum est, quòd equidem adnotatu dignum mi-
 hi est visum: in canonicis Decretis, seruos colendis agris de-
 stinatos nuncupari tum originarios, tum ascriptitios: sed o-
 riginarios dici propriè, qui ex ascriptitiis nati sunt in ipso
 solo, siue fundo, vt Codice de agricolis & censitis, lege colo-
 nos, libro vndecimo. Et eiusmodi sine gleba, quam colue-
 runt, vendi nequeunt. Ascriptitij verò sunt qui per triginta
 annos fuerunt in solo. Qui duobus modis fiunt, aut præscri-
 ptione, aut duplici confessione, per scripturam bis factam,
 in qua domino fundi promiserint, se nunquam inde discessu-
 ros. Hos etiam partiarios quidam vocant. Hinc tanquam è
 gleba ascriptos dicimus, qui præcipua præmuntur seruitute,
 nec excutere, aut detrectare iugum queunt. Fructuarios ser-
 uos Iulianus intelligit, in quibus vsum fructum quis habet,
 sed alterius est proprietas. Sciendum verò, adhibitos colendia
 agris seruos instrumenta dici vocalia, sicut semiuocalia bo-
 ues, muta verò plaustra. Distinguuntur & hisce appellatio-
 nibus militaria signa Vegetio. In ratione porò agrorum
 colendorum nominatur etiam emphyteota, verum hi haud-
 quaquam serui sunt: sed ita dicebantur, qui sterilia fere, ac
 squalentia suscipere prædia, vt plantationibus, & omni po-
 sitionum genere excolentes fecunda redderent. Qui sanè
 profectus vocantur emphyteomata: quia *ἐμψυχοῦν* plantare
 est, vnde in emphyteosum dari agros legimus, sed & emphy-
 teoticum cōtractum. Quin primo item Codicis de sacrosan-
 ctis ecclesiis, qui emphyteoticum canonem per biennium
 non soluerit, repelli potest. In eodem, titulo de officio co-
 mitis sacri palatij, perpetuarium ius dicitur emphyteotica-
 rium. Seruos item liberorum loco agris colendis adhibitos,
 Appianus docuit Ciuiliū bellorum libro primo. Le-
 ctum porò in historia est, quod ab instituto haud
 ita est dissitum, trans Euphratem coli reli-
 giosissimè Dianā Persiā, cui sacra pascā
 tur boues custode nullo, & vt Græ-
 ci dicuntur *ἀπτοί*, dea cha-
 ragmate insignes,
 quæ lam-
 pas est.

LODOVICI CÆLI
RHODIGINI IN ANTIQVA-
RVM LECTIONVM LIBROS

ad clarissimum philosophum &
medicum Hieronymum
Rubrum Patavi-
num, Præatio
octava.



Etus, quam tibi nusquam interpellatam pro-
exhibuimus, obseruantia exigere, imò (vt iuxta
dicam) efflagitare impensus est visa, ne in ni-
scella hoc genus pragmatia inuolutum te omnino
præteriret: quando ne in amicorum quidem rebu-
na ad quibus agere certum est, vti extempore viuamus, de futuris
nil solliciti admodum. Equidem, ne mentiar, iucunda mihi recorda-
tio subit necessitudinis inter nos susceptæ, quum in patria tua, vbi a-
nimi ingenijq; cultum sum indeptus, agerem. Mira me dulcedine
perpetuo mores tui exactissimi, summaq; conditi suauitate perueni-
runt ita, vt spectrum & animi, & blandissima orationis tua in-
scum alius hæserit, Homericum illud de Nestore ingerens assidua
Ts δ' ἄπο γυναικῶν πᾶσι & γυναικῶν ἕξαστο ἄλλοι.

Accedit doctrina singulari, lectio incredibili, ingenium subactissi-
mum, exercitatio immensa; Græcia proprietatis æquæ ac patriæ
peritia summè admiranda: & qua explorari nequit animus, ardu-
scitq; tuendo, perspicax in pensandis ægritudinibus prudentia, &
diuinandi per certâ tamen ac nunquam fallentia magnopere natu-
re indicia, donum præcellens: quo nosti;

Tâ τὸ δὲ τὰ τὰ ἰατρικῆ, πρὸς ἰδρᾶ.

Legitimi prosum ista sunt medici; de quo dicitur, ac recini identu-
dem illud possit elogium,

ἰατρὸς ἀνὴρ πᾶσι ἀνθρώποις & ἄλλοις

Hæc demum omnia, non me, qui sum cuius drax, vt ille ait, sed in
humanis rebus eminentissimum quenque sic in tuis nominis amoris
ac venerationem dulcissime proliciunt vt nil æque gratum sibi opo-
ventur, quam tua perfrui familiaritati, atque interim affluenti-

mi sapientie tuæ aquis rigari. Agnosce calescentem animi tui facun-
ditatem: excogitasti præter ista, quæ immensa sunt, & rationem
aliam quæ vel potentius tibi homines conciliare non desinis. Mira
essalget in te liberalitas, mirum impertiendi omnibus, quæ ad sunt
tibi studium, nec suppellectili quidem librorum pretiosissime parcen-
do. Quæ sanè rara auis est. Alia nunc mitto volens, quàm munificè
mibi haud ita pridem Paulum Arginetam pudore quodam, rustico
penæ, expetenti commodo dedisti: imò neque hac contentus fini, Cal-
nam adieciisti. Quàm altè putas mibi infixæ hæc? Explicari faciliè
haud potest, quàm me transuersum rapiat tua hæc diuina virtus, cò-
quidem excusculanda magis, quòd à plerisque, ne dicam omnibus, li-
brum hoc genus in sanctaria intruduntur, imò contumulantur, quid
enim aliud sunt, vt nil prorsum iudicij nostri diem diffundamus,
quàm βιβλία ἄσπι, sed liuore sordidi, tantumque non feli-
citatem omnibus inuidentes. Quamobrem ita me tibi
diuinctum putes, velim, vt qui maximè. Sed &
mea omnia, etiam si pyrica, & velut quis-
quilias, tibi & tuis omnibus exposi-
tissima. Experire tantum,
me haud fuisse menti-
tum, dices.
Vale.

L O D O V I C I
C A E L I I R H O D I G I
N I L E C T I O N V M A N T I
Q V A R V M L I B E R V N V S,
Q V I E T O C T A V V S.

Regibus olim vrbes fuisse obnoxias. Pœmanor & Pœmanorium quid. Rex cuiusmodi esse debeat, vel princeps, aut magistratus. Ciceronis nodus explicatur. Imperatorem fati non subiici. Dionysij, Ptolemæ, Antigoni historia. Anax cur dicatur rex. Antiochia Miletus cur. Diopos quid, & adiospos. Palæstium pro regia cur. Adnotatur lapsus interpretis Plutarchi de Diopo. Prytania.

C A P. I.

NITIO rerum, memoriae proditum est, vrbes Græcæ regio imperio, quod tum sanctissimum existimabatur, fuisse subiectas: quo nomine deo quoque regem habere creditur ferè: nam sicut humanas formas illis plerunque cōtribuimus, ita etiã vitæ rationem. Sed non vt apud Barbararum gentium plerasque, grassatione tyrannica, & centuriali vitæ invidiosa. Verùm iusta legum scita, vt inquit Dionysius, & patrium morem: eratque omnium clarissimus, qui iustissimus, legumque studiosissimus. Neque enim huius maiestatis fastigium popularis dabat ambitio, sed spectata inter nos moderatio. Quod Homerus quoque significat, quum in dicentes, & fas constituentes reges vocat. Vlyssè vero, vt mitissimum patrè, fuisse scribit. Sed Plato item Homericore regem pastorem vocat. Nam & apud Aeschylum composito nomine pœmanor dicitur: sicuti & subiectus grex, pœmanorium. Est autem onium propriè pœmen, vt prodit Ammonius. Quin ciuilem potius virum Plato nuncupat, quàm regem.

gem. Innuens nimirum ad eò humanum ac mitem, si fieri posset, esse debere, vt inter ciues videatur esse conciuis, vt ita dicam, prudentia, iustitia, cura potius quàm alio quouis excessu superior. At Aegypti reges priscos nascentium inspectis genituris, si quæ forent inuenta in signis horoscopantes à regni horoscopo decidentibus, ac potentes benèque collocatos in figura dominatores prætulissent, interfici statim iussisse, legitur, ab iis quæ loque insidias veritos. Tamerè ab gentium illarum sacerdotibus proditum scio, disciplinarum, artiumque repertorem fuisse Mercurium: eorum verò quæ ad vitam spectabant, reges. Quamobrem antiquitus, inquit Diodorus, nō ad principum liberos deferebantur regna: verùm ad eos, qui insigniter de hominum essent vita meriti. Quo argumento Aethiops Sabacus, & idem Aegyptiorum rex sponte se abdicauit imperio, ne cæsis ex responso sacerdotibus, violenter id sibi asseruaret. Brutis non ratione pollentibus hominem naturæ prælatum intelligimus, sicuti scite admodum colligit Gregorius: quia ita dicatur Genesios nono, Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli cum vniuersis quæ mouentur in terra. Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Præter naturæ rationem effertur quippe, ac tumescit, qui sibi aduersus æqualem deposcit imperium. Proinde, inquit, antiqui patres non reges hominum, sed pecorum fuisse pastores memorantur. Homines quidem vniuersos æquales produxit natura, sed pro meritum ratione alios aliis iusta vtique Dei dispensatio, sed occulta præponit, vt humana formidine peccare metuant, qui diuinò minus exterrèntur iudicio. Verùm timoris huius nomine instari haudquaquam addebet. In quo non propria est affectanda gloria, sed subditorum quærenda iustitia. Certè maiorum hæc consuetudo fuit, vt sacerdos rex esset ac pontifex. Nam regibus expiandæ cædis munus incubuisse, ex historia scimus. Casari, inquit elegantissimè Seneca, cui omnia licet, propter hoc ipsum multa nō licent. Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio: ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit. Et syderum modo, quæ irrequieta semper cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quicquam suum facere. Imò verò nec defuere, qui solum imperatorem stellarum nō subiaccere

cursu

curfibus afferatē scriptis produnt. Quoniam vnus fit, in cuius fao stellæ decernendi non habeant potestatem quippe quum sit orbis totius dominus, fatum eius Dei summi iudicio gubernatur. Et quia terrarum spatia illius subiacent natui, & ipse in Deorum venit decuriam, quem ad faciendā & conferuanda omnia diuinitas statuit principalis. Quin hoc ipsum est quod obscurius significat M. Tullius in epistolis ad Q. fratrem: Sic te, inquit, ita viuentem intuebuntur Græci, ut quendam ex annalium memoria, aut etiam cælo diuinū hominem delapsū putēt. Porro Xenophon ille, cuius aureum fumen quibusdam scabris & turbulentis obiebus retardare Cicero dicitur, Cyrum suū, ut sanctitatis antiquæ typum, & exemplar examinatisimū effinxit: neque enim ille talis fuit, sicuti Platoni credimus, id ipsum in legibus statuēti, à M. de- num Tullio confirmatum in epistola ad O. fratrem didactica. Sed singularis faciendæ philosophus effigiem quandam iusti imperij cōceperat animo & eminentissimi principis, quæ summam grauitatem cum singulari comitate coniungeret. Hanc ille sub persona Persici regis exprimendā potissimum censuit. Ad eoque scopum attingisse visus est, ut scopi vmbilicū verius, ut Africaniū Scipionem, quanquam spolio ex- teria orbis parte raptō, celeberrimum, non temere legamus eum librum de manibus ponere solitum. Neque enim vul- garis aut exulcata virtutis est, aliis bene imperare, siue id imperium perpetuum sit, siue certis circumscriptum anno- rum curricula, Proinde dictum ab Aristotele est ex Bianis sententia, magistratus virum ostendit, eo quidem impensius, quia alienum bonum iusticia est virtutum sola. Sic ad alium, & in communi magistratus geritur. De quo quidem vberius primo De republica à Platone disseritur. Eius vis est, ut prelio præscribatque, quæ recta & vtilia, & coniuncta cum legibus. Ut enim populo præfunt magistratus, ita magistratibus le- ges, verèque dici potest, magistratum legem esse iam loquen- tem: legem verò mutum esse magistratum. Lex porro simul cum mente diuina orta creditur. Itaque vera lex & princeps apta ad iubēdū verandūque, ratio est recta summi Deificur doctissimè à M. Tullio colligitur. Facilitas verò & humani- tas principis, ac magistratus præcipuæ sunt virtutes, itaque Macedonum regem Philippum rerum gestarum gloria lou- gè post à filio relictum, legimus, facilitate autem humanita- tēque

Atque adeo antecessisse, ut alter semper magnus, alter sepe co- munitatis sceleribus turpissimus deprehendatur. In Romana historia aduertimus, tribunitiæ domus fores non interdiu, non item noctu solitas occludi, cœu planè portus quidam ac refugium celebre, quo indigentibus semper & facillè pateret alitas. Isti huc ipsum si præfides viri vniuersim præfent, salu- herrima quædam dubio procul cōsurgit administratio. Nam & in septem sapientū conuuiuo præcipua dignum laude pu- tat Solon tum regem, tum tyrannū, si ex monarchico princi- patu democratiam ciuibus suis comparent. At Bias eum verè principem opinatur, qui patriis legibus institutisque subieco- re primus. Beatum esse regem censuit Thales, cui datum foret consensescere, immorique, natura ad id ducēte. Anachar- sis verò adiecit, si solus fuerit prudens. Sed respicit tyrannicum omnino spiritum, quod à Cleobulo prolatum est: Si inquit, nemini assistentium satis fidat. Præsignem pietate principem facit, ac perinde felicem, Pittaci scitu digna sententia: Si, in- quit, non illum timeant ciues, sed illi. Cæterum Chilonis ma- gno opere attendendū oraculum, quo pronūtiatur, Summa om- nia & immortalia principi legitimo esse concipienda. Et re- ctitissimè profecto, quippe iustitia legis utique finis est: lex ve- rò principis opus. Princeps imago Dei est, vniuersa dispensan- tis gubernantisque, nō Phidiæ industriam requirens, nō Poly- cleti, nō Myronis, sed ipsum semet in Dei similitudinē effin- gens, virtutis opera simulachrum expingens cōformansque omnium planè decentissimum & aspectu iucundissimum, ac Deo maximè conueniens. Ab hoc autem quantum denique abiisse diuersus agnoscitur Sicilia tyrānus Dionysius? Quan- do citra omne virtutis pensum, nouarū voluptatum inuentio- ribus, certa proposuerit præmia. Ptolomæus illic est turpitu- dinis prouectus, ut extra quā Macedonum ac Græcorum le- gibus foret sancitum, vel sorori stuprū intulerit. Antigonus Liberū patrem exhibiturus quod est Herodiano proditū, cau- sit loco ac diadematis Macedonici, hederæ caput reninxit: quin & sceptri vice Thyrsū gestitare nō erubuit. Porro qui vocis horrore, aspectus triculētia, morū difficultate ac solitu- dine principatus tumore austeritatēque exprimit, nil sanè ab colossis distare animaduertuntur: qui extrinsecus heroicā aliquid, aut diuinā præferentes speciem, intus terrā habēt, aut laxa, vel plumbum quoque: nisi quod hoc genus statua pon- deribus

deribus librata rectitudinem seruant immobilem, nec quouam proclinantur adnuuntve. At imperitus princeps fluctuat saepe, quatiturque ac circumagitur. Addecet imperantē profecto esse veluti regulam aut canona, qui ad rectitudinē compositus, & nullo flexu vitiatus, cetera appositus coarctatusque dirigit, ac similia reddit sibi. Cōsimili item ratione praeidem oportet seipsum prius componentem, ac imperium intus ordinantē, sic concinnatis moribus, ciues sibi reddere persimiles. Neque enim succidentis est lapitantisque alios dirigere, aut inscientis edocere, aut inculti ornare, vel exordinati orationare, vel imperare, qui obedire nesciat. Ceterū plerique ex inscitia primū atque praecipuum principi opinantur bonum, nemini subesse. Et Persarum rex omnes praeter vxorē, quam in primis pro imperio coercere oportuit, seruos arbitrabatur. Et Moralium octauo scribit Aristoteles, Patris apud Persas imperium esse, haberique tyrannicū, quādo filiis vtantur perinde ac seruis, tamen patris ad filios societas in domo bene instituta regni praeferat effigiem, quum patribus cure sint filij. Quo argumento Iouem ab Homero patrem dici. Sicut viri & vxoris societas optimatū persimilis est potestati. Fratrum verō ei, quae censibus sit: quae tertia est rerū publicarum forma. At inferat aliquis, Quis igitur imperantē comprellurus imperio est? Lex nempe mortaliū immortaliumque regina omnium, vt Pindarus inquit: nec ea libris omnino, aut comprehēsa tabulis, sed animata intus ratio, cohabitans perpetuō, ac in statione tantum non parata, nec animā ducatus destituens inopem. Persarum regi, sicuti accepimus, praebat erat ex intimis vnus aliquis, huic destinatus muneri, qui manē confurgentem ita commoneret, *εὐνάσῃ αὐτὸ βασιλεῦσσι, καὶ ἰππὶ τῆς ἀρχῆς μάταιον, ὅν σὲ φροντίζω ὁ μισοφροσῆδος Διὸς ἢ Ζηνὸς.* Confurget rex, & ibi negotia, quae te obire voluit Mesoromafdes. At loquens imperator intus habet hęc, & huiusmodi pleraque distantem. Inde fit, vt refelli magnopere dignus videatur Anaxarchus, qui, vt Arrianus prodit, consolaturus Alexandrū vino & ira, cōsultoribus pessimis succumbentē, per febrem, vt videtur, somnians ipse, vel morbo arreptus phreneticos, Hippocratis ac medicorum vinculo destinandus: An tu Alexander sapientes, inquit, veteres ignoras, ideo assidentem Ioui iustitiam fecisse, vt quicquid ab Ioue decretū sancitūque foret, id iure factum videretur? Ita magni acta & gesta regis primū

nam quidē ab ipso rege, deinde ab aliis iusta censenda sunt. sed mea vtique sententia, si approbētur ista, vt ab sapiente ac verē prorsum enunciata, bonē Deus, quantum inde erumpet malorum? qui calamitatum laxabitur sinus? Documento sit is ipse Alexander, quē ita philosophi pcepto imbutum proditur memoria, ad id vesaniē productum, vt iam diuinos sibi deposceret honores. Nec satis, nam veluti bellatorem fortunae statibus nimio plus elatum mortalis naturae dispuderet, nō Philippo iam se natū, sed Ammone potius, credi volebat. Quid illa vestis mutatio, & in Persicos mores degeneratū translatio? quae verō Macedonum indignatio? Ceterū quid ita insinuas Anaxarche, assidere Ioui iustitiam? Imō verō, si contestatio me nō fallit, nō assidet iustitia Ioui: sed ipse iustitia est, ac fas ipsum, & legū vetustissimus omnium, ac perfectissimus. Ita certē veteres praedicant, edocentque, absque iustitia nē ipsam quidē Iouem rectē posse imperare. Ea verō iuxta Hesiodū incorrupta virgo est, pudoris ac castitatis, viliūmque contubernalis. Proinde reges item *αὐτοῖσι*, id est castos venerabilesque nuncupare poētae solent. Hinc ergo colligendum, regiam facultatem esse sublimem, praecellam, multis virtutibus circumseptam cōstipatamque, curis innumeris anxiam, & omnino vitam censei laboriosissimam, si incumbente oneris magnitudinem rectē metiaris, gerāsque pro ratione ac dignitate. Proinde Seleucum dicere solitū scimus, si satis norint homines, quā operosum, quāque molestem modo tantarum rerum adeo numerosas epistolas aut scribere aut legere, diadema proiectum neminem excepturū. Quin & Philippus in regione speciosa caltrameraturus quum audisset, futuram ibi iumentis pabuli inopiam, & Hercules inquit, cuius nam modi vita est nostra, si ad afellorum occasione viuendū nobis est? Certē anax veteribus rex dicebatur, quod Plutarchus tradit, & repetit Eustathius, quia anacos dicitur medela, quod illis subditorum cura incumberet. Diocuro autem, id est Castorem Pollucēque, ab nauigantium cura primos omnium ita inuenio nuncupatos. Inest vtique vocabulo diuinum quiddam, proinde excellentiam complectimur eo, quod Euripides item signi-

ἄνεξ, διὸς γὰρ ἀνοπίας λυτῶν χερῶν.

Est proprium quoque nomen Anax, sic enim cali ac terræ nuncupatur filius, de quo Miletus dicitur anactoria. Scribit Herodotus Cereris templum in Eleusine fuisse anactorium. Pollux anactorium pro adyto accipit. Inuenio item reges, siue duces rectè diopos nuncupari, quod cōmonstrat Aeschylus, sicut ad iopi vocantur, qui principe carent. Inflexitur verbum ab *ἀντιπ*, quod est ordino. Aelius Dionysius diopon accipit *τὸν ναυφύλακα*, id est naui inspectorē. custodē mve, *ἀντιπὸς δὲ τῶν βασιλέων*. Porro apud veteres, qui rerum moderamina suscepissent, iidem & auguriorū erant non imperiti: ut enim sapere, sic & diuinare regium censebatur. Diopos etiam epithelus dicitur, id est *ἐπιτάξας*, Diopos regios in Romulo Plutarchus, aut dispensatores accipit, aut villicos. nam de Romulo & Remo Praefectos, inquit, ac regios diopos contemnebant & pecoris magistrōs: vel, ut ipse ait, *ἀγρονομοί*. Sed interpreti diopos dici legatos putat: adeo transferendi onus planè cōsolisicon est. Dignum scitu: Prytania, id est *πρυτανία*, dicitur Græcis imperium dici, quum in orbem inter plures digeritur imperandi vicissitudo. Hinc Herodotus: Miltiades, inquit, non prius congredi statuit, quàm ipsius aduenit prytania. Idem author probulos vocat, quos nostri promouros. Cæterum attendenda magnopere hac parte Platonis sententia, qui ad res egregias strennuè felicitèrque obeundas esse nil prorsum accommodatius scribit, quàm prudentium doctorūque virorum beneuolentiam. Imò verò esse nihil vel iustitiæ vel prudentiæ argumentum certius, quàm si amici id genus adsint abundè. Nec me fallit tamen, Gothicum fuisse institutum, ne literis imbuerentur reges. Quod illæ, ac seniorum institutiones longo ab fortitudine intervallo abessent, ac magnanimitate. Quin item effeminari potius animos, remollitōsque ad timiditatem dilabi. Illud denique non præteriero, leuiculum forsitan, sed perisique ignoratum tamen, regiā palatij nomine insigniri ceptam Augusti Cæsaris tempestate, quod refert Dion, quia in Palatinum montē incoletet, ac inibi esset pratorij. Domus item Romuli, à loco dicta Palatium est. Hinc ubicunque fuerit imperator, eius domus palatij assequitur nūcupationem. Dona imprimis regi honesta, Xenophon scribit *αὐτὸν ἀποδοῦναι* primo: Equum aureis frānis, aureum præterea torquem, ac denique Persicam stolam.

Regum

Regum reuerens in oriente cultus. De Indicorum regum luxu, ac tumore: item Persarum. Gypos curant Persæ. Item quem intelligamus Pyrophorum. Pyranon. Grinos quid. Saporis Persarum regis historia. De Cyro pauca. Orosanga. CAP. II.

Regium ergo nomen sanctum vbique, sed in Oriente venerationis præcipua. Regum ibi maiestas eximia, confluentibus ad nomen Barbaris: què que sequendæ rebus reuerentiæ cultum exhibuere, vel in aduersis præstant constantissimè. Quo factum animaduertimus, ut inani tumore, ac nimia insolescentes felicitate plerique totis (ut aiunt) cuneis in multam prouehentur absurditatē, sibi que uedicarent, quæ humanæ imbecillitatis oblitos facilè coarquerēt. Indici regis luxuriam, quam tamen Barbari magnificentiā interpretantur, gentium reliquarum vitia facilè transcendere, hinc perspicere potest. Siquidem ubi uesendum se publicè præbet, apparent argenteis thuribus ministri perporatur. Ipse aurea gestatur lectica, margaritis hinc inde propendentibus. Amictus auro interlucet, ac purpura. Lecticā obmaniant corporis custodes, è ramis cantillantibus auiculis, quas ita de more imbuunt, ut inter seria instrepant cantu. Regiam auratè suffulciunt columna, auro vite cælata obambente. Inter hæc auium, quibus præcipuè oblectantur, argenteæ nitent effigies. Regia nulla nō hora uolentibus patenti. Vbi capitis cura, ac ornamento incūbit: tunc admittuntur legationes, & redduntur populis iura. Odoribus perfluuntur pedes. Si quādo in uenationē prodire collibuit, seræ lepore. Hic illis nō contēnendus labor. Si lōgior incūbat expedire curru ueretur, què in fratri auro elephātes ducāt assectantibus agminati pellicū lecticis. Subsequitur & regina, sed non grauem dormitantē mque cubiculo inferunt pellices, postquam diis patrio ritu aduocatis cum cantu. Iam uerò quid sperbam Persarū regum molliciem memorem? Adoratio liberat peculiare bonū, citra hanc nō facilè ad regē patebat illius. Illud quiniò uidisse quandoque, augustissimum

censebatur: quoniam is sub maiestatis specie semper ferē-
 tet. At magnus Agefilaus, quod Xenophon scribit, ut semper
 spectaretur, gaudio exiliebat, quum turpiter agenti tenebra
 conuenire arbitraretur: honestæ autē vitæ lucem longē plus
 ornamenti afferre. Porro Persarum regibus illa maxima in-
 cumbit cura, ut terrarū orbē mariæque depopuletur omnia,
 persuasus dū venantur potus, glisceras adipatāsque dum eos
 quirunt dapes. Mox verò distenti sic, & adobrutī, mirum est
 quo studio moliat̄ur soporem. Vni plures adsunt vxores. Per-
 vices regem adire, mos illis est. Cultus regis luxuria præci-
 puè erat insignis. Purpureæ tunicæ medium albo intexeban-
 tur. Palla verò picturata erat, aureis accipitribus velut rostris
 mutuo se petentibus. Zona succingebatur aurea, sed mulie-
 briter. Ab ea propendebat Acinacis, vagina gemmata. Capiti-
 tis insigne à Persis nūcupari cidarin, animaduerto. Ambra
 cærulei coloris fasciæ, albo intermicante. Et pontifex tamen
 inquit Hieronymus, cidarin habet, & nomen Dei gestat in
 fronte. Currum affectabantur armatorum decem millia, ha-
 stis argento coruscantibus, spiculis etiam auro præfixis. Si
 quis mouenda forent castra, super regis tabernaculum
 quod augustale dicimus, cōspicua omnibus promicabat solis
 imagicula, crystalli inclusa globo. Quum progredi cepis-
 set agmen, ignis quem ipsi sacrum æternūque vocabāt, ex
 gentis altaribus præferebatur. Sicuti apud Græcos irrob-
 rauerat mos, ut in prima stare acie vates laureos gestans re-
 mos & corollas, quem vocabant pyrphorum: cuius mentio
 nit Pollux, & in Sudæ monumentis relatum inuenies, quo-
 niam lampada item præferret. Eum iure belli violasse, sum-
 mum habebatur scelus. Apud Herodotum historia octaua
 pyrphorum pro sacrificulo accipit interpret. Est eo item no-
 mine instrumentum prunis ferendis destinatum, quod etiam
 pyranon vocant. Scitu verò dignum: ante inuentas tubas pyr-
 phoris, seu lampadephoris vsos veteres, qui bellicū canerent,
 ut sic dicam: nam in medium vtrinq̄ue progressi, facibus ex-
 cussis, prælium accendebant. Apud Sophoclem in Oedipode
 tyranno, pyrphori significat morbos, inducentes febrem.
 nam πυρ, quandoque πυρετιν indicat: sicuti πυρστν, in-
 dum pro igne positum inuenias: ut apud Homerum,

Καὶ τὴ φῆρα πολλῶν πυρετιν.

Ignem sacrum insequēbantur magi, magos trecenti sexa-
 ginta

Insequēbantur quinque iuuenes puniceis velati amiculis, si tot erant,
 quot in anno dies. Mox erat Ioui sacer currus, quem albi
 adherent equi. Post quos insigni magnitudine visebatur
 equus solis, sic enim dicebatur. Equorum moderatores au-
 reis virgis ornati, albis item vestibus visendos se præstabant.
 Aderant post, vehicula auro cælara & argento. Insequēban-
 tur, quos Persæ immortales vocant, decem millia numero.
 Ante omnes Barbaros hi luxu prædiuite honestabatur. Tor-
 quibus inter eos aureis exculti quidam incedebant. Auro di-
 stincta vestis decorabat alios, tunicis manicatis quidem, sed
 gemmarū specie ornatissimis. Ab iis constituebantur, quos
 regis cognatos vocabant, quindecim millia numero. For-
 minas dices, ita ornamentorum luxu ac deliciis diffuebāt,
 doryphoræ vocabantur, veluti satellites. Regis currum an-
 tichris erant insignes cultu. Currus latera deorum simula-
 cris erant decora, auro argentoque conflatis. Iugum gem-
 mis collucebat. Eminebāt ex eo simulacra duo aurea, cubiti
 mensura, interiacente expansis alis aquila, materiæ eiusdem
 sphragida, id est annulum regis signatorium, vel id genus
 aliud Cyri prætulisse imaginem, proditur memoria: etiam si
 tradunt alij fuisse Darij equum, quo adhinnientem regnum is
 arripuit. Sunt qui & regis fuisse ipsius malint. Orofongas vo-
 cant Persæ, qui de rege sunt bene meriti. Cyrum Persarum re-
 gem grypum fuisse memorant, id est adunco naso. Proinde
 in ciuiliū præceptorum ratione Plutarchus, & alibi, eo ha-
 bitu homines Persis mirè gratos fuisse scribit. Nam & agre-
 stes boues epigrypos esse dicunt Græci, id est rictu leuiter
 adunco. Grynion verò κρυμν dicunt Græci iidem, id est trun-
 cum, vel stipitem: ex quo verbum id pro naui etiam usurpa-
 uit Lycophron eo versu in Alexandra,

Λόβον θύοντα κρυμνὸν ἐπὶ σπυρμύλου.

Etiam si ad Alexandrum posse referri putat interpres. Quod
 marer Hecuba per quietem parere facem esset visa. Verum
 quod ad Persicum attinet tumorem, adnotatu digna Saporis
 Persarum regis epistola, quam ad Cōstantium imperatorem
 is dedit sic exorsus: Rex regū Sapor, particeps syderum, frater
 solis & lunæ. Constantio fratri meo salutem plurimam dico.
 Mox sub monet: provinciis quibusdam cedit, quoniam me-
 delarum quoque artifices vrere, nonnunquam & secare, sibi
 permittant, quo residuis liceat integris post hæc vti. Quod

ipsum facitent bestia quoque, quæ cur expectantur gnaræ, id abscissum sponte amittunt, vt in reliquum supersint impauida: Sed & Cyri conditorii hoc insigne visebatur epigrammatio: Cyrus ego rex olim regum, conditus hic sum.

Proditorum fæda taxatio per exempla decurrens Iustitica. Cilicum prauitas. Copis. Quid cilicisimus canobisimus. Isangelia. Plutarchi locus restituitur. Epitaphia. Scapha, σκαφή, scaphalos. Scaphia vasa. Agraphy crimen, & alogij. Angelus, exangelus aut angelus.

CAP. III.

Proditori nil vnquam fidum esse debere, pronunciatum historica grauitate à T. Liuiio est. Id & exemplis aliquot exploratius fit. Cilliconta quendam legimus, Prienenibus patriam prodidisse Miletum: id nobilissimo cuique nõ modo odiosum, sed & tenuioris fortunæ hominibus. Fuit lanus quidam Theagenes nomine, Syrus. Adierat Cillicon carnes empturus, at dissimulato Theagenes odio, vt qui toto animo illi satisfactum euperet, carniū portionem porrigit tanquam quod superflueret abscissurus. Illo autem manum proferente, elatam copida lanus inpegit, resectaque manu addidit generosius dictum, Hac, inquit, abhinc ciuitatem prodes nullam. Sunt ex Græcis, qui Cilliconta istum ita cognominatum putent, quia Cilicum prauitas & scinitia infametur passim, quando Achæus illi proprium fuerit nomen addunt, fuisse Meropis filium. Certè historicus Theopompus per vinolentiam æditam eadem, Cilicisimū vocauit: illi cuti Canobissimum dicimus, Canobitarum lasciuam turpitudinem. Copis autem, si cui forte scrupulū iniicit, Verbum Latinis auribus haud ita frequēs, hic esse videtur lanij culter. Quam tamen Curtius copidas interpretatur recuruos gladios, quod dā falcis imagine, meminit libro tertio Strabo. Inter instrumenta sacrificalia Pollux sphagidas enumerat, & copidas. Verum de est Demosthenicū illud de Phocione, ἡ τὴν ἀργύραν ἀναιδῶς ἀδελφῶν, id est, verborū meorū copis exurgit. Plutarchi tralator securim est interpretatus. Porro circūfertur ad hanc maxime rem faciēs bracteatum Antigoni dictum, Qui proditores tantisper, dū produnt, amare: vbi prodidissent, odisse dicebatur. At Cæsar in Thracen quendam, Proditionē sibi placere, inquit

inquit: proditorem minimè. Plutarchus scribit, Rhimotalcem Thracum regem; qui ab Antonio ad Augustum transfertur. sollicitum illi inter pocula societatem petulātus exprobrare. Id quum agrè ferret Augustus, propinans ex accumbentibus euidā: Ego, inquit, ἡ ποδῶν κίρῳ, ἡ ποδῶν δ' ἴλε ἡ κείνῳ. Proditionem quidem amo, sed proditorem non laudo. Demosthenem Demadi crebrò dicere solitum ferunt, ἡ τὴν ποδῶν κίρῳ δὲ ἡ ποδῶν κίρῳ. id quod si amplius expendisset, nõ foret à Macedonibus sanguinariè excarnificatus. Scribit Plutarchus, quod notatu Hercle dignum est, Reges cum primis esse ἀπὸ τῶν ἡγῶν ἡ ποδῶν κίρῳ δὲ ἡ ποδῶν κίρῳ: quoniam eum iuari precipuè opinentur, qui iustitiæ intendat minus. Proinde nõ debere alios criminari, si exemplo ab eis ipsis ducto, quod confert, affectantur tota vi, hoc illuc volūtate tralata. Lasthenes, qui Philippo Olynthum prodidit, querebatur se ab illiº amicis, vt proditorem infamari. Ei Philippus Macedones, inquit, natura rusticiores sunt, ac rudes, & scapham dicunt scapham. Est autem nauiculæ nomen scapha. At σκαφή, vulpes est. Scaphalos verò dicitur ἀνδραγῆς, id est haustor. Scaphias dici, à Græcis comperi, qui scaphis nauigant, tāquam scapharios quosdam. Scaphides vasa sunt, in quibus melicerides, id est faui collocantur. Scaphisterium Columellæ purgandis feminibus, aptum instrumentum. Pacton scaphæ genus est Straboni ἡ σκαφῶν, id est virgis compactum. Scaphia verò vasa sunt, inquit Martianus, ex ære rotunda, quæ horarum ductus styli, seu gnomonis proceritate discriminant. Horoscopa item dicuntur & horologica. Adnotandum verò illud scitu Hercle dignum: Isangeliā, id est ἀναγῶν, dici accusationem iudiciumque, quod in proditores intenditur, vel omnino læsæ maiestatis reos: quorum crimina legibus non continentur, vnde & ἡ τὴν ἀργύραν ἀναιδῶς ἀδελφῶν dicebatur isangelia. Quam tamē sanciebat isangelica lex. Agebantur verò hæc vel in senatu, vel in concione: isangeliæ meminit Demosthenes quoque. Plutarchus de Alciada reo, quod Cereris & Proserpinæ mysteria polluisset domi ea celebrando, hæc (inquit) in isangelia sunt scripta. In terpres locum incuriosus transiit. Angelum esse scribit Ammonius eum, qui extrinsecus quippiam nunciat. Exangelum, qui quæ intus sunt, extimis promit, quem diangelum vocat Thucydides: autangelum, qui ex se nunciat, non

ab alio missus. Epangelia verò dicitur, quum quis accusatur, quod præter leges concionetur, aut rempublicam capessat. Obiter item sciendum, fuisse agrarij crimen, vbi quis ex tabulis publicis antè per solutionem suam expunxisset nomen. Quam rem Demosthenes significat, & docet præterea plures. Alogij crimen est, quum rationem quispiam reddere neglexerit in magistratu gestorum.

Canterij notio multiplex. Runcina quid. Compluuiata vites. Pedata, seu characata. Quid charax, & ridica, & quid tradux. Seneca locus illustratur. Canterino ritu somnare, quid. Viticula quid: item suffrago.

CAP. IIII.

Canterium Varro scribit De re rustica, libro secundo, equum dici, cui exempti testes sint: inde appellatū, quod semine careat. Id ipsum ferè Pompeius Festus cõprobat. Sunt qui opinentur, vocabuli etymon inde trahi: quia cauterio deestari mos esset, per vnus demutatione elementis. Nonnulli canterios intelligunt multos, ad vellaturam quos pascere moris est: vnde sit cantericiū hordeū. Ab equi porro similitudine canterios item dici volunt, quibus subiectis materiarij fabrici runcinis, id est ferris maioribus, arborum moles secant. Eos impolitior sermo & rusticior caballos vocat, sicuti runcinos minores equos, ex runcinarū (vt putant) origine. Nam Plauto deruncinare verbum positum pro dissecare dissipareque. Quamquam non me fallit, quibusdam id amplius aridire, vt sit runcina leuigandis lignis instrumentum accõmodū, quod vulgus simplex planulam dicat. Est & in vitibus canterius, iugum simplex, cum depositis hastilibus, vt Columella scribit, adnectuntur singulæ per transuersum perticæ in vni ordinis partem. Id ferè Plinius quoque prodit, sed amplius compluuiatas dicit vites, vbi iugum est quadruplex, ab cauis ædium compluuii similitudine ducta, atque item nomine. Nam pedatas intelligimus adminiculo fultas. Si verò breuiore palmitem sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. Pedatas, seu palatas etiam characatas appellamus: quia charax Græcè pedamentum est, siue ridica. Quamquam est ridica fissile adminiculum proprium, quod diuinius manet, quàm teres palus: à quo palari vitis dicitur

ditur, quum palis obfulcitur, sed & loca vliginosa palari dicitur, vbi pali addentantur accipiendis fundamentis. Rustici quoque vulgus characios vocat pedamenta vetera. Traducem verò nominant Galli, quum diuersarum arborum obuij palmitem alligantur vno conciliati virgultorum comitatu, aut quum in viduam arborem transilem faciunt. Traduces quidam rumpos appellant. Sunt qui etiam vites: vt quum sit Varro, iugorum genera sunt quatuor, pertica, arundo, resies, vites. Traducibus vtuntur Mediolanenses in arboribus, quas vocant populos. Ex hac verò rusticarum rerum ratione animarum traducem vocari à Tertulliano & Apollinario vidimus, vt sicut corpus ex corpore, ita anima nascatur ex anima, & simili cum brutis animantibus modo subsistat. Canterios in cepinis, id est ceparum locis apud Columellam inuenies forma demunita pro munimentis quibusdam ceparum, ne Thalli earum ventis prosternantur. Sicuti in rapinis etiam canterios, quum operiuntur rapæ, vt à pruinis semina defendantur. Farraginata sunt, vbi paratur farrago. Hordeum hexastichon ab ordinū numero, aut versuum: quidam etiam canterinum vocant, sicut distichon galaticū. Canterios item in architecturæ ratione nominat Vitruuius libro quarto: vnde canteriatum tectum, sicut asserulatum quoque dictum inuenimus: nam quaternata harula aliud est. Vulgus quoque crassiores & robustiores ramos canterios solet dicere, nil deluxato admodum verbo. Ridicula est enarratio cuiusdam Plautini interpretis, qui claritate maxima caligans, canterium apud Senecam libro Epistolarum decimotertio, pro vehiculo accipit, vbi ait Seneca: Canterio vehebatur hippoperis quidem impositis, vt secū vitilia portaret. Quum paulo post se ipsum interpretetur Seneca: O quantum, inquam, erat seculi decus, Catonem vno caballo esse contentam, & ne toto quidem, partem enim sarcinæ ab vitroque latere dependentes occupabant. Hæc verò ille hippoperas dicit, quasi equestres peras. Gallicos canterios, vt viliores, agnoscere videtur Plautus, quando in Aulularia ita scribit: Ego faxim, multi pretio qui superant equos, sicut viliores Gallicis canteriis. In Hieronymi tamen ad Marcelam epistola sic scriptum legas: illi gaudeant Gallicis canteriis, nos solutus vinculis asellus Zachariæ delectet. Cruciatem canterium Ausonius item dicit, quem tortorem vul-

sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fotent, ac tanquam coccyges, sui semper similes eandem recinunt cantilenam: Cantharus pilulam. Quod enim est animali ingenium, nulla prorsus arte viceris. Sunt præterea Cantharum nauigia quædam: nam & in comœdia Græca ita legitur *ναυίγγυς κανθάρου*, id est, in Naxo confabricatus cantharus. Quippe de insularum nominibus sæpè nauibus imposita reperias nomina. Etenim *κανθάρου* quandoque dicuntur naues, quia in Cnido compingerentur. Cercyrónque à Cereyra, que Corcyra est, vocarunt. Parona item, id est *παρώνη*: à Paro: unde fortè obtinuit, vt nauium gubernatores passim ita dicantur. Fuit & in Attica portus Canthari nomine celebris. Eadè censeatur nomèclatura ex Athenæi calculo pocillum, atque item accommodum mulieribus ornamentum. Apud Iureconsultum Iulianum, libro digestorum trigésimo, canthari dicuntur, per quos aqua saliuunt. vnde arbitror inoleuisse Mediolanis, vt cloacæ euehendis aquis ac sordibus dicantur cantharum: nam & cantharia legitur forma deminuta. Cæterum occurrit mihi parte ista Plinij nodus haud illoritis (quod dicitur) transiliendus pedibus. Illi propterea lucem inferemus, vt hoc item nomine plenius bonarum literarum candidatos demerrear, siquidem homo homini Deus, vt versiculo Græco comprobatum video. Plinij verba sunt hæc ex libro octauo: *Bos* inquit, in Aegypto numinis vice colitur, *Apin* vocat, in sine ei in dextro latere candicans macula cornibus lunæ crescentis incipientis, nodus sub lingua quem cantharum appellant. Queritur amplius inter eruditos, quid sit quod ait, *Nodus* quem cantharum appellant. Sed enim obscuritatem tollit Porphyrius ille doctissimus: & quia de nodo agitur, præclare enodat quod plerosque scio hæcenus læuifese, bonumque, si non & supra synodi Ariminenfis multitudinem. Igitur in libro qui est *De abstinentia carniū*: Scarabeum, inquit, animal rerum diuinarum indocti abominantur, quod Aegyptij summoperè venerantur, animatum Solis esugiem putantes. Lunæ præterea taurum dedicant quem *Apin* nuncupant, nigrum præ cæteris, & signa solis atque lunæ habentem. Mutuant enim ex sole luna lumen. Solis symbolum est coloris nigredo: nam & solis ardor nigriora reddit humana corpora: & qui sub lingua est, scarabeus. Lunæ verò coloris diuisio. Adicit in libro *De Iside* Plutarchus, quod

quod neuiquam prætereundum fuit, ita cantharos pilulam excremèntiam sensim in aduersum protrudere, sicuti contrarium mundo sol cursum agat, dum ab occasu in exortum fertur. Et quia scribit ibidem Plutarchus, Cantharos omnes esse mares, quod approbat & Porphyrius atque Horus, & Græci item alij, apud quos ita lætitamus, *κανθάρου θήρως & γυναικός*, id est, cantharus scemina non fit, sed mares omnes gignuntur hinc succurrit, vt prius quam hæc nobis decedat cura, vel intercalata fortè dispereat, Aufonium opera nostra iuuemus, nubilo difficultatis excusso, quo multos poëta illius studiosos interpellari non ambigo. Est epigramma scitissimum in Marcum quendam emalculatorem: quærit lepidissimus poëta ex Pythagora, cuius placita sunt, transire animam in diuersa corpora, quem putet futurum ab vltimo fati die Marcum pullatiam, qui erat, vt ipse ait,

Peruersæ Veneris postico vuluere fissor

Lucilli vatis subulo, pullo, premor.

Respondet Pythagoras,

Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,

Non caper aut aries, sed scarabeus erit.

Hoc est, qui sceminum perpetuo execratus est congressum, & pueriles tantum amores est consecutus, nõ emigrabit moriens in animalia, quibus vterque inest sexus: imò scarabeus fiet, in quo genere non vilitur scemina. Qua ex causa etiam pullaria scienter à poëta dictus est, siquidè puer qui obscenè ab aliquo amaretur, eius à quo amabatur, pullus vocabatur, quod Festus scribit: vnde Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine ista foret, pullus Iouis appellatus est. Erant & viginti viri cognomento pullarij, qui auspicia coloniarum deductarum causa haberent. Sed horum alia ratio est. Illud postremo adnotandum, vice prouerbij à Plutarcho in Symposiacis esse pronuntiatum, *Ridiculus videri, qui in conuiujs innocias auersentur voluptates*, sicuti *οὐ κανθάρου τὰ μύζα*, id est, canthari vnguenta. Canthara verò grypum imagines sunt, ac tragelaphorum lignæ, quibus insidentes puellæ circumferebantur in spectaculis, vt Xenophon indicat, & Plutarchus exponit. Dignum relatu id quoque ex eodem Plutarcho in libro *πρὸς τὴν ἰδύλλαν*, id est, *De iucunditate*. Illud, inquit, amplius tranquillitatem cõcutit: quod veluti muscæ speculorum leuore dilabentes scabris

inhæ



inhærent, ac vlceribus in superficie corporum erumpentibus affiguntur: sic & plerique felicitum iucundorumque obliui ad tristitia redeunt, & quæ memoria vulnus refricent. Imò verò cantharos imitantur, qui apud Olynthum in regionè quampiam, ex re cantharolethron cognominatam, sese conuicentes, quum inde mox nequeant explicari, immoriuntur. Non transilienda parte hac, quæ prodit Horus, Cantharorum noscitari species tres: primam esse æluromorphon, id est felis formam: traditum verò marem ælurum cum solis incessu pupillam demutare, vt quæ solis exortu subintendatur, meridie rotundetur, occasuro hebescat sydere: quo argumento apud Heliopolim solis simulacrum effingi æluromorphon: alteram verò speciè esse *Αιλιόμορφο*, quæ sacra lunæ censeatur: hinc & in tauro, lunæ fieri exaltationem tradunt: tertia porro *Μερουρίο* est, ac *Μελιμορφο*: quam esse Mercurij produat, sicuti auem ibin.

Quæ sit prouerbij ratio. Delphini vis in terra. Delphin instrumentum. Delphinis, delphax, delphacium. Adelphi fratres unde. Delphys, Hystera. Delphinus Apollo. Item de delphine plura. Plinius explicatur. Ventorum in utre occlusorum ratio. Delphinus mensis. Delphicum locus. CAP. VI.

ION Græcæ facundia author, vt videtur, haud spernendus Ioanino, sicuti ex Plutarcho accepimus, eiusmodi adagiū posuit, *Δελφίνος ἐν χηρῶν βίῳ*, Delphini in terra vis. Id in eos promptum videtur, qui quod nesciunt, iudicant, & in quo minus valeant, toto conatu petunt, nec se intra pelliculam continent, supra crepidam aliquid ambitiosius affectantes. Delphinorum celeritas vtiq; memorabilis est, adeo vt ocior volucere, acrior telo credatur, & vt Aristoteles inquit, *ὁ κελύφις ἰσχυρὸν τὰ χερσῶν, καὶ τὸ ἐν ἕνδι ἄνω, καὶ τὸ ἐν χερσῶν, καὶ ἡ ἀνομιὰ ἐν αἰσῶν μεγάλων ἰσχύς*, hoc est, omnium videtur animalium velocissimus, non aquatiliū modò, sed & terrestrium, superfluiunt etiam malos nauigiorum maiorum. Ceterum tam stupendæ agilitatis animal, terræ tamen contactum non patitur, quin inuictum in harenam emoritur confestim. Propterea in Demosthenis vita Plutarchus apud Græcos: nam Lari

Latina prorsum *ἀνίστατο* est, Delphinis, inquit, vim ignorans Cæcilius, in omnibus nimius iuuenili calore Demosthenis, & M. Tullij collationem ædere odortus est. Quod si vnicuique obuium foret *τὸ γυῖός τε αὐτοῦ*, haud fortè diuinum videretur præceptum. In Epistolis tamen Plinius, collusorem delphinum in terram extrahi solitum scribit, harenisq; siccarum, vbi incaluisset, in mare dilabi rursus. Verùm de delphine mox plusculam interim quæ se ingerunt, appingemus, ne dilata mox excidat. Delphis itaque siue delphin, vt docuit Aristophanis interpret, instrumentū est nauticū, tum plumbeum, tum ferreū, quod in bello nauali pendens ex antenna: vbi se ostendisset occasio, in hostiles naues demittebatur, deprimendi causa. Erat autem animalis figura compactum, vnde & nomen Thucydides libro septimo, nauem delphinophoron vocat, ex qua propenderet delphin eiusmodi, meminit & Pherocrates. Iulius Pollux delphina pro parte nauis accipere videtur, quum ait: Carinæ affixum dicitur phalcis, siue Lesbium, aut clitopodium: cuius postrema pars ad proram vergens, parembolis, sub qua embolum, quo nomine quidam rostrum intelligunt. Mediū verò inter proembolida & embolum stira, id est carina. Super embolū stat, inquit, delphis, quādo nauis fuerit delphinophoros, nisi quis Pollucem quoque de instrumento sensisse videri malit. Nostri tamen temporibus celocium artius surrectum rostrum recuruum, vulgus nauticum delphina appellat. Delphinida, poculorū mensam vocat in Lexiphane Lucianus his verbis: *Ποτήριον ἢ ἰούρα ποτήριον ἐν τῷ ἀναφύλλῳ τρωαίῳ*, id est, pocula verò omnimoda iacebant in mensa delphinide. Hanc Porphyrio Latine delphicam vocauit, vt Horat, in lib. j. Sermon. Sat. vj.

*Et lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet,
Iuuenalis item significauit:
Et recubans sub eodem marmore Chiron,
De quo tamè loco quid sentiremus, alibi expositum est. Delphax verò est porculus lactens, vt ostendit Epicharmus, quæ vox apud Pollucem vulua est: unde & adelphi, inquit, dicuntur fratres, qui ex vulua prodierint eadè, quæ etiam hystera dicitur. Sed propriè ex hoc delphax scemellā signat, veluti quæ delphyn habeat, id est vuluā. Delphaciū sunt, qui vulgò*

gò temporalem dictum suem intelligant. Delphinium Athenis, inquit idem Pollux libro octauo, dicasterium erat, id est statio iuri dicendo, ab Aegeo constructum. Iudicium in eo primum Thesei factum est, dum interfectos quidem à se latrones fateretur, sed iure diceret interfectos. Septa, id est periphraza, in Delphinio ab Plutarcho itè nominantur, vbi creditur habitasse Aegeus; nam & Mercurium in templi parte, qua in Orientem vergit, vocant in Aegei portis. Appellatio inde videtur fluxisse, quia Apollo ibi coleretur cognomento Delphinus: cuius idem meminit Plutarchus, Marathonium taurum illi à Theseo immolatum prodens, qui Tetrapolim instaret. Sic verò Apollo dicitur, quonia Castalio Cretensi coloniam deduceti se obtulit duce, delphini praefereis imaginem, qui & nauem praefereis vsque ad Crisseum Phocidis sinum vnde & Delphi quoque dicti, qui locum tenuere ab illo munim: vel quod draconem delphina peremerit in Pythone. Colebatur Delphina itè Diana, vt in thesauris Iulij Pollicis obseruauimus. Extat Plutarchi commentariolus, in quo quaritur, Terrestria prudentia: amplius sibi vendicent, an aquatica. Ibi Delphinij cognomentum Apollinis non inde profuxisse scribit, quòd is in delphina deformatus clasi duccem se praestitisset: sed quòd delphinem emiserit, quem colèquuti Creteses Cirrham sint delati. Fuit apud Aeginetas Delphinus mensis Apollini sacer Delphinio: sed quem illi *αἰσώριον* dicunt, ac *δομῆτιον*, atque ipso hoc mense rem eidè obecant diuinam. Sunt qui & agona, quem hydrophoriam nuncupant, Apollini celebratum velint. Delphicum verò, vt scribit Procopius, erat locus in palatinis edibus, in quo versari ac cibum capere consueissent principes: quod ex Graecae linguae vsu factum arbitratur. Nam & ibi, inquit, stabat tripus, super quo ab regis pincernis astituuntur pocula: & Latini mēsam eiusmodi, delphicam item nuncupant: vt antea memorauimus. Porro Vlissēm in clypeo, delphinis praetulisse insigne, auctor Stesichorus est. Zacynthij, vt Cirtheus prodit, rationem protulere huiusmodi: quòd illapsū in mare Telemachum subiens delphin incolumem praestiterit. Quo beneficio parens velut remunerans, id in clypeo habuerit insigne, & signatio quoque in sculpsit annulo. Quod autem Vlissi ab Aeolo vtre oclusos traditos esse ventos, fabulae Homero produnt auctore: aduertendum sanè, quod qui ἀπὸ τοῦ ἑλά λέγειε manda

mandarūt, haud omiserit. Si quis ex delphine virem sibi desideret, secumque habeat, flaturum quem is optarit ventum. Delphino praeterea, produnt natura periti, ad eò motum esse familiarè genuinumque, vt standi interquiescendique nescius eundè vitæ sortiatum finem, quem & agitationis. Sicubi verò somno sit opus, euolat in summum, moxque resupinus sensim ad ima deferri se patitur. Ad terrae autem contactum velut experges factus resilit denuò stridens, rursumque ratione eandem inquit: quiete sibi hoc modo permixtam motioni machinatus. Delphiniscum Aristoteles paruum vocat delphina: sicut Cicero Diuinationum primo, paniscum paruum pana, & satyriscum paruum satyrum. nam canonica est Graecis diuinationum formula istiusmodi. Exciderat penè, quod minime fuerat silentio inuoluendum. Scribit diuus Thomas, Delphinum esse futurae tempestatis prognosticum euidentem, vbi in maris superficiem frequentius se vibret, & quodammodo colludat: siquidem hyemali procella ingruente, ab imo maris confurgunt exhalationes, quae hyemi fomenta suggerunt: tuncq; calor excitatur in delphinis: quoniam verò calidi propria est agitatio, inde cotingit id animal crebrius erumpere, ac sese ostentare. Ex quo illud est in Historia naturali, Delphinum tranquillo mari lasciuientes flatum, ex qua veniunt parte praefugiunt, item spargentes aquam, item turbantes tranquillitatem. Delphinum musicum ideo signum dici, Arati interpres scribit, quia nouè sit stellis insignitus, qui est Musarum numerus: sed stellas tamen in eo decem recensent alij.

Ludorum origo. Spectacula an noxia moribus. Missus in ludis quid. Icrium, Circensium inuentor.

CAP. VII.

Ludos scenicos voluptatis ergò, & ad erugendam matutinam, ac striatam frontem compertos esse primum, scribunt plerique. Et Polybius auctor est, Arcadas, quod erat vita austeri & duri, quo ciuium animos mitigarent, ludos excogitasse: quos postea qui dimiserint, ita animis obduruisse, vt tota Graecia execrabiles haberentur. Nostri ferè in iis religionè intelligere maluerunt. Nam & Augustinus: Ludi, inquit, scenici, spectacula turpitudinum & licentia vanitatum, non hominum vitii, sed deorum iussis instituta Romae sunt. Et apertius alibi: In grauefcente pestilentia, ludi scenici au-

thoritate pöfificü Romæ primitus instituti. Megalesia fuisse primos ludos scenicos, Valerius Antias author est apud Lini-um, Marris magnæ dedicata æde. Cæterum quacunque ex causa fuerint producti primo, nil esse perniciosius morü integritati, putat Seneca. Quippè turba omnis utrique animo grauis, & noxia. Nec enim quos extulisti, mores vnquam re-ferens: nemo non rubiginis aliquid aut imprimi, aut nescien-ribus allinit. Itaque nil omninò damnosius, quàm spectaculis assidere, quando per voluptatem facilius ac procliuius obre-punt vitia. Quid me, inquit, existimas dicere? auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Et quodam loco M. Cicero ludos spectare, hypsolocæ putat. Cæterum est Plutarchi cömentari-olus, quo edocemur, quo quis pacto animaduertat se in vir-tute proficere. Inibi post multa haud præclara parum, affer-tur hoc quoque: Qui, inquit, iam magno profectu sunt, non ex orationibus modo & libris vtilitatem aucupantur: verum ex spectaculis quoque, & (vt semel dicã) ex omnibus. Quod ab Aeschylus factü legimus, & plerisque aliis: siquidem quum apud Isthmum pyctarum, id est pugilum certamen spectaret, Aeschylus, cognouit ex duobus concertantibus alteri vebhe-menti impacta plaga, ab vniuerso theatro maximum ædi cla-morem: quum tamen percussus nil admodum quereretur. Id admiratus Ionem Chium, qui fortè astabat, leniter tangens, Aduertis (inquit) quàm efficax meditatio sit, & consuetudo Plagis affectus nõ clamat, clamät spectantes. Illud hic opera subnotari parega: In spectaculis quãdoque Missus nomi-nari. Confici missum vnum intellige, vbi à calce ad calcem procurrentes equi rursus ab meta circumflexa calcem repe-tebant. Sic verò dicitur, vnde emittuntur equi. Hinc Maro:

*Hic vridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit signum nauis pater, vnde reuertii
Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.*

Erant sanè missus quatuor & viginti, pro horarum numero. Quãdo caelesti ratione circü distingui solitü accepimus. Et enim duodecim visabantur ostia, pro numero domiciliorum cæli, sicuti planetarü imaginè metæ septè. Certantium classes quattuor fuere, suis distinctæ coloribus. Nam prasinus, seu vi-rens herbidâ verni tēporis indicabat lætitiã: roseus, æstiuam flagratiã: albus, pallefcntē autumnū: fuscus, hyemis nubilo-

sam tristitiã. Circësiü inuētore prodüt Monagü apud Asiã He-lidè. Icria inuenio dici foros, vnde spectatur Iudi: quanquã & nauü catastromata sic dicatur quoq; quin & gubernantis se-des. Ex Hegesandro scribit Athonæus, Demetriü ab Phalereo oriundum, sed luxu celebrem, Aristagoræ in Panathenais meretriculæ icrium excitasse apud Hermas, illis surrectius.

De scena, & scenophegys, scenographia, ichnographia, orthographia, megalographia, & scenicis locis. Sy-scena quid, & sysceni, ac scenopæi. Quid thymele, & qui thymelici. Declaratur Plautus & Virruuius. Qui actores primarum, aut secundarum partium. Histriionum iura, Cuneus, Personæ, Machine sce-nica. Martialis locus illustratur. Gerra. De pre-scenio & stropa, antistropbo, epirrhemate, parege-remate. Charonie scala. Pilarij, & ventilatores. Plä-nius & Martialis amplius declarantur. Epodos, an-tistropa, strophalis. CAP. VIII.

Scenam scribit Cassiodorus, eam dici theatri portionem, quæ inter duo protendatur cornua: quanquam prius non ferè aliud scena erat, quàm veluti tentorium ab rusticis inumbrationis causa excitari solitum: sicuti in nauis puppi scena est Trierarcho structa, & in Hebræorum ritu sce-nophegia celebrantur, ducta origine ab Mose, à quo de Aegyptiorum seruitute liberati sub tabernaculis id genus in solitudine agebant. Græci tamen scenopegia scribunt, ratione etymologica id monstrante. Iosephus Iudaici bel-li libro secundo, propter Scenophegiorum festos dies po-pulum ascendisse Hierosolyman, author est. Scenogra-phia in architecturæ ratione est frontis, & laterum abscen-dentium adumbratio, ad circinisque centrü omnium linea-rum respösus: sicut ichnographiã vocant circini, regulæ que vsum: vnde, inquit Virruuius, capiuntur formarum in solis arearum descriptiones. Dicitur ichnographia prædiorü, vbi imaginaria loci representatio iudicibus exhibetur, in rem præsentem vt sic perducantur. Nam orthographia est erecta imago frontis, modicèque picta rationibus operis futuri si-gura. Megalographia verò pictura est, simulacra deorü cõti-

nens, seu fabularū expositas explicaciones, aut Troianas pūgnas, cuiusmodi apud poetam nobilem admiratur Troianus princeps. Apud Xenophontem in commentario de Lacedæmoniorum republica, Syscena, id est συσσενία, dicitur conuubernia in publico conuiuantium Sparta. Qui & σισσενίαν, pro eo posuit, quod est domi cōiuiua celebrare. Quin & σισσενίαν, pro comestatoribus, conuiuisque. Scenopœci, id est σκηνοπαι, in Actibus Apostolorum esse videtur, qui aula conuenerunt. Interpres artem reddidit scenefactoriam, tum obscenitatem, tum ineptē. Scenarum genera tria reperio, tragicum, comicum, satyricum. Tragica scena conformatur columnis & fastigiis, signisque, ac regalibus instruitur rebus. Comica prauorum adfisciorum speciem habet, & menianorum. Satyrica ornatur arboribus, spelūcis, montibus, rebus agrestibus aliis, in topiarij operis speciem. Scena, histrionum erat propria: ut inquit Pollux. Orchestra autem chori, in qua erat thymele, siue pulpitem id esset, siue ara. Hinc Vitruuius libro quinto: Ampliorem habent orchestram Græci, & scenam recessiorem, minorēque latitudine pulpitem, quod logeum appellant. Ideoque apud eos tragici & comici actores in scena peragunt: reliqui autem artifices suas per orchestrā præstant actiones. Itaque ex eo scenici, & thymelici Græcè separatim nominantur. Et in Symposiacis Plutarchus, Alia quidem ad thymelem & orchestrā reieciimus. Hoc libentius apposui, quia in obseruationibus suis vir doctissimus non satis videtur tenuisse, qui dicerentur thymelici, quorum mentio est Iu-reconsultis quoque; Digestis de his qui notantur infamia, etiam si maximè vitiatis codicibus. Sed & in canonicis Decretis relata vocem commemoramus. Et thymelica nuncupantur apud Phurnutum acroamata, quæ Baccho adhiberi consueuerant: *Αἰα τὸ τοῦ βῶτος τὰς δακτύλους ἐστὶ ἀνεστῆτα*. Illud verò metaphorā honestiore ab Plutarcho in Galba est pronūtiatum. Vel quam, inquit thymelem vererentur, aut imperatoris tragœdiam. Hinc item Plautinæ obscuritati in Amphitryonis Prologo lux affertur plurima:

Sine ambissent qui palmam histrionibus,

Sine cuiquam artifice.

Porro & in veterē Græcorum authore ad verbum ita legimus: Gymnica certamina parent Elei, thymelica Corinthi, scenica demum Athenienses. Quod si quis horum subsultari,

rit, peccaritve, plagis eum afficiant Lacedæmonij. Hoc verò obiter dictum festiuus est ob diamaſtigonin, id est disflagellationem, Spartanis in solennibus etiā festis celebrem, heortasticen Græci dicunt. Sed enim quia cœpimus, Latine linguæ delicias pro virili iuuenimus parte. Idem Plautus sic paulo post scriptum reliquit:

Vi conquisitores fierent histrionibus,

Qui sibi mandassent, delegati ut planderent;

Qui ve, quo placeret alter, fecissent minus.

In nodi huius Gordiano impeditionis explicacione herēbunt forte Plautinorum salium studiosi plerique. Ego autem amota vesica omni, paucissimis Ciceronis verbis nubilum hoc Plautinæ fabulæ facilitate tota illustrabo. Sic enim in Verrem scribit Actione prima, siue diuinatio dici illa debet: *Ve in actoribus, inquit, Græcis fieri videmus; sæpè illum qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquantò clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quàm maximè excellat: sic faciet Halienus, tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendere, quum potest.* Persona verò primarum partium, ut ne hoc quidem tacitum præteream, intelligitur, quæ sapius actu ingreditur, quum habeat comœdia actus quinque: secundarum verò quæ minus, minùsque procedit. Ex quo & Terentius:

Primas partes qui aget, n̄ erit Phormio.

Plautinum porro sensum adiuuat item Horatius in epistola ad Lollium:

Ve puerum seu credas dictata magistro

Reddere, vel partes mimum tractare secundas.

Qua in parte Porphyrio inquit, Secundarum partium actores omnia summissè agunt. Scribit Tacitus annali primo; Actum de modo lucaris, id est pretij, & aduersus fautorū laſciuiam multa fuisse decreta: ex quibus maximè insignia, ne domos pantomimorū senator introiret, ne egredientes in publicis equites Romani cingerent, aut alibi quàm in teatro spectaretur. Et spectantiū immodestiā exilio multandi potestas pratoribus fieret. Obseruatū illud quoque: Immunes verberū histriones, Augustū quādoque; respondiſſe. Proinde dictas nonnunquam sententias, ut pratoribus ius virgarum in histriones esset. Histrioniam non esse pudori in Græcia, scribit Iulius. Arenarios appellat in Antonino philosopho Iulius

Capitolinus: bestiariorum, in amphitheatri arena cum bestiis solitos colluctari: quos æquæ ac scenicos idem infames significat. Quia verò cunei loca dicebantur, in quibus notæ vilioris homines sederent, hinc scite admodum nullis auctores honoribus, ac intra priuatum se mensum continentes signantur, inter cuneos residere dictamus. Illud amplius obseruandum: Atellanos dici priuatim personatos: quoniam id esset illis ius, ne in scena personam deponere cogentur: quod histrionibus aliis pati necesse erat. Hinc quæ ab iis agebantur fabula, peculiari appellatione nuncupabantur personata. Sed ut ad scenam reuertamur, illud sciendum: Loca in scena ad ornatum comparata Vitruuium scribere, à Græcis periactus appellari, ab eo quod in his locis machinæ essent versatiles, quæ quum aut mutationes fabularum sunt futura, seu deorum aduentus, cum tonitruis repentinis versentur, mutantque species orationis in frontes: sicuti apud Plautum,

Sed quid hoc est? Quam valide tonuit? Di obsecro vestram fidem.
 Verbum autè id periactus, accusandi casus est multitudinis numero, hoc est *πριάντες*, à verbo *πρίανειν*, quod circumductionem signat. Vtitur eo vocabulo Plutarchus in libro quo scrutatur, bellicis rebus illustriores fuerint Athenienses, an sapientia: sed pro ipsis accipere machinis videtur: ita enim scribit, *ἡδὲ μηχανὴς ἀπὸ σκηνῆς πριάντες*: id est, & machinas à scena periactus. Sed & Græci ita produnt, Ceraunoscopion periactus est alta. Apud Athenarum sellas periactus obseruauimus: bronteum verò machina sub scena, hoc est amphora calculis marinis plena, qui in æneum deiiciebantur vas, ac circumacti sonum efficiebant tonitru perisimile. Hinc & in nostris literis Pompeius Festus ita scribit: Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut post scenam lapidum coniectus ita fieret, ut verorum tonitruum similitudinem imitarentur. Ceraunoscopium, altior intelligitur machina instar speculæ, ex qua fulminum iactus exhibebant. Crade autem in scena pagmatis erat species ad ficulnæ arboris imaginem, quam craden vocant Attici. In comica tantum scenam producebatur crade. Nam tragica admittebat proprie dictam *μηχανήν*, id est machinam, in qua monstrabantur dii, aut heroës in aëre, ut Bellerophontes & Persei. A rusticis comperi tamen, dici machinam locum, in quo asinum equa cogitur admittere: nã parietes duo inaxidificatur

tantur aduerso cliuulo, haud ita inuicem seiuncti, ne scemina inuentum marem reiciat, vel colluctando auertat, sed capistrata incensorem patiatur. Sunt qui craden interpretentur hamum illum æneum seu vinculum, quo victi tenerentur, qui ita penderent. Cradas intelligere animaduertitur Theophrastus in sicu summos in ramis coliculos teneritudine insignes. Inducebantur verò in tragædiis dii, qui repente commutatis rebus, fabulæ finem imponerent. Propterea M. Tullius De natura deorum primo: Ut tragici poetæ quum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum. Et Aristoteles primo Metaphysices: Anaxagoras; inquit, mente sic vritur, veluti tragico quodam Deo, qui repente monstrari solet. Parapagma verò ad scenæ rationem pertinet nihil: est enim eo nomine canon, aut organi species astronomici, quod significat Vitruuius, parapagmatum disciplinas nuncupans, quibus syderum occasus, & tempestatum comperiuntur significatus. Erat tamen & supra scenam quod dicebatur theologium in surrecto, in quo Iupiter, ceterique comparerent dii. Vbi verò ex imo in altum rapiendus erat aliquis, sicuti ab Aurora Memnon raptus memoratur, quod Quintus Calaber secundo Relictorum ab Homero significat, machinam qua id præstatur, dictam inuenio geranon: de qua mihi videtur intellexisse Martialis Epigrammatum primo,

Raptus abit media quod ad æthera taurus harenas

Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.

Est eo item nomine ligneum instrumentum, in quo qui dicuntur *ἀσπρονόμι*, farinas contundunt: ex quo & *γυμνάσιον*, nuncupari *ἀσπρονόμι* animaduertimus. In oratione pro Ctesiphonte Demosthenes *γυμνάσιον*; quum dicit, scenam intelligit integumenta: Nam sunt quidem Gerra Persarum scuta: sed & operimentum quodlibet sic nuncupatur: quin & teli genus Plutarcho in M. Antonij vita. Arocas autem, id est *αἰώμας*, vocabant funes intentos vehementer, quibus sustinerentur, qui per aërem ferri videbantur heroës aut dii. Eccyclema pagmatis erat species, subiectis rotis, quo circumactis quæ intus acta fuissent, spectatoribus ostendebantur. Scansoria verò machina, quam vocant acrobaticam, est quum ita fuerit collocata, ut ad altitudinem tignis statutis, & transuersariis colligatis, candatur turo spectandi causa. Buleuticum dicebant theatrum

partem senioribus assignatam : sicuti Ephebicus dicitur, vbi spectant Ephebi. Hemicyclium quoque secundum orchestram locus erat, de figura sic cognominatus. Eius erat vsus, vt locum aliquem à ciuitate seiuictum monstraret, vel etiam in mari natantes. Quemadmodum & stropheum, in quo exhibebantur ad diuinitatem tralati heroës, vel etiã in bello aut mari perfuncti fato. Fuerunt & Charoniæ scalæ, ex quibus idola, seu simulacra destinabant. Charonia verò porta ad theatricum vsum facit nihil. Erat ea in nomophylacio Athenis, per quam damnati ad vltimũ ducebantur supplicium. Charoneũ item dicebatur. Celebrantur & Quintiliano Institutionum decimo, miracula in scenis pilariorum & ventilatorum : qui ea quæ emiserant, ita librabant, vt venire in manus viderentur, quæque iuberentur, decurrere. Ad quod planè respicit Martialis illud ex libro nono.

Summa licet velox Agathine pericula ludus,

Non tamen efficies, vt tibi palma cadat.

Sed & hinc Plinio lux infertur plurima libro octauo in elephantorum natura : Vulgare, inquit, erat, per auras arma iacere, non auferentibus ventis, Amphitheatrum scribit Dion, ex hoc dici, quod per ambitum sedilia disponantur absque scena. Traditũ ab eodem in Caligula est illud quoque, Senatoribus tunc primũ subiecta puluinaria, ne tabulis assiderent nudis. Concessum quoque in theatra pileos ferre Theſſalico more, defendendæ insolationi, id est *ἵνα μὴ τῷ ἥλιῳ τὰ λώματα γίνωνται*. Scenam nonnulli interpretantur medianam theatri portam. Parascenia verò ab utroque latere spatia. Nam proscenium ante scenam locus erat, parapetasmaque, siue velum aut item pulpitum. Vnde per adagium scitissimum proscenia dicimus, quæ speciosa extrinsecus videntur, quum mirantus lateat sceditas, sicut meretricula quædam, vt scribit Athenæus, Nannium nomine, proscenium est cognominata, quæ vestium & auri cultu plurimo speciosa videbatur, quum exulta foret vel turpissima, magno eorũ errore, qui animi sceditatem intelligere maluerunt. Hæc item, si Sudæ credimus, faceret dicta est Capra, quod Thalli cuiusdam cauponam facientis bona deglucisset, tanquam germina hædis in pastum obiecti solita, quæ Thallos Græci vocant. Meminit Apollodorus in tractatu De scortis : sed & Antiphanes lucubratione eadem. Ex proscenio in scenam euocabantur Mimi ad fabulas agendas,

das, vicissimque è scena illuc reuertebantur : vnde actuum in Latinis comœdiis interoscitur distinctio : sicut in Græcis choro in orchestram demigrante. Episcenium autem dici videtur rectè superior scenæ pars. Vitruuius de scena apud Alabande nos ab Apaturio concinnata in minusculo theatro, quod illi ecclesiasterium vocant : Præterea, inquit, supra eam episcenium, in quo tholi, pronai, semifastigia, omnisque recti varius picturis fuerat ornatus. Adiciamus porrò ex Græcorum grammaticis excerpta, quæ nostra hæc adiuuent scitamenta, & coronidem capiti huic appingant. Igitur chorus, inquit, comicus in orchestram inducebatur, quã nunc logion dicimus : & quum hypocritas, id est actores alloqueretur, scenam spectabat. Abeuntibus verò histrionibus, ad populum conuertebatur : & hæc vocabatur stropha. Erant autem iambica tetrametra : mox antistrophon accinentes, rursum tetrametra adiciebant. Erant vt plurimũ sedecim carminum. Dicebantur verò hæc epirrhemata, id est *ἐπιρρήματα*. Vniuersalis autem chori transitus vocabatur parausis, quod ab legitima statione in aduersum theatri prospectũ transgressio fieret. Fiebat id, vbi quid disserere cupisset poeta extra subiectum argumentum sine actoribus per chorum, quibus peractis, conuertebatur is denuo ad priorem stationem. Paregorremata, id est *παρηγορήματα* nuncupabantur, vbi quid intus ageret chorus, quod tamen in theatro exaudiretur : sicuti ranarum chorus apud Aristophanem. Sed enim & in poemate lyrici carminis authores vsos comperimus stropha, antistropha, & epodo : & stropha quidem, vbi à dextris in laeuũ fieret conuersio, qui & mundi intelligitur motus ab exortiuis partibus ad occiduas : nam & Homerus *δὲ φῶς λαοῦ τὰ ἀνοτονικά*. Antistropha verò quum ab læuis in dextra obuertentur, cuiusmodi errantium vertigo, ab occafu in ortũ : at epodo, vbi in vno constantibus loco carmina concinerent. Quando & terrenæ naturæ congruit status. Strophalinx, vel strophalis ad stropham pertinet nihil : nam iis nominibus casæ orbem nuncupat Græci. Scenicos denique Alexander Cæsar sic alendos dicebat, quasi seruos nostros. Hieronymus viduæ cauendos monet calamistratos, & fractos in sceminam histriones. Iam illud leuioris operæ, dici eleganter excuneatos, qui à sedilibus exclusi, facto toto theatro, stare coguntur. Stadium pro theatro quandoque positum apud Græcos, scimus. Mi-

morum strophas legimus apud Hieronymum, sed obliquè dicta eo verbo intelligunt nonnulli.

Theorica pecunia qua sint, & stratiotica. Error interpretis Plutarchi duplex. Stratis & crasse quid. Deliastra. Item qui theoris, & quid theoris, De Salaminiâ & Paralouanibus. Item quid achana, artaba. Quicolacreta. Thearion. Theoricum locus. Plutarchi locus explicatur. Inibi quid palintocia. Lucar. Atoeia. De manduce. Interim & locus alius restituitur Plutarcho ex Alcibiade de Salaminiâ. CAP. IX.

Verum quia in res theatricas, & animorum remissiones indicimus, adiciamus porro quæ non inutilia computa nobis sunt, præsertim ex Græcorum doctrina locupletissima. Igitur theoricam pecuniâ inuenimus appellari, qua foros nobis & sedilia in spectaculis cõparamus, quia thea illorû idiomate dicatur spectaculum. Quod hypothesi in Olynthiâca Demosthenis orationes prima Libanius significat, explicatur & in orationis eiusdem enarratione, vnde & illud excerptissimè: Moris fuisse Athenis, vt res publica duos elargiretur obolos, alterum pauperiores comparandi sibi alimentis impendebat, alter theatri architecto erogabatur. Neque enim lapideo utebantur theatro ea tẽpestate. Propterea Demadem dicere solitum accepimus, Theoricam id genus pecuniam esse democratiæ gluten, & Laconem virum (sicuti videtur) rerum haud quaquam imperitum, vehementer falli Athenienses, qui ludis tantum impenderent studij, & quæ in clausis exercitiũque apparatus forent absumentes, in theatricas erogarent voluptates. Hinc in rebus Græcis theoricorum sapè archon memoratur. Huc planè respexisse Plutarchum in Pericle animaduertitur, quum ait: Sunt qui putent plures, ab eo primùm ad cleruchias & theorica, id est, *ἐν τῷ λαῷ* *χίρις ἡγεὶ δὲ ἀποκρίνεται*, esse Athenienses productos. Id quod assequi interpres minus valuit: sic enim scribit, Authorem fuisse Periclem spectatores emittendi. Pecunia hæc ex ciuitatis parabatur pronētibus. Quæ quod prius ad bellicos vsus cõtribueretur, vt inquit post alios etiã Harpocratio, stratiotica dicebatur. Propterea Plutarchus doctè ac eleganter ait: *Ἰσοκράτης* ciuitatis potiusque vitandos docet, qui nulla indigentia pellunt,

ciunt, læcessuntque: sed & quæ ex iis sentitur iucunditas, ordinanda est, ac necessitati subicienda: Sicuti, inquit, faciunt, qui ex theoricis stratioticas cõstant pecunias. Stratiotides autem naues Thucydidi nuncupantur, quarum vna est functio, vt pugnatos subuectent pedites. Verum quia & equites, inde hippagogi eidem nuncupantur quoque. Plutarchi interpres in Pericle stratiotidas dici pratorias, est opinatus. Stratis vero ad hunc vsum facit nihil: signatur autem eo verbo semisecum foenum, iumentis gratissimum. Id & crastem vocant, vnde profluxit *λασπίδα* verbum. Theoricorum meminit in Philippicis Demosthenes. Ceterum Pericles primus, vt attigimus, videtur popularem aucupatus gratiam ex stratioticis theoricis constituisse ciuitatis prouentus, ne iure spectandi tennores priuarètur. Theori verò, id est *θεοροί*, interdum quidem spectatores dicuntur: tamen si aliud sentire Ammonius videtur: sed & qui scitatum oracula mitterentur, quod docuit pollux, multique præterea ex Græcis. At qui delum proficiscabantur, etiam Deliastra vocabantur, id est *Δελιαστῆς*: quoniam est Deorum patria Delos. Ammianus: Cyclades, inquit, ideo sic appellata, quod omnes ambiunt Delon, patriam Deorum insignem. Sed vniuersim quoque qui diuinarum rerum cura præficerentur, hoc intelligebantur nomine, quoniam *ὄρα* dicunt *τὸν φροῖσιλα*: vt apud Hesiodum,

ὄρα γὰρ τ' ἐλέγη ὠρίεταυ νεκίων τῆ ἀγορίων τε.

Propterea qui ad publicos mitterentur conuentus, quos pagnyres Græci vocant, quales quinto quoque anno celebrari solitos libro sexto Herodorus scribit, & qui ad sacra certamina, sic item appellatur. In Plutarchi parallelis *θεοροίαν ἀγορῆς*, id est theoriam ducere, diligens lector comperiet. Naui autem qua veherentur, Theoris dicebatur, id est *θεοροί*, qualis ab Atheniensibus in Delum mittebatur quotannis ex Thesei voto, sicuti in Phædone Plato meminit. In quo id dignum scitu, eodem Platone teste, tum urbem lustrari solitam, & de nemine capitale sumi consueuisse supplicium. Apud Plutarchum in Demosthene sacerdotis vaticæ nomen est Theoris, quod interpres vel incuria præterit, vel infortia. Scribunt Aristophanis interpretes, Athenis naues duas publico fuisse destinatas muneri, Paralû & Salaminiâ, ex quibus Salaminiâ euocatos ad iudiciũ subueheret: Paralus verò aueheret theorias, id est ad rê diuinâ Delphos aut aliò missa. Sunt & Paralî homi



homines qui nauī ea subuectarent: sicuti historia octaua com-
 probat author Thucidides. Verū & terra maritima recte di-
 citur Paralus. Salaminia meminit Plutarchus; *καὶ τὰς* in-
 quit, *ἀπὸς ἐκείνου τὴν σαλαμίνιαν πρὸς αὐτὸν*, id est, & denique ad
 eum salaminiam misit. Interpres vocabuli inscitia: Quosdā
 inquit, populus elegit, qui vna trirēme Salaminiam primō
 inde Siciliam peterent. Trirēmē quādā Hermionida vo-
 cat Thucidides ab Hermione in Laconia ciuitate. Dignum
 scitu quod lectum de Pericle est, rarenter ab eo populum ad-
 iri solitum: quod veluti Salaminia se (vt Critolaus inquit) ad
 maiora seruaret. Vas autem in quo recondērentur eorum ci-
 uaria, qui ad theorias mitterentur, achana vocabatur: quam-
 uis non desint, qui eo nomine Persicam intelligant mensu-
 rā. Sicuti apud Aegyptios erat artaba, quæ caperet medimnos
 Atticos *μ*, id est quadragintaquinque, sicuti testis Aristoteles
 est. Artabam tamen libro primo Herodotus mensuram in-
 telligit Persicam, capaciorem Attico medimno tribus choe-
 nicibus Atticis. Achanas inuenies in Plutarchi Arato. Inue-
 nio item colacretas dici, qui pecuniæ præessent, quæ ad res di-
 uinas erogaretur: nam & Androtion scribit, Delphos perenti-
 bus theoris argentum à Colacretis numerari solitum, Cus-
 diebant & hi pecuniam, quæ iudicibus contribueretur, vt ad-
 notatum à grammatico Aristophane est: sed omnino & ciui-
 lium pecuniarum quæstores erāt. Postremò theoricā viam
 nominat Pollux: qua theori (vt arbitrō) ad oraculum perge-
 rent Apollineum. Thearion cōperi in Aegina fuisse publicū
 destinatum locum, vbi celebrarentur symposia, de Theoro-
 rum nomine nuncupatum, ad Appollinem qui mitterentur.
 Quanquam in Pythij templo in Aegyna thearion accipit
 alij, vbi versarentur theori theophylaces, id est diuinorum
 gerentes curam. Thoricum in Attica locum Acamandidis
 tribus celebrat primo rerum Græcarum Xenophon, munitum
 ab Atheniensibus circum munitum prodens, Theoros deni-
 que etiam theopropos in Cimone Plutarchus videtur appe-
 lare. Ex iis quæ de theoris protulimus, puto, explicatur am-
 plius Plutarchi obscuritas in causis, vltima libri parte, vbi
 Peloponnesiū theoriam in Delphos per agrum Mega-
 ricum profectam scribit, interpres Latine reddidit, solennes
 spectatores: errore, ni fallor, non despicibili. Sicut omis-
 sum est tibi quoque verbum, quod Græce est *παλινοκία*. Sed hoc
 forte

forte ex librariis prorepsit mendum, Obiter verò est palin-
 ticia: fœnoris iam persoluti à creditoribus repetitio. Quod
 fecisse Megareses constat, qui tyranno excusso insolēcen-
 tes, plebiscito cauerunt, vt à fœneratoribus vsure, quas persol-
 uissent prius, repeterentur. Quæ res ex facto dicta palintocia
 est. Atocia in Dioscoride, vbi de cedria mentio est, libro pri-
 mo, intelliguntur ab Hermolao, quæ abortum concinnant:
 quod approbat & Ruellius. Id reprehendunt quidam, quod
 Græcis atocia sint, quæ sterilitatem inducunt. Cæterum ex
 Plinio comprobari prior tralatio videtur: sic enim apud eum
 legitur libro vigesimoquarto, capite quinto. Portentum est,
 quod tradunt, abortiuum fieri in Venere, antè perfusa virili-
 tate, Apud Romanos quæ in spectaculis absumeretur pecu-
 nia, lucar dicebatur, quoniam lucorum prouentus, qui plures
 circa urbem dicati diis erant, in ludos erogarentur, Scribit
 Pompeius Festus, manducem dictam olim fuisse in pompa
 antiquorum effigiē, inter cæteras ridiculas formidolosæque
 ferri solitam, magnis malis, ac late dehiscentem, & dentibus
 meticolosè infrementem: de qua dixerit Plautus,
Quid si ad ludos me pro manduce locem,
Quapropter clarè crepito dentibus.
 Quam & Iuuenalis significasse videtur illis versibus,
Tandemq; redit ad pulpita notum
Exodium, quum persona pallentis hiatum,
In gremio matris formidat rusticus infans,
Engastrimythi qui sint, & pythones, aut engastrita, &
engastromantes, extra quam opinatus Hermoleos
si. Iacobe Rhodigine historia. Emaculatur locus in
canonicis Decretis. C A P. X.
 Plutarchus in commentatione quæ est, Cur oracula defe-
 cerint: Fatuum, inquit, ac omnino puerile censendū est, ar-
 bitrari Deum ipsum, perinde ac engastrimythos, olim eury-
 cleas nunc verò pythonas nuncupatos, insinuantem se pro-
 phetarum corporibus, ore illorum eloqui. Hactenus Plutar-
 chus. Qui verò dicantur engastrimythi, non constat ferè.
 Hermoleos Barbarus, qui ex Plinio balbutientem pro virili
 detersit barbariem, se arbitrari scribit, eos qui in vaticinio
 pelibus vtantur, dici à Græcis engastromantes: quæ vox ab
 engastrimytho non ita disparatur, quoniam (inquit) gaster ge-
 nur

nus est vasis, cuius formam alij aliter accipiant: quod tamen etiamnum nomen vulgò seruet: & gasterium ita dicatur Aristophani. apud cuius interpretem ita lego in comœdia, cui titulus *Σπίς*: Eurycles, inquit, engastrimythos celebre nomen Athenis indeptus est, vt qui per assistentem dæmonem verum profum vaticinaretur, proinde engastritæ ac euryclitæ diuinaculi omnes ab hoc appellati Eurycle, qui id primum fecit. Cur verò engastrimythi vocentur, aperit liquidò poëta ipse, quum ait:

Μίμνός μ' ἔπειθε πλὴν ἰδρυκλῆς μαντῶν ἀπὸ γαστέρας,

Εἰς ἀλλοτρίους γαστέρας ἰδρυκλῆς, λυγρὰ δὲ πῶλλον χροῖται.

Imitatus, inquit, Euryclis vaticinium & mentem, in alienos ingressus ventres comica multa effudit. In iis de vase, ni fallor, intelligi haudquaquam potest. Adde, quòd in canonicis Decretis, causa vigesima sexta, quaestione tertia, ventri loqui dicuntur, qui engastrimythi à Græcis appellantur. Sunt qui per errorem & animi somnium alius hunc Eurycleum dicitum velint *ἰδρυκλῆς*, quum scribendum liqueat engastrimythos. Accedit Suda: item authoritas, qui engastrimythos exponit engastrimantin, quem nunc (inquit) pythones vocant nonnulli, Sophocles sternomantin, Plato autem Euryclea, ab Eurycle vate. Philochorus in tertio De vaticiniis etiam mulieres vocat *ἰδρυκλῆς*, Id ne quis vt fabulosum, risu excipiendum putet, testatum volumus, tempestate hæc imò verò hæc prodente me, fuisse in patria mea mulierculam humili loco, Iacobam nomine, ex cuius ventre immundi spiritus vocem, pratenuem quidem, sed tamen vbi vellet dearticulatam & profus intelligibilem, audiui ipse, verum & in numeri alij, nò Rhodigij modo, sed & tora ferè Italia. Quando futuri auida potentum mens sæpè accersitam ventri loquam, ac omni exuta in amictu, ne quid fraudis ocellat late-ret, inspectare ac audire concupiuit. Cinnatulus dæmoni nomen erat. Hac ille appellatione gestiens inelamanti subinde respondebat. Si de præteritis aut præsentibus scitareris, quæ reconditissima forent, responsa dabat sæpè mirifica. Si de futuris, semper mendacissimus. Sed & inscitiam suam nunquam murmure incerto vel bombo verius ignorabili tegebat. Hosce ego propriè dictos engastrimythos putod, id est ventri loquos: quanquam eo nomine apud Græcos intelligi simpliciter videntur, qui dæmonis afflatu aliquid præfati-
rent.

rent. Eustathius denique Pamphilius librum de engastrimytho concinnauit aduersus Origenem. Quod autem de pytho- nibus ex Plutarcho attulimus, mendum tollit ex canonicis Decretis, causa vigesima sexta, quaestione tertia: simulque verbi obscuritatem, ante nos minus percepti. Nam Helenum & Cassandram pythonicos Eustathius vocat, quia essent *ἑλάνθη* & *ἑσσανδρία*, id est dæmonibus obnoxij. Et Methodius Hieronymi testimonio, aduersus Origenem librum condidit De pythonissa, id est *περὶ τῶν πυθωνισσῶν*, vt ait Sophronius. Nam tertio *περὶ ἀγχιῶν*, Origenes dæmonem pythonicum quosdam ab tenella ætate possidere scribit.

Purpurata meretrix Babylon, cur dicatur à Hieronymo. De Babyloniorum meribus pluscula. Lucretij locus explicatur. Aureum Babylonis calix, qui sit apud eundem. Cur mors purpurea, Blatta purpura, & succubita ana. Purpurator. Murilegulus. Carmes vermis. Carmes sinus color. Porphyron cete. Onyx quid. Buccinum. De purpurario infectore digna scitu. Polypia. Sepidia. Helvus color. CAP. XI.

Irabamur haud ita pridem, quum scitissimas & multifariâ doctas beati Hieronymi epistolas euolueremus, quid ita vir sanctissimus, & propterea maxime verax, Babylonem purpuratam dixisset meretricem. Etiam si eo nomine intelligi videtur Roma, cuius delicias non concoquebat tantum viri stomachus. Nam & prima epistola Babylonis nomine, Petrus *ἐκ Βαβυλῶνος* Romam indicat planè. Quum, inquit, apud Babylonè versarer, essèmq; purpuratæ meretricis colonus. Diu hoc anxieque ex historia quaeritum, Tandem dicti rationem ex Plutarchi scientissimi, tum philosophi, tum historici lectione aucupari sum visus. A quo sic memoriis proditum obseruauimus: Xerxem Persarum regem quandoque in Babylonios excanduisse vehementius, quòd ab eius ductu auspiciisque desciscere forent ausi, eoque nomine comparato ingenti exercitu, quum expugnata vrbe insigniter victoriam esset potiturus, vt rebelles animos, nec satis in fide constantes reprimeret, vlciscereturque, imperasse traditur: in reliquâ, vt arma ne ferrent, sed psallerent, tibiis vterentur, scorta alerè, cauponæ indulgerèt, ac sinuosis tunicis inducerètur.

Hæc

Hactenus Plutarchus. Apud alios item sic fermè legimus, Babylonibus mulieribus morè fuisse ex oraculo quodam cum hospitibus turpiter permisceri, turba & cultu plurimo apud aphrodisium comitantibus, thominge singulis coronatis. Qui verò admittebatur, posito super genibus argento, quantum videretur, mulierem mox longè à fano abductam inibat, idque argentum Veneri fuisse sacrum. Hæc nimirū probantur satis superque, cur purpurata dicatur meretrix Babylon. Adduntur & illa, Nil admodum fuisse moribus eius vrbis corruptius, nec ad irritandas immodicas voluptates instructius, Babylonios in vinum præcipuè, quæ que ebrietatis velut appendices sunt, fuisse procliuiter effusos: feminarum item cõiunia celebrantium initio modestum cõpositumque fuisse habitum: mox tanquã mero incaluisent, summa exuere confuissent amacula, sensim que pudorem profanare. Postremò etiam eo adduci impudentia, vt ima corporum reuelare non erubescerent. Putet fortè aliquis, damnati infelicisque pudoris prostibula ista solitas perpetrare: imò verò nobilissimæ cuiusque matronæ decora hæc habebantur. Quam perditis essent mores, id porrò abundè arguerit, comitatè arbitrabantur vulgati corporis vilitatem. Tradit auctores grauisimè Macedonicum exercitum Asiæ domitorem, tãti ducis nomine illustrem, inter tot & tanta flagitia diebus modo quatuor & triginta saginatum euiratumque, ad ea quæ insequèbatur discrimina, ad eò ignauiores fuisse futurum, si hostè habuisset, vt post tot tam ampla gloria deuitas gètes, tot terrarum spatia sub Macedonicas leges redacta, maturè perire poterit. Porrò ne quis frustra ex diuerso hæc in vnum congesta opinetur: ad hæc omnino libro De rerum natura quarto, respexisse Lucretium contenderim, vbi amoris nocumenta colligens ita scribit:

Adde, quod alterius sub nutu degitur etas:

Labitur interea res, Babylonis sunt:

Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.

Nam quod afferri potest de vestibus plumario & polymitario opere illustribus, quando auctore Plinio, colores diuersos picturæ intexere, instituit maximè Babylon: & in Catone Seniore Plutarchus scribit, hæreditate oblatum Catoni iωβελιμα των ποιητων βαβυλονιου statim iussu vèdi: mihi sanè Platonis legibus, quod dicitur, magis friget, ni fortè per trabem meam,

meam, vt aiunt, festucam video alienã. Sarius id, grauiusque multo, si sensum ita concipias: A mori libidini que micipatos in eam labi fœditatem, ac famæ dispendium, in quod magno dedecore illapsa Babylon est. Illud verò obiter testatum volumus, loqui nos de Babylone, quæ in Assyria est: quoniã altera quoque in Aegypto Babylon est Assyrîã condidit Babylon sapientissimus, vt memorant, Medi filius, non (vt voluit Herodotus) Semiramis: quando duobus annorum milibus eam ciuitatis huius inedificatio antecessisse videtur, diligentè chronicorū supputatione. Aegyptiæ Babylonis Stephanus meminit, atque Strabo, & Ptolemæus. Sed Strabo eam magis Arabiæ contribuit. Vnde & Arabum lingua Chairum illam vocat, quæ vox nò aliud nobis indicat, quàm Babylonẽ. Eam verò condidere ex antiqua Babylone profugi quidam. Apud Babylonem porrò festum agi solitum, scribit Xenophon, in quo Babylonij omnes vniuersam noctè biberent, & lasciuis carminibus saltationibusque indulgerent. Cuius occasione celebritatis à Cyro captã olim vrbem, idem testatur. Pelles Babilonicae sunt apud Iurecõsultos inter species ad vestigal pertinentes. De iis, quales fuerint, in Pellium mentione, plura ex Hieronymo afferemus. Calix Babylonis aureus vice adagij vsurpatur à Hieronymo: Multa, inquit, de perfectione dicuntur, vt qui volumè philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibat de aureo calice Babylonis. Meminit elegantissimè item Ambrosius quodam loco: Ille, inquit, apud me primus, qui omnium perditissimus: ille meus est, qui suus non est: ille mihi gratior, qui sibi nequior. Calix aureus Babylonis in manu mea, inebrians omnè terram: animo meo biberunt omnes gètes. In sanctis quippè literis meretriculæ versu toris typum habet Babylon, quæ gètibus aureo poculo inscitiam propinet, vnde scelerum mox agmen promicet, & errorum inexpugnabilis acies. Apud Hieremiã capite quinquagesimo primo, sic adnotatum comperi: Calix aureus Babylonis in manu domipi, inebrians omnè terrã. Sunt qui sermonis ornatu sic dici concipiant: quo vitis inebrientur omnes: qui sit tamè in Domini pontificio constitutus. Origenes: Babylonis, inquit, calicem aureum accipe dogmatu prauorum verba pestifera, eloquentiæ cultu decora. Omnino per parabolè ab Propheta dicta, scribit Nicolaus Theologus. Indicari autè Babylonis regem, is est (vt inquit Origenes) Nabuchodonosor, qui genti-

bus innumeris propinavit mæroris potum, superbè ac crudè liter, quo I Domini fiebat virtute, sibi arrogantius ascribens. Verùm quia à purpura exorsus sumus, desinamus in eandem, auctarij adiciens quippiam, quod de Græco suggeratur penit: & illud primū, Ab recentioribus purpuræ genus certum, dici blattam Byzantiam: vnde blatteas vestes in Vopisco, purpureas intelligit Hermolaus: cuius sententiam ad verbum, vt solet, in suas Annotationes transferens Iureconsultus quidam, aliena lasciuens plumula, dum pennas nido maiores propadat, in errorem lapsus manifestarium, Aegineta Pauli autoritate purpuram dici blattam interpretatur. Quod nec verè dictum, nec probè est. Eo autem libentius in hæc præter morem excurrimus, quod non citra stomachum tulimus, nostras hæc lectiones ab eo impudentius expilatas, me profum haud nominato, cui insigniter insidiabatur. Fuit hoc molestius, quoniam amicum hætenus prætulit: magis autem multò, quia Iureconsultus, Quod doctorū genus nimio quoadque plus tumens sacerdotum decuria se ascribit: nam iustitiam iniquiunt, colimus, boni & æqui notitiam profiteamur, æquum ab iniquo separantes, licitū ab illicito discernentes: veram, ni fallimur, philosophiam, non simulatam affectantes. Ceterum vt syncerioris Iureconsulti fuerit functio hæc, ita ab palliatis quibusdam, & vna tantum elatione insignibus est prorsum disparata, Sed bene est, furta malè feriarorum renudabit æditio hæc secūda. Proinde ad institutū ipsi postliminio redeamus. Succubitanam dicunt purpuram quandoque, ab Aphrice oppido, quod Succubi vocant, Mortem Homerus non semel purpuream dicit. Queront (arbitror) stu dios, cur sic. Erunt qui sanguinariam interpretentur, vel nigram quoniam, sicuti *κίμα πορφύρεα*. Quod Arati Phenomenon interpretis comprobatur, vbi canit poeta:

Οἱ τ' ἐν δὲ πορφύρεα,

Nam quum ventus mare ceruleum crispicans nitescere facit, purpurare vndas, dixit poeta Furius. Sed quæ vna modo inferatur plaga purpurea dicitur rectè, velut etiam Aelianus scribit, istu tantū vno à porphyreis, id est purpurariis viuentem conteri purpuram, vt inde præstantius profluat. *Βαμύρι*. Dignum scitu quod de purpurario traditum infectore legimus: qui visus fraude agere in tingendi ratione, quū eo nomine, vt tum res erat, ad vltimam duceretur supplicium, iocis etiam

Stannum superesse locum arbitratus, ad Homericum illud potissimum adiecit animum:

Τῆς Ἰλιάδος πορφύρεος δόρυος, ἢ ὑπὸ λαλαῖα. id est, Cepit verò hunc purpurea mors, & Parca fortis. Id tamen se à Theocrito pronunciatum sapiente viro, Athenæus scribit, quum legeretur epistola, quæ à Chiis purpuram petebat Alexander. Purpurarios intelligit, purpurarum piscatores. Hos & purpuratores vocant nonnulli. Qua forma dicuntur spongiatores quoque. Murilegulos Iureconsulti muricis & purpurarum perquisitores nuncupant. Meminit Codicis libro vndecimo Iustinianus, titulo de monetariis & murilegulis. Monetarios Sudas moneta artifices interpretatur. Sunt qui ad texturinum opus referre vocabulum malint. De monetariorum bello grauisimo Sextus Aurelius, & in Aureliano Flauio Vopiscus. Indicam purpuram ex sandice parari, prodit historia: tanta verò creditur excellentiæ, vt illi apposta alia queuis, specie cineris decolorari animaduertatur. Purpuræ itè genus est, serico præcipuè accommodū, nonis excogitatum moribus, casu (veluti assolent) suffragate, retrimentitis gallinaceorum sordibus fortè sic infectis. Est autè ex vermiculo, quæ Pænorū lingua Carmè dicitur: vnde officinis frequens carmelini nomèclatura. Habetur autem certis locis carneis, vt proditū eruditus est, ex herbe radice, quam saxifragam vocant, quæque pimpinella sit, vel ei proxima. Sunt qui opinentur chromasinū quoque nūcupari posse, quia sit radix Syria, quæ vocetur chroma: cuius est apud Theophrastū mètio. Porphyrio purpurula dici Latine valet. Nam grandiores quædam minæ vocantur, veluti dicas minæ pretiū exæquates. Eadem ratione polypia dicuntur polypi parui. Sic & sepidia, parua sepia. Author denique Procopius est, apud Byzantium Goticelli temporibus cete comparuisse magnitudinis minæ: Porphyrium inquit, illi vocant. Id verò annis quinquaginta locis infectius circumiectis omnibus fuerat, nec ab Iustiniano etiam si percupido, vlla quiuerat ratione expugnari. Demum delphines infectatum auide, ac ita limo impactum explicari haud amplius eualuit: sed accolis hinc inde accurrentibus fustis ac machinarum vi pertractum in siccis, cubitorū triginta mensum per longitudinem excessit, per latum verò decem. Purpuræ operculum calchen alij, vnde dicitur Calchas, Galeonius onyca vocat: tamen dicitur onyx, vnguis odoratus, quæ

ostracionem item appellant, vel ostracon quoque. Cionia, inquit Diotcorides, quasi collumellum vocantur purpurarum buccinarumque partes mediae. Purpurae filium esse buccinum, prodit Athenaeus. Color inter purpureum nigrumque interitus, heluus vocatur: unde heluolae dicuntur vuae, ait Columella libro quarto, quas etiam dixere varias nonnulli, quoniam euariet saepius color.

De aurea apud Babylonem arcula. Item de miracula loco apud Seleuciam. De aubus, quas vocantur decorum linguas. Item de Babylonis aliqua. Babyloniam flammaeque sint. CAP. XII.

ET quonia in Babylonem incidimus, quo locupletiores edimittamus studiosorum aures, si quis tamen harum ascultationum sitior (vt sic dixerim) est futurus: adiciamus item quae vetus nobis lectio suggerit, & a proposito dissentanea non sunt. Siquidem apud Babyloniam in Apollinis templo auream mirae verustatis arculam quandoque compertam legimus, ex qua conscissa vis pestilentis ac perniciosissimi aeris sese profuderit, vt diffusus non eos modo qui aderant, venenosa ac letali infectos tabe conficeret, sed pestifera incredibilique potestate grassatus longe lateque, etiam Parthos afflaret. Id prorsum censerem dictu incredibile, ni Ammiani Marcellini lectio compar nobis miraculum suggereret. Prodit enim hic M. Antonij & Veri temporibus, apud Seleuciam post direptum templum, & perlatum Apollinis simulacrum Romam, fuisse a militibus inuentu angustum foramen, quod prius Chaldaeorum vates oclusissent. Eoque militari auditate referato, letiferum atrocemque adeo vaporem exsiluisse, vt funestum malum ac terribissimu a Persarum finibus in Gallias vsque furens sit debacchatum. Sed quoniam miracula percurrimus, nec illud ignoratum velim, Ad regiam basilicam apud Babylonem, magos recto aureas alligasse alites quatuor, quas illi deorum linguas vocabant: & habuisse quidem vim, vt animos multitudinis in regis benevolentiam, conciliari inenarrabili aduocarent. Quod etiam si captum hominis impregredi videtur, non tamen vt absurdum, forte quibusdam videatur reiciendu. Nam in primis grauis auctor Iosephus, quendam se Eleazaru vidisse testatur, qui inspectante Vespasiano & filiis, annulo ad nares maniaci adacto, eum enest-

gio liberari: profiteturque, Solomonem instituisse carmina, quibus agritudines mitigentur. Quod vero ad Babylonios attinet, unde exordia duximus, illud haud quaquam relatu indignum, quod de Greco penu est: Babylonios venatibus affuetos, vbi in solitudine deprehenderentur, nec cibaria percoquendi esset occasio, cruda oua fundae imposita, vertigine assidua tandiu rotare consueuissent, donec coquerentur. Babylonicae porro ciuitatis vastitatem illo argumento maxime comprobatur Politicoru tertio Aristoteles: quod capta quandoque ab hostibus vrbe, tertio demum die vix id persenserit pars viciua: Babylonis postremo laudi datum seio, quod in adibus contignationum quatuor habitarent. Sicuti orator Aristides, Romanos ex assentatione dixit: Maximas domos maximis imposuisse domibus. Dionysius tamen in Panegyricorum ratione, recta *ωστε λησσορα νεα εστιγορα* apud Babylonem ab Herodoto memorari scribit, quod signat, contignationum quinque aut sex. Scire tamen oportet, libro primo Herodoti scribere, trium aut quatuor contignationu. Apud Hieronymum proverbij faciem habet, quod ait, Potera quidem liberet proclamare, & inter gladios quoque ignisque Babylonios dicere, cur aliud respondetur, quam queritur? Et rursum aduersus Pelagianos, *Qui minas, iniurias, paupertatem ferre non possumus, quomodo flammam Babylonis vincemus?* Intelligi vero per figuram, opinor, vrbis Romanae deustatione: de qua ad Marcellinum Hieronymus: *Animus, inquit, Romanae vrbis vastatione sic est confusus, vt (quod dicitur) propriu igno- rarem vocabulum, diuque tacui, sciens tempus esse lachrymaru.*

Demosthenis excellentia, & mors. De crico multa. Rho- prum coruus. Decussare. Qua sit annularis ratio. Quid hestor. Cricote sphaera: item circite, porcos, & porce. Dextrocheria, sive dextrariola. Psellia, psolus, psile, psallium. Puella Ephesia historia. Sionis historia, & Laocoonis. Pericarpia, echimi, ophi, bubalia, chlidones. Fulminu genera. Psolus, acropsolus. CAP. XIII.

DEMOSTHENEM illum omnium qui fuerunt, quique mor sunt futuri, in eloquentia maximum, ita eruditoru plerique laudare sibi permiserunt, vt dicerent, aliorum quidem

monumēta semel in vita perlegisse, abūdē pulchrum ac fortunatum videri oportere. Illum verō tanquam vnicum ac singulare naturæ opus, non semel quidem legendum, sed eatenus inharendum, vt quantum humani ingenij ratio patitur, illius colorem, saltem polypodis modo, aut chamæleontis exprimamus effingamūque. Sed enim hic tantus, tamque incomparabilis oratorum antesignanus, & planē coryphæus: non in libellis, sed in maximis causis, & id in literarum domicilio percognitus, pessimo tamē interijt exitio. Scribit quippe Eratosthenes: Virum hunc in crico pertuso, quod esse brachij gestamen, quidam interpretantur, præsidio vltimorum casuum, consueisse venenum gestare inclusum, quod etiā hauserit intrepidē, ne quid indignū tanta virtute à Macedonibus pateretur, Hinc natum, vt quod speciem quidem habet extrinsecus, & oculos aspectu incundo allecitat: intus verō perniciem seruat euidentissimā, cricum dicamus Demosthenis. Nam & Cleoparam in cnestide concava, crinibus implexa occultatāque venenū habuisse, produnt nonnulli. Cnestidem sunt qui lamminulam interpretantur. Quid verō sit cricus, non alienum fuerit, explicare pluribus. Lytiās quidem aduersus Andocidem impietatis reum, rhoptron in tanua id appellasse videtur, quod nos cricum dicimus, iis ferē verbis, *ἐπιπέλας ἰσχυρὸν ἄλυστρον ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν*, id est ad sacrum rhoptrum equum destinavit. Meminit in Amphiarao Aristophanes, & rerum Græcarum octauo libro Xenophon. Coronem Homerus appellavit, quamuis sit & corone arcus extremum, atque item summā virilis membri pars. Iulius item Pollux scribit, quam coronem Homerus appellavit, dici quoque *κρίκων*, id est coruum: nam & corone, cornice signat. Cricum Theodorus annullum interpretatur, secundo Aristotelis De animalium historiis, vbi sic Græcè scriptum est, *ὄρνις κρικὸν χαλκῶς ἀπὸ πηλῆς*, id est (inquit interpretēs) vt annullus æneus tenuis. Theophrastus quoque libro De stirpibus quarto, cricum pro annulo vsurpat, Plinio interprete, etiam si in Græcis codicibus modo impressis inueni, crocum scribi, non cricum. Et Sudas, Ancilia, inquit, sunt *ἀνκίλια ἄνκων*, id est anuli catenarum. Nostri recentiores annularem rationem appellauerunt, quam Ptolemæus cricoton aptissimē nuncupat: quæ fortē non alia sit, quàm quæ Latine decussatio dicitur: cuius rei commemorat Hermoleos quoque. Vnde Plinius: Ducantur deinde alix duæ linæ in decussē obliquæ. Decussandi

vocabulo vitur Vitruuius, apud quem est item decussatini perducere, quod est per integram longitudinem diuidēdo, ac dissecando trahere, ab numeri denarij perfectione vocis proprietate deflexa, vnde & decumanus limes, & decumanus ductus. Hinc literam f, decussatam, præfectāque obelo, legimus talentum significare, quod nota ea numerum sexagenarium indicet. Et Aphricanus talentum omne pondo sexaginta tradit. Vbi verō Argonauticon tertio scribit Apollonius, *ὅτι ἐνδὲρασι κρικῶν*; locum eum explicans interpretēs: Corone, inquit, id est iugi crico. Homerus item Iliados vigesimo quarto, *ἐν δὲ κρικῶν ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν*, id est cricum autem hestori iniecerunt. Quid verō sit hestor, docet Pollux: Zygodelsma, inquit, dicuntur, quibus iugum temoni coniungitur. Clauos autem cui inuoluuntur zygodelsma, vocatur hestor. Apud eundem cricos ferreos dici libro quinto, in rebus animaduerto. Inde *κρικῶν* aut verbum inflectitur, quod Latine insubulari dicitur: nam quorundam Aethiopum mulieres *κρικῶν*, inquit Strabo, *τὸ κρικῶν χαλκῶν ἰσχυρῶν*. Apud Herodotum historia secunda, *ἰσχυρὸν ἰσχυρῶν* legimus, id est velorum ansulas. Caterum, ne quid scienter omittam, quod miscella hæc nostra elucubratiō instructior fiat: in monumentis Gellij authoris & doctissimi & exultissimæ eloquentiæ, cricotem legimus appellari spheram, quam eruditiores intelligi volunt pertusam. Quàmque Leontius mechanicus spheram *κρικῶν* dixit, hoc est circulatorum. Apud quem item inuenies, hemicricium meridiale, pro semicirculo, & infra cricum nuncupat meridiale. Vt nulla prorsum reliqua fiat ambiguitas, quin cricum nūc annulum, nūc circulum rectē interpretemur, quales sunt, quibus compingitur sphæra: quæ aenea à Martiano vocatur circite. Sed & quibus contextitur thorax: nam *κρικῶν* *δοξανα* legimus, id est cricotum thoracem, quem *ἀνκίλιον* interpretantur, id est hamis velut catenatum. Est suus quoque in hasta cricus, quē in scitio res culpiō dicitur, quo adnectitur, firmius culpis ligno. Porcen nūcupat Homerus, vt quidē scribit Horus, *ἀπὸ τῶν κρικῶν*, id est ab continendo. Orion plausibilis putat, si *κρικῶν* inflectatur. Nā porcos etiā apud Platonē in Sophiste, septum est, quo cœlestis pisces haud facile euadāt. Sūt qui cyrton interpretentur, sed perperā, vt ex Platone liquet. Dicitur porcos, quia amplexetur, *ὄφελος* atque ingredientem piscem,



id est ἀπὸ τοῦ πψιλῶσθαι. Lycophroni in Alexandra est, in Istre animal τῖρασκίλις, id est cruribus quatuor, pelle pratentis, quæ sufflata vtris præstat imaginē, amphibium est agit enim in aquis, verum & in terra depascitur. Lycophron: ἐπὶ τῶν ποταμῶν ἰσθμῶν τῖρασκίλις. Cæterum id prætereundum haud quamquam: postea quàm ab Troia digredi assimularunt Græci & Sinon Aesimi Anticliæ fratris filius, & inde Vlyssis exadelphus, se ipsum conuerberās equo assedit ligneo, à Troianisq; in urbem admissus, suis eam prodidit, face sublata. vt prodidit Lesches, dracones duo, Porcis & Charibœa, ab Calydmis insulis, in quas coniecerant se Græci, enatantes, Laocoontis filios peremere ob coniectum in equum ligneum hastile. De porce, sic item inuenio, esse ericoma ligno, cuspidiq; contentendæ aptissimum. Sunt & crici nomine brachiorum ornamenta qualia ferè dextrocheria sunt in Iulij Capitolini historia scribentis, Maximinum pollice ita vasto fuisse, vt vxoris dextrocherio vteretur pro annullo. In libro Iudith, quædam scribitur induxisse sibi sandalia, assumpsisse dextrariola, & in aures: quæ non alia sunt, quàm dextrocheria. Quæ verò circa manuum iuncturam ferunt præferim mulieres, quam vocat Græci λαπίον, vnde & in carpum mittere manum medici dicuntur, sicuti aliàs docuimus, vbi arteriæ motus ac pulsus prætentant: ea inquam ornamenta pericarpia nominantur, & echini, ophis, psellia, chlidones (quibus utebatur Samij, vt scribit Athenæus) bubalia. Et quoniam pselliorum incidit mentionem ineptè forsitan fecero, si & historiam adiecero breuissimam: Galatarum rex Brennus, quum depopularetur Asiam, Ephesum cum exercitu venit, ac in Ephesiæ puellæ amatorios incidit laqueos. Ea verò congressuram se pollicita est, insuper & Ephesum proditurâ, si psellia sibi & mundus conturbueret muliebris. Adnuit barbarus, ac militibus imperauit, in eam conicerent quod haberent, aurum, quo auarior puella adobruta perijt: sicuti prodidit Rerum Galaticarum primo Clitophon. Pselliorum meminit Athenæus, ex margaritis solita confici prodens quandoque. Psallion autem, non aliud quàm frænum est. Hinc Ephoros legimus Spartiatarum oligarchiæ iniectos, velut psallion. Psellia verò manuum fuisse ornamenta, significat ἀναβάσους primo Xenophon, Persas prodens habuisse τῖρασκίλις ἢ τῶν τῖρασκίλις ἢ τῖρασκίλις ἢ τῖρασκίλις. In summis tamen ea brachiis solita gestari, nomi

nominis argumento comprobari valet, quando psellium Dotes summum dicunt: vnde & quæ summis enunciaturlabii accentuuncula, psile nuncupata. Psolon autem fumum dicunt, sed & flammam. ἡγεὶ τῶν νοτίων: vnde psolois. id est ψολίτης, tria item indicat, nigricans, cinericium, splendidum. Nam Euphorion ἀέρον dixit ψολίτησαν: & alibi, ἀχρῶν τῶν ψολίτησαν. & Aeschylus, κάρφοι πᾶρα τῶν, ἕξιν ἰσοπέδιο ψολίτησαν. Dicunt & genus fulminis psoloenta celeriter ruentis, & omnia comminuentis, vt interpretatur Sudas. Meminit Meteororum tertio Aristoteles quoque. Et grammaticus quidam: Fulminum, inquit, alia nuncupantur catabata, alia psolentes, alia argetes, id est ἀργήτες. Sic enim Homero item dicuntur. Si verò syllaba prior Ω mega recipiat, vt sit ψωλίς, tunc indicatur ea voce λειπίδιον, id est sine præputio. Nam qui parum id patitur, acropsolos nominatur. Porro quod ad cricos attinet, illud adiecisse non fuerit (opinor) parergon, ne quis sciolorum interim probationem requirat grauiorem recenseri inter ornamenta cricos, author Politicorum septimo Aristoteles est, vbi edocet, in quibusdam locis legum finem esse propositum eum, vt ciuitatibus dominentur finitimis, indeque multa sanciri, quibus ad bellicam virtutem excitentur homines, κατὰ τὴν ἐν νομοθεσίᾳ, φασὶ τὸν, ἐν τῷ ἑρῶν κέλευθον λαμβάνειν, ὅσας ἀνὰ τὰ κράτος οὐκ ἀφαιρέσας. hoc est, vt apud Carthagenenses ferunt, cricorum ornatum accipere pro expeditionum numero, in quibus stipendia fecerint. Dignum scitu & illud, cricos compedum eleganter dici à Græcis, & priuatim à Plutarcho in causis, ex quo & Valerius Martialis annulos nuncupauit.

Demosthenis sententia de molestiis quas subire necesse est, si rempublicam capeffas. Item de Demosthene pauca. CAP. XIII.

Demosthenem item, vt & hoc subsignemus, ac nonnulla scitu non indigna, Athenis profugum, memoriæ proditum est, Fortunæ turbinibus infractum, adeuntes iuniores à reipublicæ cura impensissimè conatum auertere, quum diceret, Si duæ viæ initio proponerentur, quaru altera ad suggestum ferret ac concionem, ad euident exitum altera, prævideat autem aliquis, quæ in ciuiliu administratione occur

sent mala, quàm atrox inuidia, quæ subeunda certamina, quibus criminibus vita obnoxia, præstare nimirum, id inire teo cuius exitus mors est. Quod illum non esse frustra vaticinatum, docuit infelicitissimus finis. Siquidem ob ea quæ orator in re publica gesserat, missò ab Antipatro Archia quodam qui fugientem retraheret, ac in Neptuni templum, quod est in Calauria insula, is se coniecisset, cœpit humane Archiam multa disserere, monens, posse illum sibi omnia de Antipatro polliceri. Nec histrio, inquit Demosthenes, vquam persuasisti ò Archia, nec nuntius nunc persuadebis. Ad hæc illo à commotiore, ac vultu minabundo & irato Demosthenem retitante, Νῦν ἴσθι Νῦν, τὰ λῆ τοῦ κενδύου τριπόδος, hoc est nunc Macedonici tripodis responsa patefacis, mosque ita iteriit, vt paulò antè monstrauimus.

Tripus Delphicus fuerit ne vas, an quid aliud. Holmos quid, & ogmos. En holmides. Hermata. Tripodis notiones plures. Magides mensa. Seneca histria. Epidorptia. Microtrapezi. Teraptus quid. Terra ori. Infans tempus an dicatur futurum. Impossibile, an dicatur non Latine. Culibantes quid sint. Dorides item quid: item dory, & vnde. Xerolophus, themas thematium, ecdoria. Doryphoros dici pratorianos.

CAP. XV.

Quoniam verò tripodis facta mentio est, operæ precium me facturum opinor, si quæ ex mutis (quod dicitur) magistris didicimus, in medium attulerimus, vt labores nostri proficiant omnibus: eo quidem amplius, quod non serè inter grammaticos constat, quid tripodis nomine intelligendum sit, vbi de oraculo agitur Delphico. Quam ex recentioribus quidam in literis clarus, tripodè scribat, siue cortinam fuisse vas pulueribus plenum, ex quo perscàs spiritus Phœbædibus vaticiniij præberet potestatem. Ego verò pluribus authoribus contenderim, ac euidentius probarim, tripodem illum Delphicum haud quaquam fuisse vas: quando Aristophanis interpres pythiam tripodi insidentem vaticinari solitam scribit in Pluto: partemque eam in qua sederet, vocari holmon: vnde à Sophocle Apollo dicatur enholmos, quia

quin & vates dici enholmides quodam genere videntur, ratione eadem. Quanquã est & holmos coquina: vsibus accommodum vas: & holmeus orbicularis lapis, ad quem legumina cædantur, & alia quadam. Ogmos verò nunc metentium indicat ordinem, nunc interiectum arboribus ociofum spatium, quod est ab Theone obseruatum. Ex quo scienter solis circulum Aratus ogmon nuncupauit, quoniam sit in signiferi meditullio constitutus:

ὄγμον ἰσχυρὸν ἰδαίνωμι.

Vbi verò in Equitibus Aristophanes, ἐπιτρίμιον ἀπὸ τριπόδων, interpretes rursus inquit, in tripodibus sedebat promantis. Et Strabo: Authores, inquit, certi memorant, diuinum ipsum domicilium profundam & curuam esse speluncam, non admodum lato patentem ore, vnde auram quidem referri, sacro autem efflante numine. Excelsum autem hostio imminere tripodem, quem quum pythia vates inscenderit, haustio diuinationis spiritu, Dei responsa referre & metro & oratione soluta. Amplius in libro De mysteriis Iablychus: Sibylla, inquit, in Delphis duobus modis fuscipiebat Deum, vel per spiritum quandam tenuem igneumque, qui erumpebat alicubi ex ore atri cuiusdam, vel sedens in adyto super sedem aneam, habentem tres aut quatuor pedes, & Deo dicatam, & vtrobique diuino se spiritui exponebat, vnde diuini ignis radio illustrabatur. Laetantius grammaticus super eo Papinij versu, qui est Thebaidos primo:

Salve prisca fides tripodum.

Tripus, inquit, species est lauri tribus radicibus, Apollini consecrata, propter triplicem vim diuinationis. Est & mensa Apollinis tripus corio serpentis pythonis tecta. Sed quid pluribus agimus in re confessa? Aduocetur tamen & Diodorus, post quem pudeat in manifestis ambigere. Etenim Bibliothecæ sexto & decimo volumine sic propemodum scriptum legitur: Vatem, inquit, vnam constitutere, mox & substruxere machinam, qua consensa vaticinari tuto posset: habebat illa bases tres, vnde & tripodis nomen inditum. Tripodem porò dici mensam, libro secundo cõprobat Athenæus. Nec tamè abnerim, verbi huius notiones esse plures: quippe Iulius Pollux De vocabulis, rerum quinto libro inter aurium ornamenta tripodam recenser: putatque à figura esse impositam appellationem, sicut & Homerus τριπόδα ἰσχυρὰ nominauit, vt trium pillarum

pillarum imaginem praesentia. Sunt autem hermata. Latine in aures. γάννη vero pupilla, aut etiam oculus ipse. Libro autem sexto idem Pollux: Erant, inquit, mensae quadam prima, secunda, tertia, & tripodes, quibus superiacebant. Nominis item meminit Hesiodus. Author in Nerone Dion, Seneca datum crimini, quod Agrippinae cogrederetur, & quod alius scriberet omnino, aliud sequeretur: nam tyrannos laceras tyrannos didascalum se praestabat. Quin ditium locupletarum calumniis, ingentes congestisse opes, ac cedrinae materiae tripodas habuisse quingentos *ἐκαστὴν τριπόδων*, id est eburneis pedibus, aequales vniuersos, similesque: super quibus, inquit, vtebatur. Adolescentulis porro latabatur intempestiuus: ad id que ipsum Neronem impellebat, quae & in matris necem creditur adhortatus. Choragicos dici tripodas item obseruauimus apud Plutarchum in Nicia, quod is *χορηγίας* omnes facile superasset. Quas vero imponimus, ut collibuit, & tollimus trapezas, id est mensas, nunc magidas vocant, quo nomine vtitur Sophocles quoque. Magidis praeter Plinium meminit Paulus Iureconsultus: sed ita, ut eo nomine tabularium accipiat interpretis, aut schacherium. In Graecis authoribus praesertim medicis, magidas inuenio pro offis positas. Trapezas item pro appositis cibariis inuenies. Epidorpiæ vero trapezae videntur fuisse omnium postremae, quibus inferrentur bellaria. Sunt & qui vocentur microtrapezi, quibus parua paratur mensa. Sunt in eodem authore libro decimo, scelithria, quae (inquit) sunt parui tripodes. Nam sella quaedam Thesalica dicebatur tetrapus, opinor, de pedum numero. Tetraeros Sophocles, *τῆς τετραερίδος* accipit. Et alibi: obsoniis subiecta mensa recte dicitur tripus: ut apud Aristophanem, & Xenophontem *ἡ τῆς ἐπιβόλων*, apud quem sunt & tripodia. Quod vero tripodis superimponitur, etiam cyclos dicitur, & holmos: quoniam, inquit, & Delphici tripodis epithema, cui propheta infidet, vocatur holmos. Tripodis autem empyri, quo apud ignem vterentur, media Homerus vocauit gastera. Apud quem etiam pro vase tripum dici, liquet ex eo versu,

καὶ τρίποδ' ἠρώμεθα δῖο ἠδ' ἐνδοῖ μίτρον.

Hoc est, Et anatum tripodas duarum & viginti mensurarum. Hunc autem tripum inter funebriis certaminis praemia Achilles proposuit. Alioqui non iis modo, qui fortiter quippiam fecissent, sed & poetis in victoria tripodas contribui, honestissimum

num censebatur, quando Hesiodum Homero deuictum eum restituisse, proditum memoriae scimus. Factum vero id in Amphidamaotis laudatione. Ad quem bello peremptum celebratissimus quisque ex poetis certatim celebrandum Chalcidem confluerat. Fuit autem is bello praclarus, ut qui Eretrienfes multum diuque infestasset. Quod in Septem sapientum conuuiuo Plutarchus scribit. Dabatur & iis tripus, qui dithyrambicum carmen cecinissent ad imitationem Apollinei tripodis, ut quidem sunt interpretati. Memoratu dignum, quod Hesiodicæ aspidis interpretis scribit, Tripoda item dici cratera magnum, trium fere pedum, qui nunc (inquit) Barbare vocatur *κρητήρ*. Sunt qui epistatē interpretentur tripodas aeneum, qui chytropodis vicem impleat, id est ollae pedibus fultae. Quanquam eo nomine quidam Vulcani imagunculam figlini operis intelligere malunt, quae focus assisteret: vel etiam lignum oblongum coracas habens, unde coquinaria propenderet instrumenta: meminit in Aibus Aristophanes, & explicant interpretes. Omnino ita distingui tripodas animaduerto, ut dicantur alij *καυροπόδια*, aut *αἰδωνίς*, ab ignis usu, & ad hoc ipsum comparati: alij autem anathematici, ornatus gratia domibus dicati, vel templis, prorsum ignibus immaculati in caestique: proinde ab Homero etiam apyri nuncupati, etiam si hos intelligunt nonnulli, qui necdum ignibus sint admoti, aethonas vero iam flammis succensos. Apud Athenarum sunt apyri tripodes vino dicati, velut crateres. At in quibus calefiebat aqua, loetrochoi: ex quis aliqui dicebantur *ἀρωγγοί*, id est ansati. Tripoda musicum organum à Delphici tripodis similitudine nuncupatum, multi scribunt, ac triplicis citharae usum praebuisse. Relatu dignum est, quod in musica Martianus scribit: Tripoda trini cursus praesagia polliceri, hoc est extantibus, instantibus, rapti. Qua in parte commonendus est lector accuratus: instans, dici de futuro, non de praesenti, sicuti philosophorum modo scholis extritum est. Nec me fallit tamen, grammaticum Diomedem libro primo, instans tempus pro praesenti frequenter usurpare. Quin & Fabius quoque libro quinto, tempus in praeteritum distribuit, instans, & futurum. Sed & primo Diuinationum Cicero, instare, de praesentibus dixit: quin & secundo de oratore, liquidò instans, pro praesenti est positum. Necnon apud Gellium libro decimo septimo. Ita ni Lynceo fueris oculator, vel memorosior Mithri

Mithridate, in tendiculum præcepit eas, necessarium est. Sicut quum impossibile, non latinum verbum malè feriat videatur: quo tamen vitur Boethius, non reformidat cum iureconsultis Quintilianus libro quinto. Mos autem veteribus frequens fuit, exculpendi in tripodibus epigrammata. Id quod nec tacuit Gellius, quum ait, Hesiodum atque Homerum aliquo tempore eodem vixisse epigrammatis argumento probari, quod in tripode scriptum fuerat, quem in monte Helicone posuisset Hesiodus. Hæc verò repetit Gellius ex Varronis libro De imaginibus primo. Et Priscianus scribit, legisse se epigrammata in tripode vetustissimo, qui in Xerolopho fuisse Byzantij. Scribit Sadas xerolophon dici à quibusdam themata, & tripodata thematium. Sciendum præterea quod à tripode nota disiectum est, cillibantia fuisse apud priores trium crurum ligna quædam, quibus in prælio fatigati scuta imponebant. Id quod clarissimè monstravit Aristophanes,

Τὸς λυδὸὺς κούρας ἴσεν καὶ τὴν ἀρῶν ἄσπιν.

Quod est, Sicuti cillibantia feras, o puer. Inde fortè natum illud Varronis tradentis, mensam vinariam rotundam quandoque appellatam Cillibantum, ut etiam in castris: quæquam aliud sentit ipse, & nos alibi commemorimus. Porro ut ad tripodem redeamus, scribit Appollonius Argonauticon quarto, Iasonem quum in illyricum appulisset, ut ab Hyleis navigandi rationem edoceretur, dono illis dedisse tripodam, cuius hoc fuerit fatum, ubicunque foret is, ciuitatem nunquam hostibus celsuram in prædam. Dicitur quandoque tripus *αὐτόπους*: ut apud Callimachum,

Ἰνὲ τοῖσιν ἐν ἰσχυρῇ αὐτόπους.

Eo verò censetur vates nomine, quum ex se quippiam, scitate nemine, vaticinatur. Et quia hoc capite de mensis fuit mentio nobis plurima, addamus præterea illud auctarium, quod scribit Aelius Dionysius: Mensas quasdam coquinarias dici dorida, *ἀπὸ τοῦ ἀργύρου*, quod signat polire: unde etiam infestetur *ἀργύρου*, quo nunc hasta significatur, nunc simpliciter omne lignum, etiam in arboribus: ut

Ὀὐ πὸν πῶτος αὐτὸν ὄντων ἐν ἄργυρον.

Doryphoros pro pratorianis sequens vsurpauit aras, & apud Dionem est obseruatum. Ecdoria vocant Græci medicamenta, cuti soluendæ accommodata, vrendi potestate ac vi, *ἀπὸ τοῦ ἐκδορῆου*, quo indicatur excoriatio, aut etiam deglubitio. Doratissimum

istum iidem dicunt, ubi hastis res geritur in pugna. Eparcion *Ἐπαρσιον* Græci vocant, quem nos pratorianorum dicimus præfectum.

Delphici oraculi quæ tradantur initia. Eiusdem desicientis rationes. De Tiresiæ oraculo. Parnasus mons unde dicatur. Coretas pastor. Mantea, anactora, anactea.

CAP. XVI.

Postea quàm satis superque de tripode disseruimus, aptissimum (opinor) fuerit, inseruisse huic potissimum loco: quæ author Diodorus Bibliothecæ sexto & decimo volumine de oraculo Delphici primordiis prodèda censuerit, quando id toto orbe terrarum festo còcurso celeberrimum intelligi priores voluere. Igitur fuit, inquit, secretio quædam iis in locis, ubi postea constructum adytum est. Illuc fortè compascentes arreperunt capræ, quod vastæ tum ibi solitudines forent, nec omnino incolerentur Delphi. Quæ verò ex iis in hiatum despectare cœpisset, euestigio mirabiliter exultans lasciuire, ac vocem prorsus dissonam emittere. Id quum amplius admiraretur pastor, ut sunt hominum ingenia plerunque latentia scrutandi auida, accessisse traditur: moxque eodem affectu modo, quo capræ prius, sed insuper futura quoque præcœpisse. Re verò latius vulgata, accurrisse multo plures, qui omnes còsimiliter afflati coniectationem præbuere, oraculi vim ex terra esse. Cæterum quia temulenti spiritu, quem *ἄδρα* vocant *ἀκρόνους*, plerique interirent, visum fuisse, vatem vnam asstitueret, quæ citra reliquorum noxam panderet futura. Ad id verò etiam pegma sustinere, quo incenso securè vaticinaretur. Habebat id bases tres, propterea tripodis nomen est sortitum. Præficiabantur primò virgunculæ puritatis ratione. Postea verò quum Phœbadis amore obretitus Thessalus Echecrates illam stuprasset, sancitum ut quinquagenaria mulier, virgineo tamen cultu, vaticinandi pontificium gereret. Hactenus Diodorus. Id verò oraculum superstitione vana, & hominum incertitia, multoque amplius immundorum vafrii spirituum illuc euectum est, ut non omnium domo gentium fieret affluxus, sed passim præpotentium quoque regum ac principum populorum dona mitterentur opulentissima, ut inde Delphici maxime celebrètur thesauri. Et Aphectoria opes, ut immensas præsignesque certatim memorent Græci,

Græci. Nam ab ædendis oraculis Aphetora dicî Apollinem nouimus. Lego in Græcorum thesauris, Parnasum quendam omnium principè oraculum a Iiisse Delphicū, vnde sit monti adoptatum nomen, etiam si Larnasum prius dictum produnt alij, quod Deucalionis arca, quam *ἀρκα* vocant, illuc sit delata. Super oraculo Delphico verba Ciceronis sunt Diuinationum priore libro: Terræ, inquit, vis pythiam. Delphis incitabat, Naturæ Sibyllam. An nō videmus, quàm sint varia terrarum genera? Ex quibus & mortifera quædam pars est. An sancti in Hirpinis, & in Asia vidimus Plutonia. Aliæ peracuta ingenia gignunt, aliæ retusa: quæ omnia fiunt ex causi varietate, & ex disparili aspiratione terrarū. At libro secundo idem M. Tullius: Euanuisse, aiunt, vetustate vim loci eius vnde anhelitus ille fieret, quo pythia mente incitata, ædaret oracula. Sed quum de vi agatur non naturali solū, sed etiā diuina, quo tandem modo euanuit? Vetustate inquires. Quæ vetustas est, quæ vim diuinam conficere possit? Quid tam diuinum, quàm afflatus ex terra mentē ita mouens, vt etiam prouidam rerum futurarum efficiat? Caterū oraculi varietatem quum multa alia, tum Demosthenis illud coarguere videtur. Qui pythiam promantin, ab prælicendi vsu sic nuncupatam, dicebat *φύλακον*, id est quasi cū Philippo facere, quod eō spectabat, vt eam à Philippo corruptā diceret. Plutarchus in libro De oraculis, quæ defecissent, Delphici oraculi originem eandem ferè facit quā Diolorus: sed adicit, Pastorem illum qui omnium princeps ex afflatu sit vaticinatus, Coretam fuisse nuncupatum. Et mox desinētis vaticinæ potestatis rationes allaturus, plurimas ait in terra contingere mutationes varietatēque rerum: quando & multis locis metalla defecissē, manifestum sit. Lapis carystius mirandus fuit apud priores natura, quoniam *υπερόλιος* erat, id est nectilis, aprūsque duci instar lanæ lini ve. Conficiebantur inde chironactra, id est mantilia, item retia reticulæque, quæ vbi fortes contraxissent, coniecta in ignem candori suo citra villam omnino noxam restituebantur: victrixque illa omnium vis ignium aliquid tandem nacta erat, in quod ius nullum haberet. At nunc, inquit, euanuere omnia hæc: vixque in metallis visuntur velut ines, aut prætenues, qui intercurrant, capilli. Eiusmodi porrò & in manticis pneumatibus, id est spiritibus vaticis coniectanda sunt. Neque enim æterna est eorum vis, quæ

vis, quæ senij planè sit nescia, verū & ipsa mutationibus obnoxia censi debet. Probabile nanque sit, imbres nimios quandoque potestatem eam restinguere, plerunque & fulminum casu dislari. Præcipuè autem terra motibus agitata permiscere ima potest, & meatus occæcare prorsum. Nam & in Orchomeno quū atrox debaccharetur pestilentie malū, plerosque hominū vis quidam crassantis morbi absumpsit: sed & Tiresia defecit oraculum, quod & nunc vel feriatum conticescit. Author item Dion est, Delphicum oraculum ab Nerone solutum, ad hiatum, vnde sacer sese promebat spiritus, iugularis hominibus, quin & regione Cirrhæa militibus contributa. Dignum relatu in libro De mundo, cuius author ab aliis Aristoteles creditur, ab aliis Theophrastus, spiritus è terra efflationem hanc planè confirmari, quo vel furentes efficerentur, vel vaticini.

Quam esse ex inimicis utilitatem maximam censuerit Plutarchus. Inimicum esse vulturi assimilem. Heronios fatens. Duellij historia, & Bilie vxoris.

CAP. XVII.

Scitum est, ab memorandum in primis, quod à Plutarcho viro doctissimo & prudentissimo, in quæ disciplinis auctoritate graui relatum animaduertimus in commentariolorquibus quis rationibus iuuari ab inimico possit. Primum inquit, omnium mihi videtur, quod est ex inimicis maxime noxium, id si modo attendas, effici vtilissimum posse. Inimicus siquidem peruigili cura rebus insidiatur tuis, vitamque amittit hinc inde, anam quaritans: nec inspectat per quemcum modo, sicuti olim Lynceus, nec per lapidea, vel testacea: sed per amicos, per seruos, per familiares vniuersos: adeo efficax est expeditusque eorum, quæ vel facias, vel consultes, explorator, inspectorque. Præcipuè verò si quid delinquas, inhareret affixus, scrutaturque. Et profectò vulturum exprimere videtur mores, hi quippe, tabida tantum confectantur cadauera: nam pura, benèque habentia, ne sentiunt quidem. Consimiliter inimicum vitæ modo labes mouet, ægra illum excitant, ac quæ computruerint. Ad hæc adnuunt hæc contrectasse gaudent, hæc cōuellunt, qui te odiosè insectantur. Inde verò eximia, ac præcellens profluit utilitas, si ista veritus, exploratè pensulatēque tibi perpetuò intendas: te obserues,



ne quid incuriosè, incircumspectèque, sed prospicienter omnia dicas, agasque: vt veluti in accuratiore diæta, vitam præstes incusabilem, inculpatam, ab omnique sequestratam venenosos morſu. Qui enim sic affectiones reprimat, seditque, & qua maximè pollemus, rationem velut in specula continet, metu, prouidâque, & sagaci cura, meditationem concipit, & propositum æquabilem transigendi vitam, ac omni procul abiunctam crimine. Id enim prorsum in hoc vltimo euenit, quod ciuitatibus contingere certum est, que hoste vicino assiduè infestentur. Hic siquidem ingruens terror ad moderationem redigit, concordiam conciliat, sanæque, ac rectè valentis reipublicæ amorem inducit. Eodem modo inimicus infestior vel nolentes ad sobrietatem reuocat, in desideriam labi non permittit, aut neglectum: efficitque assuetudine ista, vt tanquam in statione quadam positi, *eis τὸ πρὸς ἀλλήλους* enadamus, id est in statum insontem, ac prorsus Theonini dentis nescium. Quibus enim Homerici illud altius inserit, ac (vt sic dicam)

ἄλλοις ἰστῆσαι πρὸς αὐτὸν, πρὸς ἄλλοις τε πρὸς αὐτῷ,
 Latari vtique Priamus posset, rursusq; Priami filij: auertuntur inde, longiusque abducetur ab iis, quæ inimicus læte nalo crispitate videatur excepturus, vbi velut per frumētarios, quod in amicis curiosè dicitur fecisse Adrianus, omnia vel anxie fuerit scrutatus. Mirū est, quam proficiat in summi vitæ studiū hoc, & æmula concertatio. Celeberrimū est Nasticæ Scipionis apophthegma, Quibusdam enim astruentibus, τὴν Romanam nunc demum obscuratam stabilemque videri, Cathagine funditus euerſa, & (vt ait ille) in pacto mœnibus atro: Imò verò, inquit, nunc periclitamur maximè, quā lo ne quos extimescamus, nec quorum nomine erubescamus, reliquos nobis fecimus. Adde præclarū Diogenis documentum, civile in primis, ac philosopho condignum: Quo nam pacto vlciscar inimicum? Si bonus, inquit, honestusque ipse sis. Inimici equos probari qui aduertunt, torqueri non cessant: commēdari canem, si elaboratos exultolque videat agros, si pulchrè florentem congerminantemque spectent horum, ingemunt. Quid facturos putas, si iustum te cōprobes virum, mentis integra, bonū, verbis probū, factis purum, vidu moderatum, profundo perfruentem (vt ille ait) mentis sulco, vnde prudens egerminat consiliū? Si inimicum malè habebit

bere cupis, non impudiciã subtractæ virilitatis, non molliciem opprobriis, non scurrilitatem, non id genus alia pleaque. Caterum esto ipse sciens, temperatus, verax, aduentibusque perhumanè vtaris, ac iustè. Quod si ad probra euectus fueris, id sit præcipue cure, vt ab iis quæ coarguis: abducas te longius: introspecte animam, putrida circumspecta, ne quis infusurret illud tragicum,

ἄλλοις ἰστῆσαι, αὐτῷ δὲ αὐτοῖς βέβαιον.
 Aliorum medicus, ipse vlcibus scætet. Si inſcitiam fortè tibi in altercationibus obiecerit, intède discendi ardorem, al labora eò procliuius: si timidum appellarit, virilem exacute promptitudinem: si vt lasciuium incelsiuerit, atque intemperantem, exterge ab anima, si quod latenter inoleuit titillatis volupratis vestigiū, memor semper: Nil scædius recipocante crimine. Si cui turpiter ac inhonestè agenti incurrisset Platon, abiens, seque intues dicere solebat, *Μὴ ποτὶ ἀπὸ γὰρ τοῦτο;* an & ipse talis? Qui inimici cōuitia patitur, insigniter inde iuuari potest. Nam dicere solitū Antisthenè accepimus, Reuocandis ad bonā frugem vel amico esse opus ingenno, vel ardentis acrique inimico: alter enim rectè monendo, coarguendo alter increpandoque auertit à vitio. Genus autè hoc i emendij tanto videri præstantius debet, quod (vt nunc est) vbi fidentis opus audacia est, amici *ἰσχυρῶς*, id est graciles voce se prestant: sicubi adulatio intercurret, impendio sunt loquaces & obstreperi, vel tinnuli quoque. Vbi admonendus amicus, muti prorsum. Proinde ab inimicis audienda veritas, quam negligit amicitia. Nam & Telephus medicinam inuenit ex hoste. Et qui Thesalū Promethea perimere cogitabat, perſanauit, abscessū quod phyma vocant patefacta via. Ita profectò est, inimicus *ἔστι ἀμείβομαι ἀδύνατον*, id est gratuitus magister, ac sine minerali, semper ex eo discere aliquid licet eorum, quæ nos lateant: ac eo quidem impèsius, quod plura longè, ac sepius præsentit, perspicitque inimicus, quàm amicum profectus: quādo, vt Plato ait, *τυφλῶσαι τὸ φιδῶν τῷ ἰ τοῦ κινῶν*, occæcar amor in eo quod ames. Odium verò ferè garrulitati alienarum implicatumque est, ac *πολυπραγμονεῖ*, id est satagit alienarum rerum. Sic enim vt possumus, transferamus: nec tamen inde damnari aut coargui Latinæ linguæ tenuitas debet, quando vt testis locupletior Hieronymus est, etiam Græci pleraq; nostra per circuitus transferūt. Hieron ex inimico

audiuit primum, sibi fortē animam: quā obrem commo-
 tior. Quid ait vxor, cur non cōmonuisti? At illa, vt quæ mo-
 desta foret, puraq;: Quoniam, inquit, ita viris omnibus olere
 opinabar. Postremò id cogitandum, agricolarū peritissimos
 tradere, allium & cepas bonitate proficere, si rolis violisque
 applantentur, quod in eas acrimonia, & quod olidum est, se-
 cernatur. Eodem ipsi modo inimicū ex propinquo pariamur,
 quo feliciter agente, commoueamur, exacuamurque: ac ita
 confurgamus, vt ex æmulatione connitamur pari industria
 perfungi, aut etiā sublimiorem nobis locū vindicare. Quod
 si malis artibus euadat is nobis superior, vel gratia, vel hono-
 ribus, æquo id animo patiēdum, imò eo amplius nostra ipso-
 rum integritate latādum. Siquidem quod intra, quòdque su-
 pra terram autum est omne, in æquilibrium virtutis stare ne-
 quit, sicuti à Platone dictum grauisimè est. Illud verò super-
 pondium fuerit, quod ex Plutarcho dictum de Hierone est,
 id ab Hieronymo aduersus Iouinianū primo, in Duellium
 referri, qui Romæ primus nauali certamine triumphauit, &
 vxorem Biliam tantæ pudicitia, vt illo quoque seculo pro
 exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat.

De vulturibus adnotata que p. m. Cur caufidici dicantur togati vulturij. Item imperatores paludati vulturij. De vulturum odoratu, & odoris ratione.

CAP. XVIII.

Vulturem animalium omnium innocentissimum, Her-
 modori Pontici sententia pronunciauit, quia nil pro-
 ficiunt eorum, quæ ferant homines, plantent, alant. Ani-
 mantiū præterea nullam interimat. Volucris quoque vel
 mortuis abstineat, quodam cognationis intellectu. In augu-
 ris certè auis præstantissima vultur habebatur, quod Hercu-
 les comprobavit, necnon Romæ urbis primordia manife-
 stum faciunt, fortè quia rarissimè vulturius cōspicitur, & in-
 de oblatum aliquid semper creditur portèdere. Aut quia, sicuti
 fabulantur Aegyptij, & in Hexaemero Ambrosius videtur
 approbasse, vulturij omnes fœminæ sunt, ac vt zephiro arbo-
 res, sic illæ euro grauidæ fiunt: aut borea, vt prodit Horus.
 Imò certa & firma inde signa fieri, verissimū est. Horus hiero-
 glyphicè vulturis imagine matrē prodit indicari: in Oniro-
 criticis scribit Artemidorus, in Italia veteri lege vultures à
 nemine

nemine solitos necari: quin & illis infidias cōcinnates *ἀνοβάρ*
 inquit, opinabantur. Verū quia animans hæc cadauera iam ta-
 bada summe affectat & rapit auidissimè, ex quo & Catullus,

Lingua exerta auido sit data vulturio,

propterea quodam loco Apuleius, caufidicos & oratores fo-
 renses probrosos incessens verbis, quod eis, vt Columella di-
 xit grauisimè concessum sit in medio foro latrocinium, toi-
 gatos nominauit vulturios. vt quibus præuaricari, reos pro-
 dere vendere aduocationes, & sanguinaria rapacitate homi-
 nes excarnificare, frequentissimi sit moris. Sicut M. Tullius
 pro Sextio, Vulturios paludatos appellauit Gabinium & Pi-
 lonem imperatores, qui pretio nundinarentur omnia. Por-
 ro & ratione eadē salibus suis Plautus inseruit vulturios pro-
 talis in Curculione: vt enim vultures carniuori sunt, & rapto-
 viuunt, compari modo & tali voratores ita sunt, vt dispo-
 lient ex toto aleatorē, atque vt Plautino item verbo vtamur,
 deruncinent. Captatores quoque dici vulturios, non Seneca
 modo, sed indicauit Catullus item illo versiculo,

Suscipiat à cano vulturium capite.

Memorable est quod tomo De ideis primo, vbi *ἡ ψὶ σμύτην*
 & *ἡ ψὶς* differitur, Hermogenes adnotauit, quosdam appel-
 lare solitos vultures, *τὰ ψὶς ἡ ψὶς*, id est animata sepulchra,
τὰ ψὶς ἡ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς
τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς
τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς τὰ ψὶς
 hoc sepulchra esse animata, quibus digni sunt ipsi maximè: & fri-
 gidiora his alia non pauca. Illud verò neutiquam pretereun-
 dum, quod ex Hieronymo compertum nobis est: vulturem,
 quam cæperit oua adere, quippiā ex Indico tractu afferre,
 quod est tanquam nux, intus habens quod moueatur, sonum-
 que subinde reddat. Id verò sibi vt apposuerit, multos fœtus
 producere, sed vnum tātum remanere, qui immusculus à ple-
 risque dicitur. Masurius verò pullum aquilæ eo nomine in-
 telligit, prius quàm albecit cauda. Vulturum odorandi vis
 mirifica ab authoribus traditur clascicis: nam & in magia si-
 gnificat Apuleius, Si verò, inquit, naribus nidorem domesti-
 cum præsensit, vincit idem sagacitate odorandi canes & vul-
 turios. Cui enim cani, cui vulturio Alexandrini cali quic-
 quam ab vsque Ascensum finibus obleat? Scribit diuus Tho-

mas, per quingēta millia passuum ab vulturibus. Addit Hieronymus, etiam ab aquilis, praesentiri cadaueris putorem, sed & eo amplius. Illuc autem usque odorem, vel corporale euaporationem pertingere, proflus absurdum, praesertim quum sensibile medium immuter vadique secundum eandē distantiam, nisi praepediatur. Neque enim sufficeret ad tantum spatij occupandum, etiam si in fumidam resoluereur euaporationem integrum cadauer: quando certus ac praescriptus est refractionis terminus, ad quem naturale corpus peruenire potest, qui est raritas ignis. Sed nec huiusmodi odore cadauer noscitur sensus ratione immutatum. Proinde dicendum, quod & alibi hoc opere attingimus, ab odorabili resoluui quidem posse fumidam euaporationem: sed eam tamen non produci ad eum terminum, vbi odor percipiatur. Ad ipsum medium spiritaliter immutari vltra quam commemorata euaporatio possit peruenire. Sunt & qui futuram stragem praesensione quadam mirē percipi, tradant. Et comprobatur in Hexaemero magnus Basilii, quo nomine Marti sacros sensuit vultures veterū autoritas, vti scribit Phurnutus, quoniam plurimi visantur, vbi sint *πύραυρα ποδάρα ἀπὸ τῆς γῆς*. Etiam si Deo illi asinos immolarent nonnulli de turbulenti ruditas ratione, ob bellicos clamores. Alij autem canes, *δὴ καὶ τὸ ὄραον ἡγεῖται ἐν τῆς γῆς*. Quin & ingruentis mali certissimū haberi praesagium, vbi exercitum aues insequantur eiusmodi. Cuius rationem scrutari, difficillimum censuit Albertus, ni stellarum potestate occultiore fieri, collibeat credere. Coruos equidem ipsum hoc quandoque factitasse, compertū est. Scribit Horus: Veteres imperatores accuratē solitos explorare, in quam belli partem spectarent vultures, inde victoriā coniectantes, vel profligationem. Quod autem Albertus idem scribere Aristotelem tradit, Vulturis nidum nunquam esse visum: id verō perspicuē falsum est, quod amplius liquebit, si quis sextum De historiis animalium adierit librum. Propter ea vulturum nidos in Germania visitari frequentes, facile imperarunt fidem. Porro de vulturis scitus admodum narratur apologus aduersum foenore sese illaqueantes, Vulturis quidam vehementer agitated vomere amplius cepit, simulque etiam queri, ac sese afflictere, quod intestina eiectione videretur. Pax sit rebus, inquit alter, non est quod agro sis animo, neque enim tui euomis quippiam, sed cadaueris portio est.

tionem quod nuper confecidimus. Eadem ratione foenore adobrutum non agros euomunt distrahūntque proprios, sed foenoreatoris, quem is dominum praefecerunt. De vulturibus apud Ambrosium quod attingimus, sic comperi: Cōcubitu perfruiam nullo, nec coniugali vsu, nuptialisque copula vlla misceri sorte: ac ita nullo masculi femine concipere, & citra cōiunctionem generare: natos verō inde in multum superesse aui, adeo vt ad annum centesimum vitae series producat. Vultures item sunt qui tradant, animalia cuncta videndi praestantia exsuperare.

Quid sit quod monogrammos Deos dixit Epicurus. Quod solidum corpus: & quae mathematica corpora. Monocroti, dicroti. Apua. Aphie meretrices cur. Euthygramma quid, & euthyria. Polygrammi. Canabi qui dicantur, & clematides Aegyptiae. Philetia, ac Philippida macilentia.

Cicero libro De natura deorum secundo, Epicuri sententiam exagitant sic ferē scribit: Non sunt dii, inquit, his corporibus, vt aut casus aut ictus extimescant, aut morbos meruant ex defatigatione membrorum. Quae verens Epicurus monogrammos Deos & nihil agentes commentus est. Quaesitum inter doctissimos, in veterū literarum tractatione diu multumque versatos, qui nam dicantur Monogrammi, aut quid eo verbo intelligi voluerit Epicurus. Ego verō pro virili bene cōsultū omnibus cupiēs, quae mihi vetus lectio suggerit, promā gratissimē, expēdet mox lector cōdidus, si quae ad stomachū faciēt, percoquat, ac citra liuorē sinat ire in corpus, nullis magnoperē, anxieque cuniculis ductis, aut araneatū obiectis calciculis: quos plerūque argumētationū eculeos tenent scioli, in quibus aduersariū suspendant: si qua minus ariscriunt, trāsiliat, putētque, nos fuisse homines. Monogrammos igitur ex monumentis Marcelli inuenio dici, homines macie praetenuēs ac decolores strigososque ac incurtiores & vesiculos. Quae nūcupatio videretur ex picturae ratione inflexa, quae linearis dicitur, vt ex Plinij doctrina percipi licet, quod prius quā coloribus corporetur, lineis ad vmbra singitur. Probat porro Nonius Lucilij autoritate, cuius sunt verba

Vix vivo homini, & monogrammo.

Ceterum ex iis non omnino quidem elucescit Ciceronis no-
 dus, ad intellectum tamen aditus aperitur, qui plenus fiet, si
 placita Epicuri de natura diuina explorati nouerimus. Quae
 ab Anthropomorphitarum haeresi haud ita disparantur, qui
 rustica simplicitate Deū habere humana mēbra arbitrantur,
 vnde & appellationem sortiti creduntur. Omnium, inquit,
 animantium formam vincit hominū figura. Deus autem ani-
 mans est: ideo ea profecto figura est, quae pulcherrima sit om-
 nium, quoniam deos beatissimos esse constat: beatus autem
 esse sine virtute nemo potest, nec virtus sine ratione constare,
 nec ratio vnquam sine hominis figura. Hominis igitur specie
 esse Deos, confitendum est. Nec tamē ea species corpus est, sed
 quasi corpus: nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. Ad-
 damus porro, vt perspicua magis tota res fiat, quod apertissime
 concipit mathesis. Omne corpus, quod solidum est, ac stereon
 Graeci vocant, triplici constat dimensione, longitudinis, lati-
 tudinis, profunditatis. Ex his tribus, lineae ductu vna cōsur-
 git dimensio, quam longitudinem dicimus, citra vllam lati-
 tudinem. Planities verō, quam epiphaniam vocant, longo la-
 tōque distenditur: alto tamen caret. Soliditas autem perficitur,
 si illis altitudo accesserit. Ceterum id magnopere aduer-
 tendum, quod corpus quodlibet superficie quidem cluditur,
 tanquam termino. Hic verō terminus quamuis circa corpus
 sit, incorporeus tamen intelligitur: est enim haec incorporea
 natura prima, nec tamen purē, quando non nisi corpus circa
 corpus apparet. Propterea etiam si superficiem à corporibus
 res non sequestrat, intellectus tamen ipsum hoc facit. Haec su-
 perficies sicuti terminus corporum est, ita terminatur & ipsa
 lineis, quas suo nomine grammas Graeci dicunt: punctis verō
 finiuntur lineae. Denique corpora haec sunt, quae mathema-
 tica vocant. Ex his verō iam diluere arbitror, cur deos non
 habentes corpus, sed quasi corpus: vt acutē delirabat, Epicu-
 rus etiam monogrammos nuncupant. Nam nec superficies
 quae lineis connectitur, corpus est, sed quasi corpus: quia citra
 corpus non est. Sic & monogrammos pictura, quasi superficies
 quaedam concipi debet, quoniam nō est corporata coloribus,
 qui profunditatem imaginibus tabulisque addere videntur.
 Qui porro emaciati supra modū sunt, & pellucidi quodam-
 modo, vt quibus nulla adesse carnis videatur altitudo re-
 sistit

sinē profecto & hi monogrammorum insigniuntur cogno-
 mine. Monocroti apud Xenophontem Rerum Graecarum se-
 cundo, ad monogrammos pertinent nihil dici Latine valent
 vniremes: sicut dicroti, biremes. Dignum relatu id quoque,
 in Graecis obseruatum monumentis, & ab Apollodoro proditum:
 meretriculas quasdam fuisse Aphyas, id est Apuas cog-
 nominatas: quod in minutula forent, albæque, oculis gran-
 dioribus, nomina eis fuere Stagonion & Anthis: ex eadem
 causa in libro De meretricibus, Nicostratida dici Apua cō-
 pisse, scribit Antiphanes. Alioqui & Apuas, auctore Chrysi-
 po, Athenis ob rei affluentiam nimiam esse discitabant *ἀπο-
 τρεπὸν ἄρου*, id est mendicorum obsonium. Quoniam verō de
 grammis, id est lineis actum nobis est, obiter, ex quo abun-
 danti subnotandum. Euthygrammas apud Vitruuium dici
 rectas lineas, ex quibus geometria circini tradit vsum, e quo
 facilius aedificiorum in areis expediuntur descriptiones, nor-
 marumque & librationum & linearum directiones: *ὀρθογίαι*
 Graeci, aequē semper meantem cursum vocant. Polygrammos
 melanuros vocat Aristoteles, atque item melanogrammos
 ab linearum multitudine vel nigricie, quibus interstinguan-
 tur. Sciendum quia hac de re actum nobis, macie praetenuer
 dici ab Graecis canabos quoque, vt scribit Pollux. nam & poe-
 ta Sannyrion ita est cognominatus: quoniam sit exile lignum
 canabus, pileorum textrinae accommodū. Sed & procero cor-
 pore homines, ac nigro, vt est apud Demetrium Phalereum,
 Clematides dicuntur Aegyptiae: quoniam eiusmodi ferē
 sit herba ea, in Aegypto proueniens vbertim. Philetā
 Coum, poetā adeo macie attenuatum ferunt,
 vt plūbeos globos pedibus adnexos ha-
 beret assidue, ne à vētis auferretur
 trāsuersus. Philippides in ean-
 den venit decuriā, & in-
 de cōformatū ver-
 bum φιλίππιδ-
 δαι, pro
 emacia-
 ri.

CAMILLI RICHERII
RHODIGINI IN ANTIQVA-
RVM LECTIONVM LIBROS

Lodouici Cellij patruj, ad magnificos
comites Octavianum abbatē, La-
stantium priorem, & Pe-
trum de Rouerellis
fratres, Præfa-
tio nona.



Librorum obuolutorum antiquiorum famose et
variā pelagi vastitatem deuagantes, variis men-
tium captiōibus irretiti, summam humanā felicitatē
in amplitudinem conati, diuersis diuersa proprijs
suis affectibus consona delictarunt: bonam alij ex-
tolentes fortunam: honestam alij voluptatem, scientifici contempla-
tiui solo affectu saginati; alij natura ipsa praeuoluita omnibus homi-
nibus scientiæ desiderium insitum esse doctissime tradiderunt, ut qui
summi boni amplissimam insignituram primarum causarum cōtem-
platiui aut adeptam, aut adeptiōni dispositam, certo certius arbitra-
rentur. Cuius assertiōnis amplitudinem & si aliās (ut sic dicam)
olfecerim, toto nunc animo, certissimoq; meæ mentis affectu serius con-
fictatus affirmo. Eoq; magis quod ad vos doctissimi bonarum liter-
rarū cultura micantes Octauiane abbas meritisime, Lactantij prior
dignissime, Petre comes illustris, mihi omni quaque patroni obsequio
dignissimi: qui vos non nisi doctissime scientiæ fastigijs anhelantes, toto
animo, toto mentis affectu inhiantes perspicis, ac eadem deum cō-
opinio in id ipsum sentire suadeor: ut qui non nisi solam doctioris Me-
neruæ initiaturā toto animo fouentes eadē uobis ipsis progymna-
ta praeuoluitis, ut & cuiusque uestrum bonæ indolis amplitudi-
nem multo ante hac præsignatam optime comprehētis: & Reuerellæ
familie decantatissime sūbriatis literatura præconijs, uestro ip-
sogenio, uobis ipsis suggerētibus refertissime demōstrētis insignituram.
Quod eo mihi certius assertū cognosco, quo uos bonarū literarū si-
dia amplius elucere curantes, si quid in eū absconditū esse scitis, non
nisi ut in clariorem lucem prodeat eueitis, ut doctiorum mentes am-
plius excitatæ latius euagantes diffundatur. Qui me pluries Anti-
quarum lectionum lecturam, doctissimi Lodouici Cellij patruj mei
facturam antea editam, additionibus maximis demum defricatam,
quasi doctiorum mentibus insidiatum detineam, tanto affectuosius
uobis

in impulsu argueritis, ut non nisi ipsius premulgatione in uos gra-
tioris meæ certitudinis effectum uidear obensurus: Quam quum, &
si iam diu ante hac præmeditatam, nunc uestris potissime impulsus
persuasiōibus ut predeat destinatus, in pressoribus excudendā tra-
dere decreuerim, eius (ut amplissimis defensoribus munita securius
predeat) portiunculam hanc nonam uestro nutui dicatam uelut.
Nec ab re: quos & doctissima Minerva eruditos, & doctiorum ani-
mis gratius propensos adeo dignouit, ut ipsius, totiusq; operis patrocini-
um uos alacriori animo subituros non dubitauerim. Hanc igitur
uestra illa innata animi sinceritate, pusillum equidem munuscu-
lum, at me in uos affectuosius ancillatus insigne non immeritum ac-
cipite, Camillumq; Richerium uestris omnium nutibus obsequiosis-
simum fouentes curate.

LODOVICI
CAELII RHODIGI-
NI LECTIONVM ANTI-
QVARVM LIBER VNVS,
QVI NONVS.

*Musices laus: cur data hominibus: rursus à quibus stu-
dium eius sit derisum. Cleon cantor. Ateas Scythæ.
Apollo medicine inuentor, & musica rex Mercuri
inuenta.*

CAP. I.

Summam eruditionem, & animorum institu-
tionem longè præclaram esse in uertorum uo-
cūmque cantibus sitam, à Grecis semper ferè cre-
ditum est. Hinc legimus Epaminundam Gracię
principem sibi praestantissimè cecinisse. Pro-
inde, sicuti commemorat M. Tullius, Themistocles quum
aliquot annis antè in epulis recussasset lyram, est habitus in-
doctior. Quando uti testis item primo Therapeutices est Ca-
leus, abesse à conuiujs lyram, uel id genus aliud, turpissi-
mum

mum censetur planè, ἀντίδω δὲ ὡδὸν ἕκαστος τῶν τριῶν
 οὐδὲν ἔχει ἰσχυρῆς. Sed & Lycurgus, quamuis durissimas
 Lacedaemoniis suis leges iniungeret, musices tamè studium
 egregiè videtur amplexatus: quando ipsam hanc natura pa-
 rens impertiuisset animaduertitur, quo transmitti laborum
 onus molestissimum posset procliuus. Remigem, vt Fabius
 inquit, cantus hortatur, & singulorum fatigatio quamlibet
 se rudi modulatione solatur. Quin & concionum fluctibus
 inseritur, agerique Graccho seruus Frycinus eburneola fistu-
 la modos incinebat. Pythagoras, & qui deinceps studia conse-
 crati sunt eadem, Mundum ipsi non citra musicas rationes
 concinnatum coaptatumque argumentorum subtilitate col-
 ligere sunt visi. Quin & artium veluti præstantissima diuinis
 se inseruit rebus, & quod testatum quoque Ptolemæus reli-
 quit, numinibus placandis adhibetur. Plato etiam esse genitri-
 bus contributam putat musicam ad præclarium quoddam præ-
 stantiusque opus. Nam quum sit concinnitatis inter frequen-
 tamenta varia præcipuè artifex musica, non ideo à diis data,
 vt ad delicias conuertamus, & aurium pruriturum: sed vt, quod
 animæ consonantiam turbat & harmoniam, huiusce volupta-
 tis delinimento sedari, ac ad ordinem redigi valeat. Cæterum
 & grauissimè Pindarus: ὅσα δὲ μὴ περιδύει σὺς, ἀτόφορα βίβω
 Πυθιάδην ἀϊοντα. Quæcumque non amat Iuppiter, vocem auer-
 santur Pieridum. Proinde Socrates iam senex, institui lyra
 non erubescibat. Thebis porò Pindari statua visitur nulla: vi-
 situr autem, inquit Athenæus, cantoris Cleonis: in cuius sinu,
 Thebas Alexandro diruente, quum fugiens quidam aurum
 immississet, rediens anno trigésimo post, iam Thebis frequen-
 tibus, cum fide totum recuperauit. Præclara est comici Eupo-
 lis ad musices præconium pertinens sententia, qua negotium
 esse sancitur βᾶδιν ἡγεῖν καλλιῶν, id est profundū flexuosumque.
 Propterea in Hyacintho Anaxilas: Musica per deos, inquit,
 perinde ac Libia, semper quotannis nouam quampiā feram
 parit. Magnus equidem iuxta citharædum Theophilum, sta-
 bilisque thesaurus musica est: mores enim instituit, cōponit-
 que, ac mollit irarum ardores, quod vel Homericus abumle
 Achilles significat. Musici quidem proprium munus, in sono
 gratiam, in cantu sermonis elegantiā imitari: meminisse ve-
 rò animi motus multò impensius, vt consonent, curandum
 quam voces. Inconcinnum quippe musicam videri, cui in
 maxima

Maxima vocis ac lyra consonantia dissonat mens. Porò Da-
 uid oraculum est, ac Mercurij: postea quam mouente Deo ca-
 nimus, & Deum canere nos oportere. Quo fit, vt insignitius
 barbaram quorundam feritatem mirari non desinam, quos
 inauspicatissimis etiam muneribus dictis artem nobilissimam in-
 festatos nouimus. Nam Scythicum regē Ateam Scythicam
 plane feritatem & barbaram inscitiam respicientem, memo-
 ria proditur, quum captiuum Itmeniam, tibicinem illum ce-
 leberrium, quem Bæotios complures ischiadico diuexatos
 morbo modulibus suauioribus perlanasse tradunt, tibia incine-
 re iussisset, ac illum cæteri suauitate demulsi summa prose-
 querentur admiratione, laudibusque efferrent plurimis &
 verissimis, inculto barbaroque iureiurando identidem com-
 probasse, Equestrem hinnitum sibi videri iucundiorē mol-
 liorēque. Verum in Barbaro, & hoc quidem Scythæ, vox hu-
 iusmodi minus fortè mira. Quid verò Spartanis facias? Quā-
 do Zeuxidami filius Archidamus, quum nimio plus admira-
 retur quidam citharædum, vimque eius laudaret: O præstan-
 tissime, inquit, quòdnam bonis viris præmium statues, cui
 tantum arridet citharædus? Rursum quum ex assistentibus
 quidam intulisset: Psaltes eximius hic est. At, inquit, apud nos
 bonus cantor, bonus cupediarius est. Ceu nil profum inter-
 sit, cupediisne, ac lauitia concilietur voluptas, an modulatio-
 re ex organis sono. Quin & gentis eiusdem Demaratus, vbi
 psalterem inaudisset, subiecit, ἡνακὸς φαίνεται μοι φλυαρεῖν: non
 male mihi videtur nugari. Inter Aegyptiorum placita etiam
 illud audio celebrari, musicam nō modo inutilem videri, sed
 & noxiam, vt qua virorum remollescant animi. Emeropes
 Ephorus Phrynidis musici duas ex nouem fidibus, ascia absci-
 dit, inufurans μὴ κληροῖται τῶν μουσικῶν, ne musicam depraues.
 Eudamidas, quum cantor quidam mire placuisset, ac scitaren-
 tur nonnulli, cuiusmodi ei videretur: Μέγας, inquit, ἡλικιωτάς
 ἢ μὴ ἔπειθ' ὡρᾶται, demulcor magnus in re miuata. Postremò
 quum lyram conuiuio intulisset quispiam, dixit Spartiata,
 ἡ λακωνικὴν τὴν φλυαρεῖν, non est Laconicum nugari. At præci-
 theologi medicinae repertorem Apollinem prædicant, & ci-
 tharæ pulsandæ regem arbitrantur. Proinde scienter admo-
 dum in hymnis Orpheus, hunc vitalibus radiis sanitatem
 cunctis, ac vitam elargiri cecinit, ac morbos propellere: por-
 roque canoris fidibus, quod est motibus, viribusque suis om-

nia contemperare: nam hypate, id est voce graui hyemem neate, id est acuta estatem, vocibus autem mediis ver probere, ac autumnum. Quum verò idem sit musica, dux, ac medica compertor scientiar, non mirum, artem vtraque ab viro sapè vno eodémque exerceri. Vocum harmonias compertisse Mercurium primùm in Aegypto, scribit Diodorus, sicut literas quoque, ac palestram, & numeros, medicinam item, ac astrorum motum, sed & lyrâ chordarum trium, ob tria anni temporamã estatem acuta præfert, hyemem grauis, ver autem media. Quin & verborum ab eodém excogitatum interpretationem, quo argumento sit Græcè dictus Hermes.

Musica studium esse omnibus insitum. Hippothoron nominos. Eius initia videri tria. Gigni tamen præcipuè amoris potentia. Amoris potestas mira.

C A P. II.

Musica verò capi omne quod viuunt, inde colligunt Platonici, quoniam caelestis anima qua vnueritas animetur, originem sumpsit ex musica. Certe ex Strabonis doctrina didicimus, elephantem cantu mulceri, & tympanorum sono. Et in Symposiacis Plutarchus scribit, Brutorû pleraque delinri, afflicique plurimùm musica, sicuti fistulis ceruus. Vbi verò saliantur equæ, nomon incini solitum, quæ vocentur Hippothoron. Cantu verò delphinas moueri, testis locuples est Pindarus. In homine autem peculiaris adesse videtur ratio: quia modulatio sonus & flexanimus concentus, in corpus musicæ memoriæ deferat, cuius anima in celo fuerit conscia. Propterea nullum ferè haberi tam immitè, tam asperum pectus, quod non oblecta mentorum talium teneatur affectu. Afferrunt illa quoque Peripatetici, insitum esse omnibus, oblectari naturalibus moribus, cui rei sint argumento pueri, qui vix dum nati modulis permulcentur. Omnino propterea delinimur numeris, quia ratum ordinatùmque computandi modum habent, mouentque nos pro sua æquabili serie ordinati. Indicium verò id maximum, esse ordinem ex naturæ ratione, quod quum ordinatè laboramus, bibimus comedimusque, naturâ viretque nostras seruamus augemûsque. Consonantia igitur ea in primis causa demulcere potest, quia sit permixtio siue contemperatio contrariorum aptè inter sese cœuentiû, & proportionè custodientium. Adhuc, quòd spiritus qui acutus

sanguinis vapor est, ac veluti animæ nodus quidam & corporis, ac reus quoque odoribus sonisque temperatur & cantibus, ac interim alitur. Apud Aegyptios sacerdotes, eorundem traditur fuisse functio, remediis, fidibus ac mysterijs incubuisse. Musices autem principia esse tria, deprehensum ab eruditionibus est, incrorem, voluptatem, ac enthusiasmum, id est numinis afflatum. Dolores liquidem mirabili quodam modo, & lapsu lubrico vocem ad modulos insecunt luctuosam fæbilemque. Quo nomine in epilogis rhetoras, & in fetu actores, sensim animaduertimus modulari pronuntiatione. Quod esse uescè item gaudium efficit vberius. Afflatos autem fatidico spiritu eatenus externari, & ab naturæ consueto reuelli spectamus, vt etiam futura ratione pandant metrica. Verum enim verò si amoris potestatem amplius in aperitum promas, explicetque pro dignitate, liquebit luce clarius, nullam profum affectionem aquè ad cantum musicam nos prouehere iucunditatem. Ex quo inuulgatum id apud Græcos, cuius symposiaco primo meminit Plutarchus: *ἡ μουσική ἡ ἀρετὴ ἕως ἀλλοτρίων, ἡ δὲ μουσική ἡ ἰσοπέδιος*, id est musicam docet amor, & si fuerit indoctus prius. Amor liquidè industriâ exacuit, estque planè arrium inculpatum magister. Et proinde Plutarchi eiusdem interpretatione, Plato *ἡ ἀρετὴ* eum *ἡ μουσική* nuncupat, vt qui intentarum relinquat nihil, & sese inserat omnibus, *ἡ δὲ μουσική ἡ ἰσοπέδιος*, id est silentij cupidum ad garrulitatem producit. Iam verò delidiosum, resina, veteris quoque pigriorem excitat mirificè, ac de cessatore aciem facit, & ad omnia præcelerem.

Melorum generà tria. Modos esse varios pro morum dissimilitudine. De Dorio, Phrygio, Lydio, Ionico. Quæ quis in ratione musica excogitarit primus. De Calaminis insulis, seu saltaribus, utem Torthebia palude, siue nymphæo. Polycephalos. Synaulia. Tibia inuentor. Syrinx. Horaty locus explicatur. De clegorum inuentore. Fistularum genera. Syrinxes, syriscus, sryia srymea, biriscus.

C A P. III.

Scribit autem in harmonico Cleonides, nec omisit Boethius: & ab Aurelio Macrobio reconditisimæ scientiæ

ria viro. Naturalium secundo traditum simus, vt Aristote-
 num prateream, & ex eius diagrammate Vitruuium, me-
 lorū tria esse genera, enharmonicū, diatonicū, chromaticū:
 sed ex iis quoque principe loco positū, nimis intrusa, nimisque
 recondita difficultate desertum ex oleuit. Tertium mollitie
 insita, infamiae nota nō caruit. Mediū verō, id est diatonicum
 mūdāx musicā doctrina Platonis ascribit. Nec tamē defue-
 re, qui mollius illud eneruatiūque (vt sic dicam) genus, et
 affectaret pede, cuiusmodi Agathon tibi cē memoratur. Illud
 nimirū constat, Musicos modos Gentium vocabulis distinctos
 designatosque. Etenim quo vnaquaeque gaudebat pro mo-
 rum ratione, eodem modus ipse censetur nomine. Delecta-
 tionem vti que similitudo conciliat, Hinc nata Phrygia, Ly-
 dia, Doria modulatio. Phrygiū modū etiam Barbarū appellat
 Porphyrio. Eius proprium est, vt inquit Lucianus, entheon:
 Lydij verō, bacchicum: Dorij, honestum & graue. Adicitur
 plerisque Ionicū, quod floridū intelligunt, ac iucūdum. In re-
 bus seriis priscos inuenio Dorium adhibuisse, non Phrygiū
 neque Lydiū. Quare, quū quid lætius ac iucundius vel dice-
 dum vel optandum esset, Ab Dorio dicebant in Phrygiū.
 Verū tamen quid Cassiodorus super iis prodat, attenden-
 dum magnopere: Doriū, inquit, prudentiæ largitor est, &
 castitatis effector: Phrygius verō pugnas excitat, votum fu-
 roris inflammat: Aeolius animis tēpestates tranquillat, som-
 nūque iam placatis attribuit: Lydius intellectum obruit
 acuit, & terreno desiderio grauatū celestium appetentiam
 inducit, bonorum operator eximius. Ex iis verō lux multa
 Quintiliano infertur scribenti, in materia declamārium po-
 ni tibicinem solitum, qui quum sacrificanti Phrygiū cecini-
 sset, ac ille actus esset in furorem, sūgebatur aculari. Ly-
 diam tamen harmoniam Plato libro De republica tertio, pla-
 rimum reprobat, quæ acuta sit, & lamentationibus accommo-
 data: prima enim eius cōstitutio fletus lamentationisque cau-
 sa facta est. Nam Aristoxenus in primo De musica, Olympū
 tradit, in Pythonis sepultura cecinisse tibia secundum
 Lydium modulum funeralia. Hæc Politicorum octauo Ari-
 stoteles de Lydia mixta etiam comprobauit. Compositam
 verō & mediocriter afficere Doricam retulit. Phrygiam di-
 strahere animum, & rapere. Quamobrem non rectē videri
 Socratem in republica eam admisisse modulationem: Subdo-
 rium

rium & subphrygium vocat Aristoteles idem in quæstioni-
 bus encycliis, astruens ea in tragædiis non esse chorica. Sub-
 phrygium videtur dici modicē remotum à vero naturali-
 que phrygio. Mixolydius item modus commiserationis est,
 ac tragædiæ congruens. Hunc Sappho inuenisse prima tra-
 ditur. Damon verō Atheniensis, vt plerique consentiunt, re-
 missam repperit harmoniam, quæ mixolydio contraria est,
 iados autem persimilis. Sunt qui Lydiam modulationem
 ab Cario Iouis, & Torrhebiæ nymphæ filio primum reper-
 tam velint: qui quum fortē erraret, incidit in paludem, quam
 mox de matris nomine Torrhebiā iussit appellari: vbi, quū
 nympharum, quas etiam Musas interpretantur Lydi, vt au-
 thior Stephanus est, præsuaues inaudisset cantus, edidit, at-
 que item reliquis insinuauit. Memorix proditur id quoque:
 in Torrhebia palude, seu lacu, quem dici item nymphæum
 volunt, esse nympharum insulas, quæ tibi arum cantu in
 ambitum motentur: propterea que Calaminas vocari à cala-
 mis: atque item Saltares, quoniam in symphonix cantu ad
 idus modulantiū pedum mouētur, vt Plinius scribit: tamen si
 à calaminis distinguere videtur. Clonas elegus poeta & epi-
 cus tibicinas regulas & concentus constituisse memoratur
 primus, sicuti Terpander citharædicas leges princeps om-
 nium peruestigasse narratur. Elegias, heroica item carmina
 Polimnestus Colophonius. Sunt tamen qui elegū carmen pri-
 mitus enunciatum tradant, à Naxio quodam Theocle furen-
 te siue is fuerat Eretrienfis, aut ab Callinoo, sicuti Terentia-
 no placet: ac inde ab Horatio dictum in Arte poetica, ex hac
 opinionum inter authores inconstantia:

Quis tamen exiguos elegos emisit author,

Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Olympus Phryx tibicinicā primus ad Græcos intulit, & da-
 cylos Idæos, Midæ regis temporibus, & tibialem inuenit le-
 gem, quæ polycephalos dicta est, fortē non diuersa à nomo,
 quem xynauliam siue synauliam vocant. Ea verō est, quum ti-
 bicines duo incinunt idem: aut certē, vbi cithara & tibia con-
 centum faciūt. Fuit autem Olympus hic Marsiæ discipulus,
 & citharædus vbius scripsit, & dγυυυιυυις, id est tibicinas leges
 & lugubres. Tibia verō vsus Hyagnim primum volunt, aut
 sicuti Apuleius inquit) primus in canendo manus discapa-
 nauit. Primus duas tibias vno spiritu animauit, primus



dextris & læuis foraminibus acuto tinnitu & graui bombo
concentum musicu miscuit. Porro sunt qui Apollinem non
citharam modo, sed etiam tibiā inuenisse tradant, Cui rei
argumento sit simulacrum Deli, cuius dextra teneat arcum,
læua gratias sustineat, quarū singulæ singula musica instru-
menta manibus gestarent, vna lyrā, tibiās altera, media fistu-
lam tenet ore. Puerum præterea, qui laurū tempicā Delphos
inferebat, tibiæ pone affestabatur. Et quæ ex hyperboreis sa-
era mittebantur, nō sine tibiis, fistulis, citharis fuisse memo-
ratur. Sunt autē fistulæ, quas syringas vocāt, generis nō vnus
est enim quæ dicatur monocalamos, à Mercurio inuenta, se-
cut à Sileno polycalamos, à Marsia ceroderos. Scire conuenit
tamen, syringos notionem esse non vnā, quippe est quando
appellatione ea in rotā foramen iniecta portio axis intelli-
gatur, quin & foramen ipsum. Meminit Sophocles.

*κάρθ' αὖ τῶν ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς σῆδου ἔχον,
ἔχουσι δὲ οὐρανῶν.*

Oblongior item follā dicitur syrinx, sed hastæ repositorium
quoque. Syristen vocat inter græcos marem, id est *euasien*.
Syriscum esse vas tradunt plexile, in quod coniciantur fici
sed hyrisū pronunciant alij. Syriam pro crassiore accipiunt
indumento, pinguioreque à *κυύργη*. Vel quod in Cappadocia
quam Syris contribuunt, confici solet. Syrma in Lacedæ-
mone certamen erat, præmio proposito, quod ex farina &
melle, nuncupant syrmeam.

*Quæ musica probis admittenda moribus: item qua in-
strumenta censeri improba debeant. Magadis, ma-
gma, ecmagma, crocomagma, spadicary. Quintilianus
declaratur de spadicibus. Hypospady, sibia, pacti-
des. Baia. Baius color. Balus. Balus equi. Barbatus
brabyla, psalterium. naua, nablas, nablistæ, pandu-
rista, crembalum, sambyce. De iynge plura paulo
& vulgata minus. Quintiliani locus de psalmo, ubi
plasmate forsitan reponendum, quod quibusdam
placet.*

CAP. IIII.

Cæterum iis omisis fortè præstitit Aristotelica subre-
xere placita: Melorum (inquit) distinctionem, qui in phi-
losophia

losophia versantur, eam afferunt: vt aliam dicant moralem:
aliam effectiuā, id est *ωργανική*: aliam verò *ὑποκειμένη*, hoc
est abstractiuam. At Cato De liberis educandis: Melos alte-
rum, inquit, in cantibus bipartitum est: vnum assa constat vo-
ces, alterum vocant organicon. Proinde pergit Aristoteles: Ti-
biæ in disciplinam recipiendæ non sunt, nec aliud artificio-
sum instrumentū, vt est cithara: verum quæ auditores efficiūt
bonos, tibia prorsus moralis nō est, sed magis *ἔργων ἰσχύς*, id est
cōcitatix. Adde quod & sermone vti prohibet, & faciem de-
format ita, vt ne à familiarissimis quidem pernoscaris. Pro-
pterea apud Plutarchū Alcibiades inquit, filij Thebanorum
quum disputare nesciāt, egregiè tibiis vtantur. Quin & à Pal-
lade, idem inquit Philosophus, nō alia magis causa abiectas
tibiās, quas illa repererat: vt ipse vult ex fabula, quam *Διὰ τῆς
ἡρηνόου ἰσχύος τῶν ὑποκειμένων*, id est ob faciei deformitatem. Ti-
biarum consuetudo cœpisse videtur post Medicas victorias,
quum Græci iam de se magnificè sentirent, desita verò Athe-
nis disciplina ea, Alcibiade auctore, quum percrebuisset, ab
illo abiectas infractāsque tibiās, pudefacto deformitate oris.
Quod in commentario Pamphila nono & vigesimo scriptum
fuisse, adnotatū Gellius reliquit. Improbata itē sunt & instru-
menta alia, vt pactides: quanquam apud Pollucem scribitur
pactides, apud Plutarchum item alicubi. Est verò organum
cithordon, vt scribit Sopater, quod & magadis est, vt arbitra-
tur Sappho: Aristoxenus disparasse videtur, quum ait, Maga-
din & pactida sine pleetro venire in vsum psalmo tantum. Ab
Herodoto proditur libro primo, in bellum pergere solitum
Halvattem fistulis præcinentibus, ac tibiis, & pactidibus,
quod est fidibus, sicut interpretatur Valla. Pactida legitur
in Theocriti epigrammate. Scribit Anacreon, esse maga-
din psalticum organum, à Lydis excogitatum, vnde est apud
Theophilum *μαγαδίσκου* verbum, quod magadin pulsare
signat, Alicubi tamen Aristoxenus, auctore Athenæo, pro
eodem videtur accepisse. Sunt qui pactide vsum in primis
Sappho tradant, Organa hæc liquido distinxit Diogenes tra-
gicus, atque item Phillis Delius in secundo. De musica. Ma-
gadin nuncupatam credit Duris à Magdie, qui fuit genere
Thrax. Magadin esse psalterium, putat Apollodorus. Magma
ta verò Græcis vnguentorum dicuntur feces: sicut ecmagma
vocatur conspersio, & subacta massa. quanquam Galeni



astipulatu crocomagma eodem censetur nomine: quod crocini olei fecem indicat. Sed & barbiri, & quæ ad voluptatem tendunt, heptagona, trigona, sambyca: postremò quæ chironicam deposeunt scientiã, hoc est peritam manuum gestulationem, omnia reiiciuntur. Euripides eos coarguit, qui lyra in poculis vtuntur: Ad irã enim (inquit) potius, luctumque adhibenda musica est, nõ in super cantu addecer soluere, qui iam voluptatibus distrahitur. Fabius quoque musicã reiicit ab oratore suo, quæ perfectũ concipit & format, quæ in scenis effeminata, quæ que impudicis fracta modis sit. Item psalteria & spadicæ, etiã virginibus probis recusanda scribit. Quum tamen in Themistocle Plutarchus illum scribat nescisse lyrayti, & psalteriũ tractare. Verũ quia in Quintilianum impetimus, & locus hic quem aduocauimus, adhuc facelsit negotium multis, nõ satis percipientibus, quid sibi velint spadicæ hac parte, quum scribat Gellius: Spadica esse Doribus aulisum e palma termitem cũ fructu. Atque item in libro secundus, vbi Georgicon tertio, Poëta de equis ait:

Honesti spadicæ, glaucæque.

Spadicæ, inquit, phœniciatos vocant, id est professos myrteos. Ad quod item spectare illud Firmici cõtenderim ex Mætheos tertio, qui Veneris recensens decreta per singulas constellationes, illam facere quãdoque linteones scribit, ac plumarios, quandoque verò tinctores, & spadicarios, aut textores, vel pigmentorum inuentores. Verũ vt ambigere tandem desinant, ex thesauris Iulij Pollucis nubulum omne tollemus. Sicut etiã testati abunde sumus in gymnasio Patauino, quã Oratorias institutiones provincialibus magno numero explicaremus. Nam inter organa musica, spadix ab illo reponitur libro quarto, vbi ita scribit, Inter ea quæ pulsantur, est lyra, cithara, barbitõ, quod ipsum & varymiton dicitur ab Anacreonte excogitatum primo: vel (vt Pindaro placet) à Terpandro, vt esset pactidi Lydiæ *αὐτὸ γένηται*. Barbilos autem, sicuti ex decimo in *λαγὼν πρὶ γυμνασίου* dicimus, vocatur de olive perfici enata arbor. Brabyla verò sunt Theocrito, quæ communius cocymela dicuntur, id est damascena pruna: vnde imperitoribus nõnullis obrepisse opinor, vt id genus poma vocent brombas. Chelys, psalteriũ, phœnix, spadix, lyrophœnicium, clepsiambus, pariambus, iambyce, scindaplus, epigonum.

neum. Palmarũ porrò cum fructu termites baia quoque nũcupant: vnde proreperit bauius in equis color: quanquam & balius dicitur, sed varius Euripidi intelligitur. Balias ceruicam legimus, id est *καὶ αἰσιντορ*. Balias ventos accipiant violentos: nam & balias equos, celeres intelligunt poëta. Hypo spadij, ad spadicæ nil pertinēt. Sunt tamẽ eo nomine, quibus ab ortu *ὄρθησα*, id est vrinæ meatus demissior est, sub eum qui dicitur Canis. Psalterium verò, quod improbasse Fabius videtur, sicut & M. Tullius De responsis aruspicum: alio modo etiam nauia dicitur, vnde nauia quoque deducãtur, diminutina forma. Nam Ouidius ita cecinit De arte libro tertio,

*Disce etiam duplici genalia nauia palma
Vertere, conueniunt dulcibus illa modis.*

Quæ quidem mirẽ cõgruunt verbis Quintiliani. Nauia verò meminit etiã Philemon, vt refert Pollux: & Sophocles,

ὄρθησα λυγροτέρη, ἢ νόρθη φλαα.

Nablas legitur apud Athenæum, quem excogitarint Phœnicæ primi: vnde & nablistæ, sicut panduristæ, à pandoro vel pandura, vt est apud Varronem & Martianum, quam ex marina lauro compingunt Troglodyta. Vnde nouatum Lampidio pandurizare verbum, id est panduram pulsare. Sunt tamen qui à psalterio nauia distinguãt: quando psalmi concentu, & modulis instrumenti eius canebantur. Et in magno mysterio, magnum prophetam eodem vsũ, prodit historia. Alexander Cytherius, vt tradit Iubas, psalterium primus impleuit chordis. Psalterium etiam Latine organum dici, nihilominus conuuiuis inferi solitũ ad libidines excitandas, Ambrosius author est. Id comprobasse & Macrobius videtur in Cœnis, libro tertio. Propterea ex iis perpendendum amplius, an in Quintiliano, vbi de carminum lectione agitur, sic legi omnino debeat, Nec psalmate, vt nunc à plerisque sit, effeminata. Carterũ publica lectio psalmate. prafert, ac qui hætenus sunt interpretati, sic agnoscent prorsus. Psalterij meminit in Symposiacis Plutarchus. Quidam laudatum item vocant. Videtur decem chordis fuisse instrumentum ex illo prophetico: Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite ei. Hinc fortẽ, polyphthonga vocauit ea in Moralibus Plutarchus. quo in loco etiam tribona inter musica recenset instrumenta, id est *τρίβωνα*. Psalmum proprie Græcorum scientissimi ex



grammaticis citharæ interpretantur sonum. Octauam esse musicum instrumentum, de chordarum numero ita ex Hebraica tralatione nuncupatum, super Psalmos scribit Nicolaus theologus. Lyrophœnica sambycem nominat Athenæus, ac fuisse Ibici poëta Rhegini inuentum, tradit. Fuit & crembalum organum, vnde *κρημβάλιστον* verbum, eo sonum elicere indicat. Sambyce vsam primo sibyllam, produunt aliqui, à Sambyce quodam inuenta, vnde & nomen. Est vero organum id, oxyphthongon, quo tetrachordo Parthi sicut vii, ac Troglodyte. Sunt qui iynga fuisse antiquis citharam cantus prædulcis tradant, vt inde omne quod expetas iucundius, rectè iyngas dicas. Caterùm auitij genus hoc nomine intelligunt alij, caudam perpetuo quatientis cõciliantisque amorem. Est porrò plumis varium, colli ac linguæ productioris, sed collum identidem circumagit inflectitque, phaltris accommodum & excantaminibus amatorijs: pendens enim ex rota agitatur, aut cum cerea amburitur rota super ardentem prunas. Tradunt alij, eius interanea explicari rota circumuoluta. Auem hanc præmonstrasse Iasoni Venus dicitur prima, vti Medeam præmulceret. Putant illud quoque, Iynga puellam fuisse Pithus vel Echus ex Pane siliam, qua cum pharmaniis in *ισ* amorem prolectasset Iouem, ab Iunone sit in auitiam sobolem adoptata, de hac Aristoteles quoque, ac ceteri nonnulli. Quin traditur illud quoque, Omne medicamentũ amicitiæ cõciliandæ adiectũ, rectè iynga vocari.

Fabij locus ex primo libro explicatur. Vocis figura triplex. Dicrotos pulsus. Vocẽ quãdã dici dẽdryazusan. Dorcadissãs pulsus q. De cycno nõnihil scitu haud indigñũ prorsus. Vocis abscissioes qua intelligãtur. c. V.

Verùm quia Fabij nodum paulò antè exsoluimus, & sermo de musica est, age locum haud paulò implicitiorem authoris eiusdem explicare pergamus alterum. Sunt autem Quintiliani verba ex libro primo hæc, Sic autem lectio virilis, & cum suauitate quadam grauis, nec profrã similis, quia carmen est, nec tamen dissoluta in canticum: de quo genere (inquit) optime C. Cæsarem prætexta tum adhuc accepimus dixisse. Si cantas, malè cantas si legis, cantas. Hæc nisi quis altius introspexerit, & ad exactiorem

ctiorem libram reuocarit, non satis profectò nobilissimi authoris senza penetret, cupiatque apertioribus (vt dicitur) tibiis enarrari. **Quare**, quod nobis muti insinuarunt magistri, quod & in aliis fecimus, faciemusque, iam hinc appingemus. Sic igitur legimus, Vocem omnem esse *μωρὴν*, quæ continua: aut *διωρὴν*, quæ dicitur cum interuallo suspensa. Et continua quidem est, qua loquentes, vel profam orationem legentes, verba percurrimus: festinat enim, præproperaque tunc vox est, nec hæret in acutis aut grauibus sonis, sed celeriter omnia connectit, expeditisque sensibus, exprimendisque sermonibus continuæ vocis vsus operatur. Diastematicæ autem, siue interuallata est, quam canendo suspendimus. In qua non tam sermonibus, quam modulis inseruimus: est que vox ipsa tardior, & per modulandas varietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, sed suspensæ ac tardæ potius cantilenæ. His, vt Albinus autumat, & author comprobat Boëtius, additur differentia tertia, quæ medias voces possit includere, quum scilicet heroum poemata legimus: neque cõtinuo cursu, vt profam: neque suspensio segniorique vocis modo, vt canticum. Scribit in Lexico rhetorico Aelius Dionysius, à phonalcis vocem quandam dici *ἀντιπάλσιον*, id est amœnam, vt volunt aliqui. Est vtique *ἀντιπάλσιον*, sub quercus aut arboris cuiusuis vmbra humiliter confugere, quod ante inuētās domos fecisse veteres constat. Signat id item verbum, in aquã mergari oculique. Nec sanè mirandũ, ex arboribus ad vocis rationes vocabuli factam tralationẽ: quando & apud medicinæ peritos ab animalibus ad pulsus indicia conformantur quandoque dictiones. Nam, inquit, si arteriæ motus non perseveret cõtinuus, & intercisus à celeritate transeat in tarditatem, aut ediuerso, *μωρὴν* appellatur pulsus hic, id est inæquilo. Quòd si interuallatus cõquiescat, ac mox cooriatur velocior, *δορκαδίσσιον* vocatur, id est dorcadissans. Quæ nuncupatio de animalis producta in cursu natura est. Dorcada Hieronymus capream interpretatur. Origenes, *παρα τὸ ἕως ἄγειν*, dici opinatur. Si verò à diastole recurrat priusque quàm omnino cõtrahatur, rursum percutiat *ἀγλιον*, id est tactum, *διγυρὸν* vocatur à percussu geminato. Nam & dicrotò dici biremem, ex humanioribus ignorare potest nemo. Microsphyctos vocant, quis pusillus est venarum pulsus. Plura sese ingerunt

mulò, verùm ne hæc quoque modum exceſſerint, vt parerga vehementer ſum veritus. Sed illud non præteritum in tanta muſices meatione, moleſtè (opinor) feret nemo, canentem cycnum à pauciſſimis auditum, etiam ſi vulgatioꝝ fama tenet, ingruente fatali momento, *ἡ φωνὴ αὐτοῦ ἡγεῖ ὀδυρόμενον*. Auctor tamen primò Variæ narrationis Aelianus eſt, audiſſe quandoque ſe canentem cycnum. Sic enim ait, *ἔγω δὲ ἔδειξά τι μὲν ἡννοῦσα*. Quoniam verò animal ſit *φιδόδιον*, Græci *κύκνον* vocant eius melos. Appendix autem illud erit, ab Ariſtotele cycnum vocari *καλλιπάραια ἡγεῖ πικρὸν πικρὰ*, quia plures producat, & ſpecioſos fœtus. Quam porrò reſuſam vo cem dicunt Latini, *φωνὴς ἀπικρῆς*, id eſt vocis abſciſſiones appellare Græcis eſt mos, id eſt maximam quaſi raucedinẽ. Apud Theocritum vox trychna, velut ſtrychna, pro molli uſurpatur, quia eiufmodi cenſetur herba ſtrychnos.

Muſica triplex. Organorum item muſicorum diſtinctionio. Cruomena, enchorda, proſoda, pneumatica, hydraulica, citharodia, aulodia, lyrodia, proſodia. Citharis, cithara differunt. De lyrio, & loto. Lotagei. Spodialia. Ciceronis locum explicatur.

CAP.

VI.

Sunt porrò è celeberrimis authoribus, qui muſicã eſſe triſpicem tradunt: mundanam, humanam, organicam. Et mundanam quidem ex cælorum concentu inenarrabili deprehenſam aſtruxere, necnon ex elementorum nexu mutuo ſubtilitatis immenſa. Sed & mira temporũ varietas id ipſum iuuat argumentum. Quo enim pacto fiat, vt tantorũ orbium rotata vertigo, tacito, ſilenti que feratur ambitu, etiam ſi nobis minus audientibus, miranda ſonorum tranſeat iucunditas? Hanc Plato aſſeruit, hũc conſectari omnes approbarunt, nec Boëtio diſplicuit, etiam ſi ſæpe Ariſtotelico. Tradere Homerus quoque eſt viſus, Heraclito Pontico interprete, quum de Apolline in Græcos irruente, ita canit,

ἠλάξατο δ' ἄρ' ἵππῳ ἐπ' ἄμμου χρομένον

ἄντοσιν ἠννοῦσα

Humanam verò muſicam facile perceperis, ſi in te ipſum (quod Perſius inquit) deſcendere incipias, & miraculum diuinum amplius expendas. Etenim quæ viſ alia ſpiritualem vigorem

gorem mentis compotem, mortali ac terrenæ compagi fermentat, adglutinat, continet, ad præſcriptam perducit metam, niſi coaptatio quædam, & veluti grauium leuiumque vocum, quaſi vnã efficiens conſonantiã temperatio? Quid animæ poteſtates tam diſſentaneas, & compugnantes ſæpe conſpirare facit: quã ex rationali, & rationis impote vi conſtari, Ariſtoteles ſenſit, & docuit? Quid verò corporis elementa conciliat, aut rata firmãque fermentatione continet partes? Quam verò organicam nuncupant, ea iam ad inſtrumenta ſpectat, quæ varietatis ſummæ pro ingeniorum captu artiſex peritia excogitauit. Hæc verò aut interiore perficiuntur, vt neruorum contemperato tractu, aut ſpiritu, vt in tibiis vel his quæ aqua cõſtant ratione: aut percuffione quadã, vt in his quæ virga area feriuntur. Quæ neruis intenduntur, crumena vocant, aut enchorda, vel etiam *ἑντάρα*, & proſoda, id eſt *πρόσολα*. Quæ ſpiritu inflantur, pneumatica dici valent: vel, vt Plutarchus, *ἑμπανευστά*. Sicut quæ propellit aqua, hydraulica, etiam ſi in architectura ſua item ſunt *πνευματικά*, & hydraulica inſtrumenta, à Creſbio excogitata primũ, vt Vitruuius ſcribit: & eſt à Plinio repetitum Naturalis hiſtorie ſeptimo. Domus, inquit Ammianus Marcellinus, auditorum ſeriis cultibus antea celebratæ, nunc ignauie ludibrii torrentes exundant, vocali ſono, perſtabili cantu ſidium reſultantes: denique pro philoſopho cantor, pro oratore artium doctor ludicrarum accitur. Et bibliothecis ſepulchrorum ritu in perpetuum clauſis, organa fabricantur hydraulica, & lyra: ad ſpeciem carpentorum, ac ingentes tibiæ. Citharis & cithara diuerſa ſunt, vt ſcribit Ariſtoſenus in commentatione *πρὸς ἑγγύους*: nam citharis lyra eſt, qua vtentes vocantur cithariſtæ, quos & *λύραδες* dicunt. At cithara eſt, vnde citharœdi vocantur. Diſtinctionem hæc contra Timarchum agnoſcit Aelchines, & ab Ammonio repetitam ſcio, hinc citharæ cantus, citharodia nominatur: ſicuti tibiæ, aulodia, lyra, lyrodia. Critias verò citharœdicos cantus etiam proſodias appellauit. Ex grammaticis theſauris illud eſt, à lyra dici lyrion, forma diminuta, vt à thyra thyrion, à comẽ comion, id eſt viculus. Erant & loti tibiarum genus epithalamium: vt illud in Epigrammate,

Ἄντοσιν ἄχων, ἡγεῖ θάλαμον ἐπὶ λατὰ γυναικῶν βύρη,

id eſt, inſonabant loti, & thalamorum perſtrepebant ianuæ

Sunt tamen qui in loto priorem corripiant syllabam. vt *Αὐτὸς ἑστὶν ἡ πρῶτη λέξις*, & esse calamiscum interpretentur, vnde dicantur lotages, qui lotum exercent. Spondalia, sunt spondaica ratione concinnati cantus, quibus utebantur in rebus diuinis, vt melodiis longioribus prospera Deorum voluntas sit maretur: qua ratione Pompilius Numa spondeum & pontificium dixit: vnde Ciceroni lux infertur De oratore libro secundo: Quum ex persona, inquit, mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur spondalia illa dicentis.

Tibiarum species. Proverbium, Quid opus erat longi me tibi incinere? Plagiolos, Hippophorbos, Tibiarum inuectores. Sirtes. Phorbion quid, Phoringia. Papini ex Thebaide locus explicatur. Proliion quid. Proemium. Prologus. Item dianlion. Thebanorum in tibijs præstantia. Item Pronomi tibiicinis. calamaules, rhapsaules, matroa, diopi, gingras. Tibia dextra, & sinistra. Athena tibia. Tibia pares, vel impares. Cantica. Diuerbia. Thebanorum vituperatio. Glottoconion. Sibene. Crupezia. Tibiarum longarum in sacris usus.

CAP. VII.

Tibiarum verò species inuenio plures. Sed prius Dionis proferamus historiam & enarrationem: Quum post arreptum, inquit, imperium Otho sacrificaret primo, dicitur portendi animaduertit: quamobrem facti poenitens, *τι γὰρ μοι, inquit, ἡ μακροὶ ἐστὶν ἀόρατος*: quid erat opus longi me tibi incinere? Est hoc, inquit Dion, parcmiodes in eos, qui extra quam sit eis accommodu, quippiam adoriuntur: id est, *ἐν τῷ ἑστίῳ πρὸς τὸν ἄλλο ἀνθρώπου*. Tanquam dicas, Quid necesse fuit imperium inuadere, ac pro adepto diis sacra obire: quum omnia cellura in perniciem videantur? Verum ad tibijs redeo. Est quam Libyes plagiolon vocant, ex loto. Elimos ex burxo est, inuenta à Phrygibus. Sicut hippophorbos scenetæ Libyes excogitarunt, & in equorum pabulis vtuntur, sit ex lauro. Phorbion, vt hoc interim non taceamus vocant Græci, vt Aristophanis enarratores explicant, tibiicinis ori circumpositam pellem. *rimam*

rimam concipiat labellum. Monaulus Aegyptiorum inuentum est, hoc est Osiridis, vt aliqui interpretantur, qui & photinga excogitarit etiam, vnde & photingia. Sunt autem ex loto, inde & lorinæ tibiæ dicuntur. Meminit monauli in Thamyre Sophocles. Censetur verò hæc nuptialis maximè, Tityrinon quidam item vocant. Fuit verò monaulus, qui postea dici cepit calamules, id est calamo incinens. Nam rhapsaules est, qui calamen inflat, id est stipulam. Tibiam poëtæ etiã Libyn vocant, vt scribit Duris: quia Sirtes aulicæ inuentor, Libys esset, Nomadū vnus, qui & quæ matroa vocantur, id est *ματρώα*, cecinerit primus. Matroum apud Smynam celebrat Strabo *ματρώα* libro quarto decimo. Interpres eo nomine matronarum accipit locum. Ipse malim Matris deum sic templum dici, quod alicubi hoc opere liquebit. Scribit Plutarchus, Lycurgum rhetorem vbi iam è vita demigrandum aduertit, in matroum ac buleuterium ferri se iussisse, vt eorum quæ in republica gessisset, poenas daret, si quid foret delictum. Phryges item tibiam inuenisse lugubrem memorantur, qua & Cares sunt vsu: scilicet enim Carum inuentio. Produunt ex nostris etiam nonnulli, Lydiis tibiis læta concinere, veteris fuisse moris, Phrygiis verò tristia: quoniam tres habent tibiarum modos, Ionicum, Lydium, Phrygium, quod & barbarum. Ex iis verò innotescit amplius, quid sibi Papinius velit, quum Thebaidos sexto ita canit.

Quum signum luctus cornu graue mugit adunco

Tibia: cum teneros suctum producere manes

Lege Phrygium mæsta.

Dignum scitu quod tertio Rhetorico legimus apud Aristotelem, quod ne intercitat, hic protinus implantabimus. Proemium, inquit, est orationis exordium: id in poëti nuncupatur prologus: in tibiarum verò intentione, proaulion: quod (inquit) liberum est, sicut in demonstratiuis principia. Sed ad rem. Tibiarum quædam legimus vocari parthenias, quædam verò pædicas: item Andrias, quæ dicuntur teliz & hyperteliz: sunt & citharisteriæ, ac dactylica. Nam Phrygiæ etiam elymos dicunt. Habentur & diopi, muscopi, & hypotreti, necnon hemiopi. Diopos bifores intelligimus, sicut semifores hemiopos, quæ epulis adhibentur. Proinde in Plauto sunt, qui semi sonarios artifices ad hoc referendos putent. Elymos etiam scytalias dicunt. Theriam tibiam ex *hinna*

hinnulorum ofibus, concinnarunt Thebani, ære obductam forinfecus. Cornu incinūt Tyrreni. Minutula tibia gingras est, seibilem & ipsa emittens sonum, à Phœnicibus comperta, vnde & nomen: nā Phœnicium lingua, gingram vocant adonim. Gingricarum tibiaram meminit in Polyhistore Iulianus Festus. Sed Pompeius Festus putat, ab anferum voce nuncupatas: Qui, inquit, dicuntur gingrire, Meminit Athenæus: sed tibus vocari gingros scribit. Tibia dextra inquit Varro, alia est, quàm sinistra: sic tamen, vt coniuncta censeatur, siquidem est altera carminis eiusdem modorum incentiua, succentiua verò reliqua: nam sic pastorum vitam dicimus incentiuam, quia vetustior: agricolarū, quod recentior, succentiua: quam rem doctissimus comprobat Dicæarchus. Sic ergo pastorali succinit agricolario, vt inferior, sicut tibia sinistra dextræ foraminibus. Pares autem tibiæ dicitur, vel impares: quoniam si quando artifex monodio agebat, vnā modo tibiam inflabat, si quando synodio, vtrāque. Monodium intelligo, quum vnus aliquis è scena cantum profert, nec chorus simul. Porro vbi canebat chorus, tibiis choricis, id est choraulicis concinebat artifex. In canticis verò pyraulicis respondebatur. Cantica in Comediis intelligimus, vbi vnus modo loquitur. Sicut diuerbia vocantur, quum diuersæ agunt personæ. In choris nullus est certus numerus. Scythæ androphagi & melanchlani, ac Arimaspi aquilarum & vulturum ossa tibiaram vice inflant. Celtæ ex calamis fistula vtuntur, atque item Oceani insulares. Apud Aegyptios polyplithongos tibia ex hordeaceis calamis compingitur. Fuit & tibia dicta Athena, qua Nicophelen Thebanum in Mineruæ hymnis vsum memorant. Fistula, quam tonarion vocant. C. Graccho præcipuo suorum temporum oratori, muscus, quibus deberet intēdi, modos incinebat. Diaulion in scena dicebatur, vbi tacentibus omnibus intus concinebat tibicen. Thebanos præcipuè inter Græcos tibiaram artificum musica præcelluisse: ac inter Thebanos Pronomum tibicinem disticho comprobatur, quod & apposuigratum, opinor, facturus toto pede cum Græcis, vt nunc est, contrahentibus.

ἄλλας μὲν, ὅσας ἄρα ἔστιν ἰσχυρὰ ἐν αὐτοῖς.

ὅσας δὲ, ἰσχυρὰ, ἠὲ ὅσας ἰσχυρὰς

Alias Thebanis negotiū faceffunt authores Græci, vt micropsychis ac gulæ mancipatis: vt qui thria concinnarent, ac enarfilo

hlochos, & hallantas, necnon schelidas, quibus etiam Mardoneum excepere cum Perfarum quinquaginta. Tibiarum repositorium vocant γλωττόσιμον & οὐλίον: nam crupezia, tibicinum sunt calciameta. Tibiis incinuisse longioribus olim inter sacrificandum, Plutarcho credimus, & indicauit Dion. In tibicines illud est apud Græcos concinnatum,

αὐτοὶ μὲν αὐτῶν τοὺς ὄρους ἐν ἑσπερίῳ,

ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ πύργου ἢ τοῦ ἰσχυρῶν,

id est, homini quidem tibicini mentem non ingenerarunt tibi, sed simulac tibus inflat, diffatur mens.

Nomos in musica quid. Nekomum species. De polycephalo & orthio nomo pluscula. Castorum melos. Castoreum. Laconici regis mos. Paanes duo in bello. Carny moduli. Carnia festa. Carna dea. Augustini locus pensitatur de Iano. Sciades loca. Carreica. Fabaria calenda. Caranus quid Persarum lingua. Nomos, hyponomus, nomus. Hyponoma vlcera.

C A P. VIII.

Legimus præterea subinde in musica dici nomos. Id verbum haud ita imbutis perpolitisque parere difficultatē potest. Proinde sciendum, in carmine, ac cantilena, nomen significare qualitatem vocis ac moderationem, qua vel remissiore vel acutiore vtimur. Eandem itaque cantilenam duobus tribusve nomis modulantur musici. Ratio autem nominis ea est, quia Græcè nomos, lex est. Veteres autem prius quàm literas scirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mandarēt: quod temporibus suis in more Agathyrhis fuisse, Aristoteles scribit. Ergo primas posteriorum cantilenarum eodem appellarunt nomine, quo omnes vocabantur superiores. Terpandri nomos celebrant Græcorum scientissimi. Alij à gentibus denominationem trahunt, vt Aeolius & Bocotius: ab rhythmis alij, vt orthius & trochæus: alij à modis, vt acutus & tetræodus: alij ab ipso & amasio, vt Terpandrius & Capion. Fuit & ab euentu nuncupatus Polycephalos nomos: nam obruncata ab Perseo Medusa, inter superstitios fores luctus est exortus haud mediocris, sed & serpentum syrigmus, id est sibilis ex earundem inaudiebatur capite. Quo velut concentu quum oblectaretur Pallas, ex imitatione aulicæ exco

excogitauit, quam de serpentum numerosis capitibus etiam polycephalon censuit nuncupandam. Sunt quibus arrideat amplius, polycephalum dici, quod quinquaginta afforent viri, incinente tibi sine, ex quibus constitueretur chorus. Quidam etiamnum *λυπαρὰς* proœmia intelligunt, velut proœmiis multis constans cantus dicatur polycephalos, quem ab Olympo compertum memorant primum. Orthios dici videtur, quod extensus foret ac robustus. *ὄρθιον* Græci dicunt, in altitudinem surrectum. Orthius, inquit Martianus, ex tetrasemi elatione, id est arsi, & octasemi positione, cōstat, ita vt duodecim tempora hic pes recepisse videatur: propter honestatem positionis sic nominatus. Orthia tamen phalaſ dicebatur, quæ procederet in cornu, profunditatem habens longitudine maiorem. Dianam orthiā Seruius fascelidem intelligi voluit, vt quibusdā placere animaduerto. Orthiam tamen inuenio in Apophthegmatis Plutarchi, in cuius ara cæderent pueri, qui dicuntur Bomonica: quanquam in Lycargo, augurij nuncupauit aram. Sudas nunc orthion legit, orthion quandoque: quibusdā nomen in insectentibus à diluculo, quod vocant *ὄρθιον*. Scribit Pindaricus interpres, esse in Arcadia Orthusion montem, siue Orthion: vnde Orthosia dicitur Pindaro Diana: quæ ab alijs etiam Orthiani, inquit, malis ita nuncupari, quoniā parientes surrigat. Orthia Dianæ meminit in Theseo Plutarchus. Sed interpres, orthium dicitur chorum est opinatus. Quæ de orthij etymo prius apposuimus, à Gellio comprobari videntur, vbi ex Herodoti libro primo, super Arione fabella repetita, illum scribit, impetrato à nautis vt canere liceret carmen illius consolabile, tunc quod orthium dicitur, voce sublatissima cantasse. In quo aduertendum obiter, in septem sapientū conuiuio Plutarchum scribere, adortum Ariona nomon pythicon cōcinere pro sua & nauis salute. Pollux verò tibiæ sonum, orthion dicit: vnde, inquit, orthios nomos. Polymnestus orthiorum poeta celebratur. Nomi huius meminit in libro De regno Dion. Non enim hunc ad belli ardorem excitandū vim habuisse, scribit Eustathius: nam concinnente Timotheo, velut furēs ad arma profiliuit Alexander. Significat ipsum hoc vel Homerus Iliados rhapsodia vndecima. Meminit & Maximus Tyrius. Castorium melos Laconicum erat, quo utebantur in præliis, vt fortiter & audenter agerent, mortēque contempnerent: sicuti plu

Plutarchus abundè testatur. Quin & rex ante quā pugnas iniret, rem diuinam Musis faciebat, quo & oratione & memoria in primis digna promerent facinora. Græcorum autem mos fuit, duos concinere pæanas, Marti quidem in hostibus congregiendis, Apollini mox bello absoluto. Illum priorem, enhyalium vocat. Castoreum autem obiter testes intelligimus animalis fibri, siue castoris: vt libro trigesimo secundo Plinio traditur. Virosa castorea ex Ponto mitti cecinit Virgilius: quando, vt scribit Strabo, inibi venenosa habentur. Castorium denique melos dici interpretantur, quod armatam saltationem Dioscuri compererint primi, quum *ἰρκασινοί* forent planē. At Dioscuris Palladem primam Enoplion incinuisse nomon, prodidit Epicharmus. Ex quo præcinete tibia, congregi cum hostibus adorti Lacones sint. Est & castorum insecturæ species. Castoreum colorem Græci cinereum intelligunt. Carnios item modulos legimus quandoque: constabant hi, vt videtur, neruis pluribus: nam Timotheum carniis id genus deditum modulis Ephorum vnus, arrepto gladio interrogauit, ex vtra parte neruos abscederet, qui supersessent ad præm. Carnia verò festa item erant Sparta (vt puto) Apollinis, qui etiam carniis dicebatur. Militaris vitæ imaginem ea præferabant. In nouem locis, quæ Scia des dicebantur ab vmbra scenice similitudine, noueni epulabantur viri, diebus nouem. Inuenio apud Græcos, Carnea primam vicisse Terpandrum. Hinc certè nuncupatos scimus Carneonicas. Carneorum denique mentio est Herodoto libro septimo, atque itē octauo. Carnios sacerdotes fuisse apud Sicyonios, auctor Eusebius est. Praxilas ait, à Cranio nominata Iouis & Europæ filio, quæ amauerit Apollo. Aleman, à Caraneo Troiano, Demetrius, à *καρίαις*, quod est *καρίαι*. Siquidem Menelaum memorant, ad Troianum bellum profecturum testatæ hanc vouisse, si rem perfereret. Sunt qui Carna dici putent à Græcis festa, quoniam equus dureus è carnio ligno fuerit compactus. Carna verò dea erat in Latina historia, quam vitalibus humanis præesse credebant. Ab ea petebatur (Macrobius inquit) vt iocinora, & corda, quæ que sunt intrinsecus viscera, salua conseruaret. Huic templum dicauit Brutus, quia cordis beneficio publicum statum emendasset. Hanc esse cardinis deam intellexit sexto Fastorum Ouidius. Et Iunias calendas, quas vulgò Fabarias dicunt: quia



quia fabæ adultæ diuinis adhiberentur rebus, illi sacras veteri tradidit ritu illis versibus:

Prima dies tibi Carna datur, dea cardinis hæc est:

Numine clausa aperit, claudit aperta suo.

Iani porrò cum hæc concubitum celebrat idem poeta. Quod ignorasse Augustinus videtur, quando Diuinæ ciuitatis septimo ita scribit: De Iano non mihi facilè quicquam occurrit quod ad probum pertineat, & fortè talis fuit, vt innocentiùs vixerit, & à facinoribus flagitijsque remotius. Sed in magnis viris hocce velut neuos haud mirer, quando & Hieronymus vir in doctrinis tantus, apud authores de Lyncurio nil sibi cõpertum fatetur: quò tamen lapilli mentio sit apud Theophrastum & Plinium. Carnius mensis fuit Græcis, què Metageniona dicebant Athenienses: Maium interpretantur nonnulli. Quod verò de nomo diximus, sciendum affectionem esse quæ Græcis dicatur *νομή*: quam Therapeutices quinto Galenus esse finit, quoniam depascēs proxima, serpat assidue ab iis quæ affecta sunt, ad ea quæ ritu nature se habent: re videlicet ab accidenti præmõstrata, non de substantia nomine accersito. Significare ipsum hoc & Plinius animaduertitur, quum libro vigesimo, mala corporis quæ serpant, dici nomas, tradit. Hyponomus ad præsens institutum pertinet nihil: sed de eo nomine Thucydidi signatur subterranea cauitas occultior: vnde *ὑπονομία*, id agere est: cuniculum interpretari possumus: Nomos item, accentiuicula in fine posita, Plinio præfecturam indicat: quando & Dioscorus Aegyptum in sex ac triginta distribuit nomos, id est leges, si interpreti credas. Satrapias nuncupat Herodotus quoque. Hyponoma *ἵππος* dicta Græcis, cuniculosa interpretantur nostri, vt quæ indirecta flexibus multis carnem subeant.

Arcadum studia in musicis. Virgilij locus enarratur ex Bucolicis. Artificum musicorum vituperatio, ex Plutarcho. Aristotelis sententia ad id ipsum De Stratonico citharædo incunda lectu. Fides frustra pulsare. Bos lyricus. Blityrion. Blityri. Scindapsus.

Musicam, si veram expendas atque legitimam, vniuersis hominibus conferre plurimū, cõstas bene sentientium opinio est. Arcadibus verò inquit Polybius, & necessaria maximè. Proinde ita receptum moribus apud eos est, vt non pueros modo, verum & adolescentes ac iuuenes ad trigessimam vsque ætatis annum ea disciplina imbuendos curent, quam sint alioqui difficilis vitæ homines austeriorisque, Cantu & choreis Libero patri ludos concelebrant, singuli pro ætatis ratione. Denique vita omnis id genus cantionibus studiisque impenditur. Ceteras artes apud eos ignorasse, nulla profum ignominia est. Musicam nescire nemo potest, quia necessario discitur. Eius imperitiã fateri, illic turpissimum est: nec id lasciuia causa, vel deliciarum, sed vt labores assiduos in colendis agris, & vitæ præterea duritiem atque asperitatem, & austeriores mores ex cæli tristitia quadam pronenientes, hac quasi dulcedine remoliant, ac contemperent. Huius autem rei argumentum ingens ex Cynethensibus est, qui quum instituta maiorum peruicacius aspernari cõpissent, in eam breui feritatem abiere, vt in nulla Græcia totius ciuitate scelera maiora, aut crudelitatis exempla æderentur immitiora. Ex iis verò quæ ex Polybij historia subsignauimus, dilucere manifestius opinor, cur vates Mantuanus in Bucolico ludicro subinde in cantilenæ mentione Arcadas plurimis efferre laudibus nõ desinat: vt etiã ita enūciat, *Soli cantare periti*

Arcades, Et rursum,

Soli cantare periti
Arcades ambe,
Et cantare pares.
Certe musica, paticeps disciplinæ est: vt præclare docuit Aristoteles: item ioci, & rationis ocij degendi. At enim cantores & citharædos sunt qui *ῥαυδοῦντες* vocent, hoc est viles: & opus illud non putent viri, nec sobrij, sed iocantis, argumentum quod Perfarum Medorumque reges per alios id tractantes, voluptatis sunt participes. Præterea de diis ita opinamur, veluti Iupiter ipse nusquam concinat, aut cithara vtratur, vti statuit poeta. Porro vt Plutarchus scientissimè docuit, quod & aliubi commonuimus, contemplari optima semper debemus, ne cõtemplemur solum, sed nutriamur quoque. Hæc vero sunt in operibus, quæ à virtute profisciscuntur, quæ aspectu ipso æmulationem quãdam & stimulos ad imitandum iniungunt: in reliquis verò etiã si admiratio insit, tamen sæpè contrarium euenit. Operi nanque afficimur, eius authorem con-



temimus, vt in vnguentorum, ac purpuræ ratione: his enim oblectamur, at infectores & vnguentarios sordidos ducimus. Ex quo sapiens id censetur Antisthenis, qui quum Ismeniam optimum audisset haberi tibicinem, At homo nequâ est, inquit, non enim si probus foret, tibicen esset. Et Philippus quum accepisset, filium suauius quodam loco cecinisse, vrbane est obiurgatus, Nonne te pudet, inquit, quod tam bene canere scias? Satis enim, superque est principi viro, canentibus aliis, audiendi supareffe otium. Idem & in pleiisque aliis obuenit, neque enim quisquam ingenuus adolescens, quum Pifæ Iouem esset intuitus, Phidias fieri concupiuit, aut Iunonem Argis, Polycletus, aut Anacreon, aut Philemō, aut Archilochus, etiam si eorum opera summa sit admiratione prosequutus. Verum enimvero his quæ contra musæam promūtur, occurrere facile est, si Aristotele tradente, dispiciamus acrius, quousque illi opera danda sit ab iis qui ad ciuilem virtutem erudiuntur. Et quæ melodia, quæve rhythmī sint perdiscendi, quibus item instrumentis vtendum. Nam in eo vtrique refert plurimum, estque in iis obiectionum solutio. Clarū quippe est, non oportere disciplinam eiusmodi impedimento esse ceteris actionibus, neque ad res bellicas ciuileque corpus efficere inutile. Quod erit vtrique, si in illa non elaborabunt vsque ad concertationem, neque admirabilia confectabuntur, & sapientia: sed eatenus vt gaudere valeant concentu probò, & rhythmis. Vnde item percipi licet, quæ ad musicam institutionem recipienda organa. Ceterum in hac musicæ praxi lepidū succurrit Stratonici citharædi scōmma, quo Propin Rhodiū prociudit facetissimè. Erat is corpore procerus, arte citharædica non bonus, & corpore inferior. Scitantes verò nonnullis, cuius nam modi foret is, Nullus (inquit) malus, grandior piscis. Postremum verò hoc adiectum ob infantiam hominis est. Fuit quippe Stratonico ingeniu ali- qui in numero semper, ducta vel hinc coniectura. Habet is in ludo noxem Musarū imagunculas, & Apollinis vnam, discipulos autem duos modo. Quum quesisset ex eo quidam, quor ei forent discipuli? Cum diis, inquit, duodecim. Luit idem in citharædum, qui diceretur Bos, lyra non peritum valde: nam vbi id inaudisset, Olim (inquit) dicebatur *βῶς λύρας*, nunc verò, *βῶς λύρας*. Porro extat in citharædos paromia, vbi incinentes nec cibo afficiuntur, nec capturis, *εἰς ἀσπίδα*

λύρας τὰς ἁρπάξαι, id est fides frustra pulsare. Meminit Lycophron, *Τὸν γὰρ Ἰαλάξας κούρι νοσῶνς λυρόπιπ.*
 Ex musicæ ratione promitur illud quoque in delatorem ab Marcellino prolatum. Paulus, inquit, crudelior succentor fabularum, è promptuaria cella fallacias extulit. Blityrion & scindapsum pro musico organo accipiunt Græci. At blityri, inquit, ipsius est chordæ imitamentum. Galenus verò Therapeutices secundo: Quid, inquit, an nihil tibi significare videtur hæ voces, animal & morbus: sed similiter efferrī: vt blityri, & scindapsum?

*Cani remigibus solitū. De Chryfogono modulatore. Trāquilli locus explicatur. Quid suffertū, & differtum. Susslāmen quid. Hieronymi locus restituatur. Intus canere, ac foris quid. Cuieni qui sint. Iuē quid struthissare. Serruus explicatur de titis columbis. Creca quid vocet, ac quid *τρογιγώνιον*. Titissare. Titis auicula. Trygon vnde. Tirigonion. Tithæ aues, Titybissare. Tity sodales. Paratitla. Tutli. Tularia.* CAP. X.

Cicero in Verrem quodam loco ita scribit: Ab hac præfectus Antonij quidā symphonicos seruos abducebat per iniuriā, quibus se in classē vti velle dicebat. Quari fortè potest, quid sibi parte hac Cicero voluerit, proinde pauca ex Alconio subnotauimus: Sciendum, inquit, est cani remigibus per symphonicos solitū, & per assam vocet: id est ore prolata, & vt in Argo nauī, per citaram. Nisi, inquit, quia in classē dirigere velimus, ad hoc symphonicos capi solere, vt in classē pugnantibus classiciū canant: vnde ipsi tubæ, classici nomen impositū. Porro Ciceronis sensum iuuat item plurimum, quod in Græca lectū historia est, Quippe refert Duris tamiū, in Alcibiadis nauī ab exilio redeuntis Chryfogonū fuisse quendam modulatore, qui tanta arte remigum manus dirigebat, vt quū illi remorum pulsū cum Chryfogoni canenti coniungerent, iucundā audientibus redderent harmoniā. Ceterum & in hac mentione musicæ occurrit mihi locus in Tranquilli in Nerone: Media, inquit, in orchestra frequente populo epulatus, si paululū subbibisset, aliquid se sufferti tinniturū Græco sermone promisit. In cuius nodi expli-



catione haxit Lynceus interpres, & in solœcismum fœdissimum coniecisse authorem Latinissimū videtur. Quod si Seneca verba vel aduertisset vel expendisset exactius, facilis eius fuisset narratio. Sic igitur Naturalium primo scribit: Præter ea quum dicitur tibi, nubem sole esse suffertam, non dicitur colorem illum immixtū esse velut duro corpori ac stabili & manenti, sed vt fluido & vago. Suffertam nubem hic accipio interfusam, aut illustratam. Ex quo liquet, Trāquilli sensum esse illum, Cantaturum se clarius aliquid, aut quod Græci dicunt *ωνυξ*, id est densum quippiam, ac succi plenum. Nam & differtum pro pleno legimus tum apud Horatiū, tum verò apud L. Florum, qui de Cleopatra ita scribit: quod vbi desperavit à principe, seruarique se triumpho vidit, incauriorem nacta custodiam, in Mausolæum se (regum sepulchra sic vocant) recipit ibi maximos, vt solebat, induta cultus, in differtō odoribus folio iuxta suū se collocavit Antoniuū. Sed & Seneca in consolatione ad Albinam: Iumentorum, inquit, corpora differta & coacta pinguescere, Quin in Quæstionibus rursus: Erant enim pingua & differta corpora ex longiore otio: Adiciat calculum & Tacitus de Poppæa: Corpus, inquit, odoribus differtum conditur, tumuloque Iuliorum inferretur. Erit ergo aliquid sufferti, plenius paulo quippiam, & succulentius. Porro sufferti vocabulo summoneor, opem Hieronymo ferā in epistola ad Pammachiū: Quintus Ateius, inquit, qui ingenium in numerato habebat, vt sine monitore facere non posset: de quo egregie Casar Augustus, Quintus nosse sufflam mandus est, lego, sufflammandus est, ex Seneca Declamationum libro quarto, etiam si inibi non Ateius, sed Acherius legitur modo, Est autem sufflamen, quo impetus roge decurrentis reprimitur. Iuuenalis satyra vltima,

Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Apud Senecam sunt, qui suffibulandus malint legere. Ceterum quia latius iam de musica indagine varia scrutari sumus, iam cōmodum est inde resillire, ne concinnitatis studio, inconcinna nimirū, & absurda præsum ista fiant; quādo erunt qui opinentur, tam longis nō fuisse incinendū pibis. Quare & paucula modo adiecerō, coronidem apponam. Quū canit citharista, manus vtriusque officio perfungi, quippe plectro dextra utitur, & hoc est foris canere: chordas verò sinistræ capunt digitis, quod vocant intus canere: quoniam quæ sinistræ sunt.

sunt, cæpius interiora dicuntur: vt apud Virgilium, *Dum proram ad saxa suburget Interior.* Et apud Sallustium, Inrorsus prima Asia Bithynia est. Intus apud Plinium, in terrarum situ loca statuuntur, quæ in mediis terraneis ferè sunt. Sciendum tamen, Comitum exteriorem videri ab Horatio dictum, à sinistris assestantem: sicuti etiam approbat Acron. Horatij versus hi sunt:

*Qui quamuis periurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitiuus; ne tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.*

In sanctis porro literis adnotatum & illud, Dextrum dici visum pro interiori, sinistrū pro exteriori. Adnotatum etiam, *καυσιγενει* dici, quum summisse quieteque insonat citharæ citharā dum coaptant. Proprie verò *λεπναι* pronunciat de organi eius concentu, etiam si *λεπναι* vocant capillum. Proxima, & epilodema, item epode esse videtur tāquam cantilenæ proœmium, velut apud Theocritum,

ἀρχὴν βυνοδινῶς μῦσαι φιλῶν, ἀρχὴν ἀνδρῶν.

Catenos porro pro cantoribus vsurpassè Horatium, scribit Porphyrio, à cantore nobili appellatione deflexa:

*Catenis mille ducentis,
Mater te appello, clamantibus.*

Qui verò stridunt potius quàm canant, *τρυβίλων* Græcè dicuntur, quod Latine enunciare licet struthillare: ex passerum vocem, qui struti vocantur, verbo deflexo. Passerculi verò creduntur *τιτίλων*, id est titillare: ex quo titis corruatur, vt scribit Aelius Dionysius, auiculæ species, aut etiam auis quælibet minor. Hinc arbitror illustrari egregie Seruium in Bucolico ludicro interpretantem, titos dici colūbos nō Latine quidem, sed multorū autoritate tanquā Latine. Titos verò palumbes dici interpretor, ex passerū salacitate, qui solent *τιτίλων*. Nam & apud Persium, pro libidinosis titos accipimus. Est & verbum huic affine *τρίλων*. Sed est id vespertilionū proprium: nam *τρίλων*, vocem exprimit aperiunculam, vnde & insectatur trygon. Inuenio titigonion esse item animal paruum, cicadæ persimile tithas aues, id est *τιθῆς ὄρνιθας*, in Prognosticis Aratus domesticas intelligit: sic enim scribit,

ὄρνιθας ὄρνιθας, τὰ δὲ ἀνθρώπων ἐξ ἑξ ἡμεῶν

Tithæ verò nuncupantur velut mansuetæ, ac mites. *τρυβίλων*, vt ne hoc quidem prætereamus, hoc est titybillare, dicitur

de perdicibus quibusdam sicut ceteri postea dicuntur *κέραι* *βίση*, unde apud Comicum, *κέραι βίση*. Titios nuncupari sodales; Varro scribit, ab titiis auibus, quas in auguriis certis observare solerent. Nos item legimus, sodalium augustaliū esse additum sacerdotium, uti olim T. Tatius retinendis Sabiarum sacris sodales instituerat Tatiō: author Annalium primo Tacitus. Paratila nil ad præfens faciunt institutū. Sunt tamen eo nomine argumēta titulis apposita, & velut indices. Nam titlos ab capitibus, quæ cephalæa Græci vocant, distinguunt, in illorum literis traditū est, Quando habeat Marthæus titlos octo & sexaginta, capita verò trecēta & sex ac quinquaginta. Verū apud eisdem titlaria inuenio pro pugillaribus aut schedariis: quæ & ptychia nuncupasse animaduertitur Leontius.

Principum priuatorumq; mollius sibi indulgentium exempla. Cyria quid Plutarchus restituitur. Quæ sint blæcæ: item blacennomion. De Apicio scitu digna. Prius de Chabria, Vitellio, Sardanapalo, Demitio Aphro, Aristodemo, Persarum rege. Coronista qui. Alexandri vinolentia. Blaura, blautia, blaurōmama.

CAP. XI.

Maximos quandoque duces haud ita reformidasse delicias, exemplis aliquot manifestum sit: nam postulationis Chabrias cum Iphicrate, increpabatur ab eo, quod in tanto discrimine gymnasia nihilominus inuiseretur, nec non constitutis horis pransitaret. At is: Quid inquit aliud, te quidem squalidum & cibi inopem, me verò pransum vngueatarūque Athenienses periment? Hic verò est Chabrias is, quem dicere solitum prodit historia, Formidabiliorem videri ceruorum exercitum leone dūce, quā leonum ductante ceruo. Item, Illos optimè exercitum ductare, qui res hostium bene sollicitèque exploratas habeant. Vitellij patina luxu notabilis est. Eam principatu suo festiis C. C. condidit. Sed faciendæ fornax in campis exadificata est, unde patinarum paludes obiectæ Vitellio à consule Mutiano, graui probro. Nam quid Heliogabalum memorem? cuius mores retegat abunde vnum eius dictum, quo rerum pretia cretin esse coniuuorum pronuntiauit. Pingi se iussit, vt cupedia

pelliarium, sepeliasarium, popinarium. Hic porro nō nisi vnguento nobili aut croco piscinis infectis, natauit. Iam Domitius Apher Nemaufensis, clarus orator, Meronis temporibus ex cibi redundantia in quadam cœna, mox spiritum effudit: Aristodemum tyrannum apud Cumas, in Romæ antiquitatibus Dionysius author est, Mollem fuisse cognominatum, id est *μαλακῆς*. Id verò cur sic, variè traditur: Sunt qui opinentur, inde irrepsisse cognomentum, quod quandoque parum vir fuisset, ac pudicitiam turpiter subtrauisset: Alij verò ex miti natura. Non desunt qui ex hostili admiratione appellationem profuxisse velint, siquidem à Barbaris nuncupatum *μαλακῆς*, quo verbo intelligatur *αὐρινός*, id est puber: quoniam id ætatis cum coætaneis etiamnum comantibus, quos inde coronistas vocant, in bello aduersum Barbaros manu promptus apparuerit, & consilio ac prudentia illustris, quibus is maximi principatus fundamenta iecerit. Persarum rex veragebat Susis, hylemem in Babylonia, æstatem in Media. Cuiusmodi verò in reliquis foret hic, vt libera, ita facilis coniectatio est. Propterea magnus Agesilaus regiam eleuans potentiam: Quo, inquit, maior me est is, si nō & iustior: Narratum Babylonis satrapem, a quæ ac Sardanapalum deprimi Plutarchus, de quo Arriani historia est. Iuxta Anchialū fuisse Sardanapali monumentum ac statuam, manibus in speciem plaudentium coaptatis, eo titulo: Tu hospes bibe, vescere, lude: nam cetera humana, ne hoc quidem digna sunt. Hæc verò pronuntiare videbatur ipse, velut sonitum inuens, quem trepantes manus aderent. Hunc Græci *ὀβριότης* dicunt, quod signat tota vita molem eniratūque. Alexandri vinolentiam nemo nō nouit. Arriani conatur tueri. Q. Curtius approbat, qui & comessantis exercitus licentiam taxans, præclaram adsecit sententiam: Eximiam gloriam sapius fortunæ, quàm virtutis esse beneficium: quando ne epulantes quidem & sopitos mero aggredi ausus est hostis, haud secus Bacchantium euulsiūque fremitu perterritus, quàm si præliantium clamor esset auditus. In præceptis item sanitatis Plutarchus, vni in Alexandro nimitatem agnoscere videtur. Idem in parallelis, luxum Alcibiadis, commemorans: Excidisse, inquit, tiriemiū tabulata, vt mollius dormiret *λεγειος*, *εὐδαιμονία* *καὶ* *εὐφροσύνη* *ἐν* *τῷ* *σώματι* *αὐτοῦ*, id est ciritis, non tabulis iniectis stragulis. Sunt autem ciritæ, ex iuncis zona, seu fascia, quibus

vinciuntur lectuli, ut interpretor, pēiles. Meminit in Aibus Aristophanes. Plutarchi interpretis locum mirē dissimulat. Hæc verò in præstantibus adnotata ingentis minus miram faciunt pruitatorum, & prætenus fortunæ hominū fluxā fractāque vitam, cuiusmodi fuisse memoratur Artemon, cui delictis lasciuenti etiam Periphoreti cognomē adoptarum, quod circumlatilem nobis indicat: quoniam lectica circumferretur, & veluti à manibus hinc inde sustententium penderet, de quo insuper memorabile est, quod proditum Græcis scio. Metu fractum atque stupidum temporis plurimum intra domus septa se continuisse, duobus seruis areum scutum supra eius caput sustententibus, ne quid ex superioribus fortē irrueret. Si quo autem casu egredi cogere, lectica tecto adoperta gestabatur. Sunt qui hoc genus delicatos, mundulos, molliculosque blacas nuncupent. Quanquam & eo vocabulo fatui quoque intelliguntur, à pisce prorsum inutili, ac siluro permissili, dictione inflexa, quem ne canis quidem attingat. Alij Blaciam prope Cumen esse regionem volūt, cuius etiam Aristoteli mentio sit. Erat item in Alexandria vestigal, quod astrologi persoluerent, blacennomion nuncupatū: quoniam eos fatui modo adire soleant. Porro qui obeundis negociis nimio plus desident, & quadam mollicie torpent, dicuntur βλακένειοι. Damascius, ἡγεῖται ἀποφύλακται τῶν λόγων τῶν ἐν ἑργῶν βλακένειοι. Eadem notione utitur Aristophanes Pluto, enarratoribus quoque astipulantibus. Blautas legitur apud Dionem, qui Cæsarem scribit ultimo triumphi die in forum suū perrexisse βλακένειοις ἐπὶ τῶν ἀνελπίτων, & omnifariam floribus coronatum. Apud Sophoclem & comicum Aristophanem, blautia obseruauimus quoque. Id verò calcei est genus. Et in Parallelis Plutarchus, Marcellum ouantem scribit, urbem iniisse βλακένειοις, interpretis calceos eo nomine patritios intelligit. Blitomamam pro stolido accipit idem Comicus, qua ratione bliteam dixit meretricem Plautus Truculento:

Blitea, inquit, & lutea est meretrix,

Nisi quæ sapit in vino ad rem suam.

Sed in hac censura quem Apicio antefereamus? Huius pollutibiles cœnas supercilio Stoico conuellit Seneca. Sed & Græci, opophagi cognomento insigniunt. Authores habeo, Traiano in Parthis agenti, quum multorum dierū itinere à mari abesset, ostrea recentia miro ingenio seruata Apicium sum mi

sum misisse. Hic in Cincris Gallia, vel apud Minturnas, ut scribit Athenæus, ni mendum exemplarium est, magnam pecuniæ vim profudit, dum squillis auidè vescitur, quæ illic habentur maximæ. Sed & in Alexandria astacos magna conquirit cura, quum audisset, in Libya squillas quoque capi prægrandes, ne diei quidem vnius moram sustinens, in Africam confestim transmisit. Quod ubi falsum comperit, excretus prouinciā ita regredi institit, ne vnquam terras attingeret omnino eas, Et de Apicio quidem ex Græcis hæc. Ceterum, ne quem fallam, quoniam pacto esse idem hic Apicius queat, quem etiam nepotum omnium altissimū gurgitem Plinius dixit seuerissimè? Certè in Consolatione ad Albinam, ut iam perfuncti fato meminit Seneca, cuius & paulò plura subsignauimus verba, tum quia iucundam cõplectuntur historiam, tum ad refellendam hac parte Græcorum inscientiam: etiam si Athenæus quoque sentire id ipsum videtur. Apicius, inquit, nostra memoria vixit, qui in ea vrbe ex qua aliquando philosophi velut corruptiores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit. Cuius exitum nosse, opæpreterium est. Quum sestertium millies in culinam congestisset, quum tot congiaria principum, & ingens Capitolij vestigal singulis comestationibus hausisset, are alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit, superfuturum sibi sestertium centies computauit: & velut in vltima fame victurus, in sestertio centies si vixisset, veneno vitam finiuit. Quod ferè tradit in Tiberij rebus Dion quoque: sed ait Apicium comperisse, duccetas & quinquaginta myriadas sibi reliquas fieri: Huius porro, inquit, M. Sabij Apicij, L. Aelius Scianus Strabonis filius, fuit quandoque τῶν πρῶτων. Commeminit Apicij eiusdem Epistolarum decimaquinta idem Seneca, insimul & P. Octauij inter galæ proceres maximè insignis, & (quod mirum in primis est) ipso item Apicio in multi licitatione, quem Cæsar Tiberius vendi iusserat, superioris: Vnde, inquit, inter suos ingentem est gloriam consequutus. Denique ab Apicio propagatum in coquos cognomentum, ut Apiciani dicerentur, quodam philosophorum imagine, author est Septimius Florens.

De pandesia, & maza. *Mattya*. *Mazonesi*. *Martialis* locus. *Madda*. Item de *Amazonibus* sicut dignum. *Mazapanis*. *Marcipanes*. *Marciatum* vnguentum. *Marci* pastilli. *Cardamyle*. Quæ & quibus in locis edulia haberentur præstantissima. *Lesbia farina*. *Gigartum*. *Fungorum nomina*. *Mycenæ* vnde. *Ciboria*. *Colocasinum*. *Lactabianum*. De *Vesuvio* monte. *Galenimendum* tollitur ex *Therapentibus* quinto. *Lactē* cur alantur præcipiunt *infantes*.

CAP. XII.

PAndesiam Græci vocant aditiale conuiuium ac gæstacium dubiumque, & omnifariam obsonis differtissimum. Id nos excuratum gliscerumque dicere possumus & saliare. Sicut tamen qui eo nomine intelligi malint: ad quod, ubi vescerentur publicè, commeantes passim domo portionē quisque ferrent, in medium tamen, quod attulissent, collaturi. Meminit Aristophanes: *μαζα* inquit, *μαζα* *μαζα* *μαζα*, ut maza & pādasia. Maza verò eius poëtæ interpretes *μαζα* *μαζα* exponunt, id est rigidum panem, quo nomine quidam eum volunt intelligi, qui vulgo nautico vsui maximo est, & biscoctum nuncupat plebecula. Fuisse tamen præstantioris edulij speciem ex adagio Græcis pertrito coniectare licet. *μαζα* supra maza. in eos qui distulerent deliciis. Apud Lucianum, *μαζα* verbum inde flexum inuenio, quod est luxuriosius agere, delicatiusque, ac diuitiis abundare. Mazam putant ex farina, oleo & aqua confici solitam. Sudas etiam ex lacte; vnde mox paulò nata & mattya est, dictaque eo nomine pretiosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Hinc illud *Martialis* sunt qui ita legant,

Inter aues turdes, si quis me iudice certet,

Inter quadrupedes mattya prima lepus.

Theocriti interpres *μαζα*: Maza, inquit, *μαζα* *μαζα* *μαζα*, id est bucella recens. Maddani pronuntiant Megarenfes. Hinc correpsit forsitan mazapanis, vulgò nunc vsus promiscui appellatio. Etiam si non improbatum eruditus est, Marcipanes posse ab authore principe nuncupari quando & Marciatum legimus vnguentum, quin etiam

Marci

Marci pastillos in medendi ratione celebrant Græci. Placentam fuisse in veterū deliciis, illud certè Hieronymi ad Marcellam indicari abundè: Non sunt, inquit, suaues epulæ, quæ non placentam redolent, quas non condit Apicius. In quibus nihil de magistrorum huius temporis iure suffumat. Est maza species Athenæo dicta cardamyle, etiam si topicum quoque nomen id est. Amazones pro pauperioribus, tenuiori, promiscuèque vrentibus victu apud Græcorum scientissimos reperias, veluti qui mazam non habeant. Sed & Amazones ipsæ possent videri inde appellationem ducere: quod nec Eustathio displicet, quoniam lacertis ac testudinibus, & id genus bestiis alerentur. Quamobrem etiam Sauromatidas, siue Sauropatidas nuncupatas volunt: quia *σαυρος*, id est lacertas, conculcent ac vescantur. Quanquam alij, quòd in Sauromatica Scythia habitarent, dictas ita opinantur: quod Stephanus tradit. Sed & Eustathius Sauromatas Amazonum conubio insignes refert. At de mamma inulta peruulgatior fama est, authore Diodoro: siue de iis loquar, siue de longe antiquioribus in Libya, inter quas fuere Gorgones, quarum regina Medusa sit à Perseo superata. Ex his verò dilucere potest, quo sensu prouerbium id enuntiant veteres, *μαζα* *μαζα* *μαζα*, id est Amazonum cantilena: in quo non tam mulieres intelligo, quàm pauperes simpliciter, quibus mos est opulentiores frequenter conuellerè, ac lautos præcipuè, in necessariorum inopia sepe ipsi constituti. Putat in Heroicis Philostratus, dici Amazonas, quòd mazo, id est mamma, non alantur: sed foris fauis, qui in mellis modum calamis fluuialibus insidet, lacte præterea equino adiecto. Quod de pauperibus diximus comprobatur Columella, qui caninum taxat studium locupletissimum quenque adlatrandi. Mazam porro, vt à diuerticulo repetatur fabula, pro re tenui vilique vsurpare in Moralibus videtur Plutarchus, *μαζα* *μαζα* *μαζα* *μαζα*, & non est in maza & lente iucunditas. Fuerunt Archibus cœna dictæ mazonès, id est *μαζα* *μαζα*. Quin & Dionysiaci cōgressus, sic item nuncupantur. Legimus Sopatrum quandoque Eretriam Eubœæ ciuitatem appellasse *μαζα* *μαζα*, id est candida insignem farina: quoniam indidem maza præferrentur præstantissimæ. At Archestratus colore quodam poëtico, inelytam scribit Lesbon atherea niue candidiorem farinam ferre, si que farina vescantur dij, illuc ad coemen



coëmendam pergere Mercurium, quippe aliam omnem videri præ illa, velut *γλαυκός*. Signat id verbum acinos vuar, aut eriam punci mali. Ea verò conterentes rustici cum caricis vorabant, meminit Aristophanes. Sed enim vniuersum, ac suum in infantibus lac alimentum est, nam quum omnino victus rationem humidam sibi deposcant, vt qui cæteris aratibus temperamēto sint humidior, natura ipsi affatim consuluit, ac maternum lac in humētis alimenti vsu ingeniosus excogitasse deprehēlitur. Sanguine nimirum vtero dum gestamur, ali nos palām fit. Ex sanguine porrò concinnatur lac, modicā in vberibus demutationē indeptum. Quo argumēto matris lac alimonie in primis censeatur accōmodū: quia & cōsuetā sit, ac perpropria. Similibus certē seruatur vnumquodque, contrariis verò ad intemperaturam recidit. Nam ad hoc præclara celebratur Hippocratis sentētia: Humeſtior, inquit, victus ratio febrientibus appositisima est, puellis autem eo amplius, denique vel aſtuteris sic rescit. Verum ad alia hinc iam digrediamur. Rhombum pauonemque siue etiam pauum, inter delicatissima habuit edulia veterum luxus. Id significat ad Lucilium Seneca: Num, inquit, esuriens fastidit omnia præter pauonem rhombumque? ambitiosa non est famēs, contenta desinere est: quo desinat, non minus curat. Inter delicias recenset Plutarchus sumen, & Italicos fungos, plantam Samiam, niuem in Aegypto. Fungos Græci, vt obiter ad sit insititij aliquid, mycetas vocant, id est *μύκητας*: sed addit etiam *μύκητας*, id est ex terra genitos. Nuncupantur ab eisdem mycæ, genere item masculino. Lucernarum fungi eodem intelliguntur nomine. Signat item myces, ensis manubrium: sicuti apud Herodotum liquet, historia tertia: etiam si locum curioso parum Latinitati donauit interpres. Vnde & Mycenas nuncupari credunt, quod ibi à Perseo sint conditæ Mercurij præcepto, vnde excidit gladij manubrium, id est myces. Fungum verò communius vocant Græci amanitem, id est *ἀμανίτη*. Fungi speciem eo nomine Paulus accipit, quum ait, *βουτράκι ἀβελήτης ἢ ἡ ἀμανίτης ἢ ἡ δειρῆς*. di *ἀμανίτης* *ἀβελήτης* *ἢ ἡ δειρῆς*. Celebre est Dionis testimonio Neronis dictorium: *τὸς γὰρ ἀμανίτας βούβη σφόδρα ἐστίν*, id est esse deorū cibum fungos dicebat: quoniam fungi esu Claudius esset in deos tralatus. Sunt qui amanitæ vocabulum putent haud ita vetus, sed Pauli Aeginetæ temporibus in decuriam receptum. Murenam

renam flutam ex freto & Tartesiam in pretio fuisse prioribus, scribit Pollux. Placebat thynnus Tyrius, cestreus ex Scia tho hœdus ex melo aut ex Ambracia, vt est apud Gellium: cœchæ verò pelorinæ, vnde fortè nomen indeptæ, que nunc vocantur pelorides, quas tamē à magnitudine dictas putat Athenæus: teutlon ex Ascra, manides apud Liparā, rapæ apud Mantinea, æenes autē Methymnæi, galeus Rhodius, pletæ Eleusiniæ apud Phalericæ, triglæ siue muli Ionici, anguilla ex Bœotia Copaides: quanquā in Aegypto grandioribus, quæ vocantur basilicæ: sicut in Sicilia plotæ, raphanides Thasiæ, caseus Cythnius & Siculus, sal Tragæus. Est autem in Epro locus Tragææ, vt inquit Stephanus, ab Tragæo quodam, cuius honori sal ibi vt haberetur, contribuit Neptunus, & inde Halisus cognominatur campus. Tragæaum in troade, salem intelligit Athenæus: cui quū vestigal iniunxisset Lytimachus, emanuit: mox dempto, succreuit. Ciboria in Aegypto laudantur in faba Aegypcia, id est fructus, quod in Georgicis scribit Nicander, Aegypciæ fabæ radix colocasium dicitur: quāquam apud Sicyonem fuit Colocasias Pallados templum. Est tamen cimorium etiam poculi genus: vnde apud Horatium, Ciboria exple. Et id opinor, quia fabæ huius folia ob magnitudinem ac cavitatem, poculorum exhibēt vsu. Scribit Dioscorides folium id esse grande, *ὅς τὸ ἰσάριον*, id est vt galerum, fabam verò in summo emergentem caule, ciborium dicit: ab aliis etiam cibotium, velut seriniolū: propterea quod seratur faba hæc, imposito *ἐν τῆς βότρυς*, id est in madente gleba semine. Ex faba Aegypcia *λυβόσπον* haberi, docuit etiam Strabo. Libro quinto Athenæus ciboriorum folia nominat, & flores. Sed nos iam ab hoc genus indagine reillire, optimū erat, ne gulæ mancipatis fomenta curiosus sollicitusque conquisuisse videamur, qui terra pasuntur & mari, quorū vētri (vt inquit Plinius) nauigatur ad Phasim. Quo nomine, vt Sereca grauissimè dixit, animalium non hominum habendi numero sunt: quidam verò abditū in ganeis etiam mortuorum. Viuit enim is, qui multis vsui est: viuit is, qui se vitur. Qui verò latitant ac torpent, sic in domo sunt, vt in conditorio. Sed nimio plus adblanditur rerum vbertas varia quandoque, quo nomine indulgendum stylo. Lac apud Tabias censeatur stateræ tantum non primæ. Sunt verò Tabias, inquit Therapeutices quinto Galenus, in mari locus in meditul

ditullio ferè Neapolis & Surrenti, latus ad Surrentum ver-
gens collis est præaltus in Tyrhenum erumpens pelagus, in
occasum modicè acclinatur. Huic atriguus est in sinu intimo
collis alter haud paruus, quem veteres Romani Vesuuium,
vel vt Græcè scribitur *Βουβλίον* nuncuparunt, recentiores Ves-
bium dixere, omnibus celebrem, ob eum qui indidè eructat
ignis: qui aëris siccitati conferre creditur plurimum, vnde la-
cti Tabiano maxima conciliatur bonitas, quam adiuuat loci
altitudo, & pabuli præstantia. Locum verò hunc à Plinio &
Cæcilio significatum contenderim, vbi scribitur modo, Sta-
biis erat. Sed & apud Ouidium Metamorphoseos vltimo,

*Herculeamq; urbem Stabias, & in oia nata
Parthenopen.*

Illud porrò ex septimo Familiarium epistolarum ad Ma-
rium, Ex cubiculo Stabianum perforasti: nimirum ad hæc
respicit. Arbitror mendum esse Galeni exemplarium, ac pro
Lesbio Vesuium substitui oportere: propter illud Martialis

*Hic est pampineis ruridus modo Vesuius umbris.
Nam & Silius ita cecinit:*

Enomuit pastos per secula Vesuius ignes.

Montem hunc etiam Summani dicunt. Porrò inquit Varro,
quod far Campano conferes? quod triticum Appulo? quod vi-
num Falerno? quod oleum Venafrano? Iam Italia sic constita
arboribus est, vt tota videri pomarium possit. In agro Fauen-
tino tricenaria appellatur vites, quod tricenas amphoras
reddat iugerum.

Documenta frugalitatis per exempla historica. Lysimachi, Catonis, Scipionis Africani, Agesilai, Timothei. Venti mancipatos esse velut antipodas, dicitur, Lychnobios. De Acilio Butas, & decrum cænis. Opsartyci libri qui sunt, & opsartyia. Cyri historia, & Iuliani Cesaris. Gastrenses apparitores Gennanum. Opsophagi qui. Enochista.

C A P. XIII.

NEqueo temperare mihi, quin hoc potissimū loco sub-
nectam, quæ nobis ad hoc spectantia maximè ex histo-
ria comperta sunt. Lysimachum memoria prodit, quum fuis-
set in Thracia prælio victus à Dromachete, ac sibi ferè ene-
ctus,

aus, se exercitumque hosti permisisset, iam desiderio expleto,
O di, inquit, quàm pusillæ voluptatis gratia in seruitutem
me ex tanto rege conieci! Cato senior, quum populi Romani
luxum censorie coargueret, difficillimum esse dicebat, verba
ventri facere, qui aures non habet. Sed & illud parte hac me-
morabile, dignum nota censoria esse visum Scipioni Aphri-
cano iuniori adolescentè, qui in Carthaginis oppugnatione
quum sumptuosorem instruxisset cœnam, simul ex melle ap-
posuerat libum in Carthaginis formam concinnatum: iussit
atque per lusum, vt factò impetu, perinde ac in præliis fieri
assuevit, *perditur visum* diriperent sic enim placentiam vocabat,
tanquàm ex melle concretam fermentatamque. Quarente au-
tem eo, quod nam ob suum peccatum equus adimeretur,
Quoniam, inquit Scipio, me prior urbem hostium diripuisi.
Et magnus Agesilaus Thasiorum delicias reiiciens, Non de-
cet, inquit, fortia meditates voluptates hoc genus admitte-
re: quæ enim seruile delinunt ingenium, ab homine libero
aliena sunt. Eundem legimus à satietate ac ebrietate semper
aque abstinnisse, somno vsus, non vt domino, sed vt gerèdis
rebus obnoxio. In caloribus verò & frigoribus ita se gessisse,
vt solus omnibus vteretur anni temporibus. Timotheum Co-
nonis legimus à Platone conuiuio exceptum concinne ad-
modum & frugaliter, & vt inquit Ion, *ἀπὸ τῶν κούρων ἔπεισται*,
id est mensis non tumefacientibus, quas somni consequantur
puri cum summa corporis tranquillitate, solitum dicere, Eos
quos Plato exciperet, & in diem insequentem bene habere.
At nostris antipodibus optimè transmitti creditur vita, si nec
orientem solè spectarint, nec occidentè. Quid enim aliud quàm
antipodes sunt sagine mæcipati, qui ad faces & coreos viuunt,
dū inter pocula transigunt noctes, somno impenduntur dies, lu-
cis ac tenebrarū ordine peruersæ: de his puto Virgilū dixisse:

Nesci, vbi primus equus Oriens assuauit anhelu,

Illic sera rubens accendit lumina vesper.

Verum iis nulla referuntur operum vadimonia. Hos tu exi-
stimas, inquit Seneca, scire quemadmodum viuendum sit,
qui nesciunt quando ei ment verò hi mortem, in quam se con-
diderunt: tam insaufi homines, quàm nocturnæ aues sunt.
Licet in vino vnguētisq; tenebras suas exigat nō conuiuatur,
sed iusta sibi faciūt: mortuis certè interdiu parètatur. Horum
vtique corpora, qui se tenebris dicatūt, ferèda visuntur: quippe
suspect

suspectior illis, quam morbo pallentibus, color est. Languis & emarcti albet, & in viuis caro morticina est. Inter hocce lucifugas & lychnobios, veluti ad lucernam modo viuos, in reliquum verò sepultos & somno, Aciliū accepimus Butam pratorium, cui post patri monium ingens consumptum Tiberius paupertatem confitenti, Serò, inquit, experrectus es. Pralautas verò opiparásque cœnas, Horatius deorum vocauit cœnas illo versu,

O noctes, cœnaeque Deum.

Perinde ac nō desit ambrosia, non item nectar. Propterea M. Tullius summa laude dignos viros ambrosia alēlos pronuntiat. Ac Cyrus ille antiquior, quom ab hospite quæreretur ex eo, quid ad cōuiuium parari iuberet: Panem, inquit, solum sperare enim cœnaturum se apud flumen. Hunc verò imitatus Cæsar Iulianus, in hōra scitioraque nil moratus, paucis & vilibus facile acquiescebat. Gēnauū apud Varronē in vilaticis pastionibus, sunt qui pro guloso accipiant. Aegypcio regi discumbēti inferebatur nil præter vitulum & anserem: bibendi quoque ad præscriptum lege iniuncta. Scribit Xenophon libro tertio de factis dictisque Socratis, *ὁ ἄριστος* de iis pronuntiarī, quæ parabilia sint, nec animo grauiā, vel corpori: quique sobrie viuunt, rectē dici euochistas, ex verbi proprietate. Opsartycos denique feliciores fingendis verbis Græci libros dicūt, quibus condēdi præcepta cōtinentur: sicuti artificū id genus opsartyliā. In qua plerique census vel ampliores, vti sphæras habent, hoc est pilas, sicut dixit Alexis, quando sunt & habētur gastrenses apparitores, id est ventris ministri & gutturis. Opsophagos dici putat Xenophon, vel apud eum Socrates, libro eodem, qui modico vtantur pane, obsonio autem multo.

De voluptate, latuita, gaudio, quibusq; distinguantur finibus. Voluptatem non esse bonum. Qui maxime voluptates amplectentur. Alexandri dictum de voluptate, ac laboribus.

CAP. XIII.

Voluptatis notionem esse duplicem à Seneca accepimus: publicam vnā, qua hilarem animi affectionem demonstramus: alteram, qua esse vitii colligitur. Sic & gaudium sapienti modo contingere astruimus, quando nō aliud est ferē quam animi elatio bonis suis viribusque silentis. Vulgò

Vulgò tamē ita loqui insueuimus, vt magno nos gaudio affectos dicamus amicorū literis. Itidē & in rebus aliis, à quibus tamen magnē quādoque ac inexpectatæ proueniunt improspertates, quo nomine gaudium nec est, nec debet dici: quoniam gaudio adnexa perperuitas est, quæ contrarij nescia est. Propterea quum ab omniū maximo poëta dici audis: & mala mētis gaudia, scito id quidē disertē enunciatū, parum tamen propriē, quādo quod gaudium est, omnino malū esse nequit: poëta tamen satis est visum, publica vocabuli notione, quod volebat, explicare. Id autem erat, homines rerū caligine circumfusos malo suo latari plerūque. Corporis voluptates, inquit Moralium septimo Aristoteles: ex eo nomen id vendicant sibi, quia sapius occurrant, ac in earum participatum veniūt omnes. Proinde hæc solas putant, quoniā solē modo sint notæ. Caterum quo perspectius exploratiūsq; voces istas suis oclusas finibus, ac veluti pomœriis internoſcamus, latitiam dico, gaudium ac voluptatem, attendendā magnopere arbitror. Platonis distributionē, qua philolophus is in mentem sensumque animam disparauit, ac menti quidem latitiā ascripsit & gaudiū, sensibus autem voluptatē mācipauit. Priora illa duo etiam discerniculo quodam dispescuit, quod quum laude semper sit gaudium, ac in vitiiū quandoque labatur latitia. Est enim hæc animi elatio quædam boni cuiuspiam præsentia, quæ si moderationis mensus limitēse transiit, reprehensionis morsum non euadit: repressa verò, ac suis mētita modulis laude non vacat. Gaudium autem esse incunctatam sancit, quæ de contemplationis aut virtutis cuiuspiam maiestate profluat. Propterea in libro De pulchritudine, quum de caelesti, id est vera differeret vita, ali animū scribit contemplandæ veritatis vsu & gaudere. Inde fit, vt apud eundem gaudium mētris nuncupari alimoniam, obseruauimus. Quin & contemplationis præmium esse illam ipsam poëtico inuolucro sæpē significatā ambrosiam. At inde emanans omnibus absolutum numeris gaudium nectaris nomine, quod & ipsum immortalitatem ratione etymologica exprimit, rectē à prudentioribus intelligi. Sed & ante Platonem Mercurius, homini à Deo contributam autumat rationem, vt eum suspicionibus acrique perquiramus indagine. Sensum, vt cognoscamus. Intelligentiam, vt cognoscentes gaudeamus. Voluptas verò ita ab eodem Platone finitur,

ceu titillans praesauis que ac proritans, vel vt Gramæ dicam
Publ. Sox. in sensibus motio intelligi debeat, quæ inde con-
 surgere statuit, vbi indigentiæ paria facias. Quippe necessitas
 appetentiâ conciliat, ac ex absentia doloris, satisfactio iucun-
 ditatē sensibus inducit. Hanc verò voluptatē omnibus dāna-
 tā calculis ex bonorū albo expungit, sequestratq;: eo maximè
 argumento, quòd sicuti quæ calori admouetur, incalefcit de-
 bio proculita cui adsit asistatque bonū, ipsum item euadere
 bonum, consentaneū est. Verū enim verò voluptatis presen-
 tia in bonam frugem euadere neminem, perspicuum ferè vi-
 deri, quādo & rationis impotes ferè fufius vberiusque, quā
 nos voluptatibus titillentur lasciuiantque, ac (vt verbo vran-
 quo nec abstiniuit Hieronymus) dulcorētur: quarum nullam
 tamen inde proficere comperiat. Adde, quòd quo hebetior
 quisque est, ac natura imbecillior, imò verò inscitior insipie-
 tiorque, eo amplius voluptate perfruitur. At obsecro te, quā
 ab ratione dissentaneum, quā omnino absurdum, ignauis-
 simo cuique largius, quā frugi hominibus, quòd bonū sit,
 obu venire? Hinc diuinè, vt omnia, ad Dionysium Plato scri-
 bens, voluptatē maximo esse hominibus detrimento statuit
 inscitiam porrò parere inquietudinē quoque ac stultitiam &
 petulantiam. Propterea quòd in sensibus latè poller, domina-
 turque: qui satellitum instar, imò verò subsessorum, assidue
 nostrum captare videntur interitū, in profunda corporis ani-
 mam, eiusque rationale lumen intrudentes, adobruentēque
 quando sic affectū nec auras suspiciunt clausa tenebris, & car-
 cere cæco. Proinde Pythagoricus Nearchus rectè, quòd &
 idem comprobat Plato, *ἢ τοῦ μὲν ἡδονῆς ἐπιθυμῶν ἀνάγκη μὲν ἔστιν ἡδονῆς*
ἡδονῆς, id est, esse dicebat voluptatem maximā mali escam.
 Animum voluptarium emollitūque deliciis, ac earum de-
 linimentis, veluti vneo tractum, non Tarentinus modo Ar-
 chitas, sed & Plato pertuso rimulentoque confimilem vasi
 prodidit, quoniam grassetur in infinitum concupiscētia, nec
 explendi vlla sese ostendet ratio. Verū alij etiam Euripi
 inconstantissimis fluxibus refluxibusque, vt Epicharmus &
 Socrates, quòd voluptarium venenum, imò efera titillan-
 tium rabies, modo reciprocantis vnde nullo sine affluat re-
 fluatque. Illud verò Mercurij cuius nam modi est, quā propheticum,
 vt sic dicam? quā diuinum? Qui mente viuit
 immortalis Dei vitam agit: qui verò corpore ac sensibus, be-
 starum

starum. O præclarum, ò plausibile intellectus nostri lumen,
 si eius adminiculo & claritate diuinitatis omnia ineffabili-
 ter supereminētis æmulo nos scicit. Rursum, ò dirum inau-
 spicatūmque teterrimi carceris cōmercium, si ad caliginem
 densiorē à cælesti splendore sequestratos reuocat, in terrenam
 merfat naturā originis oblitos præcella, denique brutum cir-
 cumponit animæ infra lunam diuinissimæ omnium. At infe-
 rat hic fortè aliquis, Non omnes vtique voluptates videri di-
 gnas, quibus nigrum affigas thera, quando & honestæ aliqua
 sunt, ac probæ. Scribit vtique Plutarchus in commentariolo
 An seniori accedendum ad rempublicā, eiusmodi capeffentes
 administrationem pulcherrimis maximisque perfrui volu-
 ptatibus, quibus cōpar est itē, Deum aut solis, aut præcipuis
 lætari. Sunt autem hæ, quas ex honestis actionibus proueni-
 re, manifestum est: quippe si pictor nobilis Nicias tantum ar-
 tis suæ lætatur operibus, vt velut sui oblitus ex famulis sci-
 tarerit, itēque an foret præ-
 sus. Si archimedē tabulæ geometriciūque intentū figuris vi
 abductū perungebat famuli, & is in vtre obuncto schemata
 delineabat. Si Canus tibi cæn, dum vteretur arte, longè maio-
 rem sibi afferri voluptatē dicebat, quā cæteris: quando &
 mercedis loco duceret, quòd audiendi patientiam præstaret.
 An non aduertimus, quā vberes, quāmq; non paruas sibi ex
 virtute ac præclaris actionibus voluptates cōparent præstan-
 tes viri? Quorum animæ non aureis Euripidis alis, sed Plato
 nicis potius, ac cælestibus augustiores electiorisque gaudio
 euadunt vberimo. Interrogatus Epaminondas, quidnam ei
 iucundum in vita maximè obtigisset: Quod, inquit, parente
 vtroque superstitē, Leucricam retulerim victoriam. Care-
 rium quæ in mente constituit iucunditas, quæque de virtu-
 tem promitur excellentia, non voluptatis nomenclatura, sed
 gaudij, à Platone censetur. Peripatetici verò & Moraliū septi-
 mo Aristoteles, hæc item rectè dici voluptates opinantur:
 vnde liquet, nominum sæpè, non rei esse inter magni nomi-
 nis conditores disceptationem. Deus inquit Aristoteles, vna
 semper simplici que gaudet voluptate: nō enim motionis so-
 lum est operatio, sed & immobilitatis. Et voluptas in quiete
 versatur potius, quā in motu. Mutatio verò dulcissimum
 est omnium, ex poetica sententia, ob prauitatem quandam:
 vt enim homo prauus facili mutabilis est, sic & natura præya

cenfetur, quæ mutatione indigeat: neque enim simplex, neque bona. Quod si postremò sollicitius exquirat quispiam, quo nomine tam vehementè voluptatis pruritus sensibus ingenerari natura: vt qui circa voluptates deficiant, per paucos sane comperiantur: quo argumento nec iis impositum nomen, verum *aduersus* vocant, id est infensatos. Respondendum, vt huius velut fomento amplius ad vitæ necessaria munia excitemur, ac lubentia prouehamur quadam. Sed cur nam expertam indigentiam consequitur vel pœnitentis moror, vel fatietatis onus? Nempe, vt inde commoniti, non vltra necessitatem quicquam admittamus, quod naturæ mox inferat nocuentum. Iuuenes omnino ad voluptatem propensiores pernoſcuntur: suntque in primis apolausti, id est gaudentes, voluptariique: quoniam eorum præcipuè augetur corpus, & ad congruam sibi perfectionem toto tendit conatu, vnde maximis vehementissimisque agitur motibus, ac conuelliuntur: indèq; etiã maiori opus est medicina, proinde remis velisque voluptuosa conſectantur. Id ipsum ferè melancholicis vſu venire, compertissimū est, vt author probat Aristoteles: quia bilis atræ vi assidue contabescit corpus, & ex humoris eius siccitare vehementiore arroditur, proptereaque in voluptates feruntur procliuus. Sed & cunctis propè hominibus insitum maximè, voluptates amplexari, quoniã ætatis exordio mente quodam modo sopita, sensibus tantum vtimur, illis obsequimur, eorum (vt sic dicam) dictata amplexantes: at hi veritatis naturam, & inde profluens gaudiū assequi nequeunt. Quia verò sensuum suauitas eius, quo mens alitur, gaudij vmbra est: quædam, atque imago, decepti similitudine, illo procul relictò, hanc conſectamur, huic totis (quod aiunt) cuneis, hæremus affixi. Et quanquam auctioribus iam ingerat sese rationis lumen, nihilominus receptam inueteratamque sectamur consuetudinem: diu nanque sensibus credere, & eorum motibus obsequi didicimus. Mos verò altis nixus radicibus irroboraſſusque, aut vix aut omnino nequit exoleſcere. Hinc, vt Heraclitò placuisse animaduertimus, voluptati quam iræ obſtari, renitiq; difficilius multò, & laboriosius cœſetur: quippe arduū est, vitæ insitū affectū extrudere. Macedo Alexander quum victis Persis familiares intueretur suos amplius indulgentes sibi, in Persicam dilapsos lautitiam, moleste admodum tulit, mirari se plurimum astruens, haud nosse illos, seruil

seruile cenſeri, voluptatibus se mancipio dare: laboribus autem innutriti, principe rem profus esse dignam. Sed vnde nam sit voluptatū euariatio tam insignis pro hominū captu? An quia iucunda pro signorum natura, quæ permeat in genituris, excitat Venus, quæ concupiscibili animorum potentia præesse creditur? Nanque si prodeunte in vitam aliquo, conſcendat Venus, ariete eam gestante, qui capitis habet pontificium, oculorū mira ingenerabitur titillatio, ac extra modū ornatu afficientur, & picturis mūdiciſque, sed & auribus sua contribuentur, atque item naribus. Quod si tauro gestabitur Venus, qui collo præest, gustus inorietur voluptas, sed & poëtica suauitatis. In libra, libidinis concinnatur proluuium, quando renibus ea dominatur & pectini.

Crates quo pacto repercuſſerit voluptarij cuiusdam dictum. Cur cibus deterior, si gratus sit, plus proficit quam probus, sed ingratus. Anatreptice, ac anatreptice dicta, quæ intelligatur. Item quæ vocent proſpheromena.

CAP. XV.

Fuisse quendam Plutarchus scribit, qui voluptatū laqueis irretitus, ac deliciis adobrutus, Calphurnium diceret lazarium, ita etiam nūm sibi scribere permisit,

Τῶν ἔχον, ὅτι ἐπαγαυ, καὶ ἐφύβησα, καὶ μετ' ἐγώ

Τῶν ἰσάδιον.

Quorum is fermè verborum sensus est, Sibi denique reliqua fieri, quæ gulæ indulisset, aut comparasset per iniuriam, vel in amore suauia percepisset. Aduersus verò hæc philosophum Cratem ita rescriptisse,

Τῶν ἔχον, ὅτι ἐμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μουσῶν

ἔχον ἰσάδιον.

Quibus illa repercutiens innueret, superesse sibi quæ vel perdidicisset, vel cura studioque tractasset, ac cum Musis honesta imbibisset. Cæterum quia de voluptate multus est nobis iam sermo, prius quàm inde stylū subducā, aut castra moueā conclamatibus vasis. succurrit breuis, qui mos scriptoris est, & absoluta tamen Hippocratis sententia, non vsquequaque ab instituto abiuncta. Ea verò sic habet, Potus & cibus paulò deterior, modo suauior sit quàm qui melior, sed insuauior, anteponenus est. Eum locum accuratissimus interpret Galenus



enarrans, non esse ob id solum ita agendum, vt male habentium titillationi, & quasi quibusdam lasciuientis gula inuitamētis obsequamur, & illectationi subblādiāmur: sed etiam quia futurum sit, quā maximē tum vile, tum salubre. Quicquid enim suauiter abligurimus, & pro delectamento habemus, condere id venter & stipare, necnon percoquere facile potest: contrā, defugere ac recufare terra insuauitāque, quippe quæ aut nauſeis inflationem v'e aut fluctuationes perconcinnet. Itaque sæpenumero accidit, vbi paulo deterior cibus ingeritur, sed incundus & voluptarius, & cuius subit prælubium estandi, vt non insuper maneat deterior, sed interdum probior euadat. In hac verò cibi mētionē illud obiter adnotarim: in iis quos vocant Græci ἀρτίους, debilitatos extra modum, vbi medica solertia melius fieri cœpit, nuncupari anatrepticen & analepticen quoque diætā, quā habent laxantur, ac indulgentius educantur, pluribus ingestis cibus, & amplius alentibus, ac vt Græci dicunt ἰσχυρὰ καὶ ἰσχυρὰ. Est autem, inquit septimo Therapeutices Galeus, ἡ ἐξ ἀρτίου διαίτα πρὸς τὴν ὑγίειαν τῆς γαστρίδος καὶ τῆς διούρησεως. Sed nec id habendum insuper: propheromena intelligi medicis, quæ esu potūque intra corpus admittuntur in quam decuriā & reciprocus hic vitalisque veniat spiritus.

De operis huius varietate ex diuersissimis concinnata. Scytham agere, quid sit. Enthesis. Panis genera & instrumenta. Sitostasius, perissochoregia, farriculum, megalartus, megalomazus. Mula vbi Roma. Educatas. CAP. XVI.

AT qui erunt fortasse, quibus cōseminea fœtura hæc nostra mōstri cuiusdā videatur similitudinē præferre, ac tanquā in Pontinū diuertērint, aut Pupiniā, nec amœna, nec salubris: quando nunc ad philosophos diuertamus, nunc & medicos amplexemur, sapius nostrates aduocemus ad partes. Quum nostrates dico, etiam Græcos intelligo, qui humaniora hæc percoluere studia. Ita profecto est, ex diuersissimis artium bonarum: antesignanis racemationem facere siue spicilegium, nobis propositum est: sic tamen, vt qui in monstris conuiscitur, nunc teter & aspernabilis, nunc ridicularius absit aspectus, nec citra census delectusque non

tri vitimam manum. Varietatem quam nec putes stylo depascendam, consecramur maximē, quia lectione multa elāguentis lectoris, qui modo sit philistoros, detergent fastidium: Scythas interim putemur agere, ἡγὸς τὴν ἀφ' ὧν ὄρα φησὶν περὶ τῆς αὐτῆς, id est ad laxiora pabula identidē demigrātes. Vbiunque se ostentarit, quod cum iucunditate aliqua hofce libellos instructiores fertilioresque ad nouam sobolem & frugem latam in studioforum subactis ingeniis producendam valeat efficere, præcepemus. Vt sit inoculationum quoque veluti agmen, non amœnum modo, sed & gratum in primis. Verum iam interfari desinamus, agamūque iam nunc quod instat: ne nos tam parte hac admirari forsan videamur, quā se in machara Peleus, sicuti dicitur: aut roramenta auri (vt Iulij Capitolini verbo vtamur) spargi, nunc credi expetamus: etiam si ad liquidum opiner constare, in hoc pistrino, vt Hieronymi vtat sententia, multa nobis durius exantlari, dum vitæ ampliter prodesse cupimus: nullius famā, velut tunica magnopere diloricata. Panis inuenio non vnum fuisse veteribus genus, quando sunt in primis, quos zymitas dicūt, quibus aduersi sint azymi nuncupati: nā nominis etiā meminit Plato. Erant & panes nuncupati obeliaz: alij eribanita, aut etiam canchridia: dicuntur aliqui apirita. Panis bucellam nunc psomon vocant, nūc enthesin. Nam Aristophanis interpres, enthesin, psomon exponit, & ἀνορα, id est panis frustum. Pityrias verò, panes viliores intelligunt, velut fuffuraceos. Nam triticeos, appellant pyrinos. Inter quos habentur sitanij ex quadri mestri tritico. Charisum verò, placentā putant speciem: vnde chalifones nostros corriuari, sunt qui coniectēt, qui modo ex amygdalis concinnantur & saccaro: sicuti mazapanes quoque, tamen si forma diuersa. Apud Aegyptios in acutum conformati panes, callistei vocabantur: sicuti orindam Aethiopes, ex orindio concinnatum dicunt: seminis id in Aethiopia peculiare genus est, sesamo persimile: orthostates autem facer intelligebatur panis. Fuere itē nasti panes, quos item factos vocant, ex melle ac vuis passis & aromatis aliis confecti: cuiusmodi sunt, quos nunc in Natiuitatis festo passim vitmur. Sunt tamen qui eo nomine recentem intelligāt, & calētem panē ex oleo. Meminit Aristophanes Pluto. Dicitū volūt, quia densior sit, cōstipatiōrque: nil profum leuitatis habēs, aut inanitatis, ἀπὸ τῆς πάχους ἀπὸ τῆς ἀπύου. Lycophon,

πῆρ ἀν λειψήσῃ νωστῖν ἀντίχρῳ λίθῳ.

Anasto verò dicti nastophagi, qui eius estandi prolubio tenentur. Sed & nastocopi ex eodem corruantur fonte, videnturque ita dici panis eius confectores. Sicuti apud Platonem in Gorgia, artocopi vocantur, quos artopceos nuncupant. Panis ciuilibus nomine sunt qui simpliciter annonam intelligant, cui vèdendæ qui præest, dicitur Sitosastus, sicut magistratus qui curatur, perissochoregia nuncupatur. Spirã farineam nos quidè vulgò bucellatum dicimus. At eo nomine excoctum ad vsus diurnitatem frumentum accipit Ammianus Marcellinus. Meminit in Auidio Calsio Volcatius: Præter laridum, inquit, ac bucellatum & acetū portare militem prohibuit. Panem ciuilem sunt qui secundarium intelligant, ab Celso autopyrum dictum, cui pollinis nihil sit incerniculo exemptum, sicuti tertix notæ panem cibarium idem nuncupat. Primæ autè notæ candidissimus intelligitur. Edulitatem apud neotericos pro annona, parum Latine positam cõperit. Legimus in Aureliano Flauij Vopisci panes militares mundos, atque item panes militares castrenses. Scribit Horus, panem cenferi primæ notæ, quæ arrodere adorti sint mures, quoniam animali delectus hic præcipue sit. Farriculum, quo pro fermèto vterentur, quo pacto facies, docet Palladius libro vndecimo. Erant & maza quædam sacræ amphiphones appellatæ, quas Dianæ offerebant Munychiæ, ardentibus per ambitum facibus affixis. Sicut panes obelias Dionysio inferebant, qui ex hoc vocabitur obeliaphori. Obelias verò dicti, quia veruculis quibusdam constiparentur, quos obeliscos vocant, vel assarentur, aut quia venderentur obolo. Pelani verò cõmunes erant diis omnibus, ita à figura nuncupati. Est enim pelanos nunc apta sacrificio mola: nunc etiam circa os concreta spuma: vt apud Euripidem in Oreste: sed & succola lachryma modo thuris gummi densata. Est item eo nomine obolus, qui varicinantibus erogaretur. Fiebant pelani ex pepale, id est tenuissima farina: quod Didymus scribit. Boves item iis adnumerantur, sic nuncupati, quod cornua haberent præfixa. Inferebantur Apollini, Dianæ, Hecata, & lunæ. Se-lenæ, id est σελήνας, sex erant: septimus sequebatur bos. At quæ dicitur melituta, Trophonio. Dignissimum verò scitu. Mortuis hæc ferè solita tradi: mellitutam, quæ cerbero obice-retur: obolum, quem caperet Charon: coronam, quæ signi-ficaret

ficaret vitæ certamina exaclata. Mystile, quem canibus obii-cerent, dicebatur panis: quanquam & mystilem vocabant, sorbitionis gratia excautum panem. Collyra dicti minuti panes, qui dari pueris consuevere, Alicubi tamen collyria dicuntur lalangia, vnde & κολυρίσθαι verbum, quo in sartagine lalangiorum percoctio significatur. Sunt qui ita etiãnum scribant, erelsonem fuisse oliuæ ramum lana coronatum, pro-pendentibus omnifariam terræ fructibus, necnon placentis collyris, quem virens arate ferret puer, affigeretque pro tem-plo Apollinis in Pyanepsiis: festum id Apollini sacrum. Fue-re item gaioli & lagunculi, dulciarij panes à Gaio & Lago-ne pueris. Syncomistum panem, inquit ad Glauconem libro secundo Galenus, eum nominant, qui medius inter exquisitè purum est, ac furfuraceum. Eundè autopyrum (de quo paulo antè) dicunt nonnulli, quoniam in puro farinam, non qualis natura est, talem ad conficiendum panem assumentes, sed purgantes prius, furfur excernunt: contrà, in furfuraceo eam prius adimunt farinæ partem, quæ purissima est. Panis autem autopyrus, qualem habet ex natura farinam triticum, talem etiam seruat, Proinde syncomistus nuncupatur, *ἡ τῶν ἀκρίτων ἀλδύρων*, vt inquit Athenæus, velut congestitius confu-saneusque. Autopyrus autem, quia non ex tritici parte con-ster, verum ex integro totoque, id est furfuribus, vtriculis, simila, vel similagine. Vtriculos accipiunt eruditi, qui fufu-re meliores sunt, simila deteriores. Omnino si leuiter secerna-tur furfur, etiã autopyri sunt veluti cibarius panis, vel secun-darius. Phacinus panis, à lente videtur dici, quam vocant φάκιν, aut φακίον, vnde Phacossus dæmon, & bulbophæce, apud Chryssippum. Collabi, panes dicebantur, similitu-dine quadam collaborum in cithara. Sunt autem collabi, fidium epitonia, id est clauiculi, quibus circumnectuntur files, quos etiam collopos dicunt, quos ex colli corio con-fici solitos legimus: quam partem eodem nuncupabant vo-cabulo, quoniam inde fieret gluten, quod collan Græci vo-cant, Colix item panis, quem subcinericium interpretan-tur quidam, Aristophanis tamen interpretes in Batrachis, vbi poeta ait κολίκατος, exponens inquit, ἢ ἄγριος, ἢ ὑγρὸς, id est aut panes, aut interanea. Inde & colicophagi dicti. Quos autem Græci bomilios dicunt, ex Latinis nonnulli quadratos intel-ligunt: nam sic ab Romanis dici, author probat Athenæus.

Blomon tamen apud illos reperio, pro panis fragmēto, vnde & panem *ἐνράβλωνον*, dixit Hesiodus, velut octo fragmentorū. Inter mazas porrō diis sacras erat & hygiea, id est *ὕγιαια*, quo nomine propriè significatur sanitas. Sunt & maza plures vñibus modo humanis dicata, vt anthema, thridacine, cœnuta, quæ ex vino subigebatur, dandalis, cardame. Placentarum item species comperio plures, pyramunta ex tritico. Sunt & pyramides, cuius sunt modi apud Catonem granæ triticeæ, dabantur in peruigilio pyramides præmij loco integram noctem excubantibus. Sesamunta porrō ex sesamo. Aeglen inter placentas fuisse, author Pausanias est, probat & Cratinus. Est item Aegle sacrificium, quod in Delphos mittebatur: quin etiam tesserarius iactus: fuit & cotyliscus, thymmatides quoque. Nam erepis, ex melle conficitur & farina. Itrion ex sesamo placenta est, ac melle. Sumenalia dici hæc à nostris videntur quia *ἄρτυρον*, sūmen est. Teganites in sartagine coquitur ex oleo. Elaphus, placenta est, in elaphobolii confici solita ex sesamo & farinæ flore. Choria, ex melle ac lacte eibaria fuere. Passa, apud Coos placentula sunt. Myllos inuenio Syracusis subigi in themosphoriis ex sesamo folitos, melléque. Erant autem muliebria ephæba. Placentarum denique genera sunt, Tarentinum, crasianū, Siculum clustrum, plicium, guttarum, Montianum, subigitur id ex vino caseoque: crustum tabonianum. Mustacia, ex cœnomelite conficiebantur. Spira, caseo constabat. Habebatur & tyrococcinon: item coproplacus, quæ copta item dicitur rhodia, prædura: vt Martiali credimus propemodum, adiciebatur melcum papauere: cui non diuersum ita est, coctum, in nostris literis, aut coccentum. Non temerè prætereundum, Alphitona apud medicinam professos, accipi pro polenta: reliquis verò est tantum farina. Fuit & pancarpia, ac polton, & pyaniō. Polton, nos pultem dicimus. Pultem Punicā celebrat Cato. Erat & Punicum libum, probi cognomento. Est verò puls quibusdam sorbitio quoque, ex cerealibus in liquamentum solutis cocturæ genere. Dicitur & poltarium, quod pro vase capi item potest. Pultarios legimus pro vasis item, in quibus seruantur vna. Pultarij formam esse, scribit Palladius, inueisi infundibuli, ore angusto. Quia verò de itrion facta mentio est, apud Galenū ita lego, Qui fumosum ructum percepit, fateatur se à cœna placentam nidore plenam comedis: quales sunt, quæ ex oleo

ex oleo & itriis & aliis huiusmodi concinnantur. Probabantur & Samiæ placentæ, item philoxeniæ à Leucadio comperitæ Philoxeno. Conos, ex vuis fiebat pafsis & amygdalis. Echimus quoque inter placentas recensetur apud Athenæum: sicut escharites apud Rhodios, in panis & placentæ medirullio. Cui grata est placenta, nuncupatur philoplacus. Postremò sunt & in sanctis nuncupati literis, panes propositionis: quia sic super mensam disponderentur, inquit Nicolaus theologus. In Hebræo, panes vocantur facierum, vt sic dicam: quia, vt rabi Solomon author est, figura erant quadrata, altera tamen parte longiore, cuius extremitates in surrectum replicarentur. Alij rotundos globatōsque fuisse tradunt: & ideo dictos facierum, quia ex vtraque parte consimiles forent. Neque enim in furno coquebantur, sed in vasis ad id peraccommodis. Dicebatur & mensa propositionis: sed cur sic, ex Bedæ verbis elici clarius potest, super Exodi capite vigesimo quinto, vbi scribitur, Et panes super mensam panes propositionis. Bene, inquit, panes propositionis vocantur: quia semper debet patere sermo salutis cunctis fidelibus, nec vnquã deesse oportet in ecclesia verbum solarij. Dicuntur & panes primitiarum, Regum quarto. Thiagones in Aetolia dicuntur, Deo panes dicati. Panes quidam oxylypes dicuntur Galeno Therapeutices octauo, quibus aceti minimum sit promixtum. Ab eodem nominantur panes *ἀρτυράς*, sicuti & *ὕγιαιας*. Pane hordeaceo qui vescantur, male colorari astruunt medici, quoniam hordeum suapte viscidum leniat, abstergatque vehementius, vnde fiat alimentum paucitas. Multiprema sunt, qui offulas multo perfusas intelligant. Arcam panariam vocat Aristophanes sipyam. Instrumentum verò subigendæ farinæ concinnum apud eundem vocatur mastra. Artoptum est coquendi panis officina: item instrumentum ipsum in quo percoquitur, quod & artoptam vocant. Plathanos vocant, in quibus effinguntur panes. Cardopum mastram intelligunt, quam & magida dicunt: aliis tamen cardopos arcam signat panariam. Erat & apomastra, scytale, Cypros apud Cleonem meloprum libro secundo. Sicut apud Hipponactem Iamborum primo, hemicypros. In hoc prætereà vsu codomeum, & telia, & scapha, necnon cresera & creserion. Apud Bœotia Scolum præstantes fieri panes consuetos, accepimus, vnde & Cereris megalartii & megalomazi statua erecta colebatur. Consimiliter



verò apud Mesapios in Iapigia, ubi etiam fuisse rex Artos dicitur, sed & festa nomine Megalartia, de panis magnitudine appellatione ducta. Celebres erant & panes, dicti agelai, quos dicere gregarios licet, vel cibarios. Apud Syracusios verò Ceres colebatur *αιρω*, ut scribit Athenæus, ob *αιρω*, id est frumenti curam fertilitatem ve. Similam volunt nuncupatam, quia Syracusani Cererem dicant item Simalida, ut refert Athenæus. Quod ad placentam attinet, de quibus satis multa, vehementer adnotata est Matronis cuiusdam parodia,

*Πας αυτω ειρα η νανουρω & εγω δεσν απροχουρω:
Ουδ' εμιν δεινα μωδ' χαλιν, δεινα η σιμυρ' εγω,
Γαστρι δ' ερρησθ' & χαλινω η μιν ιτρον εωσω.*

id est, Quo nam pacto à placentia ipse diuina abstineam? Non si mihi labia forent decem, decem item ora, infrangibilis porro venter, æneum quoque inesset cor. Apud Syracusanos eodem fuerunt pubis specie muliebris mylli, ex melle ac selama: de arum altaribus à sceminis circumferebantur. Globi & globuli esse videntur, qui Syracusanis item dicuntur epicyclij, verum asseueratè nil astruendum. Subuculum fuit libi genus ex halica, oleo & melle. Traphax nuncupatur tabula, ad elibanos qua deferuntur panes. Dicitur & nauis labrum, traphax, ubi scalmi concinnantur. Illud verò scire studiosos peruelim: molas Romæ paratas in Tiberi ad Ianiculū fuisse antiquitas, uti author Procopius est, ad molendi vsum: quia in angustum ibi primò aquarum ingens vis cogitur, ac per canalè mox in præceps acta, violentius defertur, ac ruit. Quo nomine videntur Romani veteres collem Ianiculi muro circum munisse, hostibus ad molas assultus ne pateret.

Panem ex omnibus difficilis esse percoctionis, carnem non ita. Enkratitici qui. Caro fumosa. Creocaccabum quid. Sitarcia.

CAP. XVII.

Postea verò quàm affatim panis genera exsequuti sumus, quantum nostra paruitas tulit, ex multiuga Græcorum authorum lectione, Auicennæ placita subnotare, non inconcinnum omnino fuerit, nec (ut iidem dicunt Græci) *ανωπις Αλωου*. Igitur secunda primò: Panis, inquit, impedimètum, ubi non percoquat venter, maximè censeri debet: carnis verò non ita. Ex hoc, inquit interpres, id passuum inaudimus: Differentiè utique omnem esse incommodam, verum quæ ex pane fiat,

fiat, pessimam: in stomacho quippe residet diu, onere in primis molesto: quòd si non còcoctus satis, denique dilapsus fuerit, hepar præfarcit ac meseraicas. Caro autem maiorem ducit cum humano corpore similitudinè, proinde ex ea minus prouenit nocuenti, & hepatis aut meseraicarū præfartio leuior, ac curationi minus minùsque obfistens, imbibentibus membris longè procliuius ob cognationem quandam carnis succum, quàm panis. Tatiani hæretici, de carnis abstinentia dicti sunt Enkratitici: vnde Enkratitæ apud Hieronymum. Sitarcia in eodè exponitur pro annona, ab *αιρω*, eibus, & *αιρω*, sufficere. Cautum cibaria lege apud Romanos, scribit Athenæus, Ne quis in annum carnis fumosæ plus talentis quindecim absumeret. Creocaccabum dicebant Græci, carnem minutatim concisam cum sanguine & adipe ac liquore iussulenso, dulciariòque.

Felicitatis humanae inconstantia, & rationibus præmissa quatuor, Timothei historia ad id. Cui: vnus obseruatus illustratur ex Epistola ad Amicum. Interim quæ agimus esse somnia. Artabazis historia. Item Persei filij.

CAP. XVIII.

Felicitas, inquit Seneca, res est inquieta, ipsa se exagitat, ad impotentiam, illos in luxuriam, hos inflat, illos mollit, & totos resoluit. Quinimo si verò facere iudicium volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere: mortalium, ut inquit Euripides, nemo est felix. Proinde, ut ex Plinio verba mutuemur, abundè atque indulgèter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix potest: ut præteream Heracliti & Thaletis illud, Cuncta mortalium, seu bona ea sint, seu mala, dum oriri videntur, occidere. Nam Pythagoræ oraculum est ac Platonis, dormire animum in corpore, ac quæcunque hic agere vel pati videmur, nil omnino videri aliud, quàm somnia. Vitæ magister pronuntiauit, Mundum esse vniuersum in maligno positum: quod exitu, miserabili comprobatur Artabazes Parthorum rex, & Tigranis potentissimi regis filius, què bello victum meretrici reginæ, ceu mancipium vilius, dono dedit. Antonius cum præda, & Persicis spoliis. Nempe ut quo illustrior fuerat victoria, eo turpior foret largitio, qua rex tanto



tanto deformaretur ludibrio. eadem verò fortunæ inconstan-
 tia Adramitenum Andrisicum in fallonia natum ob Pseudo-
 philippi nomen euexit: at Persei legitimum filium artem fer-
 rariam ob querendum edocuit victum. Eunus verò ergastu-
 larius seruus fugitiuos in Sicilia ductauit. Splendido loco na-
 ti plerique Viriati genua sunt amplexi, & Spartaci quoque.
 Suppetunt & in hoc exempla mille. Illud hic apposuisse, ope-
 raprerium fuerit, tum quia scitu iucundum, tum quia insimul-
 nodus ex sexto Epistolarum ad Atticum explicabitur, ni falli-
 mur, egregie, quem quum Patavij eum librum provinciali-
 bus auditoribus meis interpretarer, vt conuiuens, transilue-
 ram: testatus tamen, nusquam me, quod ad eam historiã per-
 tineret, comperisse. Nunc ex Vlpiani Græci rhetoris monu-
 mentis loci eius enarrationem aucupabimur: simul & huma-
 næ leuitatis tumorem reprimemus, edocentes, quò tandem
 spes nostras deceat collimare, ne à scopo seiuncti, velut um-
 bræ vagemur. Igitur vt à Cicerone ordinamur primum, eo
 quem præsignauimus loco, ita Græcè scriptum reperias,
 ἡ δὲ ἀνδρῶν ἐπιπένη ἀπὸ τοῦ δῖου ἐμὴν ἰστορίαν τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀρετῶν, ἀνδρῶν ἐπιπένη
 ἢ τῶν ἀρετῶν ἰστορίαν, hoc est, libertum autem eius, qua, Cononis pa-
 ter nomenclatura, nihil omnino curasse. In hunc scopulum
 impactus est lembus. In eo quid aliis obuenerit, non statuo,
 neque enim cuminum serimus, vt maledictis & linguæ pro-
 cacitate, ac morsu arcuato, lætiores prouentus hisce nostris lu-
 cubratiunculis conquiramus, ne improbè item faciamus, si
 in alienis subinde ostentare ingenium velimus, lacerando,
 conuellendoque, quanquam id publico bono non reiciimus,
 quandoque. Verùm ne diutius legentium desideria distinea-
 mus: ita refert, cuius testimonium paulò antè aduocau-
 mus. Timotheus Atheniensium dux fuit, Cononis pater, ini-
 tio vel fortunatissimus, si quis alius: memoriæ siquidem pro-
 ditur, ad quodcunque mitteretur bellum, facilem, ac perinde
 certam reulisse victoriam: vnde factum est, vt à pictoribus
 non aliter per picturam exprimeretur, quàm vt dormiens, ac-
 sistente ei muliere, quam fortunã intelligi volebant, que reia-
 ferret, & id genus instrumenta alia, venationibus accommo-
 da: hoc figmento prudentioribus insinuantes, pro eo fortunã
 omnia peregisse: ipsum verò nil prorsus aliud, quàm dormi-
 tasse. Caterum vbi is grauius hæc, molestiusque ferre cepit,
 aileretis audacius suæ ipsius virtuti, & ingenio perspicaci vi-
 ctorias

ctorias omnes acceptas referri, par esse, procul fortunæ aura
 sequestrata, indignata dea dicti tumore, nunquam postea Ti-
 motheum ex hoste potitum victoria. Plutarchus parte qua-
 dam ipsa hæc item comprobat iis ferè: Timotheus, inquit, for-
 tunatus habebatur imperator, quo nomine extimulati qui-
 dam non citra liuorè ciuitates expingebant, sponte se in cyr-
 tum insinuantes, vas est id piscatorium, illo altius consopito.
 Ad quæ Timotheus eludès: Si tanta, inquit, vel dormiens con-
 ficio, quid excitatù me facturum putatis? Scribunt nonnulli ex
 Græcis amplius, in paupertatem eum recidisse: vt qui Venere
 sibi cecidisse, nimio plus gestiebat, miserè mox, ac extra quã
 opinaretur aliquis, casu sit profligatus caniculari. Quin dum
 sequundiore vteretur dea, solitam se illi fortunam subinde
 offerre. Timotheum denique Cononis patrem commonstrat
 Pausanias quoque, ne refractarius aliquis aduersum ire me-
 daretur. Timothei turrim celebrat Aristophanes Pluto. Hæc
 nimirum grauius commonent, quotquot ex voto cogitata
 omnia citra pulueris tactum conficiunt, ne nimium sibi fi-
 dant, sed volubilem felicitatis humanæ inconstantiam ante
 oculos proponant, scientes eiusdem esse numinis vtranque pa-
 ginam facere, vel potius nostra omnia esse in motu, nil soli-
 dum, nil quod eodem diu permaneat gradu: quoniam vsque
 ad ludibria, mundi pars non vilis, homines quatimur fortu-
 næ salo, nullaque non hora occurrant, qui lethargum patian-
 tur, communem (vt ille ait) delusarum mentium morbum.
 Quid, quòd omnis vita supplicium est. In hoc profundius in-
 quietiusque proiecti mare, alternis æstibus reciprocum, nun-
 quam stabili consistimus loco, pendemus & fluctuamur & al-
 ter in alterum allidimur. Sed quærat aliquis, nec ineptè, vnde
 nam sit nostræ felieitatis subsultans adeo, & (vt sic dicam) in-
 constants inconstantia? Huius verò rationes ab scientissimis
 afferri quatuor, animaduerto: diuinam, cœlestem, naturalem,
 humanam: quippe diuina prouidentia ita sancitum, fugacia
 hic esse, ac haberi omnia, ne in tencidulam dilapsi teneamur
 obretiti, ac diuinorum prorsus obliuiscamur: ad quæ nasci-
 mur, & modo non desipiamus, ducimur, prouocamurque per
 momenta. Cœlestis verò dispensatio sic diuino nutu dirigitur,
 ac contemperatur, vt perpeti ac irrequieto corpori illorum
 motu & vertigine inenarrabili, quum primum ad summum
 vel altitudinis vel directionis peruenerint planeta, mox
 retro

retro abeant. Porro ab sextili aspectu vel trino, quos salutare arbitrantur in quadratum, vel oppositum, qui habentur noxi, relabantur. Deinde, ipsius naturæ nutu ita elementis ordo inungitur, dum prærapido globorum celestium circumaguntur incellu, ut quum calor aut frigus, siccitas vel humecta vis ad summum naturæ suæ prouecta fuerint, nec progredi altius, nec consistere omnino vel minimum permittantur: quin intenta qualitas remittitur, ac laxata refluat mox. Quam quidem relabendi vicissitudinem præcelerem consequuntur & corporum nostrorum humores ac temperatura. Quod scienter est ab Hippocrate significatum, ubi summam corporis valitudinem iudicari fallacissimam pronuntiauit.

Felicitatem veram ex Deo esse. Opinionem de Deo esse omnibus insitam. Prolepsis quid. Triplici calle conscendi ad Dei cognitionem. De prophetis, item de Christo scitu digna. Virginis partu Aegyptiorum comprobari doctrina. CAP. XIX.

Proinde altius generosiusque esse excitandum animum, ni vndique insectiæ caligine circumfusi lapsitamus, liquec opinor, querendumque, quod sit homini propriū bonum: ne, quod historicus inquit, vitam sicuti peregrinantes trāscamus, sit que præter naturam corpus voluptati, anima verò oneris: siquidem bono suo constant omnia. Vitem commendabilem fertilitas facit, sapor vinum, velocitas ceruum, iumenta dorso fortia sunt: quia illorum vnus hic vsus est sarcinas ferre. In cane sagacitas prima est, si peruestigare debeat feras: curfus, si consequi: audacia, si mordere. In homine verò quid optimum est? Nempè (inquit Seneca) ratio, hac antecedit animalia, Deum sequitur: hæc recta, & consummata felicitatem hominis impleuit: quam Erichthonium illum, miranda vetustatis virum, Dardani ex Batea filium, ne suspicatum quidem esse, contenderim. Eum tamen omnium hominum fortunatissimum antiquissimi ex Græcis pronuntiant. Consummata ratio Deum habet scopum, in quem cogitationes omnes & actus dirigat, quando illuc tendit noster conatus omnis. Ab illo seiuncti bulla euadimus, & si quid bulla compertum imbecillus est. Natura humana, inquit Iamblichus,

Iamblichus, nec rationem quidem orationemve de Deo suscipere potest sine Deo, nedum diuina opera absque illo valeat imple. Est quippe imbecillus adeo, & hebes prorsum, ut nullū nullitatis suæ remedium habeat, nisi quandam diuini luminis portionem, desuper influentē, absque ea nil omnino à nobis diuini perfici potest. Deus est omnia, potest omnia, implet omnia in semetipso. Nos autem ad diuinitatem velut ludus. Quod si in Deo bonorū omniū essentia perfectioque continetur, ac prima potestas, primūque bonorū principiū illic est, merito sacerdotes soli, & qui similiter superius se dederint, atque legitime vnionē ad illum fuerint consequuti, bonorum omnium principiū atque finem studiosè prosequuntur. In hoc vti que statu & veritatis contemplatio adest, & intellectualis scientiæ cōsummatio: atque vnā cum Dei cognitione conuersio quoque ad nos ipsos, nostrique agnitio comitatur. Quam obrem idea felicitatis est, ipsum cognoscere bonum: sicuti idea malorū est, vti que ipsa boni obliuio & fallacia circa malum. Hinc Platonici ductor agminis Plotinus: Malū (inquit) anima est, alienis, id est caducis herere, bonum verò domesticis atque cognatis. Ex hoc itē illud est: Mihi verò adherere Deo, bonum est. Propterea sciēter Mercurius: Est, inquit, hominis mensura ante omnes religio, quā sequitur bonitas: ea demum tunc videtur esse perfecta, si etiā cupiditatē omniū alienarum rerum despectui habeat virtute munita. Vnusquisque pietate, religione, prudentia, cultu & veneratione Dei clarescit, quasi oculis vera ratione perspecta, & fiducia credulitatis suæ eatenus inter homines præstans, quatenus astra reliqua sol luminis maiestate agnoscitur præcellere. Adicit his calculum quoque grauisima, & plausibilis maxime Pythagoræ sententia, quem dicere solitum accepimus, *ετι βελτιον η γυνικειδα εστι τας θεας βαδισουρας*, id est accedendo ad Deum effici vnū quēque optimum. Adde publicum humanæ reipublicæ consensum. Ex tot, inquit M. Tullius, generibus nullam est animal, præter hominem, quod habeat noticiam aliquā Dei. Ipsis porro in hominibus nulla gens est neque tam fera, nec tam immanis, quæ non etiam si ignoret qualem Deum haberi deceat, tamen habendum sciat. Ex quo efficitur, ut is Deum agnoscat, qui vnde ortus sit, quasi recorderetur. Sed & alibi, idem Cicero, quanquam sub aliena persona: *Quæ gens (inquit) est, aut quod genus hominum, quod non ha-*

beat sine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat Epicurus prolepsin? Equidem quantum coniectare licet, triplici nos calle potissimum ad tante duci pietatis cultum animaduerto. Primò quidem naturali hac, quam diximus, sagacitate, quam immensa illa nobis prouidentia infudit. Postea verò etiã rationibus philosophicis, ex ipso officij ordine, architecti prouidentiam comprobantibus. Prophetis deum verbis atque miraculis. Hæc verò Christianæ veritatis consecratoribus absunt munificè, defunt Gentibus, veterum superstitionibus (aut erroribus potius) animam in euidentis præcipitium trahentibus, irretitis obuolutisque. Taceo vetustiora, taceo & noua, quæ vtraque virorum maiestate præcellentium in diuinis rebus coruscant. Iacrisimè, quorum commonitionibus, minis, exhortationibus, miraculis personant omnium aures, quando præpotens ille spiritus diuinus animas illas sanctiores in nostrâ emolumenta prouexit altius, & illarum enuntiatione rerum excellentium suspendenda referauit arcana. Quid verbis humanis ineffabilem, imò nec mente quidem comprehensibile **CHRISTVM** hic memorem? aut Christianorum ingeram auribus? Aliorum quibus datum cælitus sacrum tectum opus polliceri, sit minus hoc tam amplum, tam extra hominis captum, Illud modo subtexamus: ipsum hunc quæ lapsæ naturæ restitorem, Dei filium præpotētis, Deū ipsum agnoscimus, veneramur, colimus, quibusdam veluti lineamētis à Platone prius, mox & à Platonice præsignatum, ac obscurius delineatum. Prophetam igitur legislatorem quidem, sed diuinum, Platonice putat: qui vt habeatur talis, oporteat eum manifestis quibusdam miraculis ad homines diuina prouidentia mitti. Quem sanè prophetā humani generis ducem diuinū Plato & Auicenna cognominant. Nam huc demum tendit Platonice illud in libro De regno: Sicuti bestia nequeunt à bestia feliciter sine homine duci, ita neque homines ab homine sine Deo. Probat insuper Auicenna: Animam quidē prophetica lege virtutēque imbutam à diuina solum prouidentia mitti. Corpus autem ad animā prophetæ suscipiendā idoneū disponi à Deo, non tantum proximè, sed per animas cælorum motrices, tanquam per ministras, ac etiam per cælos ipsos, quasi per instrumenta Dei. Sed nunquid reticebimus, quod quarto Legum Plato diuinissimè videtur vaticinatus: Deus, inquit,

omnium nobis est mensura, multoque magis, si quis (vt ferunt) homo est. Quod exponens Platonice nobilis, Si Deus aliquis homo est: id est, si quædo fiat homo, vt ferunt oracula, scilicet prophetarum. Quod ad virginis attinet partum, in Ægyptiorum mysteriis lectum est, Mulierem ab spiritu afflari diuiniore, non videri absurdum, extraque naturæ potentiam: atque eundē generationis semina itē inserere. Quando & sic natos aliquot, nobis ex historia suggerit. Ceterum quo risu, quæve exsibilatione excipienda est scelestissima Luciani impietas, qui nos irridens egerrimè fert, qui Græcorum deos abnegemus, & *ἀποστρέφοντες τὰ ἴδωλα καὶ προσκυνῶμεν τὸν θεόν*, id est cruci suffixū Sophistæ adoremus, & ex illius præscripto viuamus. Nec à Trinitatis diuinæ infanda alibi abstinet suspitione. Sed abundè Græca natio, quid de eo sentiendum foret, sanxisse videtur, blasphemæ conflatō cognomine. Verum excus eo amplius, quoniã à canibus fertur conscissus, homo sacrissimus, loquentiæ multæ, ac sapientiæ minima. Quanto piū magis, quanto religiosius ita statuere, vt sciamus, primum esse Dei cultum, Deum credere deinde maiestatem illi suam reddere, & cum maiestate bonitatē, sine qua nulla maiestas est? Scire illum esse, qui præsidet mundo, qui vniuersa, vt dicitur, imperat, qui humani generis tutelā gerit, qui coercet, castigat, pœnas pro noxa irrogat, iustis præmia elargitur aternæ. Vis Deum propitiari, inquit Seneca, bonus esto: satis illum coluit, qui imitatus est. Porro quod vides omne, quo cælestia & humana cœclusa sunt: vnum est, membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos ædidit. Hæc nobis amorem indidit mutuū, & sociabiles fecit: ex illius constitutione miserius est nocere, quàm lædi. Iste versus in ore sit perpetuò, sed & in pectore: Homo sum, humani nihil à me alienū puto. *Salutis rationem esse in religione tantū. Cecropis inuenta. Religiones falsas, & superstitiones omnes ex astrologia & syderibus profluxisse. Lucretij locus declaratur.*

CAP. XX.

Quamobrè reiecta omni vesica, sic cum Aurelio Augustino cludamus partem hæc: Religionē esse eam, quæ in ierusalem continet viam animæ liberandæ, quoniã nulla nisi hac liberari potest. Hoc est canonicū iter, quod vnum ducit ad regnum non temporali vestigio nutabundum, sed



æternitatis firmitate securū. Hoc inquam augustissimū iter doctissimus ille Porphyrius quæsiuit quidem, sed non reperit: non repererūt & alij, quantumuis rerum naturæ capaces viri, quos prisca tulit ætas, etiam si singulari studio & solertia inenarrabili ista cōsecraretur: CHRIS TI pretiosissimus sanguis effusus referauit, & credētibus incōparabiles thesauros, patrum nostrorū memoria incognitos, etiāque infantili simplicitati patefecit. Comparetur nunc Christiano statui principis Augusti illa passim certatimque ab authoribus celebrata felicitas, quantula demū deprehendetur? quæ im pusilla? quā nulla prorsum? Ipse sibi tamen nimis placebat in ea, plausibiliter sibi ablandiebatur: siquidē quum Caium ex filia nepotem in Armeniam mitteret, comprecatū ferunt à diis, comitem illi Pompeij benevolentiam, Alexāri audaciam, suam verò ipsius fortunam. At Cecropa veterum plerique mirantur, quōd omnium primus Iouem appellarit, sinu lacra repererit, aram statuerit, victimas immolarit: quū ante illum nemo ista inter Græcos perpetrasset, aut agnouisset omnino. O temporum conditionem miseram, & ineptam vanitatem. Stultitiæ dux, ignorantia magister, à doctissimo quoque plausu excipitur festo, author vitæ ridetur. Verū ita prorsum res habet, Deus omniū est principium, ac finis: proinde colligi facile potest, Deo nos esse natos, non nobis. Propterea Dei cultus, virtutum virtus est: at enim Dei consequatio, virtutū utique præmium est, sed incomparabile. Hinc fit quoque, uti viuere ij demū videantur, qui de diuinis scribunt vel loquuntur, aut cogitant. Quod si ē medio auferatur diuinus cultus, erit sanē rationale animal vel brutis infelicius. Cæterum hic præstat vnus præcipue, ut mente viuamus: hoc est, ut semper ac feliciter viuamus. In mente siquidem status est, ac tranquillitas. Verū ab mente delapsus ad inferos se ipsum intrudit. Sed quoniā de religione agimus, illud sciendum amplius, religionum exortum & varietatem esse qui syderibus acceptam referant, quæ vrbibus & prouinciis propria, peculiarique potestate præsideant. Ex rerum verò celestium studiois plerique ad eas quas vocant coniunctiones magnas planetarum superiorū, referre maluerunt: Saturni præsertim, atque Iouis. In qua sententia esse Arabas animaduertit, & Latinorū itē multos, qui illorū consecrati vestigia sunt. Ptolemæus verò Apotelesmaton libro secundo, Asiaticos scribit,

bit, qui exortum spectent, ac meridiem, Veneri, Saturnoq; rem diuinam facere: quoniā trigono subsint aridæ qualitatis, hoc est Virgini, Tauro, Capricorno, quibus dominantur Venus & Saturnus. Rursusque qui inter meridiem habitent. & occasum, Venerem summè ac Martem colere, quoniam humectæ subiiciantur triplicitati, cuius cum Marte Mercurium ac Venerem præsidet fecit. Atque ita deinceps reliqua subtexuntur. Iam verò & Manichæorū hæresis, quæ liberum excutit arbitrium, non aliunde initia ducit, quā ab astrologorum fata astruentibus disertationibus. Ex astrologiæ portu sinu profuxisse superstitionum omnium vanitates, locupletissimus author Varro testatur. Geomantiam astrologiæ itidem adoptant, qui eiusmodi doctrinam profitentur. Iam & magiæ clavis commemoratur astrologia. Nam quid de chironiatis dicemus? A quibus excogitata scimus in manuua volis septem montium supercilia, quæ cælestes præferat planetas. Cæterum hæc omnia esse acuta potius delyramenta, & vanissimas vanitates, quā documenta, vitæ vltibus concinnata, nemini non arbitròr liqueere. Nos tamen in eo primis consilio recensuimus, ut Lucretij locū aperiremus, qui libro De natura primo, religionem destruere volens ita scribit,

*Humana ante oculos fæde quum vita iaceret
In terris oppressa graui sub religione
Que caput à cali regionibus ostendebat,
Horribili super aspectu mortalibus instans:
Primum Grauius homo mortalis tollere contra
Est oculos ausus.*

*Hominum pectora debuisse fenestrata fieri ex apollo-
go. Vtilitigator. Hominum prauitas. Et cur tradi-
tum, animas transire in bestias. De Plotino non-
nihil.* CAP. XXI.

FAbulas, quarum nomen falsi professionem indicat, aut tantum conciliandæ auribus voluptatis aut adhortationis ad bonam frugem gratia, repertas esse, legimus. In hoc genere, quod posterius est, multas sæpè ac periucundas altero (quod dicitur) oculo percurrimus. Sed eam in quam proxime recidimus, dum ista cōmentaremur, nullo modo præterire possumus, quod instituto nostro bellissimè congruat.

Ferunt ergo mythologi, Mineruam, Neptunum, Vulcanum de artis peritia inter se amplius disceptare coepisse: atque inibi quidem Neptunum periclitandi causa effinxisse taurum, Mineruam verò domum subtrudere adortam, à Vulcanò esse expressum hominem. Eius certaminis arbiter erat. Momus: is diligenter singula conspiciat, quid in quoque vitio vererit, operæ non est referre, in homine vitique id accusavit, debuisse architectum Vulcanum pectus eius effingere fenestratam, ut sic eo planè recluso ac patenti, omnibus perspicuum fieri posset, quid sibi vellet, quid meditaretur, verane promerentur, an secus: quādo & Moralium septimo Aristoteles ait, prauitate insignem hominē milites esse fera nocentiorē. Fabellæ autem huius lepidiſsimæ concinnatæ documentum illud mihi præmonstrare videtur scitissimè, quod est à M. Tullio positum in quadam ad Quintū fratrem epistola: Multis, inquit, simulationum inuolueris tegitur, & quasi velis quibusdam obtuleris vniuersiusque natura. Frons, oculi, vultus per sepe mentitur, oratio verò sepiſsimè. Nec extra pomœria nati falluntur modo, quod ferri posset: sed vel intra institui vix sibi eauent: imò ne Argus quidem, vti in fabulis traditur, oculus totis imposturas humanæ prauitatis euaserit. Scētiam eandem Socrates item cōprobauit de fenestrato pectore, puto ex id genus apologo, Ne (inquit) occultiores deliteſcerent sensus, sed ad cōsiderandum paterent: quoniam hominum effigies habent ferarum animos, ut inquit Seneca. An non Hercule, sicuti Plinius scribit, ex homine hominū plurima sunt mala? Cætera animantia in suo genere probè degunt: at diuinum hoc animal, & miraculum quoque, quod sæpè repetimus, & suo probatum loco est, venerandum atque adorandum, nunc aperta vi, sapius fraude mutuo arietare (ut sic dicam) non cessat. Nec hominī tantum homo lupus est, quum qui sit, non nouit, ut Plauti verbis utamur: sed & quanto notior, tanto etiā fauor, & immanior, fraudulentiōrque, ac plane vitiligator: quod verbum, Plinio docente, eleganter ex vitulis & litigatoribus concinnat Cato: sed eo & Firmicus vitice Matheseos quinto tribus locis. Verum modo vitiligator scribitur, modo vitiligator. Huius verò, ut ad instutum redeamus, absurditatis quam esse aliam rationem opinemur, quā quæ ex Aristotelis oraculo promitur? Homo, inquit, ut perfectione suscepta, animantium cūctarum optimus

mus est, sic à lege ac iustitia seiunctus, omniū efficitur pessimus. Dedit quidem optimus ille parens rerū animis nostris igniculos quosdam, & quasi scintillas ad omnem virtutem percipiendā: cæterum igniculos eos malis moribus opinionibusque deprauatis, ut M. Tullius auctor est, sic extinguimus, ut nusquam lumen ingenitū appareat. Quòd si eos adulescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc verò, simul atque in lucem æditi & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa opinionū peruersitate versamur, ut penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur, ut merito Lucretianum illud possit comprobari,

O miseris hominum mentes, o pectora cæca,

Qualibus in tenebris vita, quantumque periculis

Degitur hoc eui, quodcumque est.

Porro ex hac hominum ferina in alterum rabie scruendi, atque item omnifaria malè viuendi libidine, prorsus bruta: natam, opinor, infamem illam de animarū transitu positionem. Quoniam Timæus Pythagoricus nobilissimus in libro què de mundo & anima scripsit, quem postea imitatus est Plato: Migrationem in bestias, inquit, induci falso ad terrorem hominum impiorū, ut pœnæ saltē formidine, & specie absurda immanique à vitis inquinamētisque, quibus candori animæ labes inuritur, retraherentur, proficerentque in bonam frugem. Sed & Pythagoras, à cuius placitis hæc in primis videntur inualuisse, id ipsum ita significauit: Si depositis, inquit, corpore liberum ascenderit atherem, eris immortalis Deus, non vltra mortalis, Orpheus quoque in ipso Mercurij terrestris hymno,

Κούριον υαίον αινυίς ποποι σίυσυ άυάγνυς.

Id est Cocytii habitans irremediabilem necessitatis viam. Sed hæc Aegyptiorum sacerdotum scientia omnino comprobari te vera demigrationem animarum eiusmodi tetram formidolosamque. Quinimò ad ferinum vel heroicum animæ habitum referendā, opinatur, quādo apud eos hominis nūcupatione animus modo intelligatur. Quod aperuit Mercurius Aegyptiorum pontifex maximus, qui quum emigrationem eiusmodi ritu poetico descripsisset, adnexuit, legē diuinā non permittere animi humani in bestias trāstum. Quinimò pœnas statuit sempiternas impiis animis in mundi huius infimis elemētōrū gradibus. Agit quoque gratias Deo, quòd bonos

viros aternitati consecrarit. Item dicit, vsque adeo coniungi mentem Deo, vt erroribus ex eo non implicetur amplius. Zoroaster quoque in libro, cui titulus *μαγικά λόγια τῶν αἰώνων* *Συροδάρας μάγιστρος*. Zoroaster, inquam, abs quo omnis veterum theologorum sapientia manasse creditur, inquit, *οὐ γὰρ ἀγγέλων δίνες ἔχοντες δύνανται*, hoc est, tuum vas habitabunt bestiarum terrarum. Quod si intra nos bestia sunt, intra quoque, non extra de homine in bestiam, ac ex bestia remigramus in hominem. Ceterum nec desunt, qui ista sic interpretentur, vt animalium quae similem brutis duxerint vitam, alia inter alias bestiarum turbas diuersentur. Quod ipsum Platonis doctrinae valde consentaneum putat Olympiodorus: quoniam Plato animas purgatissimas inter deos censuerit versari: impuras autem inter sepulchra reuolui: quo fiat, vt vmbriis quandoque terrea mur, quippe quum corporei quippiam circa se contraxerint, sicut & in se: vnde fieri Plato vult, vt videri quandoque possint. Ex priore autem sensu, si habitum intelligamus, non specie, arbor erit apud Platonem, qui nutritioni deditus, vel Hercules quastum in ea attriturus, die nocturneque torpebit. Miluus, qui raptu viuet per concupiscentiam: leo, qui egregie militabit: draco, qui crudeliter in genus humanum debacchabitur: homo, qui ciuilitate viuet: heros, qui naturalia scrutabitur: daemon, qui mathematica: angelus, qui diuina. Talis enim fit animus, qualem induit habitum. Ex quo in Phaedro Socrates: Ego (inquit) considero, vtrum ipse sim bestia Typhone multiplicior, an diuinius animal. Porro quid in his Aurelius Augustinus senserit, quid ve Porphyrius, qui scire cupit, legat Ciuitatis diuinae librum decimum. Plato autem figurate metamorphoses istas in Timaei parte postrema sub Pythagorica persona poetico quodam excursu persequitur. Iamblichum certe rationalem animam puduit in brutum precipitare. Quanto cautius nos Christianae veritatis cultores hoc genus nugamenta retundemus, illius prophetici memores perpetuo: in circuitu impij ambulabunt, veluti ita dicatur: impietatis anquiri oportere, si quis ambitus eius nonis & demigrationes enixius tueri contendant. In quam decuriam, alioqui philosophus nobilis, & inter Platonice sapientiae sectatores facile princeps Plotinus transcribi se nescio quomodo paritur, dignus qui cum Timaeo potius stipendia faceret, ac vbique triarium ageret, nec rotarium quandoque. Nocendum quo

quoque in libris *πρὸς ἀρχαίαν* ab Origene *κατὰ τὸν ἕκτον* defendi. *Ita dei commendatio praecipua. Qui dicantur palimboldi. Thessala perfidia. Thessala ala. Thessalus equitatus. Rhombus quid. Trapezia. Thessalica portio quid. Capanica, capane, scapane, scaphium, ama. Capus, & cape quid. Capania Pallas. Ogygia, cur pro antiquis Thebe, cur dicantur. Ilici esse simile, quid sit Cohors sacra Thebis qua: imbi adnotatur interpretis Plutarchi lapsus foedissimus. Iolai historia. Pharsalorum & Boeotiorum voracitas. Scytala Musarum quid.* CAP. XXII.

NVMAM Pompilium memoriae proditum est, quum Romanae iuuentutis bellicosos acresque spiritus & ferocientes (vt sic dicam) animos, incusso deorum metu remollires, ac retundere cuperet, omnium primum Fidei templum construisse, illamque Romanis, Plutarcho auctore, maximum esse iusiurandum demonstrasse. Proinde quum ad id sacrum flamines bigis, curru arcuato, id est obrecto desuper, ac velut fornicato vehi iussisset, manu quoque ad digitos vsque inuoluta, rem diuinam facere voluisse, significantes symbolice fidem tutandam esse, ac eius sedem in dextris esse sacratam. Quod Plinius scribit, & Aristophanes quoque in fabula, cui titulus Nephelae, significauit. Sed & Plethon Gemistus rerum Graecarum libro secundo, manus porrectio *μυρίση παρὰ τὸ πρὸς αἰγῆς*, id est maxima inter Persas censetur fides. Quin & M. Tullius nullam rem scribit vehementius continere rempublicam, quam fidem: quoniam, vt alibi ait idem, est iustitiae fundamentum fides. Iustorum corda, inquit Ambrosius, meditantur fidem. Haec porro, tradente Seneca, sanctissimum humani pectoris bonum est, quod nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur praemio. Vre, inquit, occide, non prodam. Sed quo magis secreta quaeret dolor, haec illa cōdet altius. Est autem (vt Cicero finit) fides dīctorū conuētorūque constātia, & veritas. Propterea Plato inquit, fidem esse in reddendis pecuniis depositis, vel in sepulchris erigendis iustitiam. Sillius item Italicus praconio poetico sic fidem commendat,

Iustitiae confor, lacinumq; in pectore numen.

Hec tamen quamuis præcellens, quamuis ciuiliſ ſocietatis glutinamentum firmiſſimū, & ferruminatio (vt ita dicam) inuicta, nonnullis, imò verò plurimis, bonūque ſi non omnibus, ita proſum fluxa eſt, ita cenſetur nulla, vt nil rariuſ ſit reperire, quàm incorruptæ veritatis hominē. Inde in Plauti Bacchidibus adoleſcens ille,

Satū, vt quem tu fidem habeas, aut cui credas, neſcias?

Sed & rurſum poëta idem, atque adeò fabula eadē, graphicè ſubſultantem a micorū ſinceritatem eſtingit hiſce verſiculis,

Multi more iſto, atque exemplo viuunt, quos quum cenſeus

Tibi amicos, reperuntur falſi teſtimonijs,

Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſto fide.

Subleſtam verò fidem Marcellus friuolam intelligit, ac leuem. Cuiuſmodi viſitur in iis, quos *παλιſιδος* Græci vocant, & in commentariolo De liberorum inſtitutione, nominat Plutarchus. Sicuti *παλιſιδος* Agathias poſuit in libris. Dicuntur autem eo nomine inconstantes, & perſidi, ynde tritum illud apud Græcos, Scytharum eſt palymbolum ſe præſtare. Sed & in Pompeij rebus ſcribit Dion. Ciceronem ſapē ſolitum *παριφοριſτην*, quia nunc populo cohæreret, nunc ſenatu: proinde, inquit, dicebatur *παριφοριſτην*. Homerus *ἀλλοτριſταλον* vocat, id eſt nunc huius, nunc illi inharētem: quales ſerme coarguuntur Theſſalici, nec id vtique in Latinis literis, quod riſu fortè exciperent Græci, ſupercilij ſtudioſiores: ſed obſeruatū id meminimus apud Demotheſen in primis, in cuius Olynthiaca prima ita ſcriptum inuenio, *ἄρα τῶν θεſſαλῶν, παρὰ τῶν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἢ δι' ἡμῶν φέροι, καὶ ἀπὸ πάντων ἀνδρῶν*. Poſtea, inquit Theſſalica, hæc enim infida quidem erant natura, & ſemper vtique omnibus hominibus. Conabar, quantum mihi varia lectione ſuggeritur, tam ſædæ, tamque probroſe inuſtionis cauſam prouocare. Demum ex Ulpiani rhetoris monumentis ita ſerme commoniti ſumus, Theſſalos vt infidos, antiquitus ſugillatos: aut ob Medææ hiftoriam, quam ab Iſoſone circūſcriptam, qui Theſſalus erat, poëta tradunt: vel quia tempore Peloponneſiaci belli in ipſa acie ab Athenienſibus ad Lacedæmonios, velut inducta fidei, interlitæque memoria, ordinibus mutatis, Theſſali transfugerūt: ſicuti Thucydides quoque author eſt, vnde natum prouerbiū, vt Theſſala fides, de vana dicatur & fluxa, quæ in ratione virtutis nihil omnino

omnino habeat penſi. Quod Euripides item innuit, *πάλαι τὸν θεſſαλὸν, καὶ τὸν περὶ τῶν θεſſαλῶν*, hoc eſt, multi quidem erant, ſed infidi Theſſali. Quin Ariſtophanis item aſtipulatu id ipſum comprobari videtur poſſe, a quo amplius *εὐθραυδιστῶν* appellantur, quo nomine ſignari animaduertuntur plagiarij, qui liberos homines in ſeruitutem redigunt, & diſtrahunt. Theſſalorum denique improbitatem non tacuit hiftoriæ parens Herodotus, qui libro nono ita refert: Theſſalos adeò non penitebat eorum, quæ hætenus egerant, vt etiam multò ſtudioſius perſam inducerent. E quibus Thorax Lariffæus, & Xerxes fugientem deduxerat, & tunc Mardonium propalam inducebat in Græciã. A Philoſtrato quoque taxantur egregiè Theſſali in Critia ſophiſte: Similis, inquit, Theſſalis euafit, apud quos *ἀγορεύει καὶ ἀπὸ τῶν καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐν δὴν οὐδὲν ἀφῆραται*. Qui tamen, inquit, ſapientiam nõ negligebant: ſed *ἰγρίαſεν*, id eſt Leontinum Gorgiam amplexabantur. Polydamas tamen Pharfalius apud Xenophontem rerum Græcarum ſexto, fuiſſe traditur hospitalis ac Theſſalico morè magnificus. Eodem modo & Aeoles vt fraudulenti infamabantur, quod Idilio primo adnotauit Theocriti interpres, vnde factum opinatur, vt *ἀπὸ τῶν* ſignet decipere: vt apud Hieroclem, *πῶς δ' αὖτις ἐστὶν*, ne circūſcripſeris ipſam. Sed redeo ad diuerticulum. Illud ad mores pertinet nihil, quod Theſſalicas alas inuenimus dictas in antiquis authoribus, de chlamydbus, quibus vterentur Theſſalici: nam vt inque anguli proiecti eminebant quadam alarum ſimilitudine, quales ſerè nunc habentur Galicæ veſtes. Vnde Eupolis in Maryca, *ὅβρις τῶν θεſſαλῶν*, id eſt Theſſalici circumueſtiti ſumus. Cæterum in totum videar Theſſalos inſectari, operæ pretium fore opinatus ſum, quod ex diuerſis captauimus apponere. Igitur Quintus Curtius geſtorum Alexandri libro tertio, Theſſalos equites, Acarnanas, & Aetolos inuictam eſſe dicit bello manum. Et in Menone Plato Theſſalos ſcribit inter Græcos fuiſſe illuſtres tuta equitatu, tum diuitiis. Polybius quoque author grauis Theſſalicos equites conſerto prælio inſuperabiles eſſe confirmat. Quos tamen ſi per partes attētaueris, lacerare carperetque facillimum ſit. Vique adeò natura non ſolum hominum corpora, verum etiam animos ſui diſſimiles ſinxit, vt ſæpenumero vnus idēque homo, non modo in rebus diuerſis, ſed in ſimillimis modo inauditam celeritatē, alias incredibilem

dibilem ignauiam ostendat. Aratus in rebus ciuilibus vsque-
 que fuit perfectus, rei militaris peritus. At si acie dimica-
 re cogere, in consiliis segnis, in subeundis periculis timi-
 dus erat. Legimus præterea, aciebus ad rhombi similitudinē
 formatis Thessalos primos esse vsos. Iafone (vt ferunt) autho-
 re, vt quæ sint ad omnes vsus accommodatiores equites enim
 hac forma constituti vertere sese in quemuis prospectū pos-
 sunt, mini meque vel à tergo vel à latere capi. Est verò rhom-
 bus quadrilatera figura, quæ tamen restangula non est. Sicut
 rhomboides, quod in contrarium collocatas lineas atque angu-
 los habet æquales, non autem rectis angulis, neque lateri-
 bus æquis continetur. Præter hæc verò omnes quadrilateræ
 figuræ trapezia, hoc est mensuræ nuncupantur. Insuper apud
 Theocritum esse magicum instrumentum videtur rhombus.
 Corymbum ab Atheniensibus quidam putant dici, Apollonij
 interpres rhombum esse rotulam dicit, quam loris diuerber-
 rantes circunagunt, atque ita sonum inde eliciunt. Quidam
 etiam Didymon vocant rhombum dimidiatum, in re mili-
 tari, etiam transformatum in triquetrum, cuneum seu rostrum
 vocamus. Rhombum præterea lego communius strumbam
 dici, quæ & bombix nuncupetur, verum & stromibus, vnde
 ἰστροβίχην insectitur. At in Olympiis Pindarus rhombum vo-
 cat iaculi eubrationē: quæ uide ἀνθόσος planè fiat, id est haud
 citra rotatam vertiginem. Acie cuneata Scythæ vtuntur, &
 Thraces: quin & Macedonas vsos inuenio, Philippo suadente.
 In istam porro Thessalis animaduerto voracitatis notā. Pro-
 prærea in Lamia Crates, ἰστροβίχην δειψαντὸς τρέφεται, id est
 tritium longitudine cubitorum incisa Thessalico more. Nam
 carniū portiones facere grandiores, gentis eius erat pro-
 prium. Quando & carnem δειψαντὸς, id est Thessalicè inci-
 sam, Philaretus dixit in Lampadophoris: quin & Thessali-
 cam enthesin de magna pronuntiabant. Capanica verò Ari-
 stophanes, velut amaxita dixit, id est plaustralia: quoniam
 currus Thessali λέωνος dicit. Quamquam est item in curru
 virga quædam dicta Capane. Capus verò propriè locus est
 ventorum sentiens perflatus, vnde Capas vocant præsepia,
 quoniam ab equis disidentur. Scapane ligonem indicat, quem
 & scaphium nuncupant: communius etiam τζαπίον, inquit Theo-
 criti interpres, sed Attici Amā. In gymnasio Cylabare apud
 Argos, de Sthneli filio sic nuncupato, visebatur Palladis simu-
 lacrum

lacrum, inquit Pausanias, quæ Capania dicitur, id est λέωνος.
 Pharsali inter hos incessabantur præcipue, quod significat
 Mnesimachus, τῶν πολεμίων ἡμετέρας, ἢ τὰς τραπεζίας λέωνος, id est
 id est Pharsalorum venit aliquis, vt mensas voret ipsas. Tur-
 pitudinis eiusdem infamantur labe in Græcia item Bæotij,
 vt author comprobat Polybius historiarum vigesimo, Et qui
 eos, velut vasa dixit, quæ sortita vocem non aliud eloquantur
 prorsum, nisi quantum capiant singula. Vt Bæotiarum hic vt præ-
 terea, quamuis eam se euasisse, in Olympiis gloriatur Pin-
 darus, dum Aeneam alloquitur chorodidascalum, quem esse
 Musarum scyrtalam pronuntiat, id est, nuntium, ac velut car-
 minum præconem. Illud superpondij loco adiecerim hic,
 Ogygum fuisse vetustum adeo Thebarum regem, vti quic-
 quid per antiquum visatur, dici Ogygium recte valeat. Vnde
 tamen qui in Aegypto regnasse autem hunc, vnde sit Cad-
 mus, qui in Græciam profectus Thebas condidit, ab boue iu-
 gulata sic nuncupatas, quoniam Syrorum lingua bos dicitur
 Thebe. Bæotios denique dicebat iericles, esse illicibus consim-
 ilis: quod ex Aristotele est, quoniam semet intestinis consim-
 ilerent disidiis. Suum autem ilicis est, vti densiore sit mate-
 ria, validaque: sed ita vt disiliat nulla externa vi, confringatur
 que. Hic verò quoniam de fide actum, de que Bæotius, id
 subnectamus potissimum, fuisse Thebis ἰστροβίχην, id est sa-
 cram cohortem, quam Gorgidas instituerit primus, ex ele-
 ctissimis viris, hoc est amatoribus amatisque, vt voluere nõ-
 nulli, quando hic est ad robur nexus præpotens. Nā legimus,
 inquit Plutarchus in Pelopida, Iolaum Herculis amatum
 fuisse certaminum participem ac propugnationis. Prodit au-
 tem Aristoteles, vel tempestate sua ad Iolai monumentum
 τὰς λέωνος ποταμῶν ἰστροβίχην καὶ τὸς ἰστροβίχην, hoc est amatos
 amatoresque fidem solitos obstringere obfirmareque. At in-
 terpres, Aristoteles quidem etiam pro sententia animi sui ait,
 apud sepulchrum Iolai amantes atque amatos tumulo so-
 lennia misisse.

Magia species esse plures, quæve differantur discerni-
 culo. Libri improbatæ lectionis quæ. Ielita, Izelacio-
 la. Propheta pro Magis. li. in pharmania quæ in-
 telligatur. Magorum ynges. Coetia. Epode. Magia
 notum



CAP. XXIII.

Q Vi acuratius introspicere ista enixi sunt, magiæ fasti-
gia duo deprehenderunt: alterum infame est, ac im-
mundorum spirituum commercii inauspicatum: reliquum
si pensitatus explores dispiciatve, non ferè aliud est, quam na-
turalis philosophiæ apex. Priorem illam non magnopere ma-
giam, sed goetiã vocant Græci, incantationibus & carmini-
bus nefariæ curiositatis arte compositis concinnatam, quam
honestiore vocabulo etiam theurgiam nuncupare audent:
sed discerniculo tamen quodam, vt illicitis artibus debitos,
eiusmodi excogitasse Zabulus memoratur, alteros intelligi
damnabiles velint, quos & maleficos appellat vulgò. Horum
enim esse goetiam propriè dicunt. De qua cõcinnantur libri,
quos improbatè lectiois appellat Iureconsultus Vlpianus,
protinusque esse corrumpeudos statuit. In quod fortè genus
veniunt pyctaciola ad ægritudinem conscripta quamlibet.
Laudabiles verò alteros, quibus theurgiam deputant, quãvis
vtrique ritibus sint demonum fallacibus obstricti, sub ange-
lorum nominibus. Nam & Porphyrius quandam quasi pur-
gationem animæ per theurgiam, cunctanter tamen & pud-
bunda quodammodo disputatione promittit. Reditum verò
ad Deum hac arte præstari cuiquã, inficiatur omnino. Qui-
busdam verò consecrationibus theurgicis, quas teletas vo-
cant, idoneã fieri atque aptam susceptionem spirituum & an-
gelorum ad videndos Deos, arbitratur. Quæ verò propriè ma-
gia nuncupatur, perfecta creditur, & summa sciẽtiæ potestas,
quando Persarum lingua est magus, non ferè alius quam di-
uinorum interpres & cultor. Goetiam omnium placita le-
gum exterminant, execranturque. Magiam festo plausu sa-
pientissimus quisque excipit, veneratur & colit, vt quæ alior
sit sanctiorque philosophia, ex qua præsignis profuatur literarũ
claritas. Pythagoram, Empedoclem, Democritum, Platonem
quoque hanc equis velisque conquisiuisse, navigatione susce-
pta non longiore modo, sed & periculosa, cõstans opinio est.
Huius veluti parentes celebrant, Zamolxidem quem postea
sit imitatus Abbaris Hyperboreus: Zoroastrem, non quæ vul-
garis recipit opinio, sed Oromasi filium. Plato certè in Alci-
biade aperius testatur, non aliud sibi videri Zoroastis ma-
giam,

giam, quam diuinorum sciẽtiã atque cultum, qua imbuan-
tur Persarum regum filij, vt ad mundanæ reipublicæ imagi-
nem, suam & ipsi rempublicam administrare distribuereque
condiscant. Propterea M. Tullius in diuinationibus, neminẽ
apud Persas regio potiri fastigio scribit, qui prius magicam
non imberit sciẽtiã. Et Potidonium sequutus Strabo, esse
Parthorum duplex cõcilium scribit, vnum quidem *εὐρυγῶν*,
id est nobilium, vt ipse interpretor. Alterum verò nobilium
& magorum. Ex vtroque quorum reges allegare consueue-
runt, Strabonis interpres, *εὐρυγῶν* affines dici putat parte ista:
id quã rectè, ipse viderit, Plinius vtrique cognationem, syn-
genicon, agnationem, pro nobilium accipit stemmate. Ve-
rum ad magiam redeo. Hæc naturalium consensum, quem
significantissimè Græci *εὐραδῶν* vocant, indagine scrupu-
losã dum rimatur exploratius, inter sparsas mundo potestates
rerum, alioqui quasi illatebratas, in naturæ que quodam mo-
do sanctariis reconditas in apertum ita producit, vt per ille-
cebras mutuas, quæ magorum *λυγῶν* nuncupantur, & cognã-
tionem quandam miracula consurgant maximè mira, non
vtrique magia ipsa artifice, sed natura potius, cui se hæc mu-
tuos copulando aptè consensus ministram exhibet. Quibus
disparatis dissectisque, ac (vt sic dicam) diuaticis cessant illa,
& veluti in sinu maiestati quæ parentis interquiescunt, donec
conciliator excitatorque accesserit oportunus. Quem non
alium deprehenderis, quam magum, reconditissima quæque
diuinorum operum exactissime speculantem, promittẽtque
illa in actum sciẽtiæ angustioris profunditate, cuius igna-
rum vulgus pullatum carpit, quod nescit, conuellit, quod sin-
gulari dignum veneratione censetur. Quando ecclesiasticos
doctores plures hanc nouimus amplexatos. Hanc denique
Magnus Albertus ita approbasse comperitur, vt sequeretur,
& periclitando multa se deprehendisse, non erubescat non in-
ficiari. Goetia maximè probantur insignes Aegyptij, quod
præcipuè demonum ibi viguerit cultus. Magia verò præcel-
lunt Aethiopes & Indi, quia ea mundi portio herbis, aliisque
ad eũ usum peraccõmodis maximè scateat. Porro hæc magiæ
distinctionem ab Hieronymo item significatã, coniectare li-
cet, vbi ad Paulinũ scribens: Apollinijum ait Tyaneum fuisse
magum, sicuti vulgus, siue philosophum, vt astruebant Py-
thagorici. Deniq; ad inuisendũ adoradũque **C H R I S T V M**
venisse

uenisse magos, veritas testatur euangelica: Eos, opinor, impium fuerit, omnium suffragio damnatis illis adiecisse: quando & interpres quidam non maleficos ibi, sed Chaldaeorum philosophos monuit intelligi oportere. Lego item, magos quandoque prophetas dici, praesertim si & futura praesagirent, ac religioni adnexam medicinam cōsectarentur. De goetia suspirator in libro De mysteriis Iamblichum intellexisse, ubi ait. Quae fascinati imaginamur, praeter imaginamenta nullam habent actionis & essentiae veritatem. Eiusmodi namque magicae finis est, non facere simpliciter, sed usque ad apparentiam imaginamenta porrigere: quorum mox, nec vola (quod dicitur) compareat, nec vestigium. Goetiam inuenio ab incantationibus dici quoque *παρὰ τὸν*, id est epodem, quasi tu excantatricem nuncupes. Nam & quae causarios excitat pueros, solet appellari Epolos. Polybius epodes, & goetiae iunctim commemorat. Apud Graecos hanc tradi nominum disparationem obseruauimus, esse quidem *μαγία* boni ad bonum aliquid demonis aduocationem, cuiusmodi fuerint Tyanei Apollonij vaticinia. *γοητεία* verò mortuos excitare, vnde etiam à luctibus sic nuncupata, id est *ἀπὸ τῆς γοῆς*, qui ad sepulchra aedi affluunt. Pharmaciae autem, hoc est *φάρμακον*, ubi philtrea porriguntur esu haurienda, vel potu. Quae omnia ex Medis sunt comperta, & Persis, vnde & magiae nomen videri constat potest. Persas namque Magusaeos nuncupant, sed *μαγίης* indigenae pronuntiant. Ceterum ut parte hac, veluti arbiter honorarius inter dissultantes sententias, iudicium meum proferam: theurgiam ab Augustino reiectam, animaduerto à naturali magia non discrepare admodum, quando in diuinationibus Cicero scribit, In Persis augurari magos, & diuinare, congregarique in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Et quod grauius multo est, in libro De sacrificio & magia Proclus, dum hanc naturalium sympathiam cognationemque, & ut interim comparsionem dicam, latissime monstraret, etiam numinum aduocatione vti solitos magos per huiusmodi rerum consensum tradit. Ex quo artis liquet infamia, ne forte triconibus, ut veteri vtar verbo, etiam Iulio Capitolino usurpato, id est contentiosis, ac litium amantibus lacessendi me ansam videar offerre, quod numinis appellatione praetenta, ad demonum vasa reclinata impeditissimis, & ipsa erroribus obretita minus perspicaces praecipitaret

vitaret in interitum. Proditur literis à Graecorum plerisque, fuisse Pafetem quendam inter magicæ vanitatis consecratos primae notae, eum tradunt excantaminum potentia confacuisse disertissimum repente conuiuium discubitoris praemonstrare, mox ubi collibitum fuisset, omnibus euanescentibus ita, ut omnino parati viseretur nihil. Si quid pretio cōparasset, id agebat, ut erogati numi in suis compareret oculis, eluso venditore. Numam quoque Pompiliū eiusmodi praestigiis quandoque operatum legimus. Sed & pythagoram itē illum doctissimum id ridiculum factitasse, ut quae collibuisse, sanguine perscriberet in speculo, moxque literis ad lunam orbis pleni obuersis, stanti à tergo, ut in luna exaratas disco, commonstraret. Sunt item qui scribant, Ephesios habuisse notas quasdam & magicas voces, quibus adhibitis, semper fierent voti compotes, quicquid arretassent. His quoque usum esse in rogo Cræsum, author Eustathius scribit. In Caracalla tamen prodit Spartianus, quod ab instituto haud ita dissentaneum est: Damnatos, qui tertianis & quartanis amuleta collo propendunt gestarent. Illud sciendum denique, non naturalia solum recondita scrutari magos, ut est id quod si quem succinea indueris veste, alterum verò paleari, ilico mutatis copulabuntur nexibus: verum & verba, quae vim insitam profundentia trahere valeant: multa etiam, quae ab his trahi possint. Et illa quidem viro, haec autem foeminae clam adhibentes foeminam ad virum rapiunt, admotis quandoque & quae se iungere valeant, velut nauta: ita ferrum cum magnetis suspensum, librât, ut rapiatur ad vrsam. Rursum, quae alio inficietes raptum dirimunt eiusmodi. Verbis porro praesse Mercurium volunt, cantibus Phœbum, excitationibus Mercurium & Phœbum simul. Haec verò copiosius non inargute aut incallide consecrati sumus: sed ut vno, eodemque pede, Maroni lucem inferremus aliquam libro quarto:

Hæc se carminibus promittit soluere mentes

Quas velit, atq; aliis duras immittere curas.

Quae sint habitus prioribus forma praesignes. De Phaone pluscula. Item de Sappho pauca. Belli qui dicantur Martialis declaratur. CAP. XXIIII.

DE pulchritudine aliàs ex Platoniciis museis ampliter, nunc ex historia quae ingerunt sese haud quoque præ-

terisse. Forma in primis apud Græcos visenda & amabilis fuisse Alchibiadem ferunt, inter Romanos verò Scipionem. Demetriū cognomento *πολεμικόν*, boni quoque huius plurimum vendicasse sibi. Alexandrū fuisse formosum traditur, sed *ἀνταρτυλῶν*. Cæterum & formidabile quiddā formæ inerat eius. At pulchros arguere Homerus volens arboribus assimilul ferē,

ὅλ' ἀνδραγεσθὶ ἔπειτα τοῦ.

Hominum quoque pulcherrimum fuisse prædicant Phaona, quem inter lactucas occularit Venus. Sunt qui prodāt, portitorem fuisse hunc, eoque se fouisse artificio. Ad hunc transfusa Venus quum appulisset quandoque, gratæ excepta ab eo est: etiam si, quæ nam foret, prorsum inscio. Transportata verò quò vellet, dea homini alabastrum vnguētī obtulit: quo is quum se obleuisset, omnium euasit formosissimus: atque eo nomine à Mitylenæorum mulieribus ardentè appetebatur: vnde factum, vt adulter demum deprehensus iugularetur. Amatū à Sappho, sciunt omnes, quæ poëtria fuerit Scamadrōnymī filia, cuiusque sapientiam admiraretur etiā Plato. Fuit & in Lesbo Sappho altera verū meretrix, haud poëtria. Superpōdij loco fuerit id: pulchritudinē haud intelligi nisi in magno corpore, quoniam dignitas expetitur, quæ pusillis nulla prorsum fuerit. Bellos cœū à deliciis appellarunt veteres, qui à Græcis ex ciuili è blandimento *ἀνδρῶν* vocantur: aut *ὀβριμῶν*, id est conformati, quod eorum membra venustè renesponsum quidem habeant, pusilli tamen sint ipsi: proindeque

Bellus homo & magnus, vis idem Cotta videri:

Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

Aeginetica potentia, primumque in ea insula nūmos videri cufos. Theba vnde. CAP. XXV.

Aeginetas inter Græcæ gentis principes quandoque fuisse præconspicuos, proditum monumentis est, felici quadam temporum feracitate, opportuna, commodaque indeptos multa: Nam & nauali potentia viguere plurimum, omninoque maximi censebantur. Quin & in Persicis rebus propriam ostentarunt virtutem. Quo nomine præmiis quoque, *ἀπὸ τῆς* quæ vocant Græci, ornati egregiè sunt. Omnium verò principes nummum cudere adorti sunt. Nam &

& ab eis *νῦν*, nuncupatur *ἀργύριον*. Illud adiciamus amplius ex Pausaniæ thesauris, Alopei filias à Philiæsi tradidit Corcyram, Aeginam, Thebea: & à Corcyra quidem ac Aegina insulas nuncupatas, quæ prius Scheria deceretur, & Oenone, id est *οἰνῶνα*. A Thebe autem, quæ sub Cadmea est, ciuitatem indeptam nomen. Tametis aliter suprâ relatam, haud excidit.

Qui nam fuerit in veteri historia Maris: quig, equum inscenderit primus. Italia frequentia. Itali & Italiota, quo differant.

CAP. XXVI.

Italiam omnium principes inhabitasse feruntur Ausones Indigenæ, seu *ἀντοχθῶν*. At vetustissimum fuisse Marin quendam nomine, cuius antica corporis humana prorsum viderentur: postica verò, equina omnino. Nam & nomen ipsum propemodū pollere, quod apud Græcos *ἵπποκίβητος*, id est equo immixtus. Videri autem potest, equum inscendisse primus, & frano inhibuisse, atque argumento eiusmodi *ἀγῶν* creditus: eundem quinetiam vixisse fabulantur annos centum ac tres & viginti: ter item mortuum, reuixisse ter. Sed enim simile veri mihi haud fit, in Varia historia inquit Aelia nus. Nec desunt qui equitandi artem, id est *ἵπποκίβητος*, in Libya cōpertā primo, tradant. Qua ex causa nūcuparit Pindarus in Pythiis *ἵπποκίβητος ἀπὸ τῆς*. Etiā si ad id referunt alij, quod ab Neptuno edocti sint Libyes currus iungere. Quin & Palлада equestrem in Libya genitam. Italiam porrò terræ gentes incoluisse plures, quàm regionem quamuis aliam, idem prolit author. Cuius ratio promatur ex temperaturæ præstantia, regionis virtute, aquarum copia, & omnia ferendi potestate, quod *ἵπποκίβητος* significanter dicitur: necnon pasua facilitate, quam *ἵπποκίβητος* appellant, adiacente porrò maris bonitate præsigni, portuum quoque numero suppetente, hinc inde fluminum magna vi interluente. Qua rerum maiestate tantum non diuina, recenseri quandoque in Italia solitas inuenio ciuitates mille centum sexaginta sex. Adnectamus huic capiti illud leuius: à Græcis Italiotas nuncupari peregrinos in Italia moram ducentes, Italos verò in Italia natos. Idem interstitium inter Siceliotas fit, ac Siculos. Cæterum Sicilienfes dicimus nos & Siculos.



Lusu nec abstinuisse viros quandoque laude multa
praesignes. CAP. XXVII.

Herculem virū, vt ferè creditur multæ virtutis, nec glo-
riæ minoris, traditum veteribus est, Intentissimam cer-
taminibus obeundis curam studiumque lufibus, quadamque
animi quasi feriatione solitum laxare remittereque. Nec Iou-
nis & Alcmenæ filium puduisse cum puerulis colludere, &
quidè sapius. Quod amplius insinuat Euripides, apud quem
ipse hic Deus, sicuti veteribus est visum, ita pronuntiat,

Ναίω, μὴ τολμᾶς γὰρ πύρρον ἀεὶ φίλῳ.

Dicere verò hæc animaduertitur assistentem habēs puerum.
Sed & ab Alcibiade quandoque deprehēsus Socrates est cum
Lamprocle etiamnum infante colludens. At magnus Agelli-
laus cum filio arundinē, qui puerulis suis est mos, velut equi-
taturus in scētebat: quūque à quopiam rideretur, renidens,
Tu (inquit) sile nunc quidem, factus verò pater patribus iti-
dem enuntiato. Sed Græcè sic, *νῦν μὲν σιωπᾶ, ἔτι γὰρ πα-
τὴρ εἶμι, τότε δὲ πατὴρ εἶμι πρὸς τοὺς πατὴρας.* Cæterum vel præ-
cipuè ciuilibus philosophūsq; vir Tarentinus Archytas cum
pueris de famulitio lusus agitabat: plurimum verò iis, dum
conuiuia agitaret, oblectari assueuerat, mollitudinem quan-
dam vitæ, ac dulcitudinem commentus.

LODOVICI CÆLII
RHODIGINI IN ANTIQVA-
RVM LECTIONVM LIBROS
ad magnificum Bartholomæum Pa-
gellam, Vincentinum, equitem
clarissimum, Præfatio
decima.



Quam multis iam annis Vincentiam fortè appulsiſſem,
ac nonnullorum consilio, & precibus Plinium, M.
Tulij orationem pro Milone, ac Homerum quoque
profiteri eſſem auſpicatus, poſt quotidianas enarra-
tiones, vt aſſolet, plurimum erat inter ciues tuos ap-
prime

primè doctos, atque ita, vt admirationem parerent, de mansuetiori-
bus Musis sermo. De ratione dicendi, cui præcipuè videbantur af-
fici, quæſtiones perpendebantur haud ſomniculoſè, quæ ſua ſunt loci
acumina, inſerebantur & phyſica interdum, ac miſcella præſum-
ſebant diſertationes. Verum ſiculi de poetica ageretur excellentia,
eſſe quidem in ciuitate tua non paucos, qui in carminum ratione
ſummè placerent, aſſeuerabant plerique, ac verum ipſe experiebari
ſed te vnum in eo ita eminere, vt ingenij aptitudine, ad id quodam-
modo facti, & rerum etiam recõditarum ſcientia, accedente etiam-
num incredibili ſtudio, veterum quoque pauciſſimis cederes. Hæc
quum audirem, inuicem tecum familiaritatis ardore quodam cor-
ripi ſum viſus: aded, vt tanto nomine radimonium quoque deſti-
tuſſe poſſe videretur. Mox verò omnium compoſ, vt es benignus in
primis, ac magnificus verè, poſtea quàm de ſtudiorum ratione diu
ſabulati ſumus, iam digrediens, atque admirationi plenus, Plinij
Cæcilij inſurraui illud mihi, Magna Iſeum fama præceſſit, ma-
ior inuentus eſt. Quamobrem ex eo te ſum egregie ſemper, vt debui,
veneratus. Cæterum vbi Venetias appuli, chalcographiſ noſtra hæc
qualiacunque typis ducenda traditurus: ne proſuſ eſſem velut
honorarius tutor, cui adminiſtrationis functio non incumbit: atque
in diui Marci veſtibus mihi fortè occuſſiſſes, integrata mox ve-
ſtus neceſſitudo eſt, ac multorum dierum congreſſibus iucundiſſimis
auctior facta: vt denique morum ſuauitate demulctus illic pro-
ruperim, vt te virum vtique in omni vita vſu eminentiſſimum in
partes laborum meorum aduocadum cõſuerim. Quod & facturum
me tibi ſum pollicitus, quum animum periclitarer tuum: & re-
nunc ipſa præſto, vt iam hinc ſcias, ſi vſu venerit, omnem meam
operam, & quicquid denique ſum, eſſe ornamentis tuis omnibus di-
catuſſimum. Quod quum virtutes tuæ præcellentes exprimunt,
tum ſingularis, qua me proſequi videris, beneuolentia. Cui,
quod poſſumus, id de num rependimus: haud ignari,
eam ſplendescere in animo tuo ſimplicitatem, vt
non tam muneris amplitudinem ſpectes,
quàm egregiam contribuendis vo-
luntatem. Vale.



LODOVICI
CAELII RHODIGI-
NI LECTIIONVM ANTI-
QVARVM LIBER VNVS,
QVI DECIMVS.

*Hebraeorum doctrinam triplici calle incedere, talmu-
co, philosophico, cabalístico. De cabala scitu digna.
Catechista quis, & catechumeni. Mos nil mandan-
di literis. Cardinalium in nostra religione ratio. Scapi
cardinales qui. Scapi notiones. Genitura cardines.*

CAP. I.



AETERVM postea quam de magia, quantum
sat esse adiudicauimus, per scriptum nobis est,
non absolum fuerit, hic potissimum de caba-
la Hebraeorum aliquid subnectere, quando &
vndeunque doctissimus Picus in nostris lite-
ris aliquid de ea promere adortus est omnium princeps. Ob-
seruauimus igitur triplici calle Hebraeorum doctrinam in-
cedere: quippe aut ad tamulticos recurrunt, aut ad philoso-
phos, aut ad cabalistas. Talmutica heresis initia ducere ani-
maduertitur non vetusta admodum, vt quæ annis paulomi-
nus ducentis post CHRISTVM ab Hebraeis aduersum nos
confarcinata deprehendatur. Qui verò philosophicis ratio-
nibus Bibliæ arcana explicare adorti sunt, principe inter eos
Aegypto Mose, Auerrois tempora non præcedunt: à cuius
interitu aguntur plus minus anni trecenti, ac triginta. Tertia
superest cabala, omnium vetustissima, & verax in primis:
quando ab optimo maximo Deo Moyfi insinuatam, cõstans
opinio est: aliis mox ipsum Moysen idoneis maxime pa-
tefecisse. Initio siquidem in monte accepisse legem dupli-
cem, literalem, spiritalẽque. Priorem ex Dei mandato
con

conscripsisse, eamque populo esse impertitum: alteram verò
minimè, sed sapiẽtibus modo septuaginta numero commu-
nicasse. A quibus postea ceteris ad id itẽ destinatis voce tan-
tum sit tradita. Vnde & cabalæ nomen exortum, quod gentis
illius vocabulo receptionem signat, quia per successiõnẽ gra-
dus citra literarum omnino monumenta vlla, seruarietur in-
columis. Sequenti tamen tempestate, & hæc ipsa sunt libris
comprehensa mysteria, in quibus pleraque omnia ferè haud
nostræ fidei dissentanea comperiuntur: quoniam ante CHRIS-
TVM concinnati traduntur, liberis ab omni affectiõne animis.
Noscedum verò, rationem literis nil mandandi, non apud
Gallorum modo dryidas item seruata, sed & in Christianæ
veritatis fastigio: vnde catechestas, id est *κατηχητής*, inuenio
nuncupatos, qui mox baptizandis fidei arcana mysteriaque
voce referarēt. Qua ratione, catechumeni quoque dicti: quia
κατηχέω signat imbuerẽ, & *ἵκεν*, sonare est, viuæ vocis ar-
gumento hominibus productis. Porro quia inter arcana ca-
balæ scientia vetustis temporibus habebatur: inde apud He-
braeos inoleuit, vt quicquid minus extritum passimũque sit,
cabalæ nomine sanciat. In vniuersum tamen scientias duas
eo vocabulo honestasse animaduertuntur: combinãdi artem,
quam alphabetariam vocant reuolutionem: alteram verò,
qua rerum superiorum vires explicantur, quæ & magiæ na-
turalis pars videtur suprema. Sed & tota res perturbata mox
apud Hebraeos est, emergentibus nonnullis, à maleficis ni-
hil admodum disparatis, qui caba istarum nomen sibi ven-
dicent præcipuè: ac Dei nomina tenere se in primis prædi-
cent arcana, virtutibusque pollere, quibus in demonas ius
habeant, & miracula itẽ valeant perficere. Imò & CHRIS-
TVM non alia ratione, quàm qua ipsi vruntur, tam admi-
randa sæpè fecisse. Astruunt insuper veram genuinãque esse
cabalam hanc, quæ Moyfi dicatur à Deo tradita. Quod verò
magno illi propheta Deus summus mysteria retererit, quæ
continerētur lege, astipulari videntur multa: sed in primis il-
lud Esdræ propheticum, apud quem de Moyse Dominus lo-
quens, Enarrãui (inquit) ei mirabilia multa, & ostendi tem-
porum secreta, & finem: præcepi ei, alia palam faceret, alia
apud se haberet in arcanis. Porro & magnus Origenes expli-
cans illud apostoli Pauli, Primũ quidẽ: quia credita sunt illis
eloquia Dei: Considerandum, inquit, quia non dixerit li-

teras esse creditas, sed Eloquia Dei. Vnde percipi licet, aliud esse præter literis comprehendam legem, Iudæis cōtributum, quæ Dei eloquia nuncupet Paulus: quæ profus non aliud dixeris, quàm cabalam ipsam, id est verissima legis interpretamenta, de ore diuino emanantia. Seniores autem septuaginta, quibus arcana folis comunicabantur, consiliarios mirabiles nuncupat Origenes: locum quorum habere putant in nostra religione Cardinales. Postremò secreta id genus Efdra temporibus in libros septuaginta pro doctorum numero redacta comperio, post restitutionem à Babylonica (vt fertur) captiuitate per Cyrum, verito Efdra ne perirent, dilapsa dissectaque Hebræorum, vt aslolet, gente. Illud verò ex grammatica ratione adiecisse nil obfuerit, dici Cardinales: quia quicquid est in re qualibet præcipuum, eo nomine nuncupantur rectissimi: nam & in foribus scapi dicuntur cardinales, quibus sustinentur, regunturque in primis. Scaporum meminit Vitruuius: Inter duos, inquit, scapos tympana sint. Impagibus distributiones ita fient. Sunt & in chartæ ratione scapi Plinio, pro congerie: sicuti & simplex plebecula in lætucis quandoque verbum agnoscit, etiam si luxatum quadatenus. Lori scapum nominat idem Plinius: quem secūdo De causis, Theophrastus ex Theodori interpretatione, caulē nuncuparit. Brasica, inquit Varro, vt præseca: quod ex huius scapo minutatim præsecatur. Et asparagorum scapi, inquit, asperi sunt, non lenes. Scapos candelabrorum apud Plinium eundem legimus: & apud Festum, trutinæ scapum. Reperi & qui leguminum siliquis scapos interpretentur, *από το ενάντων*. Nam & decimo octauo Plinius: Est inquit, inuentus scapus centum fabis onustus. Scapos lori Theodorus idem capita dixit, libro De stripibus quarto, apud Theophrastum. Ferulā esse Plinius scribit, geniculatis nodatā scapis. Et libro vigesimo primo, Albuco item esse cubitalem scapum tradit. Quod verò ad cardinale spectat: inde etiam scimus ab peritis genituræ cardines quatuor obseruari: ortum, occasum, mediū cælū, imū cælū: vel vt græci enūtiāt, anatolē, dylin, mesurani ma, hypogeuū, id est *υπογειον*. Sūt & cardines stipitū in torcularij ratione apud Catonem.

Species nummorum plures, ex Græcis Latinisq; congesta auctoribus. Chelonia quid. Chelia, chelonium, cichela, epicichlides. De obolis, seu obelis. Quid obolostates. Trophalides. Capitha quid. *ἀγρῶν*. Sratheira. Thematismus. Cibdela, cibdelia. Sacellū quid. Epithema quid. Thesīs. Trapezitarum thema. Paratypa, parasemi, paracharacta. Argenti factum & signatum, quo differunt. Argenti nomine an continetur pecunia. Assa quid. Nothia pecunia, ac hypopyca. Aera quid. Fiscus & ararium quo differat. Vectigalium genera. Idios logos quid. Adespota. Collectary. Attribuere. CAP. II.

VM curiosus Græcorum quæpiam versaremus monumenta, in nummorum genera quædam incidimus: quæ quia Latinis auribus parum frequentia sunt visa, pergratum me studiosis facturum opinatus sum, si hisce commentationibus inseruissim, addendo etiamnum ex Latinis non nihil, ne hac parte mutila, ac quasi alymbole videantur. Igitur lego in primis, Peloponensium nummum fuisse quendam ab incensa animalis forma, chelonem, id est testudinem nuncupatum. Nam obolum Eupolis callichelonom appellauit, veluti testudinem dicas pulchram. Hinc emanauit illud,

Τὸν ἀπὸ τῆν ἡγεῖ τῶν σοφῶν νικῶντι χελώνου.

Quod est. Virtutem, ac sapientiam testudo superat. Chelonia verò sunt in ratione tollendorum onerum, quæ in quadris tignorum, quo loci diuarcatur, figi solent, vt in ea coniciantur scularum capita, vt versentur facilius, proximè capita vectibus infixis. Chelia, id est *χελῖαι*, ad præsens institutum faciunt nihil: sunt verò eo nomine iustra, *πᾶσι τὸ χελῖαι ἢ ἀντὶ τὸς ὄφεις*. Meminit in Theriacis Nicæder. Chelonium est testudinis item integumentum. Cichelas Syraculani turdos vocant: quos Græcorum alij cichlas, vnde epicichlides carmen dictum, quod in Homeri refertur auctorem à quibusdam, quoniam dum id pueris præcineret, turdis donabatur. Apud Athenienses nummus erat bouis scalptura, & nomine insignis, à Theseo institutus primum, Plutarcho tradente,

vel ob Marathonium taurum, vel ob Minois ducē, vel quod ad agricolationem perlicere vellet ciues. Eius ab Homero item fieri mentionem putant, quum *ἰν αὐτῷ βόω* dicit *ἔργα βόων*, id est nouem boum hecatomben. In Draconis legibus multa irrogabatur, ita vt soluerent decabœcum: & in Deo præconem ita pronuntiare in theoriis solitum, traditur, tot boues datum iri. Vnde coniectatum à plerisque, bouem Deiorum esse nummum verius, quàm Atheniensium. Vt cūque, certè hinc iactatum nouimus, vt quicumque pecunia corrupti causam silentio prodāt. quod fecisse quum oratores alios, tum verò Demosthenem, subnotauit historia, dicamus, *ἄνθρωπος ἑβόων*, id est bos linguam insecēdit. Ex qua loquendi figura facetissimè Aristophanes,

Ἐπί τῷ ἐπιβόωσι λέγουσι τὸν ἑβόων.

id est, os rhetorum obturans stipe. Nuncupabāt porro nummorum species quassdam Athenienses triobolū & dyobolū. Sed dyobolis nocturæ signum erat cum Iouis facie. Nā tetrobolum duas habuisse noctuas, compertissimum est. Hemibolum verò dimidium oboli erat, vnde & hemiobolicea dicuntur, quæ id præterium non transcendunt, vt in Batrachis author Aristophanes est, Obolum etiam phollem dici animaduertit: nā pholides, squammæ sunt tã in piscibus, quàm etiam anguibus: vnde & pholidorum, squammatum dicunt. Apud Homerum Eustathio astipulante, obolus & obelus pro eodem accipi videntur, id est coquinario instrumento, quod in summo sit exacuminatum, & sagittæ modo quæ *ἑβόων* dicitur, inferre plagam valeat. Propterea sunt qui obelos, sublas interpretentur. Photius patriarcha monumentis prodit, obolum inde nuncupatum, quod verus Atheniensium ex ære nummus, obelisci imaginem præferret. Quoniam verò oboli sex manum implebant, vt scribit Eustathius, id est *ἑξ ἰσθμῶν*, inde drachmam nuncupamus: etiam si nunc manū non impleant oboli sex. Ab obolo denique obolostatè dicimus minutulum forneratorem. Erant & quadrantes obolorū, quæ alij dichalca, nonnulli trichalca dicunt. Apud Aristotelem in casci mentione trophalidas legimus oboliceas. Sunt autè trophalides Theodoro formagines. Siglū porro, id est *ὄβολος* legimus nummum, qui obolos septem complectatur Atticos, prætereaque hemibolum. Farinæ capitham, inquit Xenophon *ἀναβόων* primo, siglis comparabant quatuor. Habet verò capitha, chemicis

duas more Attico. Siclos aris inuenimus quum alibi, tam apud Plinium Naturalis historie libro decimo septimo. Ceterum eruditioribus legendum videtur non sic, sed in singulas ex veteri lectione: & quia Hebræorum sit dictio siclos, Iosepho authore, nec Græcis vsurpata, nec Latinis, drachmas habens Atticas quatuor, vt idem scribit Hieronymus in libro Hebraicarum traditionum in Genesim: Secel, inquit, Latino sermone siclus corruptè dicitur: vnciæ pondus habet. Chias pro nummorum specie, apud Thucydidem inuenies historia octaua. Sciendum verò mnam, id est minam, esse tum libræ, tum nummi nomen: cuius dimidium appelletur hemimnnum. Herodotus libro quinto, pentadimnum protulit. Sicuti Lysias icosimnum. Stater aureus mnam æquabat. Itaque quum pentastaterū legimus, pentamnum intelligimus. Est & numisma stater apud Aristophanem Pluro:

Ἐστέρηται δ' αὖ δρεπάνῳ τῆς ἑβόων.

hoc est, stateribus serui ludebamus par impar. Hoc enim obiter *ἀγρῶν* dicunt Græci, quum manu astragalos, siue talos occultates, aut nuces, aut pecuniam collusoris vaticinium requirimus. Quidam tamen eo verbo pilæ lusum accipiunt, vel vt in consuetudine dicitur, *συὰ νὺ ἀύρα*. Dicitur & statera, præter notionem publicam, lignum, vnde vincto fune & alligata mula currus trahebatur, ex similitudine quadam, quippe statera præfert imaginem. Erant & Darici stateres, sicut Philippi & Alexandri: qui omnes fului erant, hoc est aurci. Philipeorum etiam Liuius meminit, ab Vibe condita libro trigésimo & trigésimo nono. Sed & Horatius,

Retulit acceptos regale numisma Philippus.

Necnon in Bacchidibus Plautus,

Ducetos nummos aureos Philippeos dabin?

Habuere & Galli Philippeos suos, ab imagine alati genij quos dicunt, geniatos: habuere sceptratos quoque, ac foliatos, regis trabeati imagine præsignes, iura reddentis. Sed & Rome aureos Valerianos Philippeos dici, compertum est: vbi & Saloniani habebantur trientes. Philippeos eudi iussit Alexandri magni pater Philippus. quod tradit Diodorus, postea quàm Crenidas instaurauit, & Philippos maluit appellari, cōperts inibi fodinis: quas sic demum excoluit, vt talenta inde redirent annua mille, ac amplius. Daricos scribunt adæquatè pretium eius, qui ab Atheniēsis dicebatur chryfos, id est aureus.

auros. Alij drachmas argenti habere viginti prodidit: ut
 Darici quinque, unam facienti argenti. Dicti verò Darici,
 non à Xerxis patre Dario, sed ab antiquiore altero. Stater etiã
 drachmarum quatuor pondus est. Aurea numismata vetera,
 vel etiam argentea, gemmarum vicem implere, Pomponius
 scribit. Atheniensium præterea numisma erat core. Id Euripi-
 des parthenon vocavit, id est virginem, quod Palladis imagi-
 ne foret insculptum. Vnde Eubulus in Anchise Palladis polo-
 non nuncupat, id est pullum. Etiam si esset item Corinthio-
 rum nummus polos, Pegasi habes insigne. A Partheno num-
 mo eleganter festium effingitur adagium de posticis
 scortillis, ut Parthenon amare dicantur. Dignum verò scitu
 est: rhetorem Dionysium poetãque cum Atheniënsibus sua-
 dere adortus foret, anco vterentur nummo, καρνειόν, id est
 aneum cognominari cœpisse, atque ita veteribus aduocari.
 Fuit & minutuli species numismatis cõma, proinde facetissi-
 mus comicus sycophantã felle conspergens ait, *ἐναι το πικρὸν
 λιμυρὸν*, quali tu dicas, monetæ non proba: cuiusmodi lo-
 quendi figura vulgò Rhodigini mei vtuntur. Fuit & argen-
 teus leptis, ceratium continens vnum cum dimidio. Danacæ
 vocabant item numismation, quod Charonti porrigerent pa-
 ludem stygiam transmissuri. Cuius etiam sit mentio in Cha-
 ronte apud Lucianum: meminere in Psyche fabella Apu-
 lei, atque item in Collectaneis Plutarchus. Byzantium
 nummus ferreus erat, sicut & sparta: cuius pondus magnum
 quidem erat, pretium ferè nullum, aceto insuper vi hebetata.
 Vnde nummum Spartanum per parçemiam enuntiamus de-
 re conatus magni, emolumenti nullius. Nummi ferrei me-
 minit Aristoteles œconomicon secundo, necnon stannei &
 anei, Dionysius Sicilię tyrannus, Syracusanos perpulit etiam
 stanneo vti. Aristoteles item in Tarentinorum politica, illos
 scribit vsos nummo, in quo Taras esset Nepruni filius, del-
 phino vehens. Et in Agrigëtinorum item republica, cuidam
 irrogatam multã literarum triginta prodidit. Habet verò
 litra, oboli Aeginæ pretium. Decalitron, stater erat Corin-
 thius, obolorum decem. Tetracina Attica legimus apud T. Li-
 uium duobus locis, qui etiã cistophoros nominat. Quorum
 antea meminere pro domo sua M. Tullius: sed & in Episto-
 lis ad Atticum, An cistophoro, inquit, Pompeiano iaceamus.
 Cæterum in Liuii nō terracina legendum, sed tetradrachma,
 probant

probant eruditiores: sicuti alibi quoque non tetrarchiam, sed
 tetradrachmum item: cuius libro nono Polluci mentio est.
 In Plutarchi Sylla, Tetra circumferri animaduertas, pro tetra-
 drachma. Scire tamen licet, tetracinem ab Hipponacte lactu-
 cam dici: quod & à Phrigibus obseruari, Clitarchus prodidit
 apud Athenæum. Sunt qui eo nomine agrestem intelligant
 lactucam. Sunt qui Digestorũ libro decimosexto, titulo depo-
 siti lege Publica, cistophoros putent reponendos, vbi mendosè
 legantur modo costrophinati. Cistophorum fuisse legimus
 quatuor milium & quingentorum denarium, sicuti & Rho-
 dium talentum. Dicit opinantur cistophorum, ab insigni fe-
 rentis cistam: sicut coronati modo vocantur nummi, à coro-
 næ imagine. Illud quoque non prætermiserim: Phedona Ar-
 giuum signasse nummos primum, à quibusdam tradi: quod
 libro octauo scribit item Strabo. Alij Erichthonium Athe-
 niensibus & Lyciis. Xenophanes Lydis hoc attribuit. Naxiis
 verò Aglosthenes. At in Apologetico Septimius Florens, Sa-
 turnum principem nummos signasse prodit: atque ideo ara-
 rij præsidem creditum. Mitylenæi Sapphus imaginem num-
 mis insculpebant. At Homerum Chij, à quo & nummus no-
 men accepit, sicuti Strabo docuit. Asis verò puerum delphini
 insidentem: Dardanis gallorum pugnam: Aspendij palestas:
 Rhegini leporem: Cephallenes equum: Thasijs Persen: Argiui
 marem: Træzenij tridentem, quia illic religiosissimè Neptu-
 nus colitur, Plutarcho tradente. Demaretium in Sicilia fuit
 numisma de Gelonis tyrãni vxoris nomine, quam Demare-
 ten vocant, Theronis filiam, vti à Pindaricis relatum inter-
 pretibus scio. Argiuorum item nummũ fuisse lupi imagine
 insignem, testes Sophoclis scholiastæ sunt in Electram eius
 poetæ, quod Apollini sacrum crederetur id animal, vti ceruæ
 Dianæ: quo argumento & Lycoctonon Apollinem venera-
 bantur. Alij verò, *Αὐτὸ τὸ ἔργον ἐστὶν τὸ εἶδος αὐτῶν γοῶν*.
 In quibusdam Græcorum monumentis ita inuenio: Pompei-
 um Numam ex ferro & are primum cudisse numismata,
 quæ ex proprio authoris nomine sint Numia appellata: quum
 ante illum scorteæ, & ostracina pecunia impleret vsus: quod
 à Tranquillo fuisse literis traditum, iidem produnt Græci.
 Legimus tamen alicubi: Populo à Numa cõgiariũ datũ, asles
 ligneos, & scorteos. Nũmi scortei meminere itẽ Hieronymus:
 sed & Donatus ad hunc sensum illud enarrat Virgilianum,
 Tau

Taurino quantum possent circundare tergo.

Scribunt tamen Græcæ linguæ scientissimi, nummum non esse Romanæ pecuniæ nomen, sed Græcum: eorum qui sunt in Italiæ ac Siciliæ collimitio, quoniam Epicharmus in Chytris, verbi eius mentionem faciat: & Aristoteles Tarentinorum numisma propriè dici nummum tradidit. Nummis indistinctè legatis, ait Vlpianus, receptum est, vt exiguiores legati videantur. Adulterina numismata reperio dici paratypa & paracharagmata. Qui verò id eudunt genus, vocari paracharactas. Parafemos item nummos notæ appellari eiusdem, ex oratione contra Aristocratem liquet. Sic verò nuncupatos ferunt, quòd à nummulariis ita subsignarètur, vt improbitas manifesta fieret. Hinc apud Demosthenem pro Ctesiphonte, rhetor figuratè dicitur parafemus. Argètum factum in historiis sapiculè lectitamus: id esse videtur paratum, nõ rude, sed elaboratum calatumque. Nam quæ absoluta parataque sunt, facta, eruditioribus dici solent: sicuti apud Martialem,

Tu factam tibi rem statim putasti.

Distinguitur tamen à signato, quod ex Seneca cognoscimus De beneficiis primo, Libentius donabo argentum factum, quàm signatum. T. Liuius ab Vrbe condita libro trigesimo quarto, Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quò ne plus signati argenti ac aris domi haberemus. Apud eundem arario illatum infectum argentum quandoque obseruauimus. Apud Paulum Octauenus ita diffinit, Infecta materiæ pondus, signata verò numerum, facta autem speciem dici oportet. At Pomponius Digestis de auro & argento legato: Argento, inquit, facto legato, Q. Mutius ait, vasa argentea contineri: velut paropsides, trullæ, pelues, & his similia. Infecti autem argenti appellatio, rudem materiam continet, id est non factam. Vlpianus titulo eodem: Argento legato, inquit, puto, nisi euidenter contra sensisse testatorem appareat, nummos non contineri. Quin & infra paulò, Argentum factum rectè quis ita diffinierit, quod neque in massa, neque in lamina, neque in signato, neque in supellectili, neque in mundo, neque in ornamentis sit. Quæret forsàn aliquis, cur argenti appellatio, factum etiam argentum comprehendatur: nam si legatum foret marmor, nil præter rudem materiã demonstratum posset videri. Sed inquitur iuris prudentes, ratio est, quæ talis sunt naturæ, vt sepius ad sua redigi queant in materia

materiæ potentia victa eius vires nusquam euadunt. Assaria pro obolis posita legimus: nam & assẽm, pro re minima apud Ciceronem pro Quintio adnotauimus. Assẽm, inquit, sese negat daturum, nisi prius de rebus rationibusque omnibus societatis decidisset. Hinc illud paræmiodes in carmine obsecro,

Non esse faciunt, euntque recta.

Cui confimile illud Catullianum,

Non pili faciunt cohortem.

Elegantè itè Seneca, Emas nõ quod opus est, sed quod necessè est: quod non opus est, asse carum est. Scribit Halicarnaseus Dionysius, in menenij multa, assem fuisse æneum numisma libralis ponderis. Plutarchus quindecim milliũ assium multam Camillo irrogatam refert: qui numerus, inquit, ad argenti rationẽ mille ac quingentas constituit drachmas. Nam assis argenteus erat: & hic, ex decem æreis denarius vocabatur. Libræ pondus æreis, inquit Plinius, imminutum bello punico primo, quum impensis respublica non sufficeret, constitutumque vt asses sextantario pondere ferirètur, id est duarum vnciarum, pretio tamen libræ vnius seruato. Sicut Anniale vrgente, vnciales facti, & semunciales, lege Papyriana. Sextantarios asses nõ tacuit item Festus. Sextium denarium dicit, lectũ est: quia in sex vncias, hoc est sex obolos, vt ait Celsus, diuiditur drachma, quæ Latinè vocetur denarius. Sed quod Plinius ait, in asse sextantario quinque partes lucrifactas: Ita intelligendum, ex asse vno librario, sex fuisse factos, qui tantundem valerent. Dipondium item assẽm, id est duarum librarum, quãdoque fuisse appensum, scimus. Caiani asses videntur dici à Caiis in scriptis. Assas, id est *Asses*, interpretatur Galenus stomachi fastidia, vbi quis nõ nutritur. Credo, quia *Asses* satiare indicat, & lædere. Asses vectigales appellat Liuius, qui in iugera impositi sunt, testandi causa publicum agrum esse. Inueniõ alicubi apud Græcos nũcupari *Asses*, id est nothias pecunias. Hæ verò sui generis nõ sunt, sed ita appellantur, quæ ex paternis bonis contribuuntur nothis, id est Spurijs, Erant verò drachmæ ad summũ mille. Meminit contra Aristocratem Demosthenes. Sed & apud Aristophanem videor legisse quippiam. Sic & Hyphonia pecuniæ vocantur, domesticæ interfecti alicuius erogatæ à cadis auctore, ne suum persequatur ius. Meminit Legũ sextodecimo Theophrastus.

phrastus. Porro nec omittendum videtur, nummum ac denarium exigui admodum fuisse pretij. Quod Varro Terentius ostendit apertissimè: vbi columborum par coloris boni, bonique seminis vulgò venire solitum ducentis nummis, aut etiã quadringentis denariis, scribit. Observauimus apud eruditissimos, sagittarium dici numisma Persicum, à nocte genere ita nuncupatum: hi autem non alij erant, quã Darii, auctore in Apophthegmatis Plutarcho. Ex quo celebre manauit in posteros Agelilai dictum, Se ex Asia pulsum triginta millibus sagittariorum. quum Perfarum rex ea nummorum summa corruptis per Timocratem Atheniensibus, effecisset, vt is de provincia decederet, quod & in prouerbio venit, de iis qui pecunia de gradu deiiciuntur, qua nil non expugnatur. Nam Macedonum rex Philippus dicere solebat, nullam prorsus videri inexpugnabilem arcem, in quam omnibus auro asellus summitti posset. Hemidarica legimus ^{ἀνοστήριον} primo apud Xenophontem: Pollicetur, inquit, Cyrus daturum se militibus ^{ἀρρι δαγανή τρία ἡμιστραπενά το μισθόν}. Nam & in nostris literis solidos dici aureos nouimus, velut integros, nec vlla ex parte deminutos, eorum interfectione, qui semisses dicuntur, aut tremisses ab portione veluti dimidia aut tertia. Nam binarios intelligimus duplos, ternarios triplos, ac deinceps. Sic & solidus noster argenteus primo duodenarius fuit, id est duodecim aestimabatur: mox cum temporibus demutata ratio est. Assem & libellam pro re minutu la, vt attigimus, vsurparunt priores: ex Cicerone & Plauto. Vnde, ad assem reddere, apud Plinium Cæcilium: etiam si aliter interpreti est visum. In Germania scribit Tacitus, feram fuisse nummi noram, vnde & ferrati dicebantur. Illud præterea sciendum, nummis quandoque apponi solitum numerum, quo colligeretur pretium, quam notam aram vocabant. Lucilius: Hæc est ratio peruersa, ara numeri est subducta improbe. Nec me fallit, astrologos non recentiores molos, sed veteres quoque, vt Ptolemæum & Theona, temporis initium, quale foret Natiuitatis CHRISTI, vel aliud illustre principium, quo supputationes incipiunt, aram item vocare. Tenedius nummus in veteribus memoriis vel celeberrimus est, quoniam Tenedius rex olim sanxisset lege, vt machis vtriusque, si deprehenderetur, caput securi præcideretur: quod legem in filio quoque rigide seruarit. Quare in nullo illic percussio

custoditum, vt à parte vna, securis: ab altera, facies duarum ceruicem vna prodeuntes signarentur. Illud verò superponendi loco adiecisse, non obfuerit: sacellium capi pro marsupio, quod & balantiū vocant Græci: vnde & balantiotomi apud Aristophanem, qui de zona propendentes crumenas præcidunt. Ab sacellio, sacellarios insecti animaduertimus. Trapezitarum thema in Plutarcho Moralibus, non semel inuenio dici de pecunia apud numularios deposita. Nam & thematistmum in architectandi ratione positum, stationem interpretantur, quæ decorem operibus parit, veluti quum Ioui, Fulguri, Soli, Lunæ, Cælo hypæthra, id est subdialia constitui debere tēpla proponimus: at Mineræ, Marti, Herculi Dorica fuerint: nullis admodum deliciis. Veneri, Floræ, Proserpina, fontium nymphis, lasciuia Corinthiorum floridæque exornatione cum folijs volutisque. Iunoni, Dianæ, Libero patri Ionica mediocritate. Epithema verò additamentum signat. Thesis autem est præstantis in philosophia viri ^{ωραδὸς ἐν τοῖς λόγοις}, id est opinio admirabilis: sicuti Antisthenis illa, ^{ἐν ἡμῶν ἀπορίαις}. Quæ si obrepat in plures non inurbanos, id est ^{ἀγροῖς}, id est secta, nuncupatur: sed inter pullatos, gregalesque ^{λαῶν} dicitur. Cibdela item vocant numismata oblata & adulterata: dicitur sic, quasi ^{ἐπὶ τῷ χιτῶνι ἀδιδυμυμένον}, id est à Chiis corrupta, viriatæque, per literarum soni pinguioris demutationem in exilem. Cibdeliam etiam argenti sordes nuncupant, figurate verò etiam imposturam, sicut ^{λεπτοκόσμη} imposturam facere. Aëris appellatione aurum item contineri, vlpiano credimus. Policam numismatum artem esse, tradit Plato: vnde numismatopolica res dicitur quandoque. Collectarios intelligunt capsores argentarios, qui que argento accepto, minorum pecuniarum erogare consueuerunt. Quod Suda prodicitur collectaneis: sed Horatij interpres, eo nomine argentariorū coactores accipit. Collatitiam stipem nuncupat Ammianus Marcellinus, qua passim erogata victitant inopes. Manarium æs legimus in Gellij Nostibus Atticis. Illud hic non neglexero, fiscum ab arario differre: quod in Traiani vita scribit Dion, & significat Plinius: Non eadem, inquit, sinceritate fiscum, qua ararium cohibes. Ad fiscum spectare videntur extraordinarij reditus, vnde sunt & confiscationes recentioribus nuncupata. Romanum ararium tributis cõstabat, & vectigalibus. Vectigalia, vt ex Cicerone liquet Pro lege Ma-



nia, trium erant generum : ex agricolatione, mercibus exportatis vel importatis, vnde exagoga dicebantur & isagogica: denique ex agris pascuis. Primum decimas complectitur, sequens portorium, postremo nomen sit scriptura. Fuit insuper salinarius prouentus: erat in Aegypto in prouincie formam relictis magistratus nomine idios logos, id est priuata ratio: cuius vna erat functio, ad espota scrutari, inquit Strabo: quae assertore defecta nemini essent mancipata. Quin ea prorsum quae ad Caesarem recidunt, hoc est quae silco infunduntur, non ad ararium reuertuntur, vel ad populum. Librum Hieronymus ad Euagriū appellat *ἀποβιβλίον ἢ ἀποβιβλίον*, cuius non extet author. Illud obiter adnotaro, attribuire T. Lilitio, Macedonici belli libro nono, de Catonis censura, esse tributū nomine aliquid statuere: vnde percipitur id ex primo libro Vrbis conditae, vnde equos alerent, viduae attributa.

Symbolica simulacrorum additamenta enarrantur. Palladi cur apponatur draco. Iouis simulacrum cur sine auribus. Labronium. Labarum. Senectus anguium, siue liberis, aut syphar, quid sit. De testudinibus carne, & more ablundi domos Caesarum. Epicrotos quid. Laba.

CAP. III.

Testudinem non modo numismatum fuisse notam, quod paulo ante astruebamus: verum etiam secreti ac silentij symbolum, ex veteri nobis lectione, tanquam cella quadam proma affatim suggeritur. Hoc enim argumento Hehenstibus Phidias Venerem fecit, quae testudine calcaret, operitius implicatiūque commōstrans: esse muliebris decoris, ades custodire ac silentium. Vxorium quippe ornamentū est, aut cum marito, aut per maritum loqui. Nam & Aegyptiis mulieribus inde vti calceis, non fuit patrij moris, vt ita domi se continere, quodammodo cogentur. Carterum Phidiae solertem prudētiā indicat illud quoque, quod Pallados simulacris draconem apponere consueuerat, veluti ambage tacita innueret, virgunculas peruigili cura indigere, vt pudor castus seruetur, illibatusque. Periuulgatum autem aedium, adytorum, oraculorum, necnon thesaurorum custodiae praefici dracones. Sed & Salutis, Aesculapiique simulacris id ipsum subiiciebatur animal, vt in Symposiacis Macrobius scribit, Solis

Solis argumento & Lunae, quo salubri temperamento humanis praestatur corporibus, vt velut infirmitatis pelle deposita, ad pristinum reuirescant vigorem: sicut reuirescere dracones visuntur, pelle sequestrata, quam nunc senium, nunc senectutem appellat Plinius, leberida Graeci. Author tamen libro tertio est Strabo, cuniculos à quibusdā leberidas dici: etiam si Latini codices lepasculos praefereunt mendose. Georrichias ex propria sentētia Strabo nuncupat, id est terre sutores. Anguium porro corium dixit Callimachus in Hecale, etiam syphar. Labronium autem poculi est species: sicuti labarum, insignitius erat vexillum, auro distinctum & lapillis, Imperatoribus solitum praeferi: quod & religiosius venerabatur milites. Meminit praeter Iureconsultos in Apologético Tertullianus. Symbolica verò id genus multa in veteribus imaginibus curiosus deprehendat lector. Nam in Creta Iouis simulacrum confingi exsculpiue, aut ex aere duci solitum accepimus, *αὐτὸ ἔχει ὠρα* hoc est auribus nullis: quando principem virum, & omnibus late dominantē audire addeceret neminem: sed id demū persequi, quod dicitur rationis examen & iustitiae nusquam praeflorata integritas. Adiciamus porro quod sit capiti huic auctarium: obseruatum nobis de testudine illud etiam nunc quinto Halieuticō ex Oppiani interpretē: Testudine, inquit, si quis vescatur deglutiātve *ωλεστικόν*, multum inde iuari. Si verò *ωγὸς λέγουσιν*, laesionē fieri manifestā, enata inde parōemia, *χελώνος λέγουσιν ἢ φρυγῆν ἢ μὴ φρυγῆν*, testudinea carne aut vescendum, aut non omnino vescendum. Paucitas strophos facere narratur, id est tormina: copia verò detergere, atque expurgare. Anxiē verò ab eruditissid quāritum, non me fallit, in piscitij decuriam veniant ne testudines. Et non venire forsan liquido valet comprobari, ac primum ratione principij, quoniam vt gallinae oua aelunt, colore ac substantia & cortice ferē eadem: deinde nec generatio est diuersa, quum perfricatione pisces nascantur. Spirant quoque, quod pisci non contribuit Aristoteles: ambulant item: squammas non habent, sed ossa. Insigniter porro nutriunt, vt docuit Conciliator: & vitulinae carni nonnulli conferre audent. Ex piscibus alimentum nemo non alidit. Illud obiter adiecerim: epicroton dici pautam & complanatam terram, vbi incubet testudo: à qua testudinare verbum, etiam Politiano:

Qui cauus excisum pumex testudinat antrum.

Obiter non item reticuoero, quod prodit historia: id in Casarum familia peculiarius seruatum, uti domus paruuli testudineis abluerentur alucis: & inde Clodio Albino factum imperij praesagium: nam eo recens nato, testudo magnitudinis visenda ab piscatore patri est allata. Quam is homo imperiose literatus, ad pueriles destinavit excardationes. Ad leberidem vero id spectat, quum ea in Neronis collo adhuc pueri foret coperta cecinere vates, *ὄριον ἄνθρωπος παρὰ τὸ γέροντος* id est quod ex senē potentiam foret allequuturus: quoniam exuta senectute eiusmodi visatur anguis, *λαβὴν* autem ansam signat & manubrium: vnde est illud elegantissimū Fimbriae apud Plutarchum in Lucullo, venisse Mithridatem *εἰς λαβὴν* factūque *ἰνῆς ἀνύου*.

De Marco euangelista, & Antonio anachorita. Varienī historia, qui sinistra manus digitos absciderat. Scuti gestatio. Inferiorium quid: & quid telamon, telamon, & Atlas. De aubus porphyriombus. Item hostorium. Pliniana lectio asseritur. Item de porphyre, & ochano. Nicia scuti. Pelta Amazonica. Monachorum in Aegypto genera. Caenobita, Anachorita Remboth.

C A P. IIII.

M Arcum euāgelistam Dei electum post fidem, Hieronymus scribit, pollicem sibi amputasse, ut sacerdotio reprobis efficeretur. Sed & Antonium anacoritā, vel ut Graeci scribunt *ἀνὰ χροῖον*, ne allegeretur episcopus, laeā, sibi auriculā ferro praesecuisse legimus, nata inde theologis quaestione ambagiosa, Liceat ne cui seipsum admutilare. At in literis nostris Cn. Varienū prodit historia, qui sinistrae manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat. bonis publicatis aeternis vinculis puniendum, senatusconsulto esse sancitum. Vsu verò scuti eo facto is se priuasse videbatur, quod sinistra manu capi solitū, Aelianus testis est, qui ait, Scipionem ostentanti affabrē scutum militi dixisse, Non in laeva, sed in dextra homini Romano spem ponendam. Et Plinius libro trigesimo tertio; Qui annuli usum primus instituit, cunctanter id fecit, laeisque manibus ac latentibus induit, quum si honos securus fuisset, dextra fuerit ostentandus. Quod si imped

impedimētū potuit in ea aliquod intelligi, etiā inferiorij vsu argumentum est, maius in laeva fuisse, qua scutum rapitur. Haecenus ex Plinio. Hermoleos tamen vnde curque vir doctissimus eum locū ita restituendum opinatur, ut nunc conseritoris vsu, nunc seritoris reponat, lectioe publica (quā tamen non ut idiographā semper probamus) expuncta, & verbo eo bellatorem intelligat: ut in iure manu consertū, apud Ciceronē & Gellium. Nam & desertores, à scuti reiectione rhipspasides Graecè nominantur. Sed quid si in Plinio luxandum, mutandumve est nihil? Ut inferiorium accipiamus, scuti lorum, annuli vice: inter quod & ipsum scutum infernamus manum: vnde apud Virgilium,

Clypeoque sinistra

Inferabam aptans.

Ut ea sit vocis huius desinentia, quae in hostorio est, & amatorio. Signat autem hostorium, radium siue instrumentum, quo raduntur mensurae: vnde etiam proverbiū, Sine radio cumulare, seu absque hostorio: quod est affluenter & ultra mensuram congerere. Plautus,

Dū dea' que omnes, tantam nobis latitiam,

Tot gaudia sine radio cumuletis.

Inferiorium, Graeci telamona vocant: ut apud Homerum Iliados secundo,

ἰσχυροὶ μὲν τὰ τελαμὸν ἀμφὶ τέρησσι

ἀντὶ δ' ἀμυγλίτῃς.

Quantquam videtur poeta idem, operis eiusdem libro vigesimo tertio, ensis lorū etiā appellasse telamona. Ut sic, vnde propendet scutum, etiā dicatur telamon. Sed & linamēta concerptra vulneribus peraccommoda Herodoto dicuntur telamones, vel fasciolae potius, quibus oblata membra obligari solent. Nam Vitruvius imagines hominum columnas aedium fulciantes, aut ipsa aedificia. Atlantes dicuntur Graeca voce, Latina verò Telamones. Nam Seruius grammaticus scribit, Nilum Latine Melonem dici, Atlantem Telamonē. Id cur ita ignorare se, Vitruvius ingenuē fateatur. Est ex eruditorum palestra, qui porphyriones aues dici in Hispania telamones autumat, aut de statuis ratione mutuata, vel quod sint thalamorum pudicitiae asseruatrices: quoniam authore Athenazo, sit aui adulterij intellectus, quod & suspensio indicet domino. Nisi quod Graecis ea voce significatur nutricula quoque.



Telenones machinæ sunt bellicæ libramentis plumbi, aut scutorum stipites robustos incurtientes. Omnino duplex in scuto visimus nunc lorum: altero pender ab humeris, alteri insertatur manus. De priorè apud Homerum fortè rectius intellexeris. Nam & Iamblichus ita scribit, *α σφισαδων δε α φηται χηται αυτο το τελαμωνας προοραδου τη λελου.* Certè Eustathius in Homeri enarratione: Telamon, inquit, est latius lorum, quo fertur scutum: vnde & *αυαφορεσβ:* dicitur, id est anaphoreus, *αυτο το αυαφορεσβ.* Iulius Pollux Onomastici septimo: Siodon, inquit, Aegyptia quidem est: signat autem opertorium, quod nunc dirossum dicimus. Est & alicubi telamon sindonites. Idem libro quinto, telamoniam vocat latius lorii clavis suffixum, quo venatorij canis latera præmuniuntur. Scribit historia prima Herodotus, Caras omnium principes ochana scutis addidisse: nam prius telamonas tantum adhibebat. Hinc Anacreon apud Strabonem: Nescite bene compactum carie lorum, manum insertantes. Græcè autem ochanum est: vnde omnis tollitur ambiguitas. Dignum verò scitu: telamonem dici quandoque fasciam, vt præmonuimus, qua mæbra obuoluiumus affecta: vnde verbum *τελαμωνισα*, id agere indicat. Sciendum porrò insertorium ipsum dici item porpaca, siue is foret annulus, siue annullo quid simile, quod Homeri tempora non nouerant: nam etiam porpax, annulus vocatur, sed non qui digitis gesseretur. Profert hoc Epaminondæ historia, qui campestrè planamque regionem belli esse dicebat orchestram, quâ nemo quiret obtinere, ni manû porpaci insertasset. Vocatur item ochanos, vt dictum est, quo circûagi in orbem scutum possent: propterea templis quandoque dicata sine ochanis scuta legimus, ne ad belli vsus detraherentur. Nam & Eustathius ochanon, *το τρις αοσιδ* & *λεπτημα* interpretatur, *αυτο το ιχαν*, alibi ochanum cum porpace idem facit. A Caribus ochana excogitata primùm, illud argumento est, nam Carica dicuntur: vnde est Anacreontis illud, *καρινοσφρις* & *ιχαν*. Sicuti Caricas dixit cristas Alcæus Ammianus Marcellinus. Quî apud Parisios adhuc Cæsar Iulianus quatiens scutum variis exerceretur motibus in cæpo, asfulas quis orbis erat cõpaginatus excussit, ochana remâserunt sola, quæ retinês valida manus stringebat: territisque, vt omine vtique dico, presentibus: Nemo (inquit) vereatur, habeo firmiter quod tenebam. Cleomenes Spartanus scutum ferre *δι οχανου, μη δειν αη*
παρη

id est non ex annulo suspensum, sed brachio insertum instituit. Fuit quoque veteribus scutum Laseium, quod anaphora non habebat, sed in meditullio iugum. Sunt qui eò nomine scutum intelligunt oblongum aut breue, corioque confectum crudo, & proinde pilosum: ex quo fit etiã nomen quasi *λεσου*. Sed addit Herodianus, tegumenta corporis omnia, quæ manu sustineantur laua, dici laseia. Illud obiter dictum hoc loco sit: Niciæ scutum ab authoribus celebrari, quod esset auro & purpura splendidum. Visebatur id Syracusis in templo, victoriæ monumentum de Atheniënsibus & imperatore Nicia. Amazonicam peltam Xenophon scribit, hederæ folio fuisse consimilem. Sed & coracinû in Nilo piscem dici quoque peltam intencio. Quos verò peltastas vocat Græci, nos (authore Liuiò) cetratos dicimus. Quia verò Antonij anachorita facta mentio est ambigentque forsitan multi, quæ sit cognominis eius ratio: sciendum, in Aegypto tria fuisse monachorum genera. Quidam cœnobita dicebãtur, vel eius gentis lingua sauses. Alij anachorita, qui deserta ferè incolebant: vnde & nominis profluit ratio, ex Græcæ linguæ inter pretamento. Tertios Remoboth appellabant, deterrimos neglectosque: quibus mox est, vt bini, terniue habitet, simul suog; viuant arbitrio, conquista in medium conferentes. Verum apud eos omnia affectata, laxa manica, follicantes caligæ, vestis crassior, crebra suspiria, inquit Hieronymus.

De Gemonijs gradibus, & cur sic dicantur. Item de gradibus Castorijs & Aurelyjs. Locus Ciceronis explicatur. Suppliciorum genera plura. Sextertium locus, seu sestertium. Spoliarium. Melia in Attica locus. Diana Aristobule. Camus, seu Cadmus. Taurca Iuuenalis illustratur. Centrones. Centricipi. Lata fuga, lata culpa. Fusluarium. Timinaculi. Laura pro vinculis cur. Cyphon, cyllobantes, cyphalei, cypheli, hypocyphonia, aulæ, Archium.

C A P. V.

Gemonios gradus diritate supplicij in Romana historia infames, ex paulo elegantiorib; , nemine puto latere. Nã

M. Claudiu, quod foedam cum Coris pacem fecisset, hostibus deest
 tum primo accepimus, factumque eius rescissum, libertate adeptam
 mox & spiritum extinctum, corpus contumelia carceris, &
 detestanda Gemoniarum scalarum nota fradatum. Disti Ge-
 monij gradus, quod locus esset gemitus & calamitatum: quon-
 niam illuc per Hamotrahonas raptarent vincto damnatorum
 cadauera. Nam quod aliqui augurantur de Gemonio autho-
 re vel qui primus sit exturbatus, parum Comperi. Gemonios
 gradus apud Plinium inuenies libro octauo. Cornelius item
 Tacitus: Tunc, inquit, confossum collaceratumque, & ab-
 scisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.
 Gradus, vel scalae dicebantur, quantum comeetura ducor,
 quod surrectus foret locus ac gradibus quibusdam conscen-
 deretur. Proinde *αράβιας* appellat etiam Dion in Tibe-
 rij rebus, vbi de Seiani seruis loquens ait, *νεκρὰ τῶν ἀνά-
 βιβίων, καὶ ὅτι οἱ δυνάμεις ἐπὶ τῷ τῶν νεκρῶν ἀνάβιβίων*. Sicuti apud Græcostasin gradus erant, de quibus
 ad Quintum fratrem Cicero: Deinde, inquit, eius operæ
 repente à Græcostasi, & gradibus clamorem satis magnum
 sustulerunt. Eum locum Patauij provincialibus scholasticis
 quum explicarem, dixi, mihi intelligendum videri de gradi-
 bus Castoris, auctoritate Ciceronis maxime, apud quem in
 oratione pro domo sua sic legimus. Quum verò, inquit, gra-
 dus Castoris conuellisti ac remouisti, tum vt modestè tibi age-
 re liceret, homines audaces ab eius templi aditu atque ascen-
 su repulisti? Aedem verò Castoris, siue Castorum fuisse in
 foro, ex Plinio liquet, ac cæteris. Videntur tamen & in foro
 gradus Aurelij fuisse, vt ex oratione pro Flacco, esse manife-
 stum potest. Hoc nimirum est illud, quod non longè à gradi-
 bus Aurelij hæc causa dicitur, ob hoc crimen hic locus abs-
 te. Alii, atque illa turba quaesita est. Sed & pro Cluentio aper-
 tius: Gradus illi Aurelij tum noui, quasi pro theatro illi iudi-
 cio ædificati videbantur, quos vbi acculator concitatis homi-
 nibus cõplerat, non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi qui-
 dè potestas erat. Verù vt ad alia pergamus, scribit Plutarchus
 Galbæ caput multifariam casum, & omni contumelia affe-
 ctum fuisse, postremò in eum locum abiectum, in quo eos ne-
 cant quos Cæsares supplicio dedunt. Vocatur, inquit, locus
 sextritium. In Græcis tamen codicibus scriptum inuenio,
σπῆλαιον, quod non aliter Latine inaudias, quam sestertium.

Spol

Spoliarium nõ ab similis erat locus. Lampridius in Commo-
 do, Hostis patriæ, parricida, gladiator in spoliario lanietur.
 in Attica locus erat Melita nomine, quo damnatorum abii-
 ciebantur cadauera, item suspensioforum indumenta, & la-
 quei. Quanquam inibi Dianæ templum substruxisset olim
 Themistocles, quam *ἀγροβόλον* nuncupari voluerat, quod in
 Persico tumultu ipse rebus Græciæ salutaria protulisset cõsi-
 lia. Tarpeia, inquit idem Plutarchus, vocatur Capitolij saxum,
 è quo deturbari fontes, moris est: hinc Horatius Ser-
 monum primo,

Tu ne Syri Dame, aut Dionysi filius andes

Deicere è saxo ciues? aut tradere Cadmo?

Eum verò locum exponens Porphyrio, Tribuni plebis, in-
 quit, damnatos de saxo Capitolij præcipitabant. Adicitque,
 fuisse Cadmum notæ crudelitatis carnificem. Etiam si Camo
 legunt alij, vinculi genus eo intelligentes vocabulo. Quan-
 quam multiplex est in Græcorum doctrina eius verbi notio.
 Inter alias ea maxime arridet, quod sic dicebatur reticula-
 tum cadiscorum operculum colli imagine quadam, desuper
 latum, infra angustius, ne immissa suffragia dilaberentur.
 Merellam Plinius scribit, à Catinio Labeone tribuno ple-
 bis, ad Tarpeium esse raptum, vt præcipitaretur, meminit
 & Lucretius,

Carcere & horribilis de saxo iactus eorum,

Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ.

Quo in loco etiam tunicam signare videtur, quam dicunt mo-
 lestam, quia ignium alimentis illita & intexta, vt Seneca do-
 cuit, ac mox succensa, cruciabiliter obuolutos nocentes, qui
 sceleris comperti grauioris forent, amburebat. Vngula item
 tormenti genus erat: cuius meminit Cyprianus, Eusebius,
 atque item Tertullianus. Apud quem ascias & runcinas inter
 instrumenta scæuitiæ diligens lector inueniet. Author verò
 Eutropius est. Superbum Tarquinium excogitasse primum
 vinctula, taureas, fustes, compedes, latumias, metalla. Vnde di-
 lucescit saryricum illud ex Satyra sexta,

Tauræa punit

Continuo flexi crimen, facinusque capilli.

Fuit veteribus item supplicij genus, quod *σναξ* *σβίνα* vocant,
 homine intra scaphas duas incluso, capite, manibus ac pedi-
 bus extra prominētibus, ac dies multos vesci coacto, pro po-
 tu melle infuso ac lacte cõsperfa sic etiã facie, & ad solē con-

XX 5

uerfa semper, muscarum infestante multitudine, ac intus ex putrilagine seaturiente vermiū turba. In Persis veneficorum capita lapidi imposita lato alterius ineuulsu exterunt. Diaphendonen Plurarchus intelligit, quum arborum duarum ineuruatis cacuminibus obligatum hominis corpus emittitur: de qua re paulò post. Rota tormentum Germanorum ferè peculiare censetur. Ita tamen vt eius memiaerit Aristophanes Pluto,

*ἰσὶ τῷ τροχῷ γὰρ αἰὶ ο' ἰνὰ τρεβλῆς ἄλγος
ἔτι δ' αὖ, ἢ πῆ τ' αὐτοσπυρνός*

Rota torqueri te illic, necesse est, vt exculpatur quod perperam fecisti. Inibi interpretes adnotarūt, seruale id fuisse supplicium. Alioqui rota inferretur noxij, & mēbratim rotarū conuulli radii lentitudine mortis maximo cruciatu perimūtur. In Nicia Plurarchus scribit, tonsorem rotæ alligatū amplius torqueri cepisse: verū interpres in carcerē modo coniectum reddidit, de rota nil prorsum sentiēs. Centronas inuenio positos pro furibus manifestariis, quoniā dum in quæstione haberētur, stimulos quæ vocāt centra, illis admouere mos fuit: vnde centrotypi vocantur, qui stimulis equos exagitant, aurigæ. Quanquā est & centron straguli genus ex diuersis confarcinatū, quod iumentis iniicitur. Ex quo item ex diuersis coaptata concinnatæque cōpositio centron nuncupatur, quod genus sunt Homero-centrones: nos centronē dicimus, simplex plebecula celonē, dictione paululū modo luxata. Sūt qui centronis nomine conuiriatorē intelligāt, quod sit veluti cēctrotypus, author Aristophanis interpres in Nebulis. Fidiculas accipiunt pro tormento, quo ab tortore fontes funibus, alligatis manibus à tergo, torquētur vulgò. Eius certatim meminerunt omnes, Seneca, Fabius, ceteri. *οχονομῆς* à Græcis dicitur genus id cruciamenti, aut compar. Saxis adobruere Macedonici moris erat. Apud quos item conuiriatorum cognati omnes deuotis capitibus, ad vltimū petebātur supplicium. In Perside nocentū vestimēta, & tias auellūt, caduntq;. Illi verò vbertim sentes apprecātur, desinat. Hystrichis itē erat inter instrumenta, quibus discuterētur nocentes, videtur ex feris suillis flagessū fuisse, vnde & constat nōmē, quasi ex *ὄστρον τροχῶν*. Duo in primis supplicij genera fuisse apud antiquos Romanos inuenimus. Aut enim puniebātur morte maiorū, qui capitalē fraudē admisissent. hoc est, pēdentes furca nudis corporibus

poribus, & ad mortem virgis casti, vt interpretatur Tranquillus in Nerone. Aut ad scalas Gemonias trahebantur, hoc est inserto gutturi ynco producebantur in harenam, vbi postea pendentium crura frangebantur, & igni iniecto ardebant. Sicuti in Claudio Suetonius commemorat: & Nero exercuit in Christianos: quibus ardentibus in vsum luminis est vsus, Domitianus etiam faces per obscena immitti iubebat. Ceterum id amplius animaduersione dignū, supplicium more maioram à Cicerone in Pisonem intelligi, quum securi caput præciditur. Morem autē verberandi, & de cōdemnatis summum supplicium sumendi, è Græcia manasse ad Romanos, authores habemus certissimos. Mox verò Porcia lata lex est, sicuti Cicerō in quadam quoque oratione innuit: & leges item alie parata, quibus exilium damnatis permittebatur. Verberasse aut necesse Romanum ciuem, impium censebatur. Nam & pro Q. Ligario M. Tullius significat, Externorum esse, morte damnare. Hinc celebres historici scribunt, Syllam primum Romanorum esse inuentum, qui morte multaret. Lata fuga damnari quidam dicuntur. Ammianus Marcellinus: Corpore (inquit) immaculato, lata fuga damnatus est. Quod relegationi diuersum videtur, quā intelligunt Iurecōsulci, quum in insulam aliquis, vel locum alium mittitur ad tempus, sicut in quinquennium. Sed plura Digestis de pœnis, lege Relega. Deportario in perpetuum sancitur. Lata culpa Iureconsultis dicitur, vbi non percipit quis, quod percipiunt omnes: vel nō facit, quod ceteri, vel facit, quod nemo: vt Digestis de verborum significatione, lege Late. Comitium & virgas pati, est in publico ad necem caedi. Sunt qui in metallum damnantur, quique in opus metalli. Interstitium modo in vinculis est: nam qui in metallum damnantur, grauioribus præmuntur vinculis, inquit Vlpianus, itēque refugæ ex opere metalli in metallum damnantur. Ex metallo grauius coercentur. In calcariam quoque & sulphurariam damnantur aliqui. Verum pœnæ hoc genus metalli item sunt. In ministerium metallicorum feminae dānari solent in perpetuum, vel ad tempus. Eodem modo & in salinas, & siquidē in perpetuum, quasi seruæ cōstituuntur pœnæ. Sunt & qui in ludum damnantur venatoriū. Vltimū supplicium mortem solam interpretamus, inquit Celsus. Castigationem fustium, virgarūque supplicium inuenio doctē scitēque fustuariū dici. Meminit eius vocabuli

cabuli Seruius Aeneidos sexto. Titus item Liuius ab Vrbe condita libro quinto: Fustuarium (inquit) meretur, qui signa relinquit, aut praesidio decedit. Polybius author est in libro De tribus politis, duo in primis suppliciorum genera fuisse in militia disciplina. Decimationem, id est *ἀναρίαν*, & fustuarium. Fustuarium quidam fustigationem interpretantur. Modestinus quoque Iureconsultus inter poenas militares fustium castigationem recenset. Circuitor si condemnatur, inquit in commentatione de Romanorum militia Polybius, fuste caeditur. Id supplicium eiusmodi est: accepto fuste tribunus vix tantum attingit damnatum, quod ubi est factum, omnes qui in castris sunt, cadentes fustibus lapidibusque plerosque in ipsis castris cōficiunt. Ac si qui euaserint, nec sic quidem seruari possunt. Etenim quo nam pacto? quibus neque in patriam redire licet, neque aliqui ex necessariis domi excipere audent. Fuste caeditur quoque qui furto quippiam ex castris sustulerit, qui que falsum testimoniū dixerit, & si quis aetatis flore abutatur. Fuit qui fustuarium apud Ciceronem interpretaretur pro eo, qui flagris caedit. Sed id quam recte, ipse viderit. Hunc utique virgatorem à Plauto dici, legimus. Callistratus Iurecōsultus Digestis de poenis, inter ea quae corporis coercionem continent, fustium admonitionem, flagellorum recenset castigationem, vinculorum verberationem. Marcellus sentire videretur, liberum cedi fustibus, flagellis seruum. Impuberem seruum Vlpianus scribit Digestorum vigesimo nono, habena cedi vel ferula. Scopare in fustium virgarumque per tintinnaculos admonitione vsurpat simplex vulgus: quo tamen etiam scientissimus ac eloquentissimus vult Hieronymus, quum in Esaia translatione ita scribit, Scopabo Babylonem in scopa terens, dicit Dominus exercituum. Dignum verò scitu est: scopam, seu verius scopas, uti Fabio placet, dici à Graecis *λεπτα*, id est corema, *ἀπὸ τοῦ λεπτοῦ*, quod scopare ornareque nobis indicat. Vnde illud apud Aristophanem elegantissimū, *Μὴ λεπτοῦ ἔλω ἰσθμῶνα*. ne scopas Graeciam, id est ne in desolationem redigas. sic enim loquebantur antiquiores Graeci, ubi imprecatione acrius uti vellēt. Sicuti apud Menandrum, *ἕνοπιόστους κόρυς*, id est ample pereas destruarisque. Congruit aptissimè cum Hieronymi translatione. Supplicij genus dirum excogitasse primus Auidius Cassius imperator, ut stipitem poneret pedum octoginta, vel centum, mōxque

mōxque à summo ad imum damnatos obligaret, ad ima igne subiecto, aliisque ardentibus, alios fumo praefocabat, aut terrore exanimabat. Idem catenatos denos in profluentem mergi iubebat. Manus nonnullis praecidit vel crura, aut poplites, maius astruens viuētis exemplum criminosi miserabilis, quam occisi semel. Heliogabali cadaver per circi sparia tractum, prius quam in Tyberim praecipitaretur. Inde ignominiosae appellations Tyberini, & Traicitij. Apud Iulium Capitolinum decumare inuenies, item cētēsimare, ac vigēsimare. Author idem est. Opilium Macrinū Mezentij supplicium reddidisse, viuōsque alligasse mortuis. Quin & parietibus incluisse multos, vnde ex sanguinaria factum natura est, ut pro Macrino diceretur Macellinus Porro Cratis item supplicium inuenio apud priores. Id ferè erat, quū quis deiectus in aquam cratae superne iniecta, saxisque congestis mergebatur. Anchoram item ferream scribit Plutarchus, solitū fuisse Pausaniam ceruicibus eorū quos crudelius castigaret, subnectere, ac totum diem ludibrio stare coegisse. In puteum praeterea demergi consueuisse, qui cruciabiliter punirentur, ex Plautino penū licet agnoscere, in quo & laminas ardētes adnotauimus quarum etiam Gellius meminit, & Eusebius. Neraum appellabant ferreum vinculum quo impedirentur pedes. Plautus eo quoque ceruices vinciri ait. Hinc apud Gellium Catonis festiuium adagium, Priuatorum fures in neruo & compedibus aetatem agunt, publici in auro & purpura visuntur. Ab Aureliano imperatore id excogitatum item in adulterum est, uti arborum duarum inflexis capitibus: ac ad pedes religatis, mōxque dimissis, interuulsus utrinque propenderet. Lora, quibus vincuntur nocentes, inuenio laura item dici, quod captiui ab lauream gestantibus ducibus in triumpho ducebantur. Icrion, Graeci instrumentum vocant, quo cruciabantur martyres, quanquam pro patibulo item positū inuenio. Ceterum illud memoria dignum, quod est apud Thucydem obseruatum: consueuisse Athenienses cenotaphiis eorum, qui infeliciter decubuerant, quique Attica sepulti non erant, icrion apponere. Sunt qui ea voce significari tabulata putent, aut etiam surrecta omnia, atque erymi ratione aspirationem addant. Vnde icriopeci dicuntur, qui circa forum tabulata compingūt. Paratilmos supplicij genus erat, quod pauperioribus in adulterio deprehensis irrogabatur, siquidē ditiores pecunia

pecunia se redimebant. Inopi expilabatur sedes, vnde & nomen: nam *παροπίαισθαι*, euelli lignat. Erat eorundem aporaphanidosi quoque, quum in anum intruderentur raphani, aut quid eiusmodi, vt est apud Catullū. Tympana in Aristophanis Pluto, ligna sunt quibus caderentur nocentes. Vbi etiam cyphon nominatur. Id verò ligneum erat vineulum, siue (vt nunc) etiam ferreum, vulgus berlinam vocat. Quiddam etiam *λεωπύ* dicunt, aut calion. Vnde improbis quoque cyphonis adhesit nomē. Et cyphonismus pro supplicio. Quamquam est item in curru pars dicta cyphon: velut sub ea virga hypocyphonia vocatur, & cyllobantes. Dicitur cyphon, *κύφω* id est à capitis proclinatione: nam & incuruari dicitur cyphalei. Sed cyphella nubes appellant ab occultandi potestate, quia celi adamant aspectum, quasi crypella, *κρυπτή* Apud quosdam ita cautum animaduertit, vt quisquis per audaciam legum placita risui habuisset, diebus viginti in Archiuo vincus cyphone perseveraret nudus, melle ac lacte delibutus, vt apibus muscisque esset pabulū: dilapsis verò iis, muliebri indutus veste deturbaretur in præceps. Aulam verò dicebant locum, quo ducerentur damnati, quem mox iuniores *ἀρχαίου*, id est Archiuū appellare cœperint. At si quis mortem sibi admouisset, moris Atheniensium fuit, manum quæ hoc peregrisset abscondere, ac se iunctim à corpore humo conterege. Abigeos Vlpianus scribit, quum durissimè puniuntur, Aninianum Marcellinum. Qui & quosdam cruciabiliter necatos scribit, sulcatis acerrime, fodicatisque lateribus.

Furum supplicia diuersa. De Dracone legumlatore. Furum species aliquot. De lance, ac licio: item de laro, laro, bomolochis, & sacularis, & balantur, mis, & nariis sectoribus. Cænes, caueca. An phenes sit fultus, vt voluit Ambrosius De peculatores, molis, amelgiphollis, donus, fiscus, fiscellus. CAP. VI.

Quoniam verò in digitos quodammodo suppliciorum, quibus vsos veteres comperimus, genera mittere est vitium, non incitum improspèrumque fortasse fuerit, quin multis forsitan vel quadruplarium, etiam constitutas furibus pœnas exequi, quas pro morum consuetudine diuersis in locis fuisse

eis fuisse varias accepimus. Siquidem Draco, quem sanguine, non atramento leges conscripsisse, proditum est: qui quæ omnium princeps Atheniensi populo tulisse easdem memoratur, quælecunque admissum foret furum, mortis pœnam irrogauit auctori. Hunc ferunt in theatro apud Aeginam præfocatum sepultumque, petasos vestisque omnifariam concipientibus in eum vniuersis. Mox & leges antiquatas abolitæque, non quidem decretis vllis, verum tacito illiteratæque consensu: aut Solone id ipsum procurante, quod scribunt nonnulli. Nam non furti modo conuictis mortis irrogauit supplicium, sed & cuiusque peccati reis ac ocij etiam damnatis. Interrogatus autem ipse, Quid ita in omnibus mortis approbasset multam? Quoniam, inquit, parua vltimo digna supplicio arbitror maioribus quid grauius staturerem, non habuit. *ἡ μὲν γὰρ τὸ τὸ ἀξίον τοῦ ἡμιγὰτος ἐν ἑξο μείζωνα.* Solon factus & ipse legumlator, mitioribus pœnis adortus morum emendationem, dupli pœna vindicandum sanxit, in eum qui furti se alligasset. Decemviri pro furorum imparitate dispares induxerunt suppliciorum metus. Quippe manifestarum furem, quod & Caius repetit Digestis ad legem Aquiliam, tum demum necari indulsèrunt, sed clamoris tamen testificatione, vt Caius inquit, si tenebrarum beneficio sese in facinus insinuasset, aut luce quoque, si telo se tueri ausus foret, quo euaderet. Cæteros id genus, si liberi forent, verberibus subiecerunt, addictos ei, vnde furtum factum foret. Si serui, à verberibus etiam de saxo dari in præceps permiserunt. Pueros impuberes ad prætoris arbitria reiecerunt, qui & factam noxam sancirent. Erant verò furta, quæ per lancem liciumque concipi dicebantur. Puto, quia qui in alienam domum expilandi proposito ingrederetur: sicut qui magistratibus præministrabant lictores, licio præcingebatur, lancemque ante oculos obtendebat, propter matrum familias, aut virginum præsentiam. Licis vt in veneficio, veteris fuisse moris, abundè Maronis ex Bucolico ludico carmè cõprobarit, implicadæ obturbadæque mentis gratia, sicuti licis implicatur stamen. In hoc furū genus perinde vindicatū, ac in manifesti furti reos. Cæterū & hæc mutata cum tēporibus, interpolatæque pœnarū sanctio, quoniā in manifestarum furem quadrupli cõstituta est actio. At Hermogenes Iurecõsultus Digestis de rerum amotarum actione, Ad hunc, inquit, mariti bonis deuolutis,

vxor rerum amotarū nomine in simplum conuenitur. Manifestum furtū intelligi voluere priores, vt author Maslurius scribit, quod deprehenderetur dum perpetraretur, hoc est (vt Græcè dicam) *ἐν τῷ αὐτῷ φεῖ*, siue *ἐν τῷ αὐτῷ φεῖ*, id est in furto ipso & in oculis. Sic enim reponendum apud Vlpianum Digestis de furtis, vbi temporum inscitia dictio Græca obliterata per noscitur. Faciēdi furtis finis intelligitur, quum perlatum est quò ferri cœperat. Furti cōcepti, item oblati, pœna tripli est. Scitu digna sunt quæ Vlpianus scribit: Si vxor, inquit, alicuius furi opem tulerit, furti non tenebitur, sed rerum amotarum. Aliās furtum finiunt Iureconsulti, rei alienæ fraudulentam contrectationē lucri ergo. Quin si volēte domino, quem ipse tamen opineris nolle, quippiam in iūcaueris, furti alligatum videri, sanxit Pomponius. Alexandri Cæsaris præclara est sententia: qui ad id quod per præconem edixit, vt principem nemo salutaret, qui se furem nosset: ne aliquando detentus, capitali afficeretur supplicio: etiā prædicabat, fures de paupertate solos conqueri, dum volunt vitæ suæ scelera obtere. Sed & illud, *ὅς τις ἀν πολλὰ λιμὸν κερ*, *ὄλιγα δὲ τοῖς βοῦλοῖς ἐπιβόησεν, οὐδ' ἔγραυ*. Id est, qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Idem fures nuncupabat, scelerum quotidianorum reos, ac solos item reipublicæ hostes. Quia verò nō esse vnum tantummodo genus furum, liquet, inueni qui aris elām assidentes vt oblata suffurentur, bomolochos appellari tradant, quasi *πρὸς τοῖς βομῶς λοχῶντας*, id est circa altaria delitescentes insidiantes ve, quanquam & eo nomine dicuntur mēdicabula in templis suppliciter corrogantia stipem, atque item tibicines & vates rebus diuinis adhibiti. Sed & scurræ bomolochi figuratè dicuntur, quive despiciabiles vilissimique possunt lucelli causa etiam num illa patitur, quæ nec Sarmentus iniquas Cæsaris ad mensas. Laron comitum pro furacissimo vsurpant quādoque: nam est auis laros voracis naturæ, rapacisque. Sunt qui fulicam eo nomine accipiant, vt inde etiā Larius nuncupetur lacus de auitij eius copia. Larum Theodorus gauriam interpretatur, cui sit color *σποδωδής*, id est cinereus, vt scribit Aristoteles, qui etiam laron nuncupat *λευκόν*, id est album. At ceppum, id est *κέρα* fulicam reddit Theodorus idē. Sed Hexaemeri quinto Ambrosius fulicam à Græcis phenen dici, hoc est *φένω*, arbitrat: quæ excussum nido aquilæ pullum solarem intutum non

non valentē ferre, exceptum alat. Lycophonis interpres: Cephus, inquit, marina est auis *λαφος δῆς*, id est lari similitudine: quam spuma venantur piscatorum pueri. *λαῖνος* item larus dicitur, id est caues: vnde cauecas, id est *λαῖννας*, nuncupatos inuenio, qui lari more senio inalbescat. Lazos verò nunc dicitur, qui olim nuncuparetur Colehi: author Agathius est. Ambrosium malè habent parte hac eruditiores, quoniā *κεῖνος* dicitur à nostris ossifragus, alienos factus cum suis alens. Larcos autem vas intelligitur, in quo feruntur carbones. Depulcatores, hoc est qui publica interuertunt, vocant idē mulgos & amolgos, à mulgeli consuetudine, quod dicitur *ἀμολγῆ*, proinde ex aphareli curare, facere dicti. Sunt in hoc genere & qui balantiotomi Græcè nuncupantur, velut martupiorum incisores, vt alibi diximus, meminit contra Ctesiphontem Aeschines: Adducunt (inquit) illum, veneficum balantiotomum, qui rem publicam incidit. Hos forte sacularios rectè dixeris, ex Alconio. Sed Plautus zonarios dixit scētores. Est item balantium pondus quoddam, phollis nuncupatum, donos continens ducentos quinquaginta. Habet verò donus libram vnam, vncias duodecim. Filcos item pronam morum conceptaculis comperias: sed & lineos legitimus filcos, exprimens eliquandisque succis: vnde & fscellus, in vtu eodem.

T. Liiij locus emendatur ex primo, vbi legitur, Lex horrendi criminis erat. Item locus Pliny enarratur, de arbore suspendio eligenda. Acherusion quid, & vlmorum acberuntem in Plauto qua interpretemur ratione. CAP. VII.

Sed enim quia de supplicii copiosius agere collibuit, fraudi non erit, opinor, si ad laeteos T. Liiij fontes diuertimus, vit iatis interpellatisque codicibus laturū opē pro virili. In primo siquidē ab vrbe condita sic fermè scriptum reperias, Lex horrendi criminis erat, duumviri perduellionem iudicent. Quam lectionem sciolis ac malè feriatis plerisque, quorum minus intercutanea eruditio superflucaria modo rimatur, ac discunt, plausibilem visum iri, non ambigo. Aridet enim pullato circulo demum, quod obuium, quòdque (vt dicitur) ex triuio est. At qui pensularius expendenti, loco

verbi Criminis, reponendum videbitur Carminis, quod respicit vetustatem, & eruditionem habet classicam. Legum siquidem dicebantur carmina, non crimina. Quod ut constat, ad anchoras recurrendum, hoc est veterum autoritas aduocanda, qua maxime aduersus peruicaces stemus. Marcus igitur Tullius in Oratione pro Rabirio Posthumo ad huc modum scribit: Nanque hæc tua, quæ te hominem dementem popularemque delectant, I listor, colligo manus. Quæ non modo huius libertatis mæstitudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilij: Tarquinij superbissimi ac crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo leuis ac popularis libentissime commemoras. Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Hactenus Cicero, qua in parte ne obrepere quidẽ suspicio potest, quantumvis in veritate que autem dormias, legendum esse Criminis. Sed & De oratore primo libro ita exaratum adnotauimus vt totum illud, vt lingua nuncupasset, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Hoc verò loco carmen, signare prescriptum, aut sententiam, siue præceptum, coniectamus. In quam notionem reperias item. De lege agraria libro secundo. Sed & T. Linius ab Vrbe condita libro trigesimo nono, eõctione aduocata solenne carmen precationis tari, prius quam populum alloquantur, magistratus solere, author est. Quin & libro primo, Sua ite carmina Albani, suumque iusiurandum per suum dictatorem, suosque sacerdotes peregerunt. Et paulò ante, Que longo effata carmine non opera est referre. Sed vtrique de carmine non esse mirandum. Alconius Pedianus facit, qui versiculum pro verbo, quod insolentius est, vsurpasse deprehenditur, quum ita scribit: Tribus versiculis enim ait, Accepi, dedi, reliqui. Ne quis verò mendum putet exemplarium, id ex Cicerone est Verrinarum tertio: Audistis questoriam rationem tribus versiculis relatam. In epistolis verò ad Brutum, sic refert: Breues tuæ literæ, breues dico: imò nullæ, tribus ne versiculis his temporibus Brutus ad me? Cæterum quia in suspendio arborem infelicem nuncupat veteris carmen legis apud Linius & Ciceronem, ad eam alluisse Plinius aperitissime mihi videtur, quum in præfatione Naturalis historiae dicit: Ceu verò nesciam, aduersus Theophrastum, hominem in eloquentia tantum, vt nomen diuinum inde inuenerit, scrip

scripsisse etiam fœminam: & prouerbiū inde natū. Suspendio arborem eligendam. In nodi huius explicatione cacuti- re multos, palam est, etiam si nō insint Platonici numeri, aut Boetia anigmata, nec ex vulturum nidis expositio petenda foret. Si qui ergo hactenus exsudarunt in eo, iam (opinor) desinent saxum voluere. Felices autē arbores, ne hoc relinquamus inenarratum, Cato dixit, quæ fructum ferunt: infelices, quæ non ferūt. Plinius author est, Infelices existimari, damnatasque religione, quæ neque feruntur vnquam, neque fructum ferunt. At Veranius de verbis pontificalibus, Felices (inquit) arbores putantur, quercus, æsculus, ilex, fapinus, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pyrus, malus vitis, prunus, cornus, lotus. Tarquinius verò Priscus in Ostetario arborario sic ait, Arborum quæ inferum deorum auertentiūque in tutela sunt, eas infelices nominant, vt quæ baccam nigram nigrosque fructus ferunt. Cæterum ne quid omnino dissimilem, potest ex Plinio ipso ite prouerbij ratio erui, Quoniam apud eum ita legimus, In Aulo crene platanus ostenditur, ex qua pepedit Marsia victus ab Apolline, quæ iam tum magnitudine electa est. Sed in eadem Naturali historia legimus, Cænes supplicia annua pependisse, inter adẽ Iuuentutis & Summani in furcas lanibucea fixos arbore. Quin & alibi idem author Pyrrhi legatum facere lusisse scribit, in austeriore gustu vini, merito matre eius pedere in tam alta cruce. Adiciamus verò & dānandi criminis cōfessos ac iudicatos ritum, de quo sic breuiter Seneca, Ascendit prætor tribunal, noxiæ post terga ligatur manus, sic à præcone silentiū. Adhibetur deinde legitima verba, canitur ex altera parte classicū. Opera illud adiecerō parenga, proditū Aristotelicis esse monumētis, Acherusion dici omne satum syluofum arborofumq;. Ex quo eruditorum coniectatio est, ad hoc forsitan Plautinum id referri oportere, vbi in Amphitryone vlmorum Acheruntem vocat.

Plautini loci expositio de litera longa, quam suspendiosifaciant. Cruciaty qui, & cruciantes, item crucium. De cruce scitu digna. Sarmenty, & Semassij cur dicerentur Christiani. CAP. VIII.

POrro in hac suspendiosorum mentione nō paregon for- tasse fuerit, amplius aperuisse Plautinum scrupum, in quem veluti latitans aquis saxum plerosque iam impactos

scio. Sic verò Staphyla anus inquit,
*Neque quisquam melius est mihi,
 Ut opinor, quàm ex me ut vnam faciam literam
 Longam, laqueo collum quando obtrinxero.*

Scitum hoc videri adagium potest, & apertum satis, in eos qui præposterè cõmoriuntur, præcluso (vt inquit Plinius) spiritu, cui quæreretur exitus. Ceterum sunt, qui eius rationem parum, ni fallor, & scienter & exploratè introspexerint. Literam enim longam, L, dici volunt: sed heberi prorsum iudicatu. Dicant enim viri doctissimi, quo probent argumèto, pendentem hominem amplius, quàm vbi suis consistat vestigiis, eam exhibere figuram: mihi vtique parum liquet, nisi fortè caligamus in sole, ac de cõpede impacta educere pedem nequimus. Nec à grammaticis traditum ignoramus, literarum alias esse lōgas, rotundas alias, quasdã verò quadratas. Quin doctius fuerit interpretamentum, ac perspicacius, si ad T, literam Græcam Plautinos sales retulerimus: quoniam qui pendet, eam placè reddit imaginem: suspensiosi defuncto obtinente vicem lineæ ex superiori parte in imam productæ. Traheb, verò vnde laqueus destinatur, transversam elementi portionem fingere videtur. Id vt ad hunc modum coniectemus, doctissimus facit Lucianus, qui in libello cui titulus est *De uisitatione*, id est iudicium vocalium, ad disquisitionè literam hanc vocatam à sigmate, ita coargui fingit, vt quæ furatruam exerceret, & aliena violenter inuaderet, ex plerisq; dictionibus pulsa litera. Sin cuius locum ipsa se nullis comitiis suscepit, proinde videri dignam, quæ in id. contolleretur supplicium, quod ipsius exprimeret figura. Ea verò est crux, ac furca: nam & tau, Gallicum positum inuenies pro cruce apud celeberrimos auctores, quam ad eum construere modum Gallici consueuerant: & Hieronymus super Marcum, Tau (inquit) litera, salutis signum demonstrat & crucis. Imò verò & crucis nomen Græcum, quod est *σταυρος*, non aliunde videtur appellationem duxisse: quæquam grammaticis aliud videatur. Vt ite, inquit Seneca: isthic crucis non vnus quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas. Sunt qui capite in terrâ conuerso suspendant. Alij per obsecra stipitem agunt. Alij brachia patibulo explicuerunt. Cruciatos verò idem vocat Seneca, qui tolluntur in cruce, sicut cruciatas pœnas. Sidonius Apollinaris Cruciatos facetissimè Plautus discipulos crucis appel

appellat, qui & patibulati dicuntur. Sed crucium, vinum insuaue nominatur, & nimio plus austerum aut asperum. Cruciantes equi apud poetas creduntur ferè, qui tortores ab grammaticis & vulgò dicuntur. Scitu dignum illud quoque est: Didymon xylon à Græcis exponi pro eo quod Romani furcam vocant, veluti ex duobus modo lignis constaret: nã didymon, geminum dicunt. Præterea supplicij huius Vlpianus commemorat, Digestis ad legem Iuliam de sacrilegiis: sed & Callistratus Digestis de pœnis, Summum (inquit) supplicium esse videtur ad furcam damnatio, item viui concrematio. Porro quia de cruce mentio est, nõ grauemur promerere hic que in primis studioforum digna auribus arbitramur, ex monumentis excepta clarissimis. Siquidem traditum ab Arabibus est, crucis figurã videri ceteras quotquot sint, præstare: quoniam superficies prima cruce describatur. Sic enim in primis lōgitudinem habet, atque latitudinem, primaque hæc figura est, & omnium recta quàm maximè, constantique rectis angulis quatuor. Effectus verò cælestium maximè per rectitudinem angulorum radiorumque resultant. Tunc enim stellarum potestas præualet, quando cæli quatuor habeat angulos, vel cardines potius: orientis videlicet, occidentisque, & mediij vtrinque cæli. Sic verò disposita radios ita coniciunt in se inuicem, vt cruce in inde constituent. Propterea esse cruce veteres dicebãt, tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculum. Ideoque habere summam in imaginibus potestatem, ac vires & spiritus suscipere planetarum. Quæ opinio ab Aegyptiis initia duxit, confirmatque vel præcipue est, inter quorũ characteres crux erat insignis, vitam eorum more futuram significans. Proinde figuram eiusmodi Serapidis pectori insculpebãt. Adicit Hieronymus: aues in surrectum se attollentes crucis exprime-re figuram, quod adorans homo & natans item facit: sed & nauis antemna cruci assimilata suffilatur. Quin ipsa, inquit, crucis figura quid est, nisi quadrati mundi forma? Scribit porro Sudas, Theodosio imperante, quum æquarentur solo Græcorum templa, in Serapidis sacrario hieroglyphicas esse compertas literas, quæ crucis præferrent formam. Ceterum quod ad crucis pertinet excellentiam, apud Aegyptios ante CHRISTVM humanæ salutis auctorem inenarrabilem, non tam muneris stellarum testimonium fuisse cõtenderim,

quàm virtutis prælagium, quã à diuinissimo corpore fuerat acceptura. Nec illud omiserim, diuina (vt equidẽ reor) agente vi, fuisse in adoratione veterum crucis item figurã summẽ religiosã: quoniam in veneratione supplicii, dũ ori dextram admouerent, indicent super pollicem residentem (quod & rempeltate hac ferẽ à plerisque fit) exosculabãtur. Quod Plinius quoque significasse videtur: In adorando, inquit, dextrã ad osculum referimus, totũque corpus circumagimus. Et in Apologia item Apuleius: Si fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admouere. Hinc factum opinantur, vt Hebraei iuxta linguã suã proprietatẽ pro veneratione deosculationem ponant. Quod aduersus Ruffinum Hieronymus testatum reliquit. Lego denique Christianos quandoque Sarmentitos & Semasios probrosẽ nuncupatos, quod ad stipitem dimidij alsis reuincti sarmentis circumiectis amburerentur, quod in hac suppliciorum pragmatia compertum præterire non fuit consilij.

Elementa virtutum esse duos, spẽ honoris, pœna metum.

De inferorum supplicijs digna scitu. Quomodo patiatur anima, ex Platonicorum doctrina. Maronis loca explicantur duo.

CAP. IX.

Dvo verò esse veluti elemẽta virtutis ab philosophiã studiosis traditũ, scire videor: honoris spẽ, ac pœnã metum. Illa quippe ad honesta studia alacriores reddit, quando est externorum maximum bonum honor, siquidem hũc diis contribuimus, hunc in dignitate constituti affectãt præcipuẽ tamen cum latẽ virtuti dignus rependi haud queat. Hic autem metum dico, deprauatos impetus cogit hebescere, tardiorẽsque facit ad ea, quã à rationis libra visuntur semota. Hinc ad terrorem increpcentis audaciã pœnarum genera octo legibus sanciri, Marcus Tullius scribit: damnũ, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutem. At summus ille parens Deus, à quo in hanc mundi partẽ, vniuersitatis mediam emisimus, vt hinc inde rerũ ab eo productarum ordinẽ excellentiãque exactissimẽ contemplant, humilẽ debitũque venerationis cultũ auctori exhiberemus, aternitatis præmiũ ex formula sua viuenti proposuit. Abeunti verò ad brutorum immanitatẽ, & sensibus mancipatã naturã, formidabiles inferorum cruciatu perperul-

tatis diritati adglutinatos. Cœlestis illa hilaritas quẽ quãta ve censerì debeat, abundẽ cum Apostolo Gregorius paucissimis verbis insinuasse pernoscutur, vbi ait: Nec oculum vidisse, nec ascendisse in eor hominis, quã diligentibus se preparauerit Deus. Inferorũ verò supplicia quis vel audeat, vel queat omnino eloquentiẽ, vel ingenij amplitudine pro meritis explicare? Mira est illic, sed tamen vera pœnarum ratio, quod Augustinus inquit. Spiritus incorporeos corporei ignis tormento consistari, quã nam ratio dabit naturalis? Nisi quòd eadem quã nostris corporibus certis numeris animas adnequit potentia, etiam spiritalem vim pœnis ignium indeficientibus alligare ineffabilibus poterit modis. Ceterũ liber parte hac cum veteribus theologiã studiosis confabulari, qui & ipsi super iis aliqua sibi prodenda censuere. Adeunda verò præcipuẽ Platonis arcana, in quibus stupenda sæpẽ deprehendas. Animum intemperatum, dum etiãnum agit in corpore, talem esse veteres sancunt, vt consopitam in eo rationem intelligant, vel affectui prorsum mancipatã, vnde ineluibilis ad corporeã vergens concipiatur habitus, qui in naturã euadat quodammodo. Proinde hunc graphicẽ appingens Orpheus ita canit,

ἄπυρτοι τ' αἰθέρα πύραυλοι, ἄγε δῖμ' ἰδὲ σῆμα.

Frangi nequeunt Plutonis porta, intus agit populus somniorum. De animo ita affecto grauissima est ex septimo De republica, Platonis sententia: Dormire illum in hac vita & quidẽ profundius, ac prius quã omnino expergescat, demigrare. Post obitũ verò etiãnum altissimo premi sopore. Quin & insomniorum absurdissima exterreri specie, quã resub Tartari nomine intelligi voluit. Philosophi verò sententiam aptissimẽ Platonius poẽta inuolucro quamuis obscuriore Aeneidos sexto expressit, quũ inferorum vestibulum ac ingressũ primum deferibens ita canit,

In medio ramos, annosaq; brachia pandit

Vltimus epaca ingens, quam sedem somnia vulgo

Vana tenere ferunt, foliisq; sub omnibus herent.

Animus ergo hic nimio corporis amore exardescit, propterea terreno hoc dilapso, prorinus alterum sibi ex vaporibus itidem elementalĩs naturẽ cõstat, cõpingitque: sed & ad ea reuoluitur, affectu perseverãte, ad quã procliuius ante ferebatur. Corpuseuli verò eius ea demum est figura, quales fuerint

mores. Qua ratione fortassis intelligenda foret infamis illa quorundam in bestias commigratio. Sicuti verò in vita carnis senserat affectiones, ita & corporis illius animam sentire, arbitratur idem Plato: sed eò etiã in acriores, quò est id purius, verùm ratione non eadem. Sic etiã ex doctoribus nostris aliqui haud ignobiles philosophi, inuestigare volentes, quo modo incorporea anima rigui possit affici corporeo, dicunt, Postea quàm carne ipsa exuta est, sensitas remanere potentias, & (vt Augustinus inquit) omnes sensus vitali potestate retentari. Aliorum sententia est, ab anima nõ formari corpus eiusmodi, nec per ipsum affirmari sensum, sed diuina potestate ita lanciete, animã quæ sese prius corpore adobruerit, a quo elemento vel igneo ita destinari, allegarique, vt obnoxia se uilique conditione indignationis plurimum inde concipiat, ac dolore conuellatur. In statu hoc committitur Orpheus furias tres: ex quibus Tisiphone animã infestet ex corpore. Megera lancinet ex oisio imaginariique mali conficiatione formidolosa. Alecto perurat propter imaginarij boni cupiditatem. Has porro furias excitari ab vltoribus demonibus, vt atrocius horribiliusque exagitetur anima Platoni sententia est: sed quam comprobet etiam Plotinus, ac antea constituerat Orpheus, à quo hymno proprio daemona, vltorem in magnam celebrari nouimus. Denique primas in te mperans anime perturbationes persimiles volunt phreneticorum tumultibus, aut bile atra exagitatorij, vel etiam dormientium turbulētis formidolosisque somniis. Sed & eo amplius impijs animis terribilium fallax imago occurrit, quando alendi potestas nulla ibi est, vacant externi sensus, nullius omnino rei sese ingerit distractio, nec lenimēta præsto sunt vlla. Sola reliqua sit furens phantasia, vt Plato vult, aut phantasticæ rationis imperium: cui inuitatæ formidabilisque ostentantur imagines, vt ruentis quandoque calis speciem concipiat, nũc dehiscētis terræ voragines terras, seque in ima barathri violenter mergari. Etiam flãmantes ignium globos arreptentes, aut feruentium scaturigines aquarum, vel vastarum molium deuolutiones ruinãque, quibus iam iam conterēda subiciatur: & , quod omnia excelsit, à demonibus truculenti seuisque aspectus raptari: ac passim discerpi. Ceteraque quæ phantasiæ furentis distare imperus potest, malisque daemon, vt Mercurio placet. Adde quòd deliciarũ quibus

in vi

in vita intemperatius perfrui assueuerant, atrox habitus subiens exulcerat excarnificatque, tum cupiditate, tum desperatione potiendi. Hæc Sardanapalum muliere corruptiorem à pellicum amplexu reuellit ratio, dispescit à mensarum luxu Tantalum, à congestitijs Midam retrudit opibus. Propterea in Gorgia Plato: Idem mihi videtur circa animam: cuncta enim in ea apparent, quum corpus exuerit, tam quæ ex natura, quàm quæ ex affectibus inerant, quæ ob rei cuiusque studium homo contraxit in animam. Hinc ni fallor, aperitur egregie Platonici Maronis locus alter ex sexto eodem,

*Quæ gratia currum Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitenti
Pascere equos, eadem sequitur tellure repositos.*

Ceterum ne quid relinquatur, quo legentium præpediri possit animus, sciant à Platonicijs in separatis animis phantasiã dici sensum intimum, quem in vehiculo athereo & aëreo constituant, sed cū perturbatione in aëreo proprie. Vel Peripatetico intelligamus more, præsertim Auicennæ sequenti doctrinam, affectum habitumque potentie rationalis, quem sensibus obsequendo contraxerit, ad corporeas reclinatum perturbationes, in materiãque vergentem.

*An possit anima ignibus torqueri. An corpus amburi
perpetuò, nec tamen interire. Laricis natura mirabilis.
Larignum oppidum. Larigna pix, quæ vulgò
larga dicitur. Item salamandra, & carbonum, palearum,
ac formicæ natura.* CAP. X.

Sed non deerunt fortasse, qui argumentorum acuminibus diluere ista connitantur omnino, quoniam probabile non fiat, animam si est immortalis, perpeti aut sentire dolorẽ posse: quippe si ob merita punietur, non erit absque doloris sensu, & proinde etiam morti obnoxia. Quòd si morti nõ esse locum colligas: illatio illa consequi videtur: Ergo nec dolori. Propterea, nec esse quidem patibile. At Stoici astruēt, animas vti que mortis interuētũ aboleri nullatenus posse. Impias tamen, quoniam vitiorum scelerumque inquinamentis labem contraxerint, eua dere cuiusdã naturæ mediæ inter mortalem immortalemque, & habere imbecillitatis quippiã ex corporeo cõtractu, ex quo ineluibilẽ cõceperint fucum, dũ sensuum lenocinijs obsequantur, velut mancipatæ. Inolefcente itaque

yy 5

labe miris modis, vt poëta nobilis ait, eiusmodi reddi animas vt non extingui vtiq̄ valeat, quoniam ex Deo profuxerint. Cruciatibus tamen obnoxias fieri ob terrenam, quã sibi affricuerint labẽ, quã peccatorũ inuista illecebris, sensum doloris attribuit. Quod si querat quispiam, qualis omnino censendus sit ille ignis, qui miranda potestate spiritalia corporeãq; exitu nullo exulendi citra consumptionẽ facultatẽ habeat: quod sexto Topicorũ ab Aristotele traditũ sciamus. Affectionem in corporibus quãcunq; deterere de substantia perpetuò quippiam, ac demũ absumere: Respondetur, videri talem, vt nullius indigus alimenti, nulla sumi permixtionẽ in obscuritatem quandam crassefcẽs viuat perpetuò, vigeatq; aquarum modo fluida vi. Cremet insuper, ac reficiat mirabiliter, vt quãtum ex corpore periturum assimes, mox repositum, instauratũque ineffabiliter, animaduertas, vt perenne sibi sufficere pabulũ videatur. Quod poetica fabulositas suspicata, Titij recur vulturi æterna suggerens alimenta confingit. Nec tamen in omne corpus flammis eiusmodi datum ius asserere debemus: nam quos præcellens incoquit virtus, & iustitiæ maturitas in æthera purgat apertum, omnino cremantis potentia expertes censendi sunt. Quod ad animã spectat, sic ex Peripateticis ratiocinantur nonnulli: Si sensus, inquit, sensibilis citra materiã recipit, patiturque tactus nonnunquã non calore ipso, sed specie, calor rationẽ, intentionẽque spiritaliter recepti. Si visui non color, nec magnitudo vlla, sed ratio, ac intentio eius absque materia imprimitur, animos mirabimur etiam elementorũ qualitibus, quibus in hac inhabitã vita, per intentionẽ, ac spiritaliter, & absque materia receptis torqueri? Hac certẽ ratione non à corpore incorporeũ, sed ab incorporeo incorporeũ pati agnosciimus. Sed vrgẽt nos infestantq; peruicaciores pleriq; ceu naturæ consonũ haudquaquã sit, vti citra perniciẽ corpus aliquod: etiã si apud Aristotelem comperimus, esse animalia quæ in ignibus viuant, imò verò si quo casu auolent, intermori protinus, iam & feruentium aquarum scaturiginibus ita vermiculos innasci plerumque, exploratissimum est, vt alibi ducere vitam nequeant. Sed malè feriat ad hæc inferunt, si maximè detur rem sic habere, non tamen ista viuere perpetuò, nec nullo interim exagitari dolore, quoniam indidem etiam vegetentur. Mihi verò à naturæ rationibus abire longius videtur, vegetariis quam

quam cruciari rebus eiusmodi. Mira profum res est, igneis, flammarum riuus obuolui, membra perpetim de pascẽtib; & superesse tamen, ni mirabilius foret, ignium molibus adobruta viuere, nec tamen inde dolere profum. Quod si impetrant ista fidem, cur non & illa? Certẽ miraculum natura est id quoque, laricem non solum ex succi amaritate vehementi à carie tineãque non noceri, verũ nec flammam recipere, nec ardere per se, nisi vt saxum in fornace ad incoquendam calcem, lignis vratur aliis: nec flammam ideo sic quoque recipit, nec carbonem remittit, sed spatio longiore vix comburitur, quod sit minima ignis & aeris temperatura. Cognitũ id summa Cæsaris admiratione apud Larignum oppidum in Padi præcipis situm, ex arboris copia nuncupatum, quando ignibus obuallata turris superfuit citra nocumentum. Sicuti larigna dicitur pix, quæ & arboris nomine larix vocatur quãdoque vulgus largam, luxata dictione appellare consuevit resinam id genus. Larimum verò thymiama Sabeorum est odoratum, præcipue Straboni. Sed & Quadrigarij adnotatũ Ananibus est, oblitam alumine materiam, succendi non posse. Quod esse verum, à Sylla in Archelaum bellante comprobatum est. Nec illud argumentũ alicuius fuerit momenti. Omne quod dolet, etiam mori. Siquidem dolet anima, corpore vtiq; maior, nec moritur tamen. Quare quod in hac colligimus nunc, reperietur tunc in damnatorum corporibus. Quid, quod animæ proprium est dolere, non corporis: etiam si ab corpore doloris emicent scintillæ? Sicut enim viuere ac sentire dicimus corpora, quia animæ potentia hæc influat viresita & in dolendi ratione astruendum, quoniam corporis dolor esse ab anima tantum potest. Quam obrem si inde mors colligeretur futura, quia interuenit dolor, aduersus animã efficacius multò sic colligeretur, quia eius sit dolere propriũ. Quod Aurelius cõprobat Augustinus, à quo etiã refelli Platonicos nouimus, qui ex terrenis moribundisq; corporibus assultare in animã perturbationũ agmina colligunt: quum tamen fateantur iidem, animas ab omni corporis labe repurgatas, dira nihilominus agi cupiditate, qua rursus incipiant in corpora velle reuerti. Possẽ verò humanum corpus æternis sufficere cruciatibus, vt amburatur citra detrimẽtũ, doleat sine interitu, nõ videri impossibile profum debet, nõ Salamãdrã modo argumẽto, quam authores eminentissimi in igni

in ignibus videri prodit: esseque tum terrestrem, tum marinam, vt ex Paulo didicimus. Nam de ea Nicandri interpretata prodit: Salamandram (inquit) memorat, per ignem in ea re, nec inde quidpiam oblat: licet interanea decutiendi pilos vim habent: quadrupes est animal, lacertæ simile ac terrestri crocolilo. Sicut qui scribant, esse natura frigidum, proinde si in fornacem incidit, igne restingui, ipsum autem perseverare à præsentem, id est illatum. At hoc credi temere, author Dioscorides probat. Andreas vero non contempnibilis author, si Salamandram (inquit) sanguine vel manum vel omnino vestem infeceris, nocumeta ex igne haud profum sentiet. Postremo animal nec corio cõtegitur, nec præfulcitur squamma. Quin eo argumento Græcus poeta *σαλαμανδρα* appellauit: quoniam pelle nã dicant rhinon. Etiam si aliqui malint dici, quia ab pelle desudet *σπινθηρ*, id est pinguedo. Ac vt nil profum omittatur, libro decimo quinto *σαλαμανδρα* *πρὸς τὸν πυρρην*: Salamandra, inquit author, minimum animal ex ignibus ortum capit, & in eis flammæ nocumentum haud sentit. Sed & tot montium argumento, inquam, plerisque in locis ab æro ardentiu globis que flammaru subinde eructantium, quos tamen non deficere anima tuertimus. Carni porro humanæ vim præstabit eandem ille ipse, qui tot & tam miranda in rerum produxit natura. Qui pauonis carnibus potestatem indidit occultioris, qua putreant nunquam, quod se experimento didicisse, Augustinus scribit. Qui carbonem, rem fragilem adeo, vt nullo negotio conterantur in puluerem dissenturque, tanta insigniuit firmitate, vt nulla humectationis copia vitentur, aut annorum sentiant damna. Propterea que limitibus ita substratis, a lueris rapacem auidamque crassantis vicini fraudem. Expende reru naturæ sympathiam, antipathiam nec spreueris, Nõ in multa te dimitto, paleas ad libram reuoca, illas insita putes frigiditate niuium rigorem seruare illiquefactum, ni eisdem præcelerem pomis cocturam induci genuino calore, liquido perspicias. Quis in formica tantulo animali, ac tam nullo varicinam expectarit præsentionem? Atqui Aelianus inquit fame ingruente *ἐστὶν ἡ σὺν τῷ πυρὶ τὸ βῆναι αὐτῆς*. Adde mus & illud, *ab extremo die cessaturu omnino cali motum, quo eueniente, nulla erit actio, nulla in corporibus affectio, in natura tendens transmutationem. Ita ergo perseverantiæ ratio prima ex Deo est, ex naturæ vi etiã altera. Philosophi ve-*

rõ top

rõ topicum illud naturæ pomerio tantum continetur.
An ignis damnatorum supplicij desinatus habeat aliquid intermicantis luminis.

CAP.

XI.

Quæritur porro, si tam atrox impiorum cruciatibus destinatur ignis, sit ne inibi lumen quoque, quando id esse proprium elementi videretur: quod si admittas, consequens erit, habere tamen damnatos spiritus, vnde quadamtenus tormentorum leniant diritatem: siquidem lux in primis iucunda est, ac vitæ gratissima. Sed enim absurdum omnino, & à diuinæ sanctionis integritate seiunctum, vitæ ad obrutos flagitij & bonis semper infestos, Deo nulla non hora rebelles post mortē lati quippiam fortiri, quo sceleratæ mentis astu, vel momento mitescere sentiant. Proinde verò propius sit, si quod ibi int̄rluceat lumen, calamitatum cumulo id accedere magis quàm lenimento: nam lucis munus alioqui latissimum, sæpe item dolore potest immensum parere, si quid aperiat, quod nolis videre. Sic igitur statuendum, teterri mas illas tenebras intermicare ingrati luminis quippiam, quo patefiant, quæ exulcerent vehementius. Propterea Moralium nono Gregorius, illud Iob exponens, Vbi umbra mortis, & nullus ordo. Infernus ignis, inquit, ad lenimenta non lucet: lucet autem, vt magis torqueat. Nam consecratos complicitque flagitiorum improbi flamma illustrante visuri sunt, quorum gratia sese facinorū prauitate adobruerunt. A Nicolao item theologo eadem ferè statuuntur. Atque inde dici esse inibi tenebras exteriores, quando in mente colliguntur esse interiores.

Inferi an sint. Veterum in eo disceptantes sententia. Augustini mox decreta. Ab Domitiano exhibitum inferorum spectaculum, ex Dionis historia.

CAP.

XII.

Esse autem inferos, constanter asserit Christiana veritas: Ex veteribus omnino pauci, Plinius quidem, vt in plerisque, hæresij deprauata sustulisse eos videtur: Si vlli, inquit, essent inferi, eos iam refodissent auaritiæ manus. Marcus quoque Tullius quum alibi, tum in oratione pro Cluentio, falsa esse quæ de inferis traduntur, indubitanter astruxit: sed & in

Consol

Consolatione ad Martiam Seneca, Illa, inquit, quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. Lucretius libro De natura tertio, non alibi esse inferos statuit, quam in hac vita, sic enim ait,

Atqui animarum etiam quæcunque Acherunte profundo

Proditæ sunt esse, in vita sunt omnia nobis.

Sed & apud Ovidium Pythagoras:

Quid Stygia, quid tenebras, & nomina vana timetis?

Plutarchus in libro De iis qui serius à Deo puniuntur, quendam ita narrantem inducit, Esse Adrastiam Iouis & Necessitatis filiam, iniustorum omnium præsidem vlticemque, cui ministri adfiat tres: à quibus in corpore quidem cruciatur, puniunturque aliqui: atqui grauiora perpetrarint, hosce post mortem iudicio tradi ab dæmone: qui vero scelestissimi atque immedicabiles fuerint, eos ab Erinnye ex ministris Adrastiam tertiam maximè fera immiti quo, in obscurum quendam & qui referari nequeat, locum intrudi. Socrates verò apud Xenocratem à mago quodam Gobria, se accepisse ait, Opin. & Hecæægon tabulas æneas ex hyperboreis attulisse, quibus contineretur, in corporis solutione animam in occultum sub terram migrare locum, in quo Iunonis sit regia, haud Iouis aula angustior: quippe quum terra mundi medium teneat. Vestibula verò Plutonis prouinciæ claustris, æneisque catenis vndique vincitur illum qui ista referet, fluuium Acherontem prius, mox Cocytum excipere: quibus transcurtis, oporteat ad Minos & Rhadamantum duci in eam regionem, qui Veritatis campus cognominetur. Mercurius verò sic fermè scribit. Quum fuerit animæ à corpore facta discessio, tunc arbitrii examènque meriti eius transiit in summi demonis potestate: isque si delictorū illitam maculis vitiiisque oblitus viderit, de super ad ima deturbas procellis turbinibusque aeris, ignis & aqua sæpè discordantibus tradet: atque inter cælum & terram mundanis fluctibus in diuersa semper æternis pœnis agitata rapiabitur, vt in hoc obstit animæ æternitas, quod sit immortalis sententiæ æterno iudicio subiugata. Ergo ne his implicemur, verendum tanrondè, cauendumque esse, cognosce. Increduli enim post delicta cogentur credere, nõ verbis, sed exemplis, nec minis, verum iplo pœnarū affectu. Hastenus Mercurius. Quem ne quis forte irridendū censet, quod in celi terræ que medius illo suppliciorū statuere videatur locum, sciat, infero

rum regionem & ignis æterni sedem esse opinationis incertissimæ apud Christianæ veritatis assertores: quãdo maximus doctor Augustinus ita sibi scribere permisit: Iudicatis quippe iis, qui scripti non sunt in libro vitæ, & in æternum ignem missis: qui ignis, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminè, nisi fortè cui diuinus spiritus ostendit: tunc figura huius mundi peribit conflagratione. Ceterum arident vel maximè in hoc proposito, quæ Geneleos secundo Augustinus idem scienter adnexuit: Si quis putat, inquit, animas corpore exutas locis corporalibus contineri, quum sint sine corpore: non deerunt qui faueant, & diuitè sitientem in loco corporali fuisse, contendant: ipsamque animam omnino corpoream, propter arentem linguam, & stillam de Lazari digito cupitam. Sed melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Diuitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse, non dubito: sed quomodo intelligatur flamma inferni, sinus Abrahæ, & huiusmodi, vix à mansuetis, à contentiosis nunquã inuenitur. Apud Esaiam legimus prophetam, vnicuique proprium quo torqueatur, ignem ascribi. Ambulate, inquit, in lumine ignis vestri, & in flamma quam accendistis. At inquit Origenes secundo *in spi apoc.* iis indicari, planè videtur: Peccatorem ipsum sibi proprii ignis flammam succendere, nec in incendium aliquod antea destinatum demergi. Eius verò materia escaque ac pabulum peccata esse videntur nostra, quæ ab apostolo Paulo ligna dicuntur, item scænum & stipula. Censendum verò, sicuti in corporibus cibi exsuperantia vel qualitate diuersa febrium suscitatur incendia pro fomitis modocita & in animis, vbi vitiorum incentiua labem aggererint altius, malorum efferuescit cumulus, diram sibi terramque supplicij progignes flammam, quum admissorum facinorum historiam ante oculos propositam intueantur, & ipsa sibi testis conscientia propriis agitatur stimulis in pœnæ ardorem formidolosa. Mali acerbitas non ferenda vel hinc coniectari certius potest, quod plerumque mori præstat, quàm diutius liuore macerari, ira identidem incendi, tristi mœrore cõtabelcere. Illis verò quæ Augustinus, vt cunctanter, ita & sapienter astruit, adnecti potest ex Græca natū petulatia, qui eiusmodi rerū incertitudine ducti, fabulosa quæ de inferis dicantur, arbitrati omnia, mendacij cuiuspiam vanitatem diluere volentes inciunt, *ra ip adæ,*
id est

id est id ferè tale haberi, qualia quæ de inferis iactètur. Certè magnus Plotinus peccantes grauius animas dæmonum cruciari præfectura tradit. Orpheus id ipsum cõfirmat, & Iablichus. Non omittendum quod prodit Dion: Domitianũ inter spectacula noctu inferorũ fabulas exhibuisse, domo ad id in-structa, in qua profus omnia viseretur nigra, excitatis quoque ex pauimèto miro ingenio tabernaculis, lenatoribus modo equitibusque, sine seruitiis ad spectaculũ admissis. Vnicuique verò sepulchralè impegit columnã, no minibus etiã m- num adiectis, appolita & lucerna vi in monumentis allõlet. Hinc formosiores pueri atro expicti colore prodibant, mortuorum præferentes imaginem, ac meticulosa ambientes as- fidentium singulos saltatione, ad verum omnia implebant, territis omnibus, ne mox iugularentur. Nã & quæ ad cadem maximè spectare videbantur, proferebat Domitianus: paulõ tamõ post dimissi cum donis omnes, ex iis quæ in cœna fue- rant parata.

*Platonis sententia mirabilis, euangelica consona veri-
tati, de inferorum pœnis. Item Origenis opinio, ubi
ibi sit verus ignis, & tormenta vera.*

CAP. XIII.

Plato quæ ceteris omnibus Christiana veritati facit pro-
pinquiorem Aurelius Augustinus, Herũ quendam Patre-
philium resurrexisse constringens, de inferis illum multa mi-
randaque explicatẽ inducit: ac primò quidem, vt post cor-
poris interitum anima cũ plerisque aliis in dæmonicũ quen-
dam peruenisset locum: in quo terræ duos agnouerit hiatus,
rotidẽmque supernè in cælesti regione ex aduersum. Iuxta
hiatus verò eiusmodi sedẽtes iudices, qui ubi animas iudica-
sent, iustos quidẽ ad dextrã supernè per cælum ascendere ius-
serint, in anteriori parte signa eorum, quæ iudicata forent, se-
rentes. Iniustos contrã, ad sinistram inferius: omnium in vita ge-
storũ à tergo signa habentes suspẽda. Vidisse porrò per vtran-
que cæli terræque portam animas lata sententia abeuntes.
Per alias itẽm duas ex terra quidẽ ascendentes animas pulue-
rẽ, squalore maciẽque confectas. E cælo autem alias nitidas
descendentes: ideritque dixit, animas vndique venientes tan-
quam longa itineratione defatigatas libenter in prato, quod
ibi est, tanquam celebri in conuentu recumbere, ac se inui-
cem

cem quæcũq; mutuo se noscissent, salutare. Esse autem illud
mille iter annorũ. Quoscunq; verò aliis iniuriam intulif-
se constaret, pœnas singillatim pro quolibet decies reddidif-
se. Hoc verò per quodlibet annorum centenarium esse, quasi
hæc humanæ vitæ sit meta, vt animæ decuplam iniuriæ red-
derent pœtionem. Rursũm que, si qui beneficia fuerint aliqua
elargiti, iustitiãque & pietatem coluerint, eadem pensione
præmia reportare. Aiebat præterea, Ardium se vidisse ac ty-
ranos, sed & priuatos nõnullos, qui magna perpetrassent sce-
lera, quos ascensuros se propemodum confidentes hiaris ille
minimè permittebat, sed horridè mugiebat. Aderant illic vi-
ri fortes aspectu ignei, qui quũ mugitũ subito perpendissent,
hos seorsũm rapiebãt, manibusque & pedibus & ceruice de-
tinctis, prosternebant, excarnificabantque, & secus viã quan-
dam ad exteriorem partem raptatos tribulis lacerabant. Hęc
ex Platone velligatim, ne longius abiremus, excerpta colli-
buit hic potissimum subnectere, quod insint euangelicæ ve-
ritati pleraque minimè dissentanea.

*Mentis astuatio grauior ne sit, quàm afflictio ex igneo
proueniens tormento. Vermis apud theologos quid, &
clibanus apud Gregorium. Doloris ratio.*

CAP. XIII.

Solent Christiani patres quæstionẽ agitare, vermis ne sup-
plicium animam grauius lancinet cõuellatque, an ignis.
Ne quæ verò insolens, dicendi modus suspensum diutius ha-
beat, Vermis appellatione putant conscientia remorsum ac
vellicationem quandam, perpetim nos infestantem, ac per-
petrati facinoris cõmonentem: quam ideo sic nũcupandam
censuerũt, quòd ex peccati putrilagine confurgat, sicuti com-
putrescẽte cadauere, succrescunt inde vermiculi. Hunc verò
mentis æstum ignis vitionẽ longè exsuperare, sic fermè col-
ligunt: Doloris, inquit, acerbitas tribus maximè capitibus
penditur. Primum est, magnitudo adnexi mali: sequẽs est,
potentia rectè apteque parata instructaque ad eius mali pa-
tentiã: postremũ est, arctus, vehemẽsque cũ potentia eiusmo-
di affligẽtis & exulcerãtis mali nexus. Hic maximũ, quo ex-
carnificetur anima, malũ est perfectionis priuatio carentiãque;
ad quã erat apta & nata. Hanc verò dãnata certissimã cõcipit
anima. Ea sic apprehensa, maxima euadit calamitas, bonæ

ipſus animæ diſpoſitioni longè infeſtior, quàm ignis actior quando affectioni eiufmodi paratior animaduertitur, quàm igneis tormentis: neque enim à natura aptitudinem habet ignis, quæ conſictetur ſpiritualis potentia, niſi vt diuinæ organum ſanctionis, At ſpiritale malum affligere animã per ſe, & immediatè poteſt. Coniunctio autem ac nexus exſuperantiani habent inſignem: quoniam per intellectum apprehenſio longè cooritur acrior, quàm quæ per ſenſum. Vermis porro hic animæ præſentius ſeſe ingerit, quã ignis. Neque enim corporea illabi animæ ſic queunt, vt ſpiritualia. Quod verò illi eſt præſentius, quòdque cognoſcitur perfectius, acrius validiùſque etiamnum coniungi, cenſendum eſt. Proinde Moralium quintodecimo Gregorius clibanum intrinſecus ardero ſcribit, eiufmodi mentis aſtuationè clibani vocabulo ſignificans: cuius ignis, vt pote ocluſus, flagrantior multò, & vrens grauius intelligi debet. Adde, quòd ſpiritualis iucunditas corpoream longè excedere agnoſcitur. Nam ſicuti Bernardus in Epistoſa ad proprios parentes ſcriptum reliquit, Guſtato ſpiritu, neceſſe eſt deſipere carnè: affectanti caeleſtia, terrena non ſapiunt, æternis inbianſi faſtidio ſunt momèanea. Illa verò pœna grauior, infeſtiùſque eſt, quæ maiori opponitur delectationi: propterea quum ſit vermis ſpiritale ſupplicium, amplius, odioſiùſque igneo tormento etiam colligi debet.

Memoria excellentia. Item de remiſſcètia. Sepulchra legiſſe, quid ſit. Memoria vel intèſa vel remiſſa ratio. Quintilianus & Maro declarantur. Plutarchi locus reſtutitur ex vita Iunioris Catonis. C A P. XV.

Memoria, neceſſarium maximè vitæ bonum, & theſaurus eloquentiæ, ac tanquam lumen aliquod, res eſt ex omnibus partibus animi maximè delicata & fragilis, in quã primum ſeneſtus incurrit: ſæpèque, vt Plinius inquit, reuocatur deficere, & meditat, vel quieto corpore ac valido. Sono quoque ſerpente computat, vt inanis mens quærat, vbi ſit loci. Imò verò hinc adagioni ocaſio data, vt eum qui memoria ſit nulla, ſepulchra legiſſe dicamus. Nec ſepulchra leges, inquit apud Ciceronem Cato, vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam. His enim ipſis legendis redeo in memoriã mortuorum. Eſt profectò huius potentie natura miranda. Subito

vetuſta

vetuſta ex longiore intervallo reuocata ingerunt ſeſe, atque exhibent, interim ſponte, interim id ipſum agentibus nobis, ac meditantibus, ſæpè & interquieſcentibus. Excidunt quandoque proxima, inhaerent affixa, quæ vetuſta ſunt, heſternorũ obliuſi, acta pueritiæ in digitos mittimus. Quod requiſueris, altius illatebrare ſe atque recondere animaduertitur: mox aliud agèti reddit ſe, atque offert. Nec manet ſemper memoria, ſed aliquando veluti poſtliminio redit. In quibuſdã animalium propè nulla. Ceuario quamuis infame mandenti, ſi reſpexerit, obliuionè cibi ſubreperere aiunt, digreſſumque aliud quaerere. Inter nos verò quibuſdam tanta, vt nihil nõ iſdem verbis reddatur auditũ. Hanc in ſe ipſo eatenus florenter excelluiſſe ſcribit Seneca, vt nõ ad vſum modo ſufficeret, ſed in miraculum vſque procederet. Nam duo millia hominũ (inquit) recitata, quo ordine erant dicta, referrebã: ducentos quoque verſus, ab vltimo incipiens recitabam. Docilitatis partes ſanè, vt ex Græcis tradunt aliqui, tres videntur: anchinœa, id eſt ſolertia, memoria, oxytes. Eſt autem memoria, eorũ quæ quis didicit, cõſeruatio. Oxytes, mentis intelligitur celeritas. Anchinœa verò. vbi ex iis quæ didicimus, etiam quæ nõ didicimus, venamur: quam Fabius, mentis agitationem vocauit. Ariſtoteles ſexto Moralium, anchinœam ab eubulia, id eſt conſultandi præſtãtia diuerſam facit: quoniam ſit anchinœa cuſtochia quadam, id eſt coniectandi excellentia. Memoria vim admiratus M. Tullius, inſigne putat diuinitatis argumentum: Quid eſt, inquit, illud quo meminimus, aut quam habet vim, aut vnde naturam? non eſt certè nec cordis nec ſanguinis, nec cerebri, nec atomorum. Anima ſit, animus igniſve neſcio. Nec me pudet, vt iſtos neſcio, quod neſciam. Quicquid ſit, iurare eſſe diuinum. Quid, obſecro te, terra ne tibi, aut hoc nebuloso & caliginoso celo, aut ſata, aut concreta videtur tanta vis memoria? An capacitatè aliquam in animo putamus eſſe, quo tanquam in aliquod vas, ea quæ meminimus inſundantur? Abſurdum id quidem, Qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi poteſt? aut quæ tanta omnino capacitas? An imprimi quaſi ceram animũ putamus? & memoriã eſſe ſignatarum rerum in mète veſtigia? Quæ poſſunt verborum, quæ rerum ipſarũ eſſe veſtigia? Illud verò ex philoſophorum ſcholis dignum relatu quoque, Memoriam eſſe aliud, & aliud remiſſcètia. Nam eſt & in

brutis memoria, vnde & prudentiam quoque habere, in philosophia prima colligit Aristoteles, verum imperfectam, sicut & memoriã. In hominibus enim tantum est reminiscencia. Ea verò est discursus rerum cum ratione ab vniuersalibus ad particularia, & à remotis à sensu. Vel indeptio, ac recensio eorum, quæ in se memoria seruarit, memoriæ plerunque vegetandæ gratia. Alexander Naturalium quaestionum tertio, Reminiscencia, inquit, est ex perscrutatione imaginis peruestigatio, quæ corpori cohaerent alias, cui anima inest sensuua. Sexto naturalium Auicenna scribit, Cognoscere aliquid sibi fuisse, quod iam sit abolitum, in homine tantum est, & in rationali potestate. Memoriæ virtus ex quorundam sententia duplex videtur: facile percipere, diu retinere. Illud ex humecta contingit natura, hoc ex sicca, inde euenit, vt nonnulli facilius discant, quam precepta custodiant. Alij verò secus, vt ad humiditatem vergunt, vel ad siccitatem. Et propterea Aristoteles, *ἡ γὰρ αἰσθησις ἐστὶν ἡμῶν ἡγεῖται ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀλλὰ ἂν εἴη τὸ πᾶν ἡμῶν ἡγεῖται ἀπὸ τῆς ἀναμνήσεως, ἢ δὲ τῆς ἀναμνήσεως ἡγεῖται ἀπὸ τῆς φύσεως*, hoc est, non in eisdem memoria viget, ac reminiscencia: sed plurimum ingenio tardi memoria valent, dociles autem reminiscencia. Cuius ratio est, vt inquit Thomas, quia diuersæ hominum habitudines ad animæ actiones ex diuersa proueniunt corporis dispositione. Videmus autem ea, quæ difficulter ac tardè impressionem recipiunt, validè perseuerant, & eandem custodire, vt est lapis. Quæ verò nullo admittant negotio, haud pertinaciter retinere, verum tota facilitate remittere, vt cera, aut aqua. Et quia nil prorsum aliud memoria est, quam perceptorum retentio cõstans: inde est, q̄ hebetiũ adminiculatior firmiorque memoria est. Acutorũ verò ac velociũ imbecillior, ac magis lubrica. Caterũ in iis reminiscencia lōgè præcellēs. Cõmonedi verò parte hac legētes sunt, Aristotelis sententiã ad verbũ ferè ab Plutarcho in vita Catonis Iunioris exscriptã, sed ab interprete ita corruptã, vt quod discerniculo memoria ab reminiscencia sejungatur, haudquamã videatur persensisse. Galenus post Hippocratẽ summus artis medica in Microtechne, cerebrũ tenuitatis contẽperatẽ esse memoriæ fomitẽ, causãmq; præcipuã arbitratur, quoniã crassiore parte illa, obrepat obliuio, qua humectiore itẽ hebescat sensus, sicciore autẽ euadãt liquidiores. Vnde apud Cæciliũ in Epiclero: Ita ne Antipho proflua fide, itãn' est immemoris

moris, itãn' est madida memoria? Porrò Auicenna itẽ sexto Naturaliũ tradente, egregia illis suppetit memoria, quorum animæ multis nõ distrahuntur motibus, nec conuelliuntur cogitatio. Quæ res planè efficit, vt pueri, quamuis humectioris sint naturæ, pertinaciter tamen retineat, quæ imbiberint. Simul & propter motus vehemenciã, vt adiicit beatus Thomas. Nam & quæ miramur, amplius memoriæ adglutinantur affigunturque. Admirantur autem ferè omnia pueri, vt quibus noua sint ac insolita. Hoc verò est quod significat Quintilianus, vbi natura esse nos tenaciores ait, eorũ quæ à teneris annis imbibimus. Contrã verò in senioribus, redundante humoris vi, contingit memoriã esse nullam. Sed & timentibus excutitur memoria, propter frigiditatẽ humores congelantem, quibus coeuntibus cõrescētibusq; nulla recipi impressio potest. Quod autẽ Aristoteles ait, Esse memoriã præteritorũ tantum, quoniã quæ adsint, vel sentire dicamur, vel scire: aduertendum est, id ad perceptionẽ nostrã referendũ videri, qui sensimus prius, vel percepimus, siue præsens id sit, siue nõ. Etenim recordari possumus non eorum modo, qui iam naturæ cõcesserint, sed superstitum quoque, sicut & sui ipsius meminisse aliquis dicitur: vnde illud est Virgilianum,

Nec talia passus Pylles,

Oblitus' ve' sui est Ithacus discrimine tanto.

Augustinus, ne hoc itẽ tacitũ prætereamus, modo esse memoriã scribit animum, modo ventrem animi, cuius aula sit ingens & oppidò quàm admirabilis. Idem nunc memorię cauernas nuncupat, nunc antra, vel etiam sinus.

Reminiscenciam quibus rationibus induxerit Plato.

Item de memoria quepiam. Notio quid, seu prolepsis. Animos fuisse ante corpus, an sentiat Aristoteles. Omnia orta occidere, quomodo intelligendum. Mnemosyne cur Musarũ mater. C A P. XVI.

Quoniam verò pro virili ex antiquorum decretis de memoria prolibauimus nonnulla, quæ legentibus futura & voluptati rebamur & emolumento, reminiscenciam quoque breuiter attingimus: quod verbum ἀπιστία nescio qui, vt culpatus, esse opinantur nouitatis duræ & illepidæ, hac præsertim significantia: nunc subiit, facturum me non



abfurde, si Platonis eminentissimi philosophi sententiam, illi quidem duplariam, hisce adnotamētis subtrexissē: quam tamen exagitant plurimum Peripateticæ scholæ, expoludunt & Christiani patres, vt planè simplariam. Quibus nos & parte hac, & reliquis omnibus calculum adiicimus nostrum, id demum asserturi, quod ab illorum scitis ne latum quidē vnguē fuerit abiunctum, ne quis protinus litem meam facere opinetur me: præfati tamen id, si quis eius philosophi sensa, rationēque amplius libret, exploratiūque, risu haudquaquam visum iri dignas, quod ex triuio suspicantur plerique philosophiæ misteriis semiinitiati, neque hoc nomine condigni satis, qui tantam virum censuræ suæ supercilio tumēti onerosoque subiiciant. Verūm relectis iis, videamus quid de reminiscētia apud illum astruat Socrates. In Philebo igitur, motum communi corporis & animæ affectu factum rectè appellari sensum putat. Sensus verò conseruationem, dici aptissimè memoriā. Verūm ab hac discrepare reminiscētiā: eo quidem præcipuè, quia quoties quæ cum corpore passā est anima, eadem sine corpore in se ipsa resurgens animaduertit, tunc reminisci eam asseramus. Quin etiam quando memoriæ passā iacturam, deinde vel sensu vel disciplina monente eam iterum reuocat in se ipsa, reminisci putatur. Sed & in Phædro aperius paulò: Oportet, inquit, hominē intelligere secūdum speciem; ex multis procedentem sensibus in vnum ratiocinatione conceptum. Hoc autem est, recordatio illorum, quæ olim vidit anima nostra cum Deo perfecta, & illa despiciens, quæ nunc esse dicimus, & ad id quod verè est, sursum reflexa. In Phædone porro sursum astruit, disciplinā nostram non esse aliud, quàm reminiscētiā: quia vixerint animæ ante corpus, Duabus verò præcipuè rationibus dogma hoc corroboratur. Prius quidem, quia rectè interroganti, sapē vera de iis quæ nunquam didicimus, respōdemus. Nec verò fieri vllō modo posse, vt à pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas in animis notiones, quas *εμμεναι* vocāt, haberemus: ni animus ante quàm corpus intraret, in rerum cognitione vgnisset. Quum notionem dico, siue prolepsin, intellige ex Boethio in Topicis, Intellectum quendam, & simplicem mentis conceptionem, quæ ad res plures pertineat à se inuicem differētēs. Deinde quoniam ex notitia eorum quæ sentiunt, subita qua-

dam

dam abstractione in notitiā ascendimus idearum; ceti cognoscendo hæc æqualia in ipsius æqualitatis cognitionē, vbi cognoscimus deficere hæc ab illis, atque adniti similia fieri: quumque id agamus per omnem vitā, necesse est, ideam ipsam ante ortum nos habuisse: neque enim perfectæ rei notitiā subito ex imperfectis accepimus. Cæterum adnectamus iis, quæ vir doctissimus aduersus Platonis calumniatorem libro tertio, ingeniosè aptèque, ac vt Græci dicunt *ἐπιπέσει*, scribit Bessario: vt intelligamus philosophum hunc reminiscētiæ assertionem non frustra esse adortum. Ratio, inquit, reminiscēdi, aut recordandi illa Platonis per generationem non contemnēda est, vt aduersarius putat. Quis enim immortalem atque æternam statuens animam, & longè ante corpora præexistentem, negare possit eam sciētiæ plenam esse? & rerum omnium intelligibilium species in sese habere? Obliuisci autem earum, quæ corpori vnitur, ob nimium materiæ fluxum. Rursumque doctrina & studio atque exercitatione reminisci, nec nisi prouecta iam ætate fluxu materiæ vel cessante iam vel potius resurgente. Nā & philosophus Arabs Auerois agentem intellectum, quem vnicū omnibus, & immortalē tribuit, censet omnium specierū, vt sic interim verbo abutatur, semper plenissimum esse, semperque adeptū esse: sed quatenus corpori coniunctus est, per varia phantasmata variè intelligere, quin etiam aliquando quidem intelligere, aliquando verò minimè. Nec sanè Aristoteles ipse ab huiusmodi opinione reminiscētiæ longius videtur abesse. Quippe verba illa ex septimo Physicorum ad hunc etiam sensum accommodari possunt: vt scilicet omnibus sedatis perturbacionibus, siue affectibus prauis, sublatisque impedimētis incipiat anima scire & sapere. Sciētiæ primæ acquisitio, inquit, non est generatio: scire enim, sapereque dicimus, eo quod quieterit & constiterit intellectus. Ad quiescendum autem nulla est generatio, nulla enim mutatio est. Tabulæ autem illa similitudo non ad simpliciter esse intellectus referenda est, sed ad corpoream actionē, ad quā intellectus perinde se habeat ac tabula, in qua nihil scriptum. Nihil enim cognitionis phantasmatiæ possidet, sed in potentia est ad cognoscendum per phantasmata. Aut ad sciētiæ primæ acquisitionē per quietem & cōstantiā intellectus illa tabellæ ratio referri debet, quam reminiscētiæ nomine Plato significat. Nam respectu qui-

22 4

dem speciei ipsius refertus semper scientia est intellectus, neque aliter Aristoteles, quam Plato hac de re sentit, quod & Auerois comprobatur Commento quinto, super tertio De anima libro. Porro vi xisse ante corpus animas, Origenis dogma est, quum sapè alias, tum *πρὸ τοῦ σώματος* tertio confirmatum. Platonici decreti meminit & Boethius: Quod si, inquit, Platonis Musa personat verum, quod quisque discit, immemor recordatur. Sed & Hieronymus significat, vbi ait, Philosophorum scitis contineri, discencias esse reminiscencias, quin Naturalium primo Macrobius, Si animæ (inquit) memoriæ rerum diuinarum, quarum in celo erant conscia, ad corpora vsque deferrent, nulla inter homines foret de diuinitate dissensio. Sed obliuionem quidem omnes descendendo hauriunt, alia verò magis, minus alia. Hinc est quod quæ apud Latinos lectio, apud Græcos *ἀνάμνησις* vocatur, id est repetita cognitio: quia quæ vera discimus, ea recognoscimus quæ naturaliter noueramur ante, quam materialis influxio animas inebriaret. Ea nanque non videt animus, quum repente in tam insolitum, tamque perturbatum, vt Cicero inquit, domiciliū immigrauit. Sed quum se collegit atque recreauit, tum agnoscit ea reminiscendo. Animos tamen ante corpus fuisse, haud sentire creditur Aristoteles, quamuis corrupto corpore, vt quibusdam placet, perpetuos demonstrat ac immortales, nec inficiatur, Omnia in ortū prodeūtia occidere. At ortos esse animos, id nō pernegat: quippe gigni atque oriri & creari, idque genus alia ex materiæ potētia prodire veteribus innuebant. Animos verò de materiæ non educi potētia, liquet: quoniam vbi in vtero corpus humanū vegetatrice ac sensili anima perfectius euaserit, tunc ex nihilo innascitur animus, ac productus affunditur. Nam primo De animæ historia, sic cōperias scriptum: Intellectus, inquit, innasci videtur, substantia quædam existens, nec corrumpi: nam hebetatione quæ senio contingere, dilucet, corrumpetur. Verum non eo obtingit senectus, quoniam passa sit anima: sed id, in quo. Et mox: Intellectus, inquit, diuinius quiddam est fortè, ac imparsibile, vbi pro intellectu anima, dici intellectū interpretantur: quādo de potentiis minimè agitur inibi, verum de anima tota. Quod autem adiecit, fortè, ad modestiam referunt, propter multos, aut quia necdum plenè erat demonstratū. Suffragari & magnitudo rei potest, ac senectiæ nouitas, nec scholis trita.

Quo

Quoniam verò Platonis reminiscenciæ satisfecimus, adiciamus de memoria illud quoque, Pythagoreos tradi, vegetanda exercenda: que memoriæ gratia, quod quoque die dixissent, audiuisent, egissent, vespere solitos cōmemorare. Quod à M. Tullio item relatum scio. Plutarchus verò in Commentariolo *πρὸ τῆς ἀνάμνησις*, nil prius memoria exercendum in pueris, scribit, quod ea sit eruditionis *ταμίσις*, id est proma quædam cella thesaurūque: quo argumento, confectum veteribus, Musarum matrem dici Mnemosynen.

Puteal quid sit apud Persium & Horatium. Statio diæta in epigram. De puteiculis, putearijs, terræ corijs: Perpenditur locus Seneca in Thyeste. Interim quid referens, celonium, ciconia, puteos aperire.

CAP.

XVII.

Quid sit puteal apud Persium & Horatium, non ferè video inter grammaticos constare, imò partim eorum commentitia sunt, quæ à plerisque afferuntur in album, partim quæ anchoram ne sacram quidem habeant qua subsistat, & conuellentium restatus contemnunt. Nos quod ad eā rem indagare varia venati sumus, iam hinc promemus: si poetarum prætexerimus versiculos, & fluctuantes interpretū sententias. Persius igitur sic:

*Si puteal multa cautus vibice flagellas. Alter verò sic:
Forum putealq; liboris Mandabo sicci.*

Audio quosdam scribere, puteal, pratoris tribunal subselliumque esse. Acron refert, esse locum ad quem conuenirent sceneratores. Porphyrio, sedem fuisse pratoris prope arcum Fabianum, ita nuncupatum, quia à Libone illud primum tribunal & subsellia collocata fuerint. Et qui interpretetur dici puteal, quòd ibi creditor debitori dans bona, tanquam in puteum mittit. Ego verò in veterum libris comperio, in comitio in gradibus ipsis ad lauam curiæ, fuisse Actij Nauij statuam, capite velato, quo in loco is cotem nouacula disciderit: qui locus, inquit Dionysius, vocatur à Romanis puteus, vbi ara est subterranea. Cicero autem in Diuinationibus: Cotem, inquit, & illam nouaculam defossam in comitio, supraque impostum puteal

zz 5



accepimus, Est verò puteal, sicuti apud Iureconsultum ob-
seruauimus, Pomponium, Digestis de actionibus emptorum
& venditorum, quo putei operiuntur: hoc est, veluti vmbel-
la quædam aut petasus, qualem pyramidibus impostum, Pli-
nius scribit: qualisque in Patauino visitur foro concinnè fa-
stigatus, præterque plumbeis inductus tabellis. Inibi verò
iudicia exerceri solita, neminem puto latere, quum locus is
in comitio foret, quod inde appellatum Varro scribit, quia
illuc coirèt comitiis curiatis & litium causa. Puteal hoc non
omisit item Ouidius,

*S; puteal, lanamq; times, celeresq; calendæ. Et Horatius ite alibi
Roscius orabat, sibi adesses ad puteal cras.*

P. Victor in regione Vrbs octaua, puteal constituit Libonis
& Ianos duos, qui (inquit) locus erat mercatoribus frequens.
Inuenio in Græcorum thesauris, fuisse in Attica iuri dicendo
stationem, siue iudiciale forum: quod diceretur *iv ppiari*, id
est in puteo. In eo cause reorum agitabantur, qui cædis inuo-
luntariæ semel accusati, rursus sponte admisi facinoris iu-
diciu subirent. Erat verò in mari locus is & forma iudicij
inuicitata. Naui illuc vectabatur reus, ex qua etiam causam
dicebat ita, vt nusquam terram attingeret. Imò nec vllis an-
choris nauigium licebat infranare, nec pontem mittere. In
Exquilis præterea, vel vltra potius, vt Varroni placere ani-
maduerto, Romæ locus publicus erat, quem Puticulos voca-
bant: quoniam illic esset sepulchrum misera plebi. Quod
in Sermonibus Horatius significat, & Acron exposuit: nam
eo in loco vstrinas fuisse publicas, scribit Porphyrio. Antiqua
verò sepulchra in puteorum morem solita excuari, non la-
tuit Pompeium Festum, vnde & inflexum puticulorù nomen
liquet, ni coniectet quis quod inibi computrescerent cadaue-
ra. Putearios verò à Plinio dici puteorum excuatoros, mul-
tos scire arbitror. Bos Græci *επιγεωργος* vocant, aut etiam
επιγεωργος. Philyllius drama concinnauit, cui titulus Phreo-
rychi fuit. Apud quem obseruatum est, puteariorum instrum-
entum dici tereusin. Puteum fodit, in mathematicu con-
cinnatur, proverbiali facie, quando hoc genus ex puteo-
rum vmbra cæli medietates captat, id est *τὰς μεσότητες*,
quod *ανιόντιον* dicitur. Phreatæ sunt item pocula ingentia.
Organon, quo ex puteo hauritur aqua, celonium inuenio
appellatum. Ciconiam quidam Latine dicunt. Puteos ape-
rire;

rire, positum eleganter apud Iureconsultos pro excuare. In
puteorum autem aperiendorum ratione coria terræ observa-
ri solere, præcipiunt eruditores, quo verbo testoria & statumi-
na quædam crassiora, quibus item alia & alia subsunt, signifi-
cari certum est. Nam in parietum structura, coria dicuntur
Vitruuio, quæ circulus pullatus plebeia voce cursus nuncu-
pat. Postremò in hac puteorum mentione ad noranda est Stra-
bonis historia. Qui Danaï filias scribit, summa solertia apud
Argos adinuenisse puteos, quum ciuitas ea in loco iaceret ari-
do, testante id ipsum Græco versu,

ἀργὸν αἰὲν ἀργὸν ἐν δαυδαῖσι Πύραυ ἀργὸν ἴον ἀργόν.
Argos aquis vacuum Danaæ struxere redundans. Hoc verò
non vt reconditum huic loco impigimus: sed vt opem Seneca
ferremus, quem etiã in leuioribus, quæ vel infra plebeianæ
sunt eruditionem, quod pudendum est, implicant potius, quã
explicet quãdoque interpretes. Est in Thyeste versiculus hic.

Timentq; veterem nobiles Argi situm.
Inibi interpretes, veterem sitim, ne iterum tanta veniret sicci-
tas, quanta fuit tempore Ithacontis. Ex errato tam futili
coniectare iam quilibet potest, quid denique in eiusmodi ex-
chartabulis studiosus lector sperare possit, etiam si lactis gal-
linacei haustum subinde promittunt, & quoniam de puteis
mentio est, tanquam *ἀργουμύνη* *επιπύρα*, sed quæ vel carie ipsa
sunt cariosiora.

*Agessitam recte legi apud Lactantium inter Plutonis
cognomenta. Lagetas Pluto cur, & leptynis, de orco,
& orcinianis, & thynno paucula, & hypogastrijs. Hor-
cinus quid. Cur Summanus. Sumium quid, item de
Apolline & Plutone plura. Agyieus colina. Agyia-
rides ara, vel Therapna. Interim quibusdam quid. Phebe
poni pro aqua. Agyia quid. Opsophagus Apollo. So-
rani Hirpini cur. Tranquilli locus in Augusto de
Fæde liberta.*

C A P. XVIII.

Lactantius inter Christianæ veritatis assertores eloquen-
tia maxime illustris, Diuinarum institutionum primo
sic



fic scriptum reliquit: Ergo illud in vero est, quòd regnum orbis ita partiti fortitque sunt, vt Orientis imperium Ioui cederet. Plutoni, cui cognomen Agefilao fuit, pars Occidentis obtinere: eo quòd plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur superior, Occidentis autem inferior esse videatur. Sic veritatem mendacio velauerunt, vt veritas ipsa persuasioni publicæ nihil denegaret. De Neptuni sorte, manifestum est, cuius regnum tale fuisse dicimus quale M. Antonij, cui totius oræ maritimæ potestatem senatus decreuerat. Hactenus ex Lactantio. In cuius verbis nil non elegans & excussum. Non desunt tamen (de doctioribus loquor, proindeque haud natis suspendendis) qui virilitigent, interpolatamque lectionem arbitrati, velut munus fundi suburbani instar studiosis allatur, vbi scribit author, Plutoni fuisse Agefilao cognomē, distincta prorsum nihili (vt ipsi censent) dictione, pro Agefilao substituunt reponuntque Agathilyum, veluti bona solentem, aut Agelastum, quod tristem nobis indicat, vt qui rideat nunquam. Horum ego studium in propaganda bonarum artium eruditione ita laudo, vt etiam admirer. Neque enim hoc *χρὸν εὐραῖον* vnquam placet, vti lectum apud Sophoclem est, aut bene loctis *ἐδρίμαρχον* me parare, aut diasyrtycæ orationis stropha hunc illū mordicus proscindere. Maximum porro Thraeam crebrò dicere solitum accepimus, Qui vitia odit, homines odit: quoniam sit omnibus error familiaris. Proinde Timæum historicum legimus ita proscissum à posteris, vti ex allatrandi studio cognomento obrectatoris scæde fugilletur. Eiusmodi curam si studiosissimus quisque ita affectaret, vt imitaretur: benè vtique de literis, Barbarico assultu magna parte concussis demutilatisque sper idum foret. Modo id insusurrari paterentur, Lyceo quidē minutissima quæque expenderent, verum pensiculati suo vterentur iudicio: nec ita amarent, vt si vsus ac ratio sic ferant, allidere nequeant. Ceterum redeo ad Lactantiū, apud quem nil videri interpolandū, aut obelo confodiendū, mox liquebit. Sed asterisco illustradum potius, modo ne *ἀναπαύδω* interim obdormiscamus. Inter cognomenta igitur Plutonis etiam Agefilaum fuisse, norunt (opinor) qui Græcā solertius paulò rimantur: nam ne cui in hac re aqua hæreat, & Tenediorum libertatem securi præcidamus tenedia, apud Callimachum legitur,

αὐτῶν μὲν ἄνω ἀγροῖάων.

Hoc

Hoc est, ad magnum tendūt Agefilaum. Quem locum exponentes grammatici, & Methodius in primis, etiam etymi ratione id comprobant, *ἀγροῖα* ἢ, inquit, *ἡ ἀγροῖα τῶν ἀγροῦν τῶν ἄνω*, sic nuncupatur, quòd populus ducat: est enim mortuorum imperator. Iam hæc apertius narrantur, quàm vt hesitationi locus omnino reliquus fiat, nisi quis optet, *ἀγροῖαν τῶν ἀγροῦν*, quod est in calum sagittas excutere, aut ex harena funiculum neſtere. Verum adeò refractatios non arbitror, vt ordiantur, quod Plutarchus inquit, *ἡ ἀγροῖα ἡ ἀγροῦν τῶν ἀγροῦν*, id est vmbra metiri: quando in Dipnosophistis Athenæus ab Aeschylō Plutōnem dici Agefilaum scribit. Sicuti in Pythijs ab lyricorū facile principe Pindaro, *ἀγροῖα* dicitur ratione confimili, *ἡ ἀγροῖα τῶν ἀγροῦν τῶν ἀγροῦν*, quidem eius pontificio subiicitur omnes. Pindari carmē id est, *ἀγροῖαν τῶν ἀγροῦν τῶν ἀγροῦν*.

Vocant item Leptynin Plutōnem: sed Proserpinæ cognomen id adoptant alij, quoniam morientium attenuet corpora. Verum & anima sic valet nuncupari, quia prætenus sit, ac velut æreæ. Ad inferni porro regis cognomentum alluisse videri potest Attelanaurum Poëta, vbi ait.

Orcus robis ducit pedes. Quo significatur admoueri iam lineas, & letifera ingruere pericula. Quod oblique in Romanum senatum quandoque pronuntiatum legimus, cui Nero, tanquam orcus erat infestissimus, eumque ordinem sublatum se quā loque de republica crebrius interminabatur. Orcum verò dici Plutōnem puto, neminem later: nam inde M. Tullius consceleratissimum Verrem, omnis diuini humanique iuris corruptorem, qui sacra publica priuatāque hostiliter deprædaretur, ac in omnem ætatem & sexum indiscriminatum debæcharetur, Orcum alterum appellauit. Sed & Orcus thesaurus, pro Catonio, hoc est inferno, ab eruditis dicitur: sicuti Næuius epigrammate attestatur illo, quod sibi met viuens concinnarat:

Itaque postquam est Orcio traditus thesauro,
Obliti sunt Rome Latine loqueri.

Orci tamen legebat Minutianus Cæcilius in libro De orthographia. Hinc illud eleganter à Varrone dictum Rusticæ rei primo, de pestilentibus locis: Etenim vbi ratio cum Orco hæbetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Ex hac itē doctrina Valerio Martiali, orciniana sponda,

pro lau

Apud Platonem, prouidentia diuinam ad separatas animas precipue pertinentem Plutonis nomine significari putant, quæ puras animas bonorum suorum perperuis illecebris rapiat adeo peruinciatque, vt nostra hæc haud repetat amplius. Probat autem Plato, animas penes Plutonē ideo artificissimo, Gordianq; implicitas vinculo teneri, quoniã amatorio implicentur affectu, quæ esse ceteris omnibus potentiores nodum, in cõuiuio & legibus cõprobat idē philosophus. Apollinem denique, vt Alexicacū, colere ante ianuam, veteris fuit moris. Certē Agyieus columna dicebatur inibi surrecta fastigatq; ei sacra Deo: sicuti aræ quoq; quas Agyiatis, quidam Therapnas nuncupant. Est autem Agyia, quæ communi loquutionis proprietate *φύλαξ* vocatur, id est vicus. Scitu dignum illud quoque, apud Eleos cultū quandoque Apollinem Opsophagi cognomēro, velut gulonem dicas. Eius meminit Polemo, in ea quæ ad Attalum, epistola. Plutonem Soranum item nuncupati, obseruauimus: ex quo & Hirpinos dici Soranos animaduertas, veluti Ditis patris lupos: tū quia is Deus inibi coleretur, tum quod raptu uiuerent ex responso. Quia verò Phœbe nobis sese ingessit hoc capite, illud adnotauero in transcurfu: quam in Augusto Tranquillus, Fedem appellat Iulix libertam: ab Dionē in Augusti rebus, *φύλαξ*, id est Phæben, nuncupari duobus locis. Scribunt illud quoq; Græci, Plutonem dici Eubulum, & Eubulea, quod mortalibus consulere optime videatur, curis ac laboribus coronide impacta feliciter, Dicit & Clymenon, quia sit causa *το κρύβειν*: nam esse vocem, ictum aëris. Aërem verò, qui animas excipiat nuncupari *ἀδλω*, *Αἰὴ τὸ ἀεὶς*, ex obscuritatis ratione.

Quid sit apud Varronem postulio.

C A P.

XIX.

Cæterum illud obseruationis non utique incuriosa, quod apud Varronem De lingua Latina libro primo, sunt qui Postulionem dici Plutonem credant, à postulando. Varronis verba, si quis requirat, apposui. In eo loco debisse terram, & id ex senatuscõsulto ad aruspices relatū esse responsum, Deum manium postulionem postulare, id est ciuem fortissimū eodem mitti. Hastenus vadeo, cumque doctissimus Varro. Qua in parte, quod bona venia dictum velim, si quis amplius ab opinione ista standum putat, ego utique longè aliter sentio: neque enim

que enim expositio hæc vllis autoritatum tibicinibus, vt ita dixerim, fulcitur obfirmatq;. Ad eas verò, vt ad anchorã sacram, in studiorū hoc genus ratione sape decurrimus. Sed ne sin lingua largior quàm re, conabor à paucissimis animaduersam difficultatē ita explicare, vt ne ceci quidem possint ab recto renelli. Igitur apud Varronē libētius, postulionem legerim, quàm postulionē: nisi quis per cõcisionē ita veteribus solitū pronūtiari cõtendat. Nã quod aliqui, stulionē legere videntur, ni mendum exemplariū est, ratione caret: nec absurdum minus, quàm si sambucam caloni aptaueris. Est autem postulatio, piaculare sacrum, quod fieri antiquitus consueuerat, ad auerruncandam deorum iram, factio prodigio aliquo, quod expiandum procurandumque foret. Id ne quis ambigat, auctore M. Tullio cõprobat. Eo nanque verbo in quadam oratione bis est vsus, in ea quam præteximus notione: prius sic, Exauditus in agro propinquo & suburbano est, strepitus quidem reconditus, & horribilis fremitus armorum: de ea rescriptum est, postulationes decretas esse Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cælestibus. audio, quibus diis violatis expiatio debeatur, sed hominum ob quæ delicta, quæro. Alibi verò idem Cicero sic, Mouet me etiam in hac caritate annonæ, sterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris: & eo magis quod eodem ostento Telluri postulatio deberi dicitur. Iis opinor, luce clarius patet, qui sit Varronis sensus, quæque lectio vera. Degustent modo hæc regustentque bonarū literarum studiosi, tantū adsit nasus aliquis (vt est apud Horatium) fatebūtur, nos rectè odoratos: nec nostra nos sine riuali amare, aut plumbeo gladio aduersarium adortos iugulare. Nam historiam comparem, ac verbū penè idem in vtroque auctore omnis ambiguitatis nodū exsoluere, opinor, omnibus & lippis notum & tonsoribus esse. Sed vt plenius legitime in literariã se palæstram insinuantibus fauentes promereamur, addamus & grammaticam rationem, quæ ipsa multum videtur illatura lucis: dicitur à postulãdo, postulatio: quoniam turbata sacri cuiuspiam, aut ludorum ratione, vbi quid patū exploratè curiosè obissent: aut in re diuina, quid omisum ex ritu foret: per, ostenta quæ mox paulò insequerentur, videbatur numen, honoris instaurationem postulare. Id ita habere, Festi quoque cõfirmatur doctrina, consimilia ferè tradētis: Fulgura, inquit, trium generū sunt, postularia, pesti-

fera, peremptoria: postularia, votorū aut sacrificiorum spectam religionē desiderant: pestifera, mortem aut exilium denuntiant: peremptoria, superiorum fulgurum portentorūque significationem perimunt. Cecinna quoque, Seneca tradente, postularia interpretatur fulmina, quibus sacrificia intermissa aut non rite facta repetantur. Quod autem interpretari videtur Varro, Postulationem esse ciuem fortissimum: non ita accipiendum tāquam hoc planē significet verbum id quod absurdum foret: sed ea fuit aruspiciū explicatio, à quibus responsum erat, Deum manum requirere expiatorium quidem sacrū, quod est postulatio. Inde adiectum, cuiusmodi esset futurū id sacrificij genus, quāue hostia portērosus foret hiatus procurādus. Hæc ad obscurissimi loci illustrationē excogitata nobis. Quod si ex politioribus quispiā exactiore fultus ingenio, lectionēq; multipliciore instructior aduersum hæc quod promat, excogitari, dabo manus, gratiasque restitbor. Sciolos autē ex triuio nil moror, quibus myrothecia hoc genus putent: arrident amplius nugalia & psyrical: sed nil mirum, similem nanque habent labra lactucam. Et in trullissationibus arenato sibi nimium placent, quibus ex inopia ad gypstatum aspirare, vel marmoratum nō licet. Quod si rectē sibi consultum velint, literario planē cedant foro, ac solum exilij causa vertant: quādo velut ad decoctorum loca reiecti, omnibus conspicui prorsum ac deridiculi sunt.

Opportunitatis in actionibus necessitas. Item de causa agente, ac suscipiente. Ingeniorum diuersitas vnde sit. De fortuna, & fato. Itemque de Cleante, ac Xenocrate. Aureis armis aduersus fortunam pugnare, quid sit.

CAP. XX.

Singulis actionibus, inquit Proclus, aliud conuenit, aliūque tempus ad hoc vel illud perficiendum. Eiusmodi vero tempus est actionis cuiuslibet opportunitas, tanquam bonum atque finem agentibus afferens & effectis. Quapropter Pythagorici primā quoque causam, à qua omnibus bonum adest, opportunitatem nominauerunt: quippe cum omnibus, vt perfecta sint, largiatur: omnia denique sic coaptātur, dum causæ quidem perficientes ad perficiendum promptissime sunt: susceptura verò ad participationem expergiscuntur, & illæ

illæ rursus potentiam porrigunt perficientem: hæc autem potentiam aptitudinis à natura susceperunt. Duplex enim potentia est, altera quidem agentis, altera patientis: & illa mater est actionis: hæc verò perfectionis est susceptaculum. His verò exactè perspectis, soluitur astituta inter doctiores de ingeniorum diuersitate quaestio, vndēque enascatur maior in vno, quā in alio profectus. Admirantur plerique eximiam in Platone ingenij fertilitatem, ac vim omnium capacem. Et rectē illi quidem, verum quænam tantæ felicitatis excogitari fomenta possunt? Primum illa ipsa quam dicebamus, perficiens agēsvē causa. Hæc autem ex summa sapientiæ profluit præceptore. Maxima hæc & præcellens ad capeffendum ingenij cultum opportunitas, sine qua res ipsa decoquit ferè: præsto est & altera, Temporis fecundissima in doctrinis felicitas, qua non ferè alia feracior, siue excellentium virorum copiam, siue monumentorum spectes. Cæterum Platonem ipsum necdum attingimus. In hoc præstantis ingenij triplex afferri causa potest, humana, naturalis, diuina. Humana ex lege provenit, educatione, consuetudine. Quod ad educationem attinet, pueros impuberes, à medicis certatim & philosophis obseruatim, si affatim distendantur cibis, nimiumque somno indulgeant, hebetiores inde euadere, ac tardiores quin & corpora fieri improcera, deteriusque multo adolescere. Id quod Varro adnotatum quoque in Logistorico est, quæ Capis inscribitur, aut De liberis educandis. Naturalem elementorum præstat, alimentorūque diuersitas. Attigit hanc & Proclus, vbi necesse ait, conspiratu miro congruere naturam, intellectum, causas item diuinas. Has videtur triplices intel ligere, ex Deo, dæmone, fato. Putat quidem Plato, vt à postremo ordiamur, cali diuersa à diuersis tum stellis, tum diis, id est angelis regi. Sed & identidem terras diuersis subesse vel dæmonibus vel angelis inferioribus. Quin & cælestium rerum studiosi, terræ plagas cali zonis, vrbes ascendentibus accōmodant signis. Propterea ingenij vim ex calo item esse, ac stellarū positi & configuratione, colligūt. Quando vt scribit Manilius Astronomicōn quarto,

*Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora curfus,
Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.*

aaa 2

Spiritus verò superiores nostris infere spiritibus, eo maxime probari argumento videtur, quòd corporum supernorum potestate, nostra subinde euidenter agitentur. Quòd si spiritus illi in nostros agunt, agunt in super & in corpora. Corporis verò humani affectio, vnde cunq; fiat, eatenus redundat in animam, quatenus tam cõparato, quàm naturali affectu sese mergit in corpus. Porrò vim omnẽ atque virtutẽ, ad nos emanantem à superioribus in bonum tendere, astruunt eruditiores: verum complexionis, siue rectius constitutionis, naturæ educationisq; vitio corrumpi. Hinc Saturni grauitatem in tristitiam, parsimoniam rigiditatemque labi, Martis magnanimitatem in audaciam temerè sese periculis obiectantem, Mercurialem industriam in vafrias ac vernilirates, Veneræam charitatem in libidinẽ fœdam. Dæmonum verò rationes ita distinguunt, vt supremorum esse cõproberent contemplantandi virtutem, medianorum actionis solertiã, in finis ad concupiscentiã bonũ nos allectare. Verũm iis omnibus posse nos tum rectè, tum perperam vti, & proinde cõsequi mox vel bona vel mala. Socrates, inquit Proclus, cũ Alcibiade opportunè ad idem concurrat, huius opportuni congressus dæmon bonus causa exitit, opportunitatem Socrati conueniendi determinans. Verũm qui ad hæc cælestia parum adhibent: quoniam sub cælo tanquam causa vniuersali, & Bœotia sues enascantur, atque item Attici philosophi, proprias peculiareque in vnoquoque causas censent perpẽtendas, quibus singularis & eminentis acceptus referatur profectus. Et primum quidem quòd animam sortitus sit bonam, sed non à cælo: quando im mortalis est ac incorporea, verum à Deo. Porrò non defuerit bene constitutum corpus, quod ita affectæ animæ subserviret, ac organa præstaret artificii peraccommoda. Id à cælo tanquam communi causa provenit quidem, peculiarius tamen à parentibus. Quod philosophari, auditiones obire meditarique proposuerit Plato, ex animo, corpore, arbitrio proprio id initia ducit. Quod magni fuerit profectus, industrie imputandum. Assulit illi non benignius astrum, sed ingenium fertilius, perspicacius, tenacius, nec à themate cælesti, sed ex Dei proflua largitate. Socrates sapientia clarus, illud quicquid esset, non natalitiis syderibus sed assistenti numini acceptum retulit. Isoerates, sicuti produnt Græci, quum quidam ei parens filium exhiberet scitareturque quid nam ei

neces

nessum arbitraretur, *Αἰτὴν, ὑποπέδισ' ἡγεῖ ὄσ'*, id est penna seu stylo esse opus, inquit, ac mente. Caterũm si locum hunc ex Platone Platoniciq; que, quos esse clãsticos apprimè reor assiduòsque, peregerimus, fortè non aberrarimus. Scribit Plato, Deũ & fortunam atque artem simul cum Deo humana omnia gubernare, id ita interpretatur, Deus in omnibus per omnia mouet omnia, mouet mundi sphæras, quarum cõcursum fatum alicubi; at quarto Legũ fortuna nominatur. Hinc casus varij circa externa corporaq; contingũt. Mouet item animas, lumen inspirando mentibus, vnde ars non speculandi solum accenditur, sed agendi. Ab arte tandem dispositio extenorũ & corporis proficiscitur, quamobrè à Deo cuncta dependent: qui, vt apostolus Paulus asseruit, omnia in omnibus operatur. Aduertendũ verò illud, quodocũque illa cælestium causarum ratio ita digeritur, vt artem exculcatam exsuperet, dici à Platonici fatũ: vbi verò sic, vt vincere inertem desidiosũque eualeat, rursũm à solerti strenuòque vincti Fortunam: Vtrobique verò diuinam statuũt prouidentiam quæ ad finem agat sibi soli notum, quæque vniuersa modis contemperet occultioribus. Caterũm quo planius fati ratio pernoscat, ita omnino colligendum: sicuti animi rationalis summus creator est Deus, atque idem gubernator, ita & corporis genitor est mundus, ac moderator. Vnde consequitur illud, vt animus velut Dei filius, ab Deo, tanquam à patre, prouidentia legibus clementer agatur, & suauius. Corpus verò, vt mundi membrum à mundano corpore fati viribus, velut particula quædam ab molæ tota impetu quodam trahatur violento: vnde fit, vt in mentẽ nulla profum fati vis queat assultare, nisi quatenus corpori ipsa se fatalibus obnoxio legibus, addixerit. Propterea semper ferè diuinus Plato ab corporis amore, ac extenorũ cura ad animi & Deicultũ præcipit defugiendũ, quando non alia ratione declinari mala queũt. Et Deo similẽ porrò reddit fuga hæc. Exinde porrò promittitur aureũ Platonis eiusdẽ præceptũ, armis aduersus fortunã aureis pugnandũ, id est prudẽtia, iusticia, sanctitate, siquidem quid Deo, quid mundo debeamus, rimatur prudentia. Mundo, quod suum est impertitur iusticia, Deo autem sanctitas. Denique quum Socrati intima quidam retexisset morum vitia. Sunt (inquit) vt dicis agnosco, confiteor: sed hæc omnia à me prudẽtia, & virtutũ autoritate superata sunt, &

quicquid vitij ex praua concretionē corpus habuerat, animi bene sibi conscia diuinitas teperauit. Hinc, inquit Firmicus, intelligi datur, stellarum quidem esse quod patimur, & quod nos incientius quibusdam stimulat ignibus: diuinitatis verò esse animi, quòd repugnamus. Porro illud silentio haud quam inuoluendum, à Platone in Timæo, atque in Menexeno quoque tradi, regionem Atticam esse ingeniorum fertilitati præcipue accommodam. Panætius eius rationem in ætère reiecit temperaturam. Longinus ex loci qualitate putat euenire, permixta ex multis, atque occulta. Origenes, qui Timæum est interpretatus, cælestibus ascribit aspectibus atque influxibus: quoniam octauo De republica Plato scribat, celestes quosdã circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis tum corporum, tum animarum. Proculus verò ac Porphyrius, animam mundi putant a libi aliàs vires imprimere, ac peculiaris quædam velut hospitia parare. Tum Deos varios ea illustrare loca. Vbi ergo rationalis anima propriam elegit vitam si fortè locum sortita fuerit, qui optatam iam vitam dissentaneus non sit, tunc in ea summam contingere excellentiam. Quæ Martiam elegit vitam, si plagam à Marte illustratam indispicatur, fortitudinis fastigium consequuturam. Proinde in Timæo Platonem scribere, Atticam regionem à Pallade affatam sapientiæ ac magnanimitati cõgruere militari. Et quinto legum ait idem, Localium Deorum afflatum, atque itam dæmonum maximi ad ingenij, morumque rationes esse momenti. Requirit verò & ætère temperaturam, ne quod præcipua causæ impedimentum sese obiectet. Decrescere verò ingenia & miratur Seneca & dolet. Nescio, inquit, qua iniquitate, & ad malum pronitate natura, eloquentia se retro tulit. Quicquid Romana facundia habet, quod insolenti Græciæ aut opponat aut præferat, circa Ciceronem effloruit. In deterius quotidie data res est, siue luxu temporum: nihil enim tam mortiferum ingenij, quàm luxuria, siue quæ præmia rei pulcherrimæ cessarint, tralatium est omne certamen ad turpia, multo honore quæstusque vigetia. Siue fato quodam, cuius maligna in omnibus perpetuæque rebus lex est, vt ad summum est perducta, rursus ad infimū velocius etiam, quàm ascenderant, relabuntur. Verum excurramus amplius. Inter Peripatericæ disciplinæ sectatores cõperi, qui de prouidentia & fato sic rationentur, vt prouidentiam esse statuant futurarum rerum in

Dei

Dei intellectu simplicem, stabilem, aternamque rationem. Fatum verò rerum stabiliter, simplicitérque à Deo gerendum mobilem ac temporalem explicationem. Prouidentia quippe cuncta pariter, diuersa & infinita complectitur, singula digerit fatum, ac disponit in motum, formis, locis ac temporibus distributa: fato subiacet nihil, quod non complectatur prouidentia: hac verò cõtinentur multa, quæ ab fatorum serie sunt omnino libera: quippe hanc supergreditur, quod motu caret, nec tempori subiicitur. Quare vt se habet ad intellectum ratio, ad aternitatem tempus: quod gignitur, ad id quod est: sicut denique centrum ad circulum: sic fatorum mobilis, multiplex, varia, diuersaque series ad prouidentiam stabilitatem, simplicitatem, vnitatemque. In hac porro ingeniorum mentione, festiua se mihi ingerit historia ex Plutarchi commentariolo *πρὸ τοῦ ἀνδρῶν*. Cleanthem & Xenocratem, quum ex scholasticis hebeti maximè viserentur ingenio: nec tamen eo nomine relanguescere impetu, quo ad prociuctum tendere semel adorti essent, ab iocis in tarditatem suam non abstinuisse, quum se persimiles dicerent *ἀγγύς τε βραχυστάτης, ἔτι πικρῆς ὀφθαλμοῦ*, hoc est vasis angusti oris, ac ancis tabellis, quod vix quidè dictata perciperent, at retinerent tenacius. Author verò Herodianus est, ad orientem omnes ferè mortales esse ingenij acerrimis. Multa porro de iis Galenus, Sed nos vel plura forsitan iusto congressimus.

An in abiuncta anima supersit memoria vel sensus.

C A P. XXI.

Anima rationalis è corporeis vinculis auolans seruétne memoriam aliquam, vel quorum hic fuerat conscia, vel saltem suorum, quæstione fuerit non indignum omnino. In ea puto non addubitaturus Peripatericos cum Aristotele suo, quin nullatenus reminiscatur. Verù decimo De republica Plato fateri liquidò animaduertitur, animas quæ hic familiaritate aut omnino cognitione aliqua iuncte fuerint, rursus separatas sese recognoscere, mutuæque consalutatione (vt sic dicã) amplexari. Sed & Auicenna in Metaphysicis author est, Animas tam beatas, quàm miseras, vbi hinc per diuigium demigrarint, non exolescente protinus quem conceperant habitu, posse per imaginationem eadem illa versare, quæ amplius ad nec corporei imaginabatur. Rursum in Epistolis ac Legibus

aaa 4

Plato abiunctis animis rerum nostrarum sensum relinquere nonnullum, insuper & curam. Approbat id ipsum in libro De animorum immortalitate Plotinus, sed ad temperamentum quoddam negotium reuocat: humanarum rerum illis superesse tantisper curam, dum ad corporea procliuis libentia restincta penitus aboleatur. In eo quippe statu animam tanto ardore ac vi rapi ad diuina, vt nostra hæc illam prætereant, aut si videat, nil aduertere minus quam id à se agi. Id ipsum puto & à Platonis non abiungi decretis: nam quandoque recordari animas probat, quandoque inter nos illasque profuere Letheum facit. Inter veterum theologorum placita, & illud est, ab nostris item comprobatum, plerisque animis non locum eodem diuersorum dispensationem prouidentia potius, quam affectu esse à Deo contributam. Plotinus adiecit, publicè, ac frequenter vaticiniis, ac id genus beneficiis, plurimis hominibus fuisse adiumento. Verum enim verò, vt in philosophica amplius excurremus amœnitates, non est omnino ambiguitatis minutæ: an in sensiu anima potentia sensoria actus post corporis interitum reliquus fiat. Nam quod est anima ac corpori commune, in abiuncta relinqui non valet anima. Omnes autem sensiuæ potestates, vel potius earum operationes, promiscuæ sunt corpori & animæ. Igitur consequentia manifesta: Id verò inde præcipuè liquet, quoniam potentia sensiu in actum nulla promittitur, nisi per organum corporeum. Porro De anima primo Aristoteles, Animam corpore in corruptionem abeunte, neque reminisci scribit, neque amare. Id verò & de aliis potestatum sensoriarum actibus intelligendum: quod si est, colligitur liquido, sequestratâ animam in potentia cuiuspiam sensiuæ actum non prodire. Verum respondendi potest, sensiuæ potentia actum esse duplicem: exteriorem, qui non nisi per corpus promi potest, quem nõ superesse in separata anima, liquet: interiore alterum, quem per se exerceat anima, retineatque etiamnum separata. Hoc autem videtur potissimum dogma Platonicum, in cuius mysteriis sancitur corpori animam adnecti perinde ac perfectam substantiam, nulla in parte à corpore dependentem, verum coniungi, sicuti motor mobili cõiugatur. Quia verò nil mouet, nisi quod mouetur, & principium mouens seipsum mouet: in anima duplex agnoscitur motus: alter, quo mouetur ab ea corpus: alter, quo seipsam: qua ratione in anima appar-

ret videndi actus primus, prout seipsam mouet. Reliquus vero in corporeo organo. Aristoteles autem De anima primo, ista diluere nititur, probans, animam haud quaquam seipsam mouere, sensoriasque potestates esse coniuncti solum. Quem ex theologis beatus Thomas sequutus, actus sensiuæ potentia colligit nullo pacto in sequestrata anima reperiri, nisi forte vt in remotiore fonte. Quum vero in libro De spiritu & anima Augustinus dicit, Animam ex corpore demigrantem ex imaginatione, concupiscibili irascibili que potestate pro meritis dolore affici, vel oblectamento: negabit ex Aurelij officina eum profuxisse commentariolum: vel si concedant maxime, sic tamen explicari oportere, veluti ex iis quæ per imaginationem, & id genus facultates alias in corpore admiserit anima, mox eo exura vel bono afficiatur vel malo. Quod ad memoriam attinet, hanc duplicè tradunt: quandoque enim intelligi, vt positionem sensiuæ partis, quæ præteritum concernit tempus, qua ratione memoria actus in anima non relinquatur. Ex hoc enim Aristoteles ait, Corrupto corpore, anima non reminiscitur. Altero modo est memoria, imaginis pars ad intellectum pertinens, vt ab omni temporis abstrahit differentia, quum nec præteritorum tantum sit, sed extatium quoque, instantiumque, sicuti Augustinus scribit. Hæc verò memoriæ vis in animis etiamnum separatis cõperitur. Consimiliter amorem, gaudium, tristitiam bifariam dispararunt. Sunt enim interdum appetitus sensiu affectiones, quæ in anima non supererunt, quoniam absque certo cordis motu perfici nequeunt. Interdum verò inaudiuntur, vt voluntatis actus que in parte est intellectus compote, quo modo ab anima demigrante minimè seceruntur. Augustinus in libro De agenda cura pro mortuis: Fatendum est, inquit, nescire quidem mortuos quid hic agatur, dum agitur vtrique: postea tamen ab eis audire, qui hinc ad eos moriendo pergunt, nec prorsum omnia, sed quæ meminisse permittuntur etiam isti, & quæ illos quibus hæc indicantur, oportet audire. Possunt & ab angelis, qui rebus quæ hic aguntur, præsto sunt, audire aliquid mortui. Ac ne quis ambigat, referuntur item hæc in canonicis Decretis, causa decimatertia, quaestione secunda. Sed in eodem item libello De spiritu & anima defunctorum spiritibus ita esse de viuis curam, quanquam quid agant, omnino nesciant, sicuti viuentibus inest de illis sollicitudo, etiam

si quid agant, ignoremus prorsum.

